Feſtum duorum ſanctorum ſermo. 76.
Sermo communis de omnibus debitis noſtris. ſerm. 73. & 75.
Charitas quadruplex. ſerm. 79.
Dona quæ accepit & dat Chriſtus, ſer. 19.
Debita multa ſunt nobis. ſermo. 75.
Debita quomodo ſunt peccata. ſer. 74.
Duritie cauſa, ſer. eod.
Deus & homo eſt Chriſtus ſermo. 76.
Paſſio chriſti ſatiſfacit, ſermo. 75.
Non parcens eſt hæbreus. ſermo. 74.
Patientia chriſti eſt eius paſſio. ſermo. 75.
Peccans, deum necat. ſermo. eodem.

Prelatus eſt princeps, ſer. 77
Petra eſt obſtinario. ſer. eo.
Pulchritudo ſponſe. ſ. eod.
Peccator eſt cecus. ſer. 79.
Peccatur tripliciter. ſ. eod.
Peccatur in ſpiritum ſanctū ſermo. eod.
Peccati abominatio. ſ. eod.
Penitentia ſera parum valet ſermo. eod.
Lutherus errat in ſcripturā. ſermo eodem.
Lex dei pia eſt. ſer. 73.
Mulieres ſunt caro & anima. ſer. 78.
Miſericordia ſeruo neq̄ exhibita. ſer. 74.
Mutabilitas humana. ſe. 76.
Mortis tribulatio. ſer. 79.
Oratio dominica. ſer. 75.
Orationis virtus. ſer. eod.
Etas triplex. ſer. 78.
Excuſatio peccati eſt tunica. ſer. 79.
Imago chriſti portanda, ſermo. 76.
Imitatio chriſti. ſer. eod.
Religio reformanda, ſermo. 77.
Reſurrectio anime. ſer. 78.
Gladius eſt verbum dei. ſermo. 77.
Gentilitas tenet Chrrſtum. ſermo. eod.
Hortus iethſemani. ſer. 76.
Veritas triplex in chriſto. ſermo. eod.
Vota tria. ſermo. 77.
Sponſe dei cibus & pulchritudo. ſer. 77. & 79.
Fimbria xp̄i quid? ſer. 77.
Xp̄s quomodo venit ad morientes. ſermo. 79.
Chriſti conuerſio quid? ſermo. 77.
Signa vite plura. ſer. eod.
In ſpiritum ſanctum peccatur. ſermo. 79.

¶ Finis Tabulæ.

¶PRIMVS SERMO MISTICVS EX euangelio prime dominice aduentus: quo venit ex patre ad ſuam humanitatem filius dei. THEMA.

Ecce rex tuus venit tibi. Matt.xxi.a.

¶ Inuocatio ad virginem.

NON medriocris generatur amor inter regẽ & ciuitatẽ quã primitus adeptus eſt, aut ſi plura regna habeat, ad primũ regnum maiorẽ habet amorẽ tũc rex aſſuer⁹ plus dilexit ſuſam ciuitatẽ quam alias, quia regni eius exordium fuit. Proptereaq́ʒ ibi grande celebrat conuiuium. Et ſimiliter Dauid plus dilexit Sion eamq́ʒ peculiari amore vocauit ciuitatẽ ſuã, quia eã prius adeptus eſt & ad eã cõtulit archã dei, ob eius benedictionem ciuitati obtinendam. Nam vbi maior eſt amor maiora acquirere & conferre dona ſolemus. Iam ergo beata virgo Maria fuit primum Chriſti regnum, habet enim plurima, ſed Maria eſt primum iuxta prophetam dicentem. Veniet poteſtas prima regnum filiæ Hieruſalem. Maria filia Hieruſalem poteſtas chriſti eſt prima, quia citius cæteris ſe contulit & venit huic regi, primo regnauit ibi deus quam quodcunque peccatum, quia nulli vnquam locũ dedit beata virgo: de qua dicitur Chriſto. Regnũ tuum regnum omnium ſeculorũ: Sicut dixit Iohannes chriſtum fuiſſe factum ante ipſum, quia citius eo & in inſtanti conceptus eſt, quamuis poſterior tẽpore: ſic & nos dicemus quod Maria citius cæteris ſanctis ſe contulit Chriſto, quamuis vltimis tempo-

Heb.i.a.

Plus diligitur regnũ pri- adeptum et hoc eſt Maria: quia purior.

i. Parali. xi.a.

ii. Regũ. vi.c.

Mi.iiii.c

ribus cõcepta ſit, quia citius cæteris ſanctis gratiam
habuit in vtero matris: qua ſe Chriſto ſubiecit. Pro-
pterea ergo quòd in hac primo regnauit Chriſtus
eam ciuitatem ſuã vocat peculiariter per prophetã
dicentẽ. Glorioſa dicta ſunt de ciuitas dei. Si ergo aſ-
ſuerus fecit grande conuiuium in ſuſa prima ciuitate
ſua, & Dauid in Sion archam contulit: vt ſuam pri-
mam benediceret ciuitatem, quantum gratiarũ con-
uiuium: & quã largam benedictionem in Maria pu-
ratis filium dei feciſſe? ipſemet quaſi iuge conuiuiũ
ſe ei contulit, eamq́ꝫ fecit archã benedictionum do-
mini: ad quam ideo cotidie prædicatores accedunt:
vt benedictionibus repleantur per adiutricem ma-
num ſuã & linguam eucharem: ſcientes quod quia
Diffuſa eſt gratia in labiis ſuis, aliquã ſaltim guttam
obtinere valebunt: quã vt nos pro ſermone præſenti
conſequamur ei præſentemus Aue Ma. Argumentũ
Prim⁹ ad- dicẽdorũ. ¶ Repreſentat nobis hodie mater eccleſia
uentus in qualiter chriſtus venit a Bethania in templum Hie-
carnem. ruſalem: in quo aduentu omnes aduentus Chriſti fi-
guraliter exprimuntur. Nam ſicut ipſemet Chriſtus
quamuis ſit vnũ verbum quod ſemel locut⁹ eſt deus
omnia tamen continet, omnia comprehẽdit ad cun-
ctaq́ꝫ diſtenditur. Sic in iſto ſuo aduẽtu ſignat omnes
quos fecit & facit & factur⁹ eſt: qui & ſi ſint quatuor
aduentus tantum (iuxta quatuor dominicas huius
temporis) in explicatione huius nominis Bethaniæ
a qua chriſtus nunc literaliter venit. omnes quatuor
aduẽtus tactos aut incluſos reperies. Primo namq;
Bethania interpretatur domus obedientiæ & eſt pe-
ctus paternum: a quo per obedientiã miſſus eſt dei fi-
lius: vt veniret ad templum corporis ſui, de qua miſ-
eſa. xliii. ſione dicit ipſe pater nobis per prophetam. Propter
b.



vos emiſi in Babylonẽ. Propter nos homines & pro-
pter noſtram ſalutem miſſus eſt de celis filius dei: &
incarnatus eſt de ſpiritu ſancto. nec mirũ ꝙ in Babilo-
nẽ dicatur miſſus: quãuis interpretatur cõfuſio nã eſt
cõfuſio chriſti adducens gloriã noſtrã & eſt Babylõ
amata de qua pater ait. Babylon dilecta mea poſita
eſt mihi in miraculum. Noſtra igitur humanitas que
hactenus confuſa erat in ſe. Iam quia miſſus eſt ad eã
dei filius poſita eſt chariſſima in miraculum, maxi-
me dum vixit chriſtus mortalis, quãdo propter dile-
ctionem noſtram cõtinuo miraculo fiebat in eo: ne
animæ gloria redundaret in corpus. Mirabilis enim
eſt aduentus iſte de quo ad ſeriẽ euangelii totus erit
ſermo. ¶ Vt ergo videamus quo modo ex paterna-
li obediẽtia venit chriſtus in templum corporis ſui,
in Hieruſalem que eſt Maria fabricatum, non manu
hominis ſed manu dei. Aduertendum eſt quòd hic Pax dei.
aduentus vt fiat homo verbum eſt optimus: ideoq́ꝫ
magis pacificus eſt ingreſſus Ieſus ad ſuos vnde pro-
pterea venit in aſina vectus non autem in equo rixã-
te amarore diſcordie: & hæc aſina cõmunis eſt: quia
pax iſta quã facere venit omnibus prodeſt. Ante in-
carnationẽ deus ipſe pacẽ in ſe tenebat, id eſt chriſtũ
in pectore, aiebat enim. Ego cogito cogitationes
pacis & nõ afflictionis. Hæc autem pax tantum erat
ſurſum. Quia ideo dicitur. Domine in cœlo miſeri-
cordia tua: & veritas tua, id eſt, filius verbum vſq; ad
nubes: id eſt ſanctos tuos. Non enim plus deſcendit
nec implebatur illud Rorate celi deſuper: & nubes
pluant iuſtum, aperiatur terra & germinet ſaluato-
rem. Cũ autem venit plenitudo tẽporis voluit deus
hanc ex cogitatione ad opus extendere pacem. Iux-
ta illud. Ponam fructum labiorũ meorum pacem: pa

cē his qui prope: pacē his qui lōge. Duo labia eterni
patris ſunt eſſentia eius. & intellectꝰ, horum fructus
diuinus eſt verbum ibi genitum & natum. Hic dei fi-
lius ante incarnationē erat his qui prope ſcilicet an-
gelis, eo fruentibus vbi eſt lumē oculorū & pax. Sed
poſt incarnationem fuit his qui longe videlicet ho-
minibus, de quibus antea dicebatur. Longe à pec-
catoribus ſalus, id eſt Chriſtus Ieſus. Iam autē pro-
pe eſt vt veniat tempus eius: quia ſic incipit euange-
liū hodiernum. Cū appropinquaret Ieſus Hieroſo-
lymis que viſio pacis interpretatur. Nam antea non
erat talis viſio manifeſta, ſed ſolum in deo erat viſio
pacis, nunc autem ipſemet ad pacem nos inuitare ve-
nit. nō qualicunq; modo ſed mirabili. Nam mirabi-
le eſt, ꝙ cum ipſa pax inuiſibilis ſit. Iam fiat viſio pa-
cis. Hoc certe nō venit niſi ex abundantia pacis, quia
omnia que vidētur pacem pre ſe ferunt nihilq; eſt in
proceſsione hac quòd pace non redundet. Si dei fi-
lius inuiſibilis ſit, iam viſibilis fit ob noſtræ pacis cō-
firmationem. Nam teſte Paulo. Ipſe eſt pax noſtra
qui fecit vtraq; vnū, deitatem & humanitatem vnū
ſuppoſitum: quia pax plurimū gaudet vnitate & ma-
gis maiori. Hanc autem vnitatem non fecit chriſtus
ex operibus iuſticiæ que fecimus nos. ideo que dici-
tur ipſe appropinquare Hieroſolymis, quia opus in-
carnationis non cadit ſub merito: ſed ſub miſericor-
dia dei: quæ eſt ſuper omnia opera eius. & hinc eſt ꝙ
Bethania ſita eſt in monte oliuarū ex quo venit chri-
ſtus ad templū, pater eternꝰ dicitur mōs olíueti, quia
eſt pater miſericordiarū & deus totius cōſolationis,
qui cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra, quā-
uis quelibet perfectio in deo ſit mons, tamen altior
mōs eſt miſericordia, immo in vertice mōtium. ideo

Miſeri-
cordia
dei veni
entis per
viā oliua
rum.



enim dicta eſt Super omnia opera dei. & in oleo fi-
guratur quod aliis ſupernatat liquoribus, vt oſten-
datur ſuper alias dei perfectiones aſcendere & eis
eminere. Vlterius aduerte quòd cū altera miſericor-
dia ſit altera maior, & hæc miſericordia incarnatio-
nis ſit omnibus altior (teſte Aug.) in rebus per tem-
pus ortis, optime ſequitur ꝙ eſt altiſſimus mons oli-
ueti ex que chriſtus venit: de quo dicitur. Propter ni-
miam charitatem ſuam qua dilexit nos deus filium
ſuū miſit natū ex muliere, qui antea ex patre ſolo na-
tus erat. Viſa igitur obedientia Bethaniæ: querere li-
ber an qui à monte venit oliuarū veniet abſq; oleo?
Si vacuus miſericordia apparebit ante nos? non cer-
te. Nam chriſtus vnctus dicitur oleo leticiæ: tantum
vt nemo ei adhereat, quin etiam vngatur ab eo qui
præ participibus dicitur vnctus vt ab eo vnctionem
participent. Vis hoc noſſe? audi ipſum chriſtū dicen-
tem. Nō miſit deus fi. ſuū in mūdum vt iudicet mun-
dum ſed vt ſalue. mun. per ipſum. ecce vnctus totum
mundū venit vngem quòd mire figuratur in colum-
ba que venit ad expectantes ex monte olíueti nō ſi-
ne oliua: quia portans ramū oliue virentibus foliis in
ore ſuo. Viridis eſt miſericordia redemptoris: quam
in ſua plātauit eccleſia, ne vnquam deſit. quia miſe-
ricordia eius vſque in eternū ſu. ti. ſe. Et ſicut oliua in
domo dei, & vt modus miſerēdi eius declararet ſcri-
ptura dixit in ore allatam oliuam quā pedibus affer-
re poterat. quòd ore præſtatur dulcius datur & abun
dantius. primū refertur ad oſculum. ſecundū ad ver-
bum quòd ſimul datur ſingulis. Per oſculū ergo pa-
cis verbum dei chriſtus. & per verba ſuorum ſacra-
mentorū: ſeipſum miſericorditer plātat in cordibus
noſtris. vbi optat nidificare. Ad hoc enim affert ra-

Colūba
Chriſtus
eſt.

mũ oliue vt nidum videlicet: conſtruat in nobis, im=
mo & templũ ſibi: cuius hoſtia non ſine magno mi=
ſterio fecit Salomon de lignis oliuarũ quia primus
additus dei ad nos eſt per multitudinem miſeratio=
nũ ſuarum. ¶ O ſi nos peccatores veluti Noe face=
remus de quo dicitur. Extendit manũ & apprehen=
dit columbã: & apprehenſam intulit in archam. Vis
o peccator vndis mundane tempeſtatis agitate ali=
quãtulum quieſcere: aridam manũ extende ad retri
buendum pauperibus. & columbinum chriſtum ap=
prehendere poteris in archã pectoris tui colloca=
dum qui ſedat tibi. vt tu tanquam miſericordiam cõ
ſecutus ab eo eã alteri nõ deneges, ſed præſtes, quia
propterea dicitur. Si gratis accepiſtis: gratis date. Ti
bi nũc venit chriſtus, non expectes vt veniat contra
te. extende iterum manũ armatam cõtra teipſum ad
opera pœnitentiæ, & apprehẽdes etiam illum, qui ad
eleemoſinã extendit manum, accipit columbã id eſt
gratiam ſpiritusſancti. Si autem manum extendis ad
opera pœnitentiæ: capies columbam gemibundam
cõtritionis cũ ramo remiſſionis. Extende etiã ad no
ſtram columbã capiendam manum apertã vt hoc ſa
cro tempore: ſacratam hoſtiã accipias viaticum tuũ
& nauticum panẽ ad te quotidiæ venientem de quo
ſequitur in euangelio. Et veniſſet Betphage ad mõ
tem oliuarum, de Hieroſolyma iam dixi. dicam de
Betphage quod interpretatur domus oris valium,
& ſignat vetus teſtamentũ quod factum eſt non ſo=
lum in ore duorũ vel trium ſed in ore valliũ omnium
prophetarum, de quibꝰ dicitur. Et valles abundabũt
frumento, quod eſt chriſtus. Hæ valles ad quas ob
humilitatẽ ſemen dei venerat vnum os ſolummodo
habent, quia non a ſe ſed ab illo inſpirati locuti ſunt

Betpha=
ge eſt ve
tus teſta=
mentum.



ſancti dei homines. ab illo inquã qui locutus eſt per
os ſanctorum, quamuis plures ſint fere per vnũ os, id
eſt vnanimiter locuti ſunt vbiq; terrarum, ex quo in
queſtione prologi ſententiarũ probat ſcotus verita=
tem fidei quia nõ potuit niſi ſupremus deus concor=
dare illos. Domus igitur oris vallium fuit vetus te=
ſtamentum. ſicut gymnaſiũ prophetarũ ad quod cum
veniſſet chriſtus ibi promiſſus ibique reuelatus ſicut
promiſerat per prophetas ſuos (de quibus nõ eſt mo
do dicendum per ſingula. Sed quia ibi venerat ſpiri
tualiter quia eis fuerat repromiſſus.) Cum ergo ibi
veniſſet miſit duos diſcipulos ſuos. O dei clementiã
quæ non vult in ſperate venire nec ſubito ſed pre=
mittere adhuc alios: ne ſit imparatus locus eius: non
vult venire in primo aduentu quo iudicari venerat
ſicut in ſecundo quo veniet iudicare. Non vult ve=
nire nũc ſicut rethe iactum in paſſeres ſecuros ſubito
capiũdos. quando in operibus manuũ ſuarum cõpre
henſus erit mũdus peccator totus, ac ſi eſſet vnus ho
mo ſolꝰ: hoc ideo. Quia dies domini ſicut fur de no=
cte veniet. qñ nõ putatis. Sed in pacis aduẽtu pręmit
tit duos immediatos ſibi laterales vt pacis compleãt
cõſilia & ſequatur eos gaudium, vtpote illos qui ex
terra promiſſionis racemũ detulerũt ad filios Iſrael
vt eius fertilitatẽ cõtemplarentur ibi. & ſic allicerẽ=
tur ad eã capiẽdam, pro qua merito certandũ. Duos
ergo premittit qui bona recepturo afferãt nuncia ad
uentus ſui. Primus fuit Gabriel de quo ait pater fi=
lio. Mittam angelũ meum qui precedat te. Secundus
fuit ſpiritusſanctus de quo ipſe angelus dixit Mariæ.
Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Nec mirum quod
iſti dicãtur diſcipuli: quamuis interpretentur diſcen
tes plena. Nã Gabriel plena didiſcit, quia ideo eſt ma

Duo di=
ſcipuli
Gabriel
& ſpiritꝰ
ſanctus.

Locus caſtri medius.

gni conſilii angelus & ſpiritusſanctus ſcrutatur etiã
profunda dei. Sed videamus ad quid mittãtur, quo
niã eis dicitur. Ite in caſtellũ quod contra vos eſt. Sci
mus equidẽ fuiſſe Mariam caſtrũ domini: de quo po
teſt intelligi. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.
Hoc erat contra eos id eſt e regione quaſi obuia oc
currẽs deo ſuo. Nõ erat à dextris nec à ſiniſtris: ſed an
te faciem domini. Vbi aduerte quod peccantes in il
lata aduerſitate dicuntur cadere à ſiniſtris dei: quan
do autem peccãt ſuccedẽtibus proſperis cadũt à dex
tris. Plures autem peccãt in proſperis: ideo enim dici
tur Cadent à latare tuo mille & decẽ milia à dextris
tuis. Plures in proſperitate per blanditias quam in
aduerſitate per minas: quia plures aues capit aucupis
dulcis cibilo quã agricola eas carpens meſſem ſuam
comedẽtes. Alter dulciter inuitat: alter aſpere ꝓiicit
ictibꝰ lapidũ. Nos ergo nũc à dextris nũc à ſiniſtris ca
dimus Maria autẽ vtroq; tempore immobilis colũna
fuit nullomodo à recto tramitte deuians. In ſancti
tate & iuſticia coram ipſo omnibus diebus ſuis. Pa
ter in filii ſui paſſione: vbi & ſtare dicitur iuxta cru
cem inflexibilis: quia ſicut ex agno ſuo os nõ commi
nuerũt iudei, ſic ex Maria muliere forti os forte cõ
ſtantiæ non eſt fractũ. Non te frangat iſta res: o Ma
ria ſicut nec in illo honore maximo lapſa es: quan
do tibi angelo magna nũcianti dixiſti. Ecce ancilla
domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ancillari
volebat in omnibus non dominari. Elicite fratres
hos ex Maria virgine documentum & cauete vt in
aduerſis conemini eſſe domini omnibus dominãtes
illatis: ne vos deiiciat vlla res. In proſperis autẽ Ser
ui eſtote quia ſic docet nos Maria: domina in paſ
ſione, ancilla vero in incarnatione; de qua dicitur,



Nunquam defuit columna nubis per diem, neq; co
lumna ignis per noctem. Nubes non lucida ſed obũ
brata fuit Maria in incarnatione. Sed colũna ignis
ad alta ducentis in paſſione ſeruans lumẽ fidei. & ſic
oportet quia contraria contrariis vincere decet, vt
fuſca ſit anima in clara mundi pompa & lucida in
ueniatur, quãdo ei occidit ſol proſperitatis. Huc vſq;
de caſtri locatione vidimus: nunc de ipſo caſtro vi
dendũ eſt. Iſtud caſtellum laudabile apparet ex no
mine, venerabile ex opifice, mirabile ex ſcemate a
mabile ex officio terribile ex habitatore. 2. Reg. 5. di
citur quod cepit Dauid arcem Sion & vocauit eam
ciuitatem Dauid. Siõ ſpecula & Maria illuminatrix
idem quia caſtellũ: altum eſt: cuius artifex deus, quia
ipſe fundauit eã altiſſimus. Nec tantum fundauit ſed
ædificauit. quoniã ædificauit dominus Siõ immo &
firmauit quia ei dicitur. Lauda deũ tuum Sion, quo
niã confortauit ſeras portarũ tuarum. Sic etiam fir
matam elegit dominus Siõ in habitationẽ ſibi. Ideo
pſallite domino qui habitat in Sion. annunciate in
ter gentes ſtudia eius erga caſtrum iſtud, quia ipſe di
cit, zelatus ſum Sion zelo magno, ita vt eam faceret
vas caſtrorũ in excelſis, hoc eſt illud mirum ædificiũ
quaſi ciuitatis vergẽtis ad auſtrum quod oſtenſum
eſt prophete, cuius viſionis theſauros occultos nemi
nem ſanctorũ aut doctorum exiſtimo adhuc perce
piſſe: quoniã officiũ huius caſtri eſt multiplex, quia
eſt ibi aula vbi rex moratur: quoniã in Siõ habitatio
eius & eſt mater ciuitatis ſcilicet eccleſiæ quæ ſæpe
dicitur filia Sion id eſt Mariæ. Vnde in hoc euange
lio dicitur Hieruſalẽ filia Sion, & eſt aſilũ refugii pec
catorum & terror hoſtiũ: quia vt caſtrorum eſt acies
ordinata. Et eſt gloria regni noſtri aſſueri vt dixi in

Caſtellũ eſt Maria.

Ezec. xl.

Amos. i. ſalutatione. Item eſt terribile caſtrum ex habitato=
re, quia dicit propheta, dominus de Sion rugiet quo=
niam terribilis eſt locus iſte vbi leo de tribu Iuda ru
Munitio git cõtra hoſtes ſuos. De munitione huius caſtri au
caſtri. dire libeat: quoniã ſicut tripliciter exponitur caſtrũ
periculo ſic tripliciter peccatur. Capitur caſtrũ vel
per vim fortiorem ſuperuenientem vel per famem
aut per deceptionẽ, & ſic triplici medio demon ca=
pit peccatores. Nonnulli enim peccãt per impoten=
tiam, alii per malitiam, alii per ignorantiam, contra
hæc tria pericula muniuit caſtrum ſuum deus contra
fragilitatẽ ſtatuit ibi pater eternus ſuam potentiam,
quia dominus in Siõ magnus & excelſus ſuper om=
nes deos dicit angelis ſuis. Circundate Sion & com=
Pſal. lxx. plectimini eam, narrate in turribus eius &c. Filius au
ꝑ. lxxxiii tem dei contra ignorantiã ſtatuit ibi gymnaſium ſa=
b. pientiæ ſuæ quoniã benedictionem dabit legiſlator
& videbitur deus deorum in Sion, quia de Sion exi=
Zacha= bit lex & verbum domini ſcilicet carne indutum ad
rie. i. d. dandã ſcientiam ſalutis plebi ſuæ. Spiritus autẽ ſan=
ctus in hoc caſtro poſuit dulcedinem gratiæ omni=
mode: quia dominus ipſe ait. affluent ciuitates meæ
bonis & cõſolabitur adhuc dominus Sion ſcilicet ſu
per quaſcunq; creaturas declinans ſuper ipſam quaſi
flumũ pacis & quaſi torrentem inundantẽ melle ſua=
uiſsimo. De hoc igitur caſtro tã munito dicitur pre
miſsis diſcipulis ſcilicet Gabrieli & ſpiritui ſancto,
Ite in caſtellũ quod contra vos eſt ſcilicet directe vo
bis rectũ. O quam directe ibat virginalis puritas ad
angelicã puritatem: & eius bonitas ad ſpiritus ſan=
Statim in cti clementiã. vterq; reperit eam ſecundũ cor ſuum.
uenietis Si autẽ quæritis ad quid venerint, audite que iniun
aſinam. cta ſunt eis & ſtatim inuenietis aſinam alligatam. O



quor ipſe deus venit quærere in nobis aliquid ſibi: &
nihil in tentorio noſtro reperit. quia ſumus vt ficus
ſine fructibus reperta & propterea maledicta. Sta=
tim autem inuenit in Maria deus quicquid volebat:
nec deus tantũ ſed populus eius, quia Mariæ tanquã
ditiſsime dicitur. Honora dominũ de tua ſubſtantia Prouer.
& de primitiis frugum tuarũ da pauperibus: quaſi di iii. b.
cat pro omnibus habes. Alit Maria & nutrit aſellam
& pullũ: quid ergo inde? nec tot expenſis eos cibat.
Aduertite fratres aduertite rem mirabilẽ, nec putetis
aſellam iſtam quaſi vnã de filiabus animalium: nã eſt
cunctorum viuentiũ mater in ſua ſignificatione. Aſi
na ſiquidem iſta pluſquam propheta eſt. Nam & re=
prehendit prophetã cupidum eã verberantem, & an
gelum quem ille non cernebat: iſta vidit illumq; do=
cuit & à via peruerſa reduxit liberatq; illũ ab angelo
percutiente: & à gladio euaginato & argumentata
eſt cum domino ſuo: ſeq; in noxiam oſtendit, ange=
lumq; habuit defenſorem, qui Balaam dixit. Cur ter Nume.
tio verberas aſinã tuam? felix aſina cui angeli patro xxii. c.
cinantur: & liberatrix domini ſui extitit & ſufficien=
ter loquitur allegans omne impenſum beneficium
prophete. Iam ergo aſina hæc humanitas Chriſti eſt
quæ neminem iuuat malam peragere viã: omneſq;
deffert in humeris ſuis per viã bonam magni conſi=
lii angelũ vidit, ſcilicet verbum & deum trinũ; quia
trinitas ſibi nota eſt & homini aſſumpto: quia Chri=
ſtus ait. Vt iumentum factus ſum apud te & ego ſem
per tecum. Hanc aſinam interimere volebat Balaam Aſina
qui interpretatur inueteratus vel turbatus: & eſt iu= Chriſti
daicus populus. in cuius perſona dicit Dauid. Tur= humani
batus eſt a furore oculus meus inue. inter omnes ini. tas eſt.
micos. Turbatur oculus rationis eorum quia turbati

ſunt & moti ſunt ſicut ebrius & ſapiẽtia eorũ deuora
ta eſt.ſ.ab ira. Inueteratꝰ etiã erat.ſ. in occidẽdo eos
q ad ſe miſsierãt. & ideo hæredẽ apprehendũt inter
anguſtias velut inter duas maceries inter poteſtatẽ ec
cleſiaſticã & ſecularẽ. inter Hærodẽ & Pilatũ aut An
nam & Cayphã vrgentes aſinam mitam & humilem
ita Chriſtũ vrgebant, quòd ſicut aſina dixit prophe=
Nume. xxii.c. te, quid feci tibi? cur percutis me? Sic mitiſsimus chri
ſtus inter anguſtias comprehenſus dixit percuſſori.
Cur me cedis? Si male locutus ſum teſtimoniũ perhi
be de malo. Et ſicut angelus cõpatiebatur aſine, ſic
etiã Chriſto afflicto compatiebatur in horto quan=
do aparuit ei confortans eũ. Deniq; ſicut illa conci=
dit ſub pedibus ſedentis. ſic mitis Ieſus concidit in
cruce inclinato capite quando eũ ſuppeditare vole
bant & cõculcare acriter. Humanitas ergo Chriſti
eſt aſella Hieruſalem omnium pauperũ peccatorum
ſuccur ſui deputata & vſibus non habentiũ condo=
nata: & eſt in hoſtio quia præocupat qui ſe concu=
piſcunt. immo & volentibus iter paradiſi agere ſe of
fert promptiſsima & portabit peccata noſtra ſuper
crucem: quia ipſa dicit. Supra dorſum meũ fabricaue
runt peccatores, prolongauerũt iniquitatem ſuam.
Hic autem aduerte quòd inſipientior beſtia tunc eſt
ſapientibus ſapientior. quando doctiſsimũ dominũ
ſuum humeris defert quia vtitur ſenſu domini ſui: ſi=
cut ille qui dum ſupra ſe haberet dominum ſuũ di=
xit. Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Ex hoc in=
fer quante ſapientiæ poterat eſſe anima Chriſti dum
ſuper eam ſedit omnipotens ſermo dei. Nam ſpiritus
Chriſti habenis verbi dei agebatur. Verbũ ergo cõ=
municauit humanitati vires ſuas ſicut ſeſor equo ſuo
cui ſua bona præſtat. Pullus aſine eſt populus dei, mẽ



bra Chriſti corpus eccleſiæ. congregatio prædeſti=
natorũ: quæ adducta eſt etiam filio dei dicenti. Con
glutinaui mihi omnem domum iſrael. Aſina dicitur
ligata, quia in viſceribus Mariæ fuerat caro Chriſti
vnita, tempore autem incarnationis opere ſpiritus
ſancti ex purioribus Mariæ ſanguinibus portio quæ
dam ſeparata eſt ſubitoq; diſpoſita filio dei vnienda
qui ait ſecundũ Hebraicam veritatem Sacrificium &
oblationem noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi, hoc di
citur ſpiritu ſancto. Gabriel & ſpiritusſanctus ſuper
humanitatem poſuerunt veſtes ſuas: quia omnis di=
uinus & angelicus ornatus homini Chriſto datus eſt
& eũ filium dei deſuper ſedere fecerunt: quando exi
naniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens, tũc quaſi
ſe incuruauit deus ſedens ſuper aſinã humanitatis &
filium eius populum electorũ, quem ex tũc aptat ſibi
ſub iugo fidei ducendum. Si autem hereticus quiſq; Dominꝰ
perquirat & ſciſcitetur cur iſta fiunt cur tam diſtantia his opus
iunguntur cur deus noſter & aſina. Si inſtãs reſpon= habet.
debo tibi quòd dominus his opus habet: hoc iuſsit
Chriſtus reſpondendũ. Si autem nollens me dimit=
tere amplius inſiſtas dicã cum euangeliſta. Hoc totũ Zacha.
factũ eſt vt adimpleretur quòd dictum eſt per pro= ix.b.
phetã dicentem. Dicite filiæ Sion. ecce rex tuus ve=
nit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum fi=
lium ſubiugalis. Filia Sion eſt beata Maria quæ in Filia Siõ
Siõ inter puellas nobiles nutrita eſt, & ibi à parentibꝰ eſt maria
oblata, vbi tm̃ didiſcit mores domꝰ vt ipſamet Sion
vocari mereretur de q̃ plura diximꝰ. Si autẽ Siõ dicatᷣ
Maria inquantũ mater tũc filia Sion vocabitur quia
conſentaneam maternitati vitã agebat. Ei ergo dici
iubetur prophetia: ei angelus & ſpiritusſanctus dixe
runt quomodo fieret iſtud & qua de cauſa ei cœlorũ

rex veniret. Sibi prius venit tanquã matri vt ex ea ſur
gat regere gẽtes. Suus eſt chriſtus: filius enim eſt por
tio viſcerum maternorum, ei venit, quoniã amplio=
ri gratia donanda eſt, eiꝗ venit, vt per eius manus
omnibus communicetur: quia ſcriptum eſt. Dedit
ſalutem in manu ſemine. Manſuetus venit Mariæ ne
vnquam timeat pro nobis intercedere: ideo dei man
ſuetudo auſum præbet orandi. Venit inſuper ſedens
quia nobiſcum manſurus eſt vſque ad conſumatio=
nem ſeculi, nec deeſt Chriſtus, quoniam adhuc ma=
net in altari. Sed videamus quibus inſedet: quia ſu=
per aſinam & filium ſubiugalis Super humanitatem
tui verbum inſedit, filius dei ad nos vſꝗ peruenit rex
hominum factus. Nec mirum quòd tam humili iu=
mento inſedere placeat: quoniam primus hebreorũ
rex vnctus eſt: dum patris quærebat aſinas & ſic dei
filius nunc rex prædicatur ductus aſellis. Primum di
citur quòd aſinæ inſedit quia maiori vnione huma=
nitati erat iunctus quam pullo, qui populi ſui figurã
tenet, quamuis ne à nobis ſepararetur eius animam à
carne ſeparari permiſit. Nec mirum quòd ſubiuga=
lem vocet pullum qui eſt populus Chriſtianus: cum
quo ſimul ipſe chriſtus iugum leue ducturus erat &
crucem. Euntes ergo diſcipuli iumenta ornãt: quo=
niam maximus ille archangelus per actus ierarchi
cos, & ſpiritus ſanctus per infinitam gratiæ infuſio=
nem Chriſti humanitatem præparant ornantes eam
habitibus optimis qui ſunt animæ indumenta atque
ſingularibus donis vt aptior eſſet filio dei præpara=
ta: nec nos qui pullus dicimur caremus his donis:
quoniam dona quæ pater ipſe recipit hæreditatẽ fa=
ciunt ipſis poſteris filiis. Daturus eſt nobis quod ipſe
accepit. Vnde non ſolum rebecca: ſed ſuſcceperit



dona quæ miſerat patriarcha pro ſponſalibus. Ideo
ac ſi tu ipſe perſonaliter illud recepiſſes regratiare.
quia propterea ſequitur in euangelio. Plurima autẽ
turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: hucuſque
viæ Sion lugebant. Sed iam viæ eius viæ pulchræ: &
omnes ſemitæ eius pacificæ, quia venit ipſa ſolemni=
tas incarnationis vbi Maria & ſi turbata eſt in ſermo
ne angeli: veſtimenta ornatus ſui ſubiecit pedibus fi
lii ſui dicens. Ecce ancilla domini. Veſtes angeli &
ſpiritus ſancti ſunt in Chriſto: noſtræ autem & Mariæ
ſub chriſto ſternuntur, ad eius honorem date: nam ſi
ornatam monilibus filiam Sion dominus concupi=
uit: ad eius fuit honorem, quia de chriſto ad patrem
dicitur. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtitu
ſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnia ſubieci
ſti ſub pedibus eius. Gloria coronatur homo Chri=
ſtus quoniam ab inſtanti cõceptionis ſuæ fuit totius
gloriæ comprehenſor: Ita vt de ſanctis angelis dici
queat. Alii cedebãt ramos de arboribus & ſternebãt
in via: quando Ieſus factus eſt quamuis eſſet viator
etiam angelici ſpiritus ramos gloriæ ſuæ & obtẽtas
palmas victoriæ Chriſto ſubdere non verebantur
adorantes ſcabellũ pedem eius & humanitatem ſuã
verbo vnitam: extunc enim celeſtium terreſtrium &
infernorum dominus erat quamuis abſconditus ſed
plurimum honoratus. Honor autem ſtat in omnium
inferiorũ ſibi facta ſubiectione: extunc enim fuit rex
vniuerſæ creaturæ, ita vt non indigeat vlteriori ele=
ctione: quia propterea natus eſt rex iudæorum non
infans aut princeps. Sed rex gentes recturus à pueri=
tia ſua donec reſtituat regnum Iſraeli, quia ſcriptum
eſt Puer paruulus minabit eos. Nõ ſolum puer recen
ter natus, ſed paruulus recenter conceptus minabat

Proceſſio ab utero Mariæ ad cœlum.

angelos: ſecrete tamen donec aperte dicat. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Nam & proceſſio iſta illa ſignificat qua ſupernam Hieruſalem aſcendere debet in templum gloriæ magni dei, quando curie celeſti angelus Michael dicet verba thematis. Ecce rex tu⁹ venit tibi ex peregrinatione qua ad regnum mundi deſcenderat ad vtilitatem tuam, vt impleret ruinas tuas, quoniam ipſe repromiſit dicẽs.

Michææ ii.d.

Congregatione congregabo Iacob totum te: & in vnum conducam reliquias Iſrael: pariter ponam illum quaſi gregẽ in ouili quaſi pecus in medio caularum tumultuabuntur à multitudine hominũ: aſcẽdet enim pendens iterantes eos: diuidet & tranſibunt portam & egredientur per eam: & tranſibit rex eorũ coram eis, & dominus in capite eorum: hæc ille de proceſſione aſcenſionis qui correſpõdet huic deſcẽſioni qua nunc ſe humiliauit. Nam in hoc aduentu etiam incipit reuerſio quæ annexa eſt ei ſicut humiliationi exaltatio, nam & ſi à ſummo cœlo egreſſio eius, occurſus eius eſt vſq; ad ſummum eius: & primo annectitur ſecundũ. Si ergo deſcendit eſt vt congreget Iacob totum & etiã reliquias Iſrael, quæ ſumus nos, duas ergo gentes debuit cõgregare in proceſſione ſua Chriſtus: de quibus ſequitur in euang. Turbe autem quæ precedebant & quæ ſequebantur clamabant dicentes. Oſanna filio, o Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Turbas domus Iacob. ſ. quæ precedebãt: & turbas domus Iſrael. ſ. quę ſequebantur expreſſit euangeliſta: quoniã Chriſtus dixit ſe venturum vt congregaret totũ Iacob & reliquias Iſrael, næc diuiſionem aliquam aut ſciſmam arbitreris in hac domini proceſſione: quia ſicut Iacob ipſe eſt Iſrael vna eademq; perſona: ſic vnus eſt



populus dei, quia vnus idemq; deus nobis & illis, nõ enim eſt nobis deus recens nec adoramus deum alienum, tamen aliquo modo differt, ſicut Iacob à Iſrael primo tempore quando filius Iſaac erat peregrinus quãdo ibat quærere ſibi vxorem vocabatur Iacob: quando autem reuertitur duabus vxoribus aſſociatus vocatur Iſrael quaſi in fine proceſſionis ſuæ quam fecit ex terra ſua ad meſopotamiam, quæ interpretatur cõiunctio. ſ. duarũ naturarũ. Venit enĩ ſe coniungere humanitati noſtræ vt eſſent ſimul in vnum ſuppoſitũ diues & pauper & ſicut habuit duas naturas: ſic duo nomina primum laboris ſecundum altæ contemplationis. Laborat vt Iacob: contẽplatur vt Iſrael ſic etiã habuit duas vxores Lya & Rachel: quæ ſunt ſinagoga & eccleſia, harum erant turbe quæ precedebant & ſequebantur: quoniã & ſorores fuerunt. Preeuntes parũ vident de ſequẽte eos rege: & propterea lippa erat Lya ſinagoge figurã tenens: quæ parum de Chriſto cognouit: qui tunc vocabatur Iacob. i. planta ſeu veſtigium, per veſtigia enim figurarũ inueſtigabat eum: ſed Rachel quę eſt eccleſia cum ſuis nunc ſequitur redemptorem claris oculis & viſu perſpicatiori de quo dicitur: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. & propterea nunc dominus eſt Iſrael: nos fideliter deum incarnatũ videre faciens. Attende tamen quòd turba ſequens nõ videt faciem regis ſed poſteriora eius: & ſic nos & ſi deum incarnatũ videamus non tamen facie ad faciem. ſed ſolũmodo ſua exempla poſteriora nobis imitanda & ſequenda: ſi turba ſequens eſt felicior in eo quòd regem videt: turba precedens in hoc præualet quòd ſi caput vertat videbit faciem eius ſemper. Turba patrum preceſſit Chriſtum quæ iam no-

Figura proceſſionis. Geneſis xxviii. a.

bis eſt felicior: quoniã poſt redemptionem ſemper vident faciem eius: & ideo meſopotamia alia interpretatione dicitur redemptio: poſtquam turba precedens videt faciem Chriſti ſui in cœlo. Si autẽ turba ſequens quæ ſumus nos eã videre cupimus: oportet ei clamare cum pater ſuo Dauid. Reſpice in me & miſerere mei quia vnicus id eſt deſtitutus & pauperſum ego: tribulationes cordis mei &c. In die proceſsionum pauperes clamando poſtulant vitam ſuam & totũ victum ſuũ. Si autem rex miſericors fuerit, tunc eleemoſinas ampliores elargitur: qua propter vnicuiq; veſtrum dico fratres. Ecce rex tuus venit tibi nec ad virginem matrem ſuã venit filius dei niſi propter nos homines & propter noſtram ſalutẽ: & vt nobis viã faceret accedẽdi ad eum: & vt ſicut tus de muliere manſuetior eſſet nobis & cognatus: quoniam caro noſtra & frater noſter eſt. Ideo aſellã ſuam accõmodabit nobis, vt poſt eã aſcendamus in ſupremam Hieruſalẽ matrem noſtrã quę ſurſum eſt. Fugite fratres æquum luciferinum ſuperbiæ: qui per ſaltũ ambitionis precipitat ſeſores ſuos, ſicut & angelos deiecit in profundũ laci. Aſellam domini quærite ad iter verum ducens ad vitã peragendam. Docta enim eſt humiles ad cœlũ vſq; perducere. Ex hoc enim plagata eſt: de quo miratus quidem dixit Quæ ſunt plage iſte in medio manuum tuarũ: & reſpõdit. His plagatus ſum in domo eorũ qui diligebant me. Nec miremini quòd clauis plagas ſuſcipiat: quia tenera eſt caro ſaluatoris: ſicut tenerrimus ligni vermiculus. Dum enim hæc aſella portaret lignum crucis ad noſtrum amorẽ nutriendum cũ illo manſit plagata, nihilominus ducite eam, quoniã aliter aſcendere nõ poteritis: quia nec ouis ad ouille peruenit, niſi in

A rege pete eleemoſinã.

Plage Chriſti



humeris boni paſtoris. Nec vulnera timeatis quia vulnera iam nõ vulnerãt ſed ſanãt vlcera: & enĩ propheta dicit. Liuore eius ſanati ſumus. Dicam⁹ ergo ei. Oſanna. i. ſalua obſecro: ſalua deprecor nos o fili Dauid memor eſto patris tui qui ſibi cõmiſſos ſaluare ſolebat. Memento domine Dauid & omnis manſuetudinis eius. Nec ſolũ terreni Dauid ea parte qua es homo venis: ſed ex parte dei qua propter. Benedictus qui venit in nomine domini benedicere nos in pace: quia qui bene dixerit tibi benedictionib⁹ replebitur eritq; benedictus. O dñe Ieſu quis te in humili aſella videret in modũ crucis dextera tua benedictionem cõferre his qui præibãt & ſequebãtur velut pontifex futurorum bonorũ qui ſancta & ęterna redemptione inuẽta ducere decreueras tuos in ſancta ſanctorũ hic per gratiã & in futuro p gloriã &c.

¶SECVNDE DOMINICE SERMO ſecundus de aduentu ad iudicium. THEMA.

*Ecce rex tuus venit tibi. Matth. xxi. a.*

¶Inuocatio ad virginem.

PRo gratia obtinenda nota vt dicit philoſophus q natura determinatur ad vnum modũ agendi: ſed vt addit commentator bene poteſt ad plura determinari diuerſis reſpectibus, patet in diuiſione maris rubri: quæ duobus cõtrariis deſeruiuit, ſcilicet euaſioni iuſtorum & naufragio impiorum. Nam illi tranſierũt per ſiccum: & illi in illo ſuffocati ſunt. Patet etiã in anduentu arce dñi ad ciuitatem hay: cuius muri nõ volentes aduentum arce ſuſtinere corruerunt: tamẽ hebræi hoc videntes econtra dicũt. Surreximus & erecti ſim⁹ ſcilicet nũc qui antea cecidimus non putãtes nos poſſe obtinere vr-

Subuentio marię

bem. Sed forte quiſpiam dicet quod hæc duo exempla non tantũ ad naturam quantũ ad fortiorem vim attinent. Nec eñ in illis duobus ſola operata eſt natura; quin auctor naturę partẽ fortitudinis ſuę adderet. Attamen eſt exemplũ mere naturale in ſole qui operatione vna duo facit ſcilicet exſiccare pannos madidos, & niuem liquefacere quæ duo cõtraria videntur. Sed ad moralẽ intelligentiã nimis conferunt iſta duo ſcilicet exſiccatio & madefactio: vbi attendeꝗ ſol iuſticiæ deus noſter qui ſicut ſol regit mundũ: animas regit. Materialis ſol regit hominum tẽpora: deus autem ſol celeſtis ſpiritus & animas iuſtorũ moderatur. Duo tamen precipua nunc in aduentu ſuo facit. Primũ exſiccare pannos madidos, id eſt tepidos peccatores. Nam ideo dicitur. Areſcentibus hominibus præ timore &c. Sicut enim fidelis gaudet dũ audit regem venire & ꝓ redẽptione ſua leuat caput: ſic delator prę timore ait. Aruit tanquã teſta virtus mea id eſt iocunditas mũdialis, & lingua mea adheſit faucibus meis, quia nõ audeo allegare pro me, ideo in puluerẽ mortis id eſt in pœnã peccati deduxiſti me. Sed inſolitum eſt: quòd eueniat hoc illis qui aduocatã habent matrem dei, qm̃ Hieremias ait. Filii Sion incliti & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? Attendite ergo fratres quia deus nõ ſolum habet vnũ modum agendi ſcilicet iuſticiæ; quin miſceat modũ miſericordiæ. Dum eñi te exſiccat, dũ aufert à te quę tibi placita erãt liquefacit niuẽ. i. Mariã matrem ſuã, vt ſiccitati tuæ ſubueniat & abluat puluerem mortis tuæ penasꝗ; diluat peccati tui: ſcriptũ eñ enim de ipſa & de peccatoribꝰ. Niue dealbabũtur in ſelmon mons dei mons pinguis. Hyſpani dicũt, annus niuiũ annus bonorum eſt, nix liquefacta ad noſ

Pſal. xxi. b.

Iuſticia & mĩa.

Tre. iiii. a.



vſꝗ; decurrens beata Maria eſt qua dealbabũtur peccatores in mõte eccleſię qua & pinguis fit mons dei: quoniã adipem ſuum Maria & peccatores eccleſiæ filios deſtinare nõ ceſſat maxime dum ſupplices ei ſe tradunt genibus flexis dicentes Aue Maria.

¶ Ex Bethania venit Ieſus in templũ & bethania etiã interpretatur domus cãtici & eſt eccleſia triumphãs vbi cãtatur quaſi cãticũ nouũ alleluya. ex illa domo veniet ad iudicium quod ſuper templũ Hieruſalẽ faciet chriſtus à cœlo egreſſus in aera directe ſuper tẽplum Hieruſalẽ, vbi ſepius predicauit, templo igitur dico: Ecce rex tuꝰ veniet tibi. In toto ſermone iuxta ſeriem euangelii agam de vniuerſali iudicio.

Argumẽtum dicẽdorum.

Ad varia diuerſimode cõſueuit rex ad ciuitatem ſuã venire: nunc venit viſere reginam & ſic deus venit ad Mariã, nunc venit vt rebellem ciuitatẽ ſibi reſtituat, & ſic venit cotidie ad peccatorem & animam peccatricẽ: nunc ad cõgratulandũ ciuibꝰ, & ſic deus venit ad iuſtos, nũc vt aliquid nouũ in ſua cõdat ciuitate & ſit deus ad recenter prælatos in quibus dignitatẽ cõdit: nunc ad ſubueniendũ patientibus vim: & ſic deꝰ venit ad tẽtatos: nũc venit ad hamiludia & ſic venit ad contẽplãtes: nũc venit fugiẽs, & ſic deus videtur facere quãdo vel hæreſibus & aliis peruerſitatibus vndiꝗ; inundantibꝰ ſolet quendã ſanctum efficere ad tuendũ eccleſiam ſuã: immo & tẽporibus noſtris dũ apud nos frigeſcit fides in indos videtur deꝰ fugiſſe vbi reperitur nunc venit punire mala: & ſic deus venit ad peruerſos: nunc deniꝗ; ſolet venire ad ſubuertandũ radicitus vrbem rebellione inueteratã, & ſic deus veniet ad mundũ in vniuerſali iudicio: de quo incipit euangelium. Cũ appropinquaret Ieſus Hieroſolimis vt aiunt deus illo tẽpore ad mortis iu-

Multiplex aduentꝰ regis dei.

dicium particualare venit: quo iudicandus homo pa=
ratior eſt, hoc ego dubito, tñ habeo pro certo quod
ſaltẽ eo tẽpore venit iudiciũ mortis quo ſi in reliquo
temporis fiat cõparatio minus male ſe gerũt pecca=
tores. vñ ſi ſtatũ mortis tuæ cõferas ad reliquũ tẽpo
ris in meliori ſtatu te apprehẽdet mors: quæ ideo eſt
reſecatio malorũ noſtrorũ ne deteri⁹ eis aliquid eue=
niat immo arbitrandũ eſt. Sic etiã iuſtis euenire mor
Quo ſta= tem ſtatuto à deo tpe: ne ſi amplius viuant eorũ ſan=
tu venit ctitas minoreſcat, vtriſq; igitur conuenit illud ſare,
mors. melius eſt mihi mori magis quã viuere quẽadmodũ
ergo particulare iudiciũ meliori tempore venit vt ꝓ
baui ſic iudicium generale: tamen ſciri minus poteſt
iiii. diſti. tempus iudicii quã aliud: qm̃ vt ait ſcotus. Minus po
xlvii. teſt ſcire homo iudiciũ generale quam reſurrectio=
nem generalem. Et ſanctus Thomas tenet ꝙ de lege
nõ eſt iudiciũ reuelabile. ideo dicitur quòd Ieſus ap
propinquat. ſ. ad iudiciũ non eo modo ſed occultiſſimo
quo cętera diſponit, quia de hoc ſignãter dicitur: qũ
nõ putatis filius hominis veniet. Sane quidem Nam
quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? nemo equi=
dem: vnde repente audies. Ecce rex tuus venit tibi. ſ.
iudicare: tamen quamuis occultiſſime veniat appro=
pinquare nõ ceſſat Hieroſolymis ad iudicandũ ve=
Sopho. i. niens. De hoc aduentu ait ipſe dñs. Et erit in tẽpore
c. illo Scrutabor Hieruſalẽ in lucernis & viſitabo ſuper
viros defixos in fecib⁹ ſuis: qui dicũt in cordib⁹ ſuis
non faciet bene dominus: & non faciet male in tem
Hieruſa= pore iudicandi quod ſolus deus nouit. Scrutabitur
lem iudi Hieruſalem in lucernis ſcrutãs corda & renes deus.
catur nõ Nam vt alibi aſſeritur à domo ſua & à ſanctuario
Babylo= ſuo incipiet iudicare dominus, nec ſolum iudicare,
nia. ſed ſcrutari, nec ſolum ſcrutari ſed in lucernis: tamen



cum hoc propterea quando ſilenter atq; tardus ve=
nit dominus: viri defixi in fecib⁹ ſuis dicunt. Nõ fa=
ciet bene dominus & nõ faciet male ſcilicet in iudi=
cio: cũ ſcriptum ſit. Dicite iuſto quoniã bene: quoniã Eſa. iii. b.
fructum adinentionũ ſuarum comedet: ve impio in
malum retributio enim manuum eius fiet ei. Multi
ergo quaſi per ſomnium cogitant iudicium & fere
putant ꝙ non faciet dominus bene, ideſt non bene=
dicet iuſtos: nec faciet male ideſt non maledicet ma
los: qui malos male perdet. Ad bonos deniq; ac ma=
los iudicium dei pertinet: quoniam ideo Hieruſalem
interpretatur viſio perfecta vel conſummata, cum
dominus ad iudicandũ venerit appropinquabit vi=
ſioni perfecte & conſummate: & ideo dicitur affer=
re lucernas. Nam deus qui tunc erit verus ſol iuſticię
quando iuſticia orietur ſimul nec malos nunc perfe=
cte videt: nec bonos conſummate: quia nec illos per
fecte punit: neq; hos conſummate premiat. In iudi=
cio enĩ de prauis hominbi⁹ dicet ieſus. Pſal. cxxxviii. Pſa. cxxx
Perfecto odio oderam illos & inimici facti ſunt mi viii. d
hi. nunc imperfecte quodammodo eos odit deus: &
imperfecte videt peccata eorum: quoniam interea
charitas & miſericordia diuina operit multitudinẽ
peccatorum quẽ deus diſſimulat vſque dum ipſe ad
iudicandum veniat, quia tunc de relapſis & malis di
cetur: nudus erit infernus corã illo: & non erit ope=
rimentũ perditioni: operimentũ quo mali ſe nũc poſ
ſunt tegere eſt illud de quo dicitur. Cõfeſſionẽ & de
corẽ. ſ. verecundiæ induiſti. Ecce igit̃ quomodo tũc
perfecte viſioni appropinquabit dñs. qm̃ iota vnũ
aut vnus apex nõ ꝑteribit à lege: de quo nõ q̃rat opti
mã rationẽ: quã ſi nõ inuenerit totaliter in anima &
corpore caſtigabit æternaliter iniquos ſecũdũ vires

ſuas. Nũc qui habet aurẽ nõ audit vocẽ delictorũ ho
minũ: & q habet oculũ non cõſiderat eorũ crimina:
quia nõ ſecundũ peccata eorũ retribuit eis. ☞ Secũda
interpretatio ad bonos pertinet: quos deꝰ quodãmo
do cõſummate nũc nõ videt quia ſemiplene & ſolũ
in anima præmiat eos, nã in iudicio cantabunt, om=
nis cõſumationis vidi finẽ, paulus etiam cõnumera=
tis ſanctorũ laboribus & erunnis ait. Hi omnes teſti
monio fidei probati: nõ acceperunt repromiſſionẽ;
deo ꝓ nobis melius aliquid prouidẽte: vt nõ ſine no
bis conſummarentur. Appropinquat ergo Chriſtus
He.xi.g. & venit malos perfecte punire: & bonos conſum=
mate vtraqꝫ ſtola prǫmiare: quod faciet in iudicio de
quo ſequitur. Et veniſſet betphage: quę interpretatur
domus buce vallis. Hic aduerte ꝙ in diuerſis domi=
bus diuerſa operatur deus qui multiplicem domũ ha
bet ſecundũ eius varias operationes. immo pro vno
quoqꝫ membro ſuo habet Chriſtus peculiarẽ domũ.
Domus capitis chriſti eſt anima contemplantis: vbi
Multi= caput ſuæ diuinitatis reclinat. Domꝰ oculorũ chriſti
plex do= eſt Maria de qua dicitur. Domine dilexi decorẽ do=
mus dei. mus tuæ: de hac domo ait Chriſtus. Permaneãt ocu=
ii. Paral. li mei & cor meum ibi cũctis diebus, domus aurium
vii.c. Chriſti eſt fides quæ dicitur domus orationibꝰ apta,
in qua qui quærit inuenit, & pulſanti aperitur ſi poſtu
lat in fide nihil heſitans. Domus autẽ oris Ieſu domꝰ
buccæ ſuæ ſita eſt in valle Ioſaphat, qm̃ per prophe=
Ioe.ii.a. tam dicit. Congregabo omnes gentes: & ducam eas
in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cũ eis ibi. Non di
citur ibi ſita domꝰ oris chriſti ob aliud niſi quia nũc
pſ.xlix.a. videtur tacere. vnde in Pſal. xlix. vbi agitur de vni=
uerſali iudicio dicitur. Deus manifeſte veniet deus
noſter & non ſilebit. Hoc videtur eſſe reſponſum ad



prophetam quærentẽ, quare non reſpicis ſuper ini= Abac.i.d
qua agentes & taces deuorante impio iuſtiorẽ ſe? In
domo igitur oris ſui quæ ſita eſt in valle Ioſaphat
aperiet os ſuum Chriſtus & iudiciũ gentibus profe=
ret quale nunquam fuit: quoniã Eſaias dicit. Domi= eſa. xlii.a
nus ſicut fortis egredietur: ſicut vir præliator ſuſci=
tabit zelum: vociferabitur & clamabit ſuper inimi= eſa.xlii.b
cos ſuos confortabitur, tacui ſemper ſilui, patiens
fui, ſicut parturiens loquar diſſipabo: & abſorbe= Lingua
bo ſimul. Mirum eſt quod ipſe deus dicat ſe ſiluiſſe iudicii.
ſemper: cũ per infirmitates & peſtes & fames & etiã
tempeſtates ẽ cœlo ſepiſſime locutus ſit. tamẽ durio=
ri lingua vtetur in iudicio: qua nunquã hactenus lo=
cutus eſt. Nec ſolũ dura erit ſed acuta. Vnde Iohan=
nes ait. De ore eius gladius ex vtraqꝫ acutus exibat. Apo.i.d.
Gladius iſte diuinæ ſentẽtię viuus & efficax erit. quo
niam alius propheta dicit. Ardens furor eius grauis Eſa. xxx.
ad portandũ labia eiꝰ indignatione ſunt plena & lin
gua eius quaſi ignis deuorans. Ecce quomodo lin=
gua ferrea & acuta omnia cõcremante vtetur deus
in iudicio vniuerſali: quæ dicitur ex vtraqꝫ parte acu
ta: qm̃ vndiqꝫ feriet etiam corpus & animam pro cõ
miſſis & omiſſis homines & demones cruciãs. Hoc
mire figuratur in Geneſi vbi dicit. Cepitqꝫ Noe vir Gẽn.ix.c
agricola exercere terrã & plãtauit vineam bibensqꝫ
vinum inebriatus eſt & nudatus eſt in tabernaculo
ſuo: quod cũ vidiſſet Cham pater Chanaam verẽda
ſcilicet patris ſui eſſe nudata: nunciauit duobus fra=
tribus ſuis foras. At vero Sem & Iaphet palliũ impo
ſuerũt humeris ſuis. & incedentes retrorſum operue
runt verenda patris. Facieſqꝫ eorũ auerſe erãt & pa
tris virilia non viderũt. Euigilans autẽ Noe ex vino
cũ didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor ait. Ma

ledictus Chanaã ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis
Dixitq́ꝫ. Benedict⁹ dominus deus Sem: ſit Chanaam
ſeruus eius. Dilatet deus Iaphet & habitet in taber-
naculis Sem: ſitq́ꝫ Chanaã ſeruus eius: hæc ibi. Noe
interpretatur requies & eſt filius dei qui nondum ad
plenũ requieuit ab opere redemptionis. Nam de iſto
Figura iudicii. opere ſequitur. Cœpitq́ꝫ Noe vir agricola exercere
terram, quando per incarnationem egreſſus eſt ad
agrum mundi terrenus factus cœpit exercere in ſe
quòd alios docturus erat. immo & iudicium incepit
dũ dixit. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid
fiet? Noſter igitur Noe plantauit eccleſiæ vineam,
quorum palmites primi fuerunt apoſtoli: vinum eſt
amor: cuius ardor tantum apprehendit Chriſtũ vt ſe
nudari permiſerit in tabernaculo crucis immo & ibi
ex ardore charitatis ebri⁹ patiebatur ſitim dilectio-
nis noſtre. Peccatores tamen ignorantes miſterium
derident nuditatem Chriſti per quem verenda eius
apparent. O fideles Chriſti attendite Chriſtum cali-
ce paſſionis ebrium & nudatum etiam à propria vi
verenda Chriſti. ta: vbi pudenda eius apparent. Nonne pudenda &
verenda ſunt: paupertas humilitas pœnitentia miti-
tas, fames, ſitis labor & afflictio? hæc ſicut veren-
da deridet filius minor cetus ſcilicet malorũ & à de-
monibus minoratus, qui non deridẽt, ſed credũt, &
contremiſcunt. Superbus nonne deridet humilitatẽ
Chriſti: & pudet eum ſimilia ſequi, auari nonne de-
rident Chriſti paupertatẽ, & pudet eos pauperes fie-
ri, luxurioſi nonne derident abnegationẽ volupta-
tũ, & pudet eos opera pœnitẽtię incoare? guloſi nõ-
ne deridẽt inſipida cibaria chriſti ſui & pudet eos aq̃
biberẽ? irati nonne deridẽt manſuetudinẽ redẽpto-
ris, eoq́ꝫ pudet tacere dum iniuriã patiũtur, ocioſi nõ-



ne deridẽt laborioſa opera Chriſti, & eos tedet ſimi-
lia ſequi? væ fictis chriſtianis deridentibus ea, ex qui-
bus nati ſunt deo: ex virtutibus enim virilibus chri-
ſti quas dixi nati ſumus omnes nos, ſi has vilipendi-
m⁹ de generes cõprobamur. ideoq́ꝫ maledictiõi ſub-
iacebimus paterna hæreditate orbati & etiam ſubſa-
nationi expoſiti dicente deo: ego quoque in interitu
veſtro ridebo. Sed mirũ eſt, ꝙ vir ſanctus Noe Chã
& filiũ ſuum Chanaam maledixerit, cũ ipſe Cham
crimen ſolus videatur perpetraſſe, ſed nos docemur
in hoc, qualiter odio eſt deo impi⁹ & impietas eius,
quæ eſt velut proles. Vnde ſecundum Yſidorũ Cha- Benedictio &
naam interpretatur motus eorũ. i. opus in hoc etiam
ꝙ vidit & annunciauit foras duplex notatũ iniquitas maledictio iudicii.
ſcilicet interior in corde & exterior in opere. Nã qui
ex induſtria ſe iactans nũciat in opere aut verbo ma-
litiã cordis, intus & extra: cõmittit peccatũ. ſ. duplex
quod eſt tanquã pater & filius, qui ſigillatim ſunt ma-
ledicendi: vñ ſequitur. Euigilans autẽ Noe ex vino
cũ didiciſſet, quid fecerat filius ſuus minor. ſ. Chã
dixit. Maledict⁹ Chanaam ſeruus ſeruorũ erit fratri-
bus ſuis. In filio maledicitur & pater qm̃ deus in ope-
re malo & ꝑ opus malũ maledicit peccatori tanquã
factori ſuo. Nunc tñ dormit noſter Noe, at tenetur
amor ſponſe ſuæ eccleſię tanquã vino vineę ſuæ: tñ
in reſurrectione generali euigilabit, Sicut ille vigil
qui miſſus fuit è cœlo ad arborẽ deſtruendã: in hoc
ſcilicet ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis, exprimitur
tota maledictio iudicialis, qua peccatores ſerui de-
moniũ fratrum ſuorũ erunt miſſi in ignẽ paratum dia-
bolo & angelis eius: vel damnati deſeruient gloriæ
beatorũ. In quorũ dãnatione vario reſpectu poterũt
gloriari. Sãctus Noe in bñdictione Sẽ & Iaphet ex-

preſsitbenedictionem, quam Chriſt⁹ ſuis aptabit. nõ
ſolum angelis & hominibus, ſed animab⁹ & corpo=
ribus in quib⁹ dilatabitur gloria beatitudinis. Eritq
amplior quam nũc eſt in cœlo: vnde ſequitur in euã=
Locus iu dicii. gelio. ¶ Ad montẽ oliueti: quemadmodũ tribus ſta
tionibus vtitur deus in omni alio aduentu ſic etiã in
iſto, quapropter iam oſtenſo quomodo venit appro
pinquans Hieroſolymis & Betphage opere preciũ
erit quaſi tertio loco innuere ſtationem montis oli=
ueti: non mireris candide lector me de monte oliua
rum velle aliquid ingerere auribus tuis quoniã etſi
Iocl. iii. e Ioel dicit. Aſcendãt gentes in vallem Ioſaphat quia
ibi ſedebo, vt iudicem om̃es: nõ propterea mons oli
uarum carebit iudicio vniuerſali, qm̃ Chriſtus iudi=
catur⁹ nõ deſcẽdet ad terrã, immo nos aſcẽdem⁹ ob
uiam Chriſto in aera, exiens autẽ à cœlo per eandem
partem qua ingreſſus eſt exiet angelo dicente Quæ=
admodum vidiſtis eũ euntem in cœlũ ita veniet ini=
quierunt in terra nolentes nec oculos ad iudicem le
Eſa. ii. d. uare, ſed clamabunt alter ad alterũ. Ingredere in pe
tram abſcõdere in foſſa humo à facie timoris dñi &
à gloria maieſtatis eius: quin & teſte Iob ab ipſo in=
ferno exire minime vellẽt ſed ibi protegi donec tri
ſeat furor dei. Sancti autem per gradus glorię ſuæ eo
altiores erũt ſub iudice quo beatiores ſunt in cœlo.
Soli ergo impii remanebunt in terra non ſolũ Ioſa=
phat & monte oliuarũ ſed alia circuncirca loca im=
plentes. Nec ergo mirum ꝙ in monte oliuarũ dicam
iudiciũ fore quia ibi vt ait gloſ. ſupra. ii. cap. ii. epiſt.
ad Theſſ. fulminabitur antichriſtus per Michaelem
deiiciendus: & ab illo loco videtur proferendũ iu=
diciũ vindicte à quo recepimus ampliora dona ſci=
licet apertionem cœli quæ ex monte oliueti fuit in=



cepta in aſcenſione & perfecta dum Chriſtus ex eo
directe ingreſſus eſt cœlũ. In ſigno huius cœli aprio
nis nunquam deinceps potuit lapidib⁹ claudi locus
ille quo dñs aſcendit: ſed in medio eccleſię quam ibi
cõſtruxit helena manet altum foramẽ vel potius cœ
li feneſtra vel porta gloriæ Chriſti immo & in hoc
monte maximũ peccatum perpetratũ eſt: quãdo rex
Salomon in eo ædificauit delubra excelſa. Vnde vo ii. Re. x.
catus eſt mõs offenſionis quia ſcilicet in illis ydolis
offendit Salomon deum ſuũ. A loco ergo ydolatriæ iiii. Reg.
adorandus iudex decẽtius poterit ydolatras & aua= xxiii.
ros damnare: & omnes peccatorũ ſtatuas cõminue=
re. Nec tibi ſit durum ꝙ iudex ſtet ſuper hunc montẽ
nec tibi Ioel obſtet. Nam Ioſaphat interpretatur do
minus iudex cum ergo iudiciũ dicitur in valle Ioſa= Videſco
phat futurũ ſenſus eſt. Iudicium erit in valle domini tũ in. iiii.
iudicis. Reſpectu autem dei totus iſte mundus val= diſ. xlvii.
lis eſt & locus in quo iudex viuorũ & mortuorũ ma= q. i.
iorem dominationem oſtendit eſt mons oliuarum
ideoq; ibi videtur futurum eſſe iudicium: tamen ad
uerte quod vt ait doctor illuminatus in. iiii. d. xlvii.
q. i. tria reperiuntur loca in quibus dicitur futurũ eſſe
iudicium. Primus mons Sion. Eſa. ii. erit in nouiſsi=
mis diebus præparatus mons &c. Secũdus locus eſt Ac. xiiii.
mons oliueti de quo dicitur. Egredietur dominus &
pedes eius ſtabunt ſuper montẽ oliueti. Tertius aer:
quia exibimus obuiã Chriſto in aera rapti in nubi=
bus. i. Theſ. iiii. Sed iſta concordantur quia Chriſtus
erit in aera, ꝓpinquo omnib⁹ illis locis. Perfecti erũt
in mõte Sion, alii in mõte oliueti, vulgus in valle Io
ſaphat horum montiũ medio. Mõs ergo denotat iu Iuſticia
ſtitiam: nã propterea dicitur. Iuſticia tua ſicut mon= eſt mons
tes dei ſcilicet ſicut mons oliuarum & mons Sion cir luminũ.

cundantes vallẽ Ioſaphat. Iuſticia futuri iudicii cõ-
fertur motibus iſtis qui montes trium luminũ voca-
tur. Primo ſcilicet illuminabãtur à luminaribus tem-
pli Salomonis. Secũdo à ſole ibi maturius refulgen-
te. Et tertio ab oleo oliuarũ ibi exiſtentium. Sic ergo
iudiciũ dei triplici claritate decorabitur: prima erit
à ſole iuſticiæ Chriſto nudante omnia qui manifeſta-
bit conſilia cordiũ. Secunda vero à propriis conſciẽ-
tiis hominũ ibi patulis. Nam teipſum ibi damnabis
dicente Iob. Si iuſtificare me voluero: os meum con-
demnabit me Tertio illuminabitur iudicium Chri-
ſti ab omnibus creaturis, quæ apoſtolis ſedẽtibus ad
iudicandum Iſrael acclamabunt contra impios: qui
eis abuſi ſunt: ideoq; dicitur deus vocare cœlũ de-
ſurſum & terram deorſum vt diſcernat populũ ſuum
In iudicio etiam dei neceſſarium erit oleũ: quo ſi ca-
reas dicetur tibi. Clauſa eſt ianua vitæ quam intrare
non valent: niſi afferentes oleum ſecum vt pruden-
tes virgines, ibi de operibus miſericordiæ exigetur
ratio. ideoq; nunc oleũ miſericordiæ præpara tibi ꝑ
monte oliueti: quia ibi lucebit: ibiq; euidenter pate-
bit miſeridordiæ ſublimitas dicente iudice. Eſuriui
& dediſtis mihi &c. Apta ſeptẽ opera miſericordiæ
ſeptem partibus beatitudinis & videbis quam con-
fortata eſt miſericordia mons dei mons pinguis, in-
terea tamen de antecedentibus iudicium ſequitur.
Miſit duos ex diſcipulis ſuis iſti duo communiter di-
citur quòd ſunt Helias & Enoch præmittendi ante
iudicium. In Helia zelum dei poteris intelligere ter-
ribilem. Nam ſicut Helias fecit ignem deſcendere
ſuper iniquos, ſic deus præmittet ignem conflagra-
tionis: de quo cum Sophonias propheta vellet pro-
phetare & totũ capitulũ primũ conſumpſiſſet loquẽ-

Miſericordia iudicio neceſſaria.

ſoph. i. d.



do de iudicio concluſit dicens. In igne zeli eius de-
uorabitur omnis terra. Si de hoc igne latiꝰ loqui pla-
cet vide ſcotum in quarto di. xlvii. q. ii. Enoch præ-
ſefert clementiam dei quæ pariter iudicium antece-
det iſtũ arbitror deſtinandum ad conſolationem bo-
norum ſicut alterum ad terrorem malorum: quoniã
Enoch ſine morte per totius fere ſeculi tempus re-
motus ab hominum conuerſatione cuſtoditur vt in
eo qualiter homines ſi nõ peccarent generata prole
commutarentur in cœlũ ſine morte oſtẽderetur. Iſti
deniq; apoſtoli duo pręmiſsi ante iudicium deſignãt
zelum dei & clementiã eius: quæ iudicio non deerit:
quia propter ea Letabitur iuſtus cũ viderit vindictã:
& ſtabunt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui
ſe anguſtiauerunt. Sunt & iſti duo diſcipuli cetus an-
gelorum & cetus beatorum, qui tanquam virtutes
cœlorum mouendi ſunt ante iudicium. Nec mirum
quia de primis dicitur. Mittet filius hominis ange-
los ſuos. De aliis autem ſcilicet ſanctis ſatis liquet.
Nam citiſsimi deſcendent ad propria corpora reſu-
mẽda ſibi. Iſtis deniq; duobus dicitur. Ite in caſtellũ
quod cõtra vos eſt. In euangelio dicitur ꝙ dum in-
traret Ieſus in quoddã caſtellum occurrerunt ei de-
cem viri leproſi omnes æquidem ſeculi ſtatus præſi-
gnantes: quos viſitare veniet acrius in iudicio vni-
uerſali: ergo caſtellum eſt mundus habens tria ſcili-
cet turres ſuperbię quibꝰ ſe putat ad cœlum vſq; per-
tingere. Et ſecũdo habet murũ obſtinatiõis, quo etiã
deo reſiſtit. Habet tertio foſſam cõcupiſcentiæ: quæ
nũquã ſatiatur. Tria precipua iudicia feciſſe legitur
deus. Primum in cœlo contra ſuperbos. Secundũ in
ſulphure igneo quinq; ciuitatũ: & hoc fuit cõtra ob-
ſtinatos. Tertiũ in diluuio contra deditos voluptati.

Zelus & clemẽtia ꝓuenient iudiciũ.

Caſtellũ eſt mundus per mala.

Hæc tria ſimul reperiuntur in iudicio vniuerſali: vbi
& ſuperbia & obſtinatio & cõcupiſcentia omnimo
da regnabit quæ tria ſunt cõtra beatiſsimã trinitatẽ
contra patrẽ ſuperbia: cõtra filium auaritia: cõtra ſpi
ritum ſanctum obſtinatio: claudens viam veniæ.

Trinitas offenditur.

¶ Profundius hic etiam aduerte: ꝙ vt ait ſcotus in
ter attributa dei eſt ordo: q̃a quæ prius emanant pri
manifeſtantur. Hic autem ordo nõ aſsignatur in eo
ꝙ ibi ſit aliquid hoc poſt hoc, ſed hoc ab hoc, quæ
quidem origo ſufficit ad ordinẽ. Iam ergo in rebus
ad extra quod prius nobis apparet eſt creatio, quæ,
quia pater eſt prima perſona ei attribuitur, filio autẽ
redẽptio: & ſpiritui ſancto iuſtificatio. Ratione igi
tur creationis patri debetur humilitas: ratione redẽ
ptionis filio debetur liberalitas: ratione iuſtificatio
nis debetur ſpiritui ſancto munditia. Contra iſta tria
q̃ nunc perlucẽt in ſanctis inuenies in mundo maio
ri & minori ſuperbiã cõtra patrẽ auariciã cõtra filiũ
immundiciam cõtra ſpiritum ſanctũ. Superbus irro

Humilitas.

gat iniuriam patri creatori. nã deberet eſſe homo it
ter duo nihil: ex primo fact⁹ eſt: & ſecundũ eſt id ad
qđ tẽdis. niſi manu dei tenearis auarus fuiſti in in
iuriã filii te ſolũ amans: qui cũ eſſes inimicus te reci
ciliauit ſecũ. Suumq́ꝫ ſanguinem tibi preſtitit carna
lia ſecutus es in iniuriam ſpiritus ſancti te iuſtificã
tis. Quid ergo manet niſi ꝙ te pater anihilaret crea
tor: vt te de medio ſublato ſe vendicaret. Sed q̃a mi
ſericordia ſuperexaltat iudiciũ non cõſumeris tñ q̃
miſericordia non debet iudicio derogare quodam
modo ãnihilabitur peccator. Dum liberũ abitrium
ſuũ impeditur: ne exeat in opera de genere boni
ſicut ficus maledicta: quæ & ſi manſit nõ potuit dein
ceps dare fructũ ideoq́ꝫ velut ãnihilata mãſit in hoc



autẽ durius fit iudiciũ dei per huiuſmodi miſericor
diam: quia melius eſſet ex toto annihilari. nam ideo
quærent homines mortem: tamẽ fugiet mors ab eis.
Quia contra filiũ auarus ei dabitur ſibi ſumma pau
pertas: ſic vt careat guta aquę: quia etiã immund⁹ es
contra ſpiritũ ſanctum dabitur tibi pœna dãni p om
nes ſenſus tuos: ita vt ſtatim obliuiſcaris omniũ vo
luptatum præteritarũ. habet ergo caſtrum tria mala
ſcilicet ſuperbiã turrium cõtra patrẽ: duritiam auari
tiæ figuratã in muro cõtra filiũ: immunditiam foſſe
contra ſpiritũ ſanctum tñ primo dabitur tanta deie
ctio: vt nec bonũ valeas cogitare nec placidũ. Secũ
do autem dabitur pena dãni pœna omnimode ca
rentiæ. Tertio dabitur pœna omniũ ſenſuum. Tamẽ
videndum eſt cur eis dicitur. Inuenietis aſinã alliga
tam & pullũ cum ea ſoluite & adducite mihi. Aſina
ligata ſacramentis & fide, eccleſia eſt, pullus autẽ ali
qua libertate ſolutus eſt poteſtas ſecularis. Si ante iu
dicium oĩs Iſrael ſaluus fiet: & plenitudo gentiũ in
trabit ad fidem ſatis liquet ꝙ in illis duobus intelligi
tur totus mundus. Eccleſia igitur eſt aſina: quæ nũc
tenetur ſacramentis ligata & cõſiliis Chriſti: pars au
tem quã ſecularem vocamus eſt pullus libertate ſolu
tus. Manet tñ iuxta matrem ſuã: ideoq́ꝫ dictum eſt &
pullũ cum ea. Nam q cũ eccleſia non etiam iudica
tus eſt ſecundũ apoſtolũ. Tamen quia multi ſunt ani
malium ſolutionẽ vetantes addidit Chriſtus. Si ali
quid vobis quidã dixerint. Dicite quia dñs his opus
habet. Dicunt ſane hæretici ſuperuacaneũ eſſe iudi
cium dei qđ eñ iudicabit dominus: iam omnia iudi
cata ſunt. Num faciet dñs aliquam trãſmutationem
cũ apud eum nõ ſit trãſmutatio: aut chaos illud iam
diu firmatum inter cœlũ & infernum poterit violari:

Poteſtas ſacræ eccleſiæ ſic & ſeculi aſina & pull⁹ eſt.

Si ergo ex inferno nemo tranſibit ad cœlũ. Nec etiã
ecõtra quid oportet eſſe iudicium, nam & ſcriptum
eſt, quod non iudicabit dominus bis in idipſum. Iam
præteriit particulare iudiciũ quo omnia diſcernun=
tur, ideo non eſt opus expectare iudicium generale.
Itẽ deteriores hæretici dicent: deus circa cœli cardi
nes ambulat, nec noſtra conſiderat. Nam vileſceret
intellectus eius ſi nenias noſtras, & ocioſa verba iu
Ratio= dicaret. Negantes etiã reſurrectionem pariter nega
nes iudi bũt eſſe iudiciũ generale. Sed nos angelo credimus
cii vni= dicẽti, quemadmodũ vidiſtis eum aſcendentẽ in cœ
uerſalis. lum, ita veniet vt peracto vniuerſali iudicio totus
Chriſt⁹ cũ membris ſuis iterũ aſcendat. Dñs ergo ha
bet op⁹ iudicio. Primo vt ſit poſt iudiciũ totus Chri
ſtus in cœlo. Secundo vt finem habeat peccatũ. Ter=
iiii. q. di. tio vt integrum beatis præſtet præmium. Quarto vt
xlvii. q. mali etiam in corpore & anima puniantur. Quinto
i. ſcoti. vt quemadmodum generaliter in mundi creatione
egreſſi ſumus à deo. & particulariter dum ſigillatim
quotidie per natiuitatẽ veniunt homines in mundũ
ſic & ſolus quiſq; reuertatur moriens & ſimul omnes
reuertantur poſt iudiciũ. Sexto vt fiat omnimoda ſe
paratio malorum & bonorũ quia iam nec mali con=
uertentur nec boni poterũt exerceri. Septimo vt im=
pleantur ſcripturæ. Octauo vt ſe vindicent boni per
manũ dei qui dum viuerent ſe vindicare noluerunt.
Nono vt vnicuiq; detur locus ad ſuã querelã ibi re
ctiſſime iudicandã. Nam dixit Paulus ad cæſarẽ ap
pello, & ſic plurimi appellãt ad vniuerſale iudicium.
Decimo vt ibi de⁹ oñdat ſe rectiſſime particularia
feciſſe iudicia & ſic dũ quiſq; viderit ibi cur de⁹ hoc
malũ vel illud pmiſerit cognoſcet ſua temeraria iudi
cia. Op⁹ ergo habet deus omnib⁹ quæ ad iudiciũ p=



tinent vt ſaltim ibi oñdat ſe rectiſſime iudicaſſe quo
tidie. Vnde ait ſanctus Dauid. Illuminans tu mira=
biliter à montibus æternis turbati ſunt oẽs inſipiẽtes
corde: vñ optime dixit Chriſtus. Cũ accepero tẽpus p̃. lxxv. a
ego iuſticias iudicabo. ſ. meas oſtendẽs eas fuiſſe re=
ctiſſimas. Ergo vt cognoſcamus nr̃a temeraria iu=
dicia opus eſt iudicio vniuerſali: de quo & ſequitur.
Abierũt diſcipuli & fecerũt: ſicut preceperat Chriſt⁹:
Adduxeruntq; aſinã & eũ deſuper ſedere fecerũt. Sci
tis fratres mei q̃ apoſtoli aſſeſſores iudicis erunt eiq;
præparant ſedẽ aut tribunal. Sedebit dñs in iudicio.
Super animalia prædicta nõ ob aliud niſi propterea
q̃ habebit omnia ſibi ſubiecta per coadiutores aſſeſ
ſores ſuos apoſtolos quos in partem iudicii ſumere
decreuit vt eos honoraret. Sed in hoc aliquod my=
ſterium latet quod apoſtoli ſuper animalia poſue=
runt veſtimenta ſua & chriſtus ſuper ea ſedit. vbi plu
rimum aduerte quod & apoſtoli aliquo modo etiã
ſederunt ſuper animalia propter onus veſtimentorũ
ſuper ea proiectum. Super totum mundum in anima Iuſti præ
libus figuratum apoſtoli ſedebunt, immo & viri iu= ualẽt in
ſti. quia ſcriptũ eſt. Illic ſederunt ſedes in iudicio ſe= iudicio.
des ſuper domum Dauid. Nuſquam audiuimus q̃ ſe
des ſederent: ſed quod ſeſores ſederent ſuper ſedes
tñ in iudicio dei ſedes dicũtur ſedere: quia boni ac iu
ſti viri qui fuerũt in hoc mũdo conculcati ac pedib⁹
malorũ ſubiecti iam in iudicio vice verſa ſedebũt ſu
per ſeſores ſuos & onera imponent eis maiora: qa iã
nõ cõculcabit impius iuſtiorẽ ſe: ſed iuſtus impiũ ſub
iugabit. Nam iudiciũ non fiet niſi ad laudem & præ=
miũ & exaltationem pauperum ſpiritu & beatorũ: vñ
recte ſequitur in euangelio. Hoc totũ factum eſt vt
impleretur quod dictum eſt per prophetã dicẽtem.

Dicite filiæ Sion; Ecce rex tuus venit tibi manſuetus
ſedens. Hoc iam totũ pertinet ad celeſtem Hieruſale
Teſſalo. iii.d. vbi etiam hodie dicit Paulus. Noſtra conuerſatio in
cœlis eſt vbi etiã ſaluatorem expectamus dominum
nr̃m Ieſum chriſtum: qui reformabit corpus humili
tatis noſtræ corpori claritatis ſuæ configuratũ ſecũ
dum operationẽ virtutis ſuæ; qua etiã poſſet ſubiice
re ſibi omnia. Poſt primam aſcenſionẽ vidit Stepha
nus dñm aſtantem: ſed poſt ſecundã quæ finito iudi
cio celebrabitur ſemper erit ſedens ſubiectis ſibi ad
Filia Siõ eſt beati- tudo. plenũ mundo & etiam aereis poteſtatibus. Dicite igi
tur filiæ Sion: id eſt celeſti Hieroſolymæ quæ eſt filia
trinitatis: filia prędeſtinationis, filia lateris ſaluatoris
eſa. xlv. a filia beatæ Mariæ, filia regni perennis dicite ei. Ecce
Lu. vi. e. rex tuus dñs meus Ieſus à iudicio rediens: iã ira agni
depoſita quæ infinita erat venit tibi ſponſus ſempi-
ternus & manſuetus inter vbera tua commoraturus:
vt tibi theſauros abſconditos & archana ſecretori
conferat & menſuram bonã & confertam & coagi-
tatam & ſuper effluentem in ſinum tuum.

¶ In hac literali proceſſione fratres mei veſtimenta
& ramos viri deuoti ſternebãt per viã: & ſic aſella le
ſu expedite non poterat pergere: & ipſe dominus
turba prætereunte præcedente & ſubſequente nõ vi
detur faciæ ad faciẽ. Tamen in ꝓceſſione ex iudicio
ad cœlũ oppoſito modo fiet: qm̃ ſancti propterea di
Ap. vii. e cuntur amicti ſtolis albis & palme in manibus eorũ
quia in manibus operũ deferre videbũtur ramos vi
ctoriæ à ſuperiori palma. ſ. Ieſu excerptos: & veſtimẽ
ta corporum ſuorũ iam renouata eleuabunt à terre
nis ſepulchris. Et ipſi optimo diſpoſiti modo vide
bunt facialiter regẽ in decore ſuo in capite eorũ ſe
dentem melius quam in curru igneo: & ſic proced



cum magna gloria. Hæc profecto ſolennitas & ad-
uentus hic bonorũ è cœlo ad iudiciũ & ab eo reuer-
ſio ad cœlum figuratur in eo loco vbi dicitur. Præ-
dicent & diuulgẽt vocem ſcilicet iudicii &c. vſq; in ii. Eſdre. viii. d
finẽ cap. ¶ Sed hac figura quia optima eſt & maxi-
ma ꝑ altero ſermone repoſita: nunc aduerte ꝙ haud Victoria quomo-
inconſulto & nõ abſq; miſterio diximus & oſtendi- do acqui
mus ꝙ in præſentiarũ ſternũtur veſtes & palme Chri renda eſt
ſto in via. Poſtea vero iam in termino reſumuntur. ſ. per hu-
Quomodo vos putatis fratres ad animæ victoriam militatẽ.
& corporis gloriã peruenire: niſi prius in via pœnitẽ
tiæ corpora veſtra veluti veſtes cõculcetis & victo-
rias ſternere curetis atq; deicere? Nam chriſtianus dũ
mactatur dum patitur dũ inhonoratur dũ plectitur
& ſubiicitur ſi manet chriſtian⁹ ſuꝑ vincit: vnde pal-
mam ſternis qñ dans locũ ire te vinci ꝑmittis. Poſtea
vero iam iuxta terminum iudicii incipies eleuare &
eleuatã oſtendere palmã victoriæ tuæ quam putrefa
ctam credebat hoſtis: & nõ ex induſtria ſed ex puſi-
lanimitate ſubiectam fuiſſe putabat immo totus ma
lorũ cetus mirabitur & vociferabitur dicẽs. Hi ſunt
quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitu
dinẽ improperii. Nos inſenſati vitam illorũ æſtima-
bamus inſaniã & finem illorũ ſine honore ac ſi eſſent
victi. Sed ecce quomodo computati ſunt intra filios
dei ſcilicet angelos victores: & inter ſanctos. ſ. apo-
ſtolos ſors gloriæ & corone illorũ eſt. Ecce quomo-
do virga qua percuteris & iaculum quo transfigeris
erũt tibi palme victoriæ: ſicut dño Ieſu fuit crux: vn-
de & hoc ſignãt pueri ſancti, dum perſonãt. Oſanna
in excelſis. Nõ exoramus vt hic in hoc mũdo ſalues:
ſed hic vre ſeca & crucia: tñ in excelſis ſalua: o fili
Dauid qui nunc ideo diceris accipere ſedẽ patris tui

Dauid etiam in eternum: vt oſtendatur ꝙ quemadmodum ille fugiens inimicũ Saul & eum venia præueniẽs obtinuit regni ſedẽ in ſua miſericordia q̃ eti inimico exhibuit: ſic optimus chriſtianus patiens & multe miſericordiæ obtinebit regnum gloriæ. Si pa- Eſa.ii.a. tientiam habet vſq; dum impleatur illud Eſaiæ. Cõſolabitur dominus Sion. &c. vſq; vox laudis ibi de ſalute exhibita in ſempiternũ erit gratiarũ actio regi gloriæ quam mihi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

¶ CONCEPTIONI BEATAE MARIÇ ſermo tertius: ſup euãgeliũ pretactũ. THEMA.

Ecce rex tuus venit tibi. Matth.xxi.a.

¶ Inuocatio ad virginem.

Ex cõceptiõe Mariæ orit eius miſericordia cita.

SI Mariæ recẽter cõcepte ingerere cupimus verba thematis audire forſitam renuet: immo nec poterit: qm̃ aures non audiũt ſine aere: ideo enĩ referente iſidoro aſpis naturaliter docta alteram aurem in terrã premit: alteram vero cauda obturat: & operit ne incantantis audiat vocem: peruie igitur & expedite aures audiũt: & nõ ocluſe ſicut modo ſunt aures virginis. Sed ſi Iohãnes vtero matris incluſus Mariç vocem audiuit: ne in peccatis naſceretur: quid ſentiendũ eſt de illa quæ nomen gratiæ dedit precurſori: & eſt mater gratiæ? Si maior illo nõ ſurrexit inter natos mulierũ: iſta de qua loquimur nunquam cecidit: quia etiam hodie eſt quaſi aurora conſurgens id eſt ſimul cũ gratia ſurgẽs ad maiora: quoniã ei recenter concepte dicitur. Nõ accedet ad te malũ id eſt animæ tuæ, nam de corpore ſequitur, & flagellũ ab cuius ſententiç nõ appropinquabit tabernaculo tuo & cauſa ſubinfertur, cũ dicitur, qm̃ angelis ſuis demandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis Pſ.xc.e.



tam veniendo ad mundum: vt originali peccato careres: quã exeundo ne incinerationẽ incurreres. Sed de prima cuſtodia ſequitur: in manibus id eſt actibus ierarchicis portabunt te: ne forte. Sicut & cæteri: offendas ad lapidem pedem tuũ. Super aſpidem &c. angeli ergo in Mariam ſicut & in angelos inferiores actus ierarchicos exercentes hodie dicunt virgini. Ecce rex tuus venit tibi: & antequam tu venias tibi ipſi: antequam tu venias illi: ante omne tempus tuũ: vt hic perpendas: quod citiſſime tu debes peccatoribus ſubuenire. nam ſicut recte dicitur, quod gratis recipitis, gratis date. Sic etiã recte dici poteſt: quod citiſſime recepiſtis, citiſſime date, Maria vero ſe aq̃ductum cognoſcẽs nil ſibi reſeruat. Sed totũ in quẽlibet petentẽ tranſmittit: & obuiat illi quaſi mater honorificata: de q̃ propterea cuilibet egeno dico. Ecce regina tua venit tibi. ſ. gratiã præſtare: qm̃ vacua venire nõ poteſt. Si ergo tãta eſt munificẽtia tua virgo: vt te ipſam ad nos cõferas vltro. nil reſtat niſi ꝙ procidentes tibi præſentemus Aue Maria gratia plena.

¶ Argumentũ dicendorum. Nec mirũ quod rex gloriæ veniat Mariæ: quç deum exquiſiuit manibus ſuis tot modis quot nos quærimus res mũdi. Secundum quatuor virtutes cardinales quatuor modis poſſum acquirere: primo ꝑ fortitudinẽ in bello. ſecundo per prudentiã in lucratiua negotiatione: tertio ꝑ iuſtitiã in matrimonio acquirendo & generando filios: qui ſeruiant nobis ac pareant. Quarto per temperãtiam ieiunando: nam qui amouet cibaria delicata nõ parũ acquiret: maxime ſi cauet: ne exeat per os: niſi ſedula oratio. His ergo modis quibus homo res mundiales acquirit: beata virgo deum exquiſiuit: primo per fortitudinẽ charitatis ſuæ. nam ſicut & regnũ cœli rex

Quibus mõis acquiritur deus per Mariam

cœlorum vim patitur: & beata Maria cõtra deũ for-
tis fuit: quãdo filium dei ex ſinu patris deſcendere fe-
cit in vterũ ſuum minuẽs eũ paulominus ab angelis
& faciens eum ſibi ſubditũ. Secundo quia mater dei
prudentiſsima erat, guſtauit, & vidit, quia bona eſt
negotiatio eius: & melior negotiatiõe auri primi &
puriſsimi. Tertio in diuino illo conſenſu deo exhibi-
to deũ filiũ generauit, fecitq́ʒ ſuũ, Quarto per tempe-
rantiam eundẽ acquiſiuit: amouens delitias à carne
ſua: nam quãto glorificauit ſe in penuria tanto ſecu-
rius: ac certius deum acquiſiuit: Mariæ igitur tanquã
melius poſsidenti dicitur. Ecce rex tuus venit tibi, ſci-
licet tanquã poſſeſſori oſtendã in toto ſermone qua-
liter Mariæ recenter concepte venit deus. Per caſti-
gationem deus incipit ad nos vſq́ʒ venire: deus vl-
tionis venit priuſquam Mariã præſiet: qm̃ propterea
dixit propheta. Duo hęc audiui: quia poteſtas dei eſt
Pſal. lxi. c. & tibi dñe miſericordia. Prius de poteſtate puniente
fecit mentionẽ quàm de miſericordia leniente. Nec
Punit deus ante præmiũ. mirũ quia p̃ iuſticiam rigidã præeuntem cognoſci-
tur quã te dulcedinis ſit miſericordia ſuperueniens
vñ omnes dei perfectiones miſericordiæ deſeruiunt
tanquam regine. Quãuis ergo generaliter verũ ſit q́ʒ
ad omnes prius deꝰ venit vltor quàm miſericors: tñ
ſola Maria reperitur prius miſericors quã vltor: nec
vnquam vltorẽ veniſſe ſed piũm: vbi aduerte q̃ꝫ qui
omnes naſcimur filii iræ teſte Pau. Satis conſtat deũ
prius nobis iraſci. quam arrideat priuſq́ʒ nos & dã-
nare q̃ ſaluet: nec mirum quia prius nobis inſunt e
quæ ſunt naturæ quã gratiæ: & hæreditate poſside-
mus pœnam: vbi aduerte. C. ad legẽ iuliam maieſta-
tis. l. quiſquis. Nam ibi iubetur peccans in regẽ inter-
fici: & natos ſuos hæreditate, ac dignitate, & omni



preeminentia ſpoliari. ſic vt eorum vita magis ſit ſu-
pplicium quã vita: hac eadem lege per inquiſitores pu-
niuntur hæretici: qua & ipſe deus videtur vſus cũ ho-
mine primo, qui eſt pater orbis terrarũ, duplici mor-
te punitus, oẽs enim filii eiꝰ hæreditate originalis iu-
ſticiæ priuãtur: nec ad angelorũ dignitates admittũ-
tur: ita vt vita noſtra ſupplitiũ iudicetur, tñ ab iſta le-
ge pœnali Maria excipitur. nõ eñ propter te, o Ma-
ria. Sed primo oñibus hæc lex conſtituta eſt: tu nun- Maria ſi
quã peccati mortem incurriſti: nec bonã hæreditatẽ eſt puni-
amiſiſti quia tibi dicitur. In Iſrael hæreditare & in a.
electis meis mitte radices: & habes maternitatis di-
gnitatem & vita tua nullo peccati ſupplicio punita
fuit: ideo eñ de te incipit euangeliũ. Cum appropin-
quaret Ieſus Hieroſolymis: viſibilẽ pacẽ voluit deus
fecere cum ea quæ ait. Ego murus & vbera mea ſicut Cãtico.
turris ex quo facta ſum corã eo quaſi pacẽ reperiẽs: viii. d.
ex quo facta & concepta eſt Maria reperit corã deo
pacem. immo pax dei eã reperit, ideo enim dixit. Ex
qua facta ſum corã eo quaſi pacem reperiens in pa-
ce fit: in pace concipitur & fundatur ſicut turris Da- Puritas
uid: quę ſimul cũ propugnaculis dicitur fundata. In- Mariæ.
ſuper ſe dicit murũ ne bellum peccati originis no-
ceat ei. Nam & rex pacificus de Maria dixit in eodẽ
loco. Si murus eſt ædificemus ſuper eũ propugnacu-
la argẽtea ſcilicet puritatis omnimode cõtra quod-
cunq́ʒ vitiũ. Vnde eũ beatus Iohannes vellet ſibi oſtẽ- Apoca.
ſam deſcribere Hieruſalem, eamq́ʒ dixiſſet à deo pa- xxi. a.
ratam: & fundamẽta muri ciuitatis oñi lapide pre-
cioſo nimis ornata quæ noctẽ peccati nõ vidit: quia
nox non erat illic agno ibi lucente. Deniq́ʒ eius pu-
ritatẽ attendens concluſit dicens. Afferrent gloriã &
honorem gentiũ in illam. Non intrabit in eã aliquid

Pſa. viii. b. coinquinatũ: nullus eſt honor nec gentiũ gloria qui
Mariæ nõ deferamus, vt ciuitas dei honoretur ſicut
decet. Nam & ſi primus homo dum erat in ſtatu inno
centiæ dicitur gloria & honore coronatus: quia gra
tia & puritate omnimoda ornatus erat: omnia hæc aſ
feramus ciuitati noue Hieruſalẽ: quæ veteris peccati
veſtigium ignorauit: nec eius vidit corruptionẽ. qui
vt eã ſic præpararet dicit̃ Ieſus appropinquaſſe Hie
roſolymis: vt eam amplius & prius ſaluaret quã nos
quoniam nobiſcũ poſt guerrã conſtituit pacẽ. Sed cũ
matre nullum pmiſit bellũ: qm̃ in pace factus eſt lo
cus dei & cõceptus. Si huius negocii vis notare figu
Exo. i. d. ram lege librũ Exodi vbi iubetur omne maſculinũ
in flumen proiici, ne vincere poſsint hebręi aduenien
te bello contra ægyptios: tamen liberatur Moyſes
dux futurus & victor: vide figuram in ſermone illo
beatæ Mariæ qui ſub hoc themate fit. Tria ſunt mi
hi difficilia ibi ſub typo nauis liberationis eſt quam
optima figura. Sed totam Mariæ pacẽ videamus de
qua ſequitur. Et veniſſet Betphage, q̃ interpretatur
domus oris os volentis pacẽ, domiciliũ eligit in ore
alterius: cui dat pacem vñ domus oris dei eſt os Ma
Os dei p̃ ſeruat Mariam. riæ cui optatam pacem dedit. Dicebat enĩ oſculetur
me oſculo oris ſui. In hac pace Maria incipit canti
ca ſua: quoniam ab initio ſuo habuit pacem ad deũ.
Pax enĩ eſt prima petitio Mariæ: quę inimicitias pec
cati originalis non habuit: nam deo amica & aduer
ſario inimica ſemper fuit: in ore dei cuius domus eſt
os Marię magnum latet miſteriũ huic negocio accõ
Ieremię xv. d. modum. ait enĩ deus Si ſeparaueris precioſum à vili
quaſi os meum eris. Væ illis qui Mariam (cuius pre
cium procul eſt à nobis) non ſeparant ab aliorum vi
litate & peccato cũ os dei eam ſeparauerit: ac ſegre



gauerit à peccatoribus, ſicut lucem à tenebris quę
eam non cõprehenderunt. Os ergo dei dum ſenten=
tiam ꝓtulit contra primos parentes Mariã prius ex=
cepit, dum dixit ſerpenti. Inimicitias ponã inter te &
mulierem & ſemen tuũ & ſemen ipſius. Maria & ſe=
men eius Chriſtus ſeparantur à quacunq; vilitate pec
cati in prææalegatis verbis oris dei: ne igitur dicatur
de nobis. Inter ſanctũ & prophanũ nõ habuerunt di
ſtantiã & inter pollutum & mundũ non intellexerũt. Ezechi.
coinquinabar in medio eorum. ſ. qui neſcierunt quã xxii. f.
tum diſtabat mater mea beata & ſanctiſsima ab eorũ
prophana conceptione. De Betphage venit Ieſus ad
montem oliuarũ vbi etiã pax relucet. Nam vt ait Iſi
dorus antiqui ramo huius arboris firmabant pacem
ſuã: inſtar quorum deus finito diluuio miſit ad Noe Mõs dei
columbam cũ viridi oliue ramo quo innuere voluit eſt Ma=
ſe pacem ei dare, nec vindictam de cętero ſumere ſi= ria.
cut fecerat prius. Iam ergo Maria eſt mõs olıueti: in
monte notatur dignitas maxima qm̃ virgo eſt mõs
olıueti. In monte notatur dignitas maxima: quoniã
virgo eſt mons domus dñi pręparatus in vertice mõ
tiũ. Mons humanitatis Chriſti pręſeruatione prępa=
ratus in vertice omniũ ſanctorũ ne aque diluuii eũ
attingant: qm̃ eius puritas altior vniuerſis à luto pec
cati originalis non potuit inquinari. Nec mirũ quia
Maria eſt mons dei: cuius cuſtos eſt deus mons pin=
gnis internis donis: mõs coagulatus deo, qui coagu
lauit deum, qui antea liquid⁹ & pure ſpiritualis erat
Sed iã teneri poteſt & amplecti: poſtquã coagulatus
eſt in monte mariali. De oliueto quod altã ac multi
plicem pacẽ denotat: quid vultis iam tertio audire?
vt cõmuniter dicitur triplex eſt pax. ſ. tẽporis pecto=
ris & ęternitatis. Prima notatur in eo ꝙ Ieſus appro=

pinquauit Hieroſolymis. Secunda in eo ꝙ venit Bet-
phage. Tertia in aduentu ad montē oliuarum. Vñ tri-
plex hæc pax reperitur in Maria ob cuius meritum
deus dedit pacē tempori ſuo. nam ſi dū Maria vixit
viſio viſibilis pacis fuit in mūdo. Sane quidē ob eius
merita fuit: quę nō ſolum corā deo ſed coram mūdo
pacem reperit. In Betphage notatur pax pectoris da-
ta virgini: quæ nobis dicit cū apoſtolo. pax dei q̄ exu-
perat omnem ſenſum: cuſtodiat corda veſtra. Tanta
fuit virginei pectoris pax vt ad omnē ſenſum exte-
riorē ſe extenderet pacandū. Non ſolū intus ſed ex-
tra habuit pacem qa eius ſpiritus dñabatur ſenſibus
quoniā nobilis in portis vir eius. Sedēs & pacatꝰ erat
in foribus ſenſuum: nihil eñ eā inquietabat. Militia
& malitia ſenſuū exteriorum contra ſpiritū inſurgēs
ortum habuit ab originali peccato: quia ex quo ra-
tio rebellis fuit deo: ipſa caro rebellis fuit rationi: tā
vt mors per feneſtras noſtras valeat intrare. ſed Ma-
ria mater vitæ quia caruit originali peccato nullum
rebellē motum carnis ſentiebat. ideo pax eius inte-
gra fuit ad ſuburbana hieruſalē: nec in hac ciuitate
ne rationis imperio quiſquā mouebat manū aut pe-
dē, hoc eſt, nec effectū nec affectū. Tertia pax. ſ. æter-
nitatis data eſt Mariæ. Nam Chriſtus eſt pax nr̄a qui
fecit vtraq̄ vnum deū & hominem. Et hic datur vir-
gini: qm̄ ipſa interueniente illa maxima vnio ſupre-
ma copula & æterna pax in Chriſto facta eſt. nā per
fiat Mariæ æterna pax facta eſt: quæ in æternū vſq̄
durabit, ꝓpter hanc triplicē pacem in Maria reperi-
totalis munditia inuenitur in ea. & omnimoda qui-
tudo nō ſolū corde & ore & ope ſtabilita. Sed ei d-
tū ē vt careat triplici bello triplicis peccati. nā caru-
peccato originali, veniali & actuali, nā ideo Ieſu



dum per gratiā veniret ad Mariam matrē ſuam pri-
mo venit appropinquans Hieroſolymis. Secūdo Bet-
phage. Tertio monti oliuarū. Et vltra ſequitur: miſit
duos diſcipulos ſuos, Hęc duplex miſſio duplicē gra-
tiam deſignat ſcilicet pręuenientē & concomitantē.
Prima præcedit, Secūda concōmitatur, Pria eſt retro Duplex
ſecunda eſt ante: vel prima eſt à ſiniſtris: à dextris ve- gratia
rò altera, Harum gratiarū figura eſt, vbi dicitur, bra- Mariæ.
chiola duo altrinſecus. Hæc brachia argentea ſolio ii. Paral.
regis adhærebant: quia Mariæ adheſerūt gratia præ- ix.c.
ueniens & concomitans. His ergo dicitur, ite in ca-
ſtellū quod contra vos eſt. Hic aduerte, quod ſi fra-
ter qui adiuuatur à fratre eſt quaſi ciuitas firma. vxor
quæ iuuatur à marito caſtrū erit ex ambobus conſti-
tutū: qui iam nō ſunt duo ſed vna caro. Hoc ſane ca-
ſtrum fuit Ioachin & Anna mutuo ſe adiuuantes &
coherentes ſibi ſicut caſtri parietes, Sed non mireris
propterea ꝙ referantur cōtra deum eſſe, Nam eſt cō-
trarietas & reluctatio bona dū ꝑcibus inſtantes ſumꝰ
nō deficiētes. Nā orationis improbitas facit ſurgere
deū vt poſtulata cōcedat velut iuictꝰ: & ſic ꝑcibꝰ gau-
det vici et mittit fauorē in cōtrarios dicēs, Ite i caſtel-
lū quid cōtra vos eſt. ite ad Ioachin & Annā charita-
te vnitos & fortes ac precibus inſtantes: & inuenie-
tis aſinā alligatam & pullū cum ea, aſina eſt caro, &
pullus anima: nec mirum qd̕ inferas animā eſſe car-
ni ſubiectā ſicut pullus matri: quia nūc pro ſtatu iſto
animæ ſequuntur corpora vt ait philoſophus, & ſecū-
dum corporis diſpoſitionē operatur anima. Si orga-
na ſunt bene diſpoſita bene: ſi mala habēt male. Po-
ſtea tñ in gloria erit aliter: nam corpus animā ſequi-
tur vſq̄ dum fiat ſpirituale, quia ſurget incorruptibi-
le. Caro ergo eſt aſina & pullus eſt anima, in quibus

ſedit Ieſus, prius in pullo quia prius in anima virginis ſedit quã in eius carne: nam ſicut ſucceſsiue ſedit ieſus ſup animalia ſic ſucceſsiue inſedit animę & corpori Marię: quę ſucceſsio vt notat Richardus figuratur in eo quod ros in vellere gedeonis reperitur: & poſtea inuenit in ſola terra. Virginis anima fuit vellus à carne ſeparatum. Et eius corpus fuit terra benedicta. Ros cœli verbum dei prius menti Marię inſedit ſolum. Et poſtea ſolum in eius carne inuenitur: quia ei defecit fides dum ventre verbũ concepit. Quid enim oportebat credere quod experimento ipſa didiſcerat? Sola caro Marię dum in lumbis parentũ erat: aliquo modo videbatur ligata ſed pullꝰ ſemper fuit à lege peccati ſolutus: q̃a eius anima nullo peccato ſubiacuit. Ideo enim ait: ſoluite & adducite mihi. Soluite ſcilicet à debito habẽde iuſticię originalis ne teneatur eam habere, & ſic libera erit, nam iſto modo potuit deus matrem ſuã immunem facere vt ait ſcotus in tertio. d. tertia. Nam ſi peccatum originale eſt debitum iuſticiæ originalis habende: ab hoc debito Maria ſoluitur. Nec mirũ quod tanta mala inducat carentia iuſticię originalis debite ineſſe: quia carentia ducis ac nauis gubernatoris plurima inducit mala. Ad hoc ergo debito liberatur Maria: quę non tenetur habere ducẽ iuſticiam originalẽ: quoniã ipſe deus ductor eius & ſeſſor fuit, qui ait. Et adducite mihi: quia nullo alio indiget rectore. Vnde aduerte quod Mariæ cõmutatur debitum habẽde iuſticię in debitũ habendi deũ qui rector eius fuit: ideoq; plus tenetur diligere: et magis debitrix eſt quã omnes alii infantes: q̃a maior ac precioſior eſt gratia quam iuſticia. Nam & ſi iuſticia originalis & gratia ducebãt ad deũ & cuilibet dicit dñs. Adducite mihi: tñ gratia

Libertas Marię.



meliori tramite ducit habentem ad deum quã iuſticia originalis: quia iuſticia originalis reſpicit deũ tãquam bonum delectabile. Gratia verò eum reſpicit directè tanquam bonum honeſtũ: ratio autem honeſtatis potior eſt. Deus autem preſcius futurorũ ſciens non deeſſe in poſterum qui non equo animo ferrent exemptionem ac immunitatem Mariæ non ſolũ vetantes ſolutionẽ eius ſed aſſerentes cum illis teneri, de quibus dicitur. Væ trahentibus reſtem longã, ſcilicet reatus primi parentis, qua ligantur filii Adã. Hac reſte. ſ. peccati originalis ligamur & detinemur ne bonum exequamur, & ne inceptũ proſequamur aut proſecutum feliciter cõſummamus. Maria verò ab his impedimentis ſoluta manet vt pote nõ ligata aliqua ſententia: nec reatu quia mater noſtra Hieruſalẽ quæ ſurſum eſt teſte apoſtolo libera reperitur, tamen ſunt qui dicant: quid facitis ſoluentes aſinã? Hic aduerte quòd pœna peccati eſt reſtis, qua etiam baptizatus ligatur. Nam & ſi poſt baptiſmum non manet peccatũ originale in nobis manet eius pœna. Mariæ verò vt aiunt iſti nõ videtur ab iſta pœna multũ aliena, nã dolebat & flebat & ſitiebat & deniq; obiit quę omnia ſunt pœna peccati: quę non datur niſi habentibus peccatũ ſicut reſtem aut funem non portat niſi qui ligatus fuit aut qui debet ligari. Animali namq; nõ apponitur funis niſi vt ligetur aut quia ligatũ fuit Cum ergo beata virgo funẽ ideſt pœnã peccati habeat videtur ꝙ fuit ligata aut in omniũ opinione ligãda venit. Quid ergo facitis ò ſcotiſte ſoluẽtes eã? aut ſolutã demonſtrantes. Fatemur ęquidem beatam virginem habere funem. i. pœnam peccati, tamẽ nõ ideo peccato fuit obnoxia. Nam & filius eius pœnas habuit atq; humanas miſerias, alioquin non diceret,

mar. xi. a

Pœna marię nõ eſt peccati.

Saturati ſunt pœnis meis. Tamen propterea nõ ſequi
tur eum habuiſſe peccatũ & vltra quamuis ſtatu in
nocentiæ ſtaret non tollitur quin corpus innocentiæ
nõ poſſet ſcindi aut cõburi ſi proiiceretur in ignem.
Tñ illa pœna tunc non fuiſſet ſibi pœna peccati: quia
nõ om̃is pœna ſanctorũ eſt pœna peccati: nec ex quo
cunq; fune ſequitur ligatio: igitur vetantes immuni
tatem Mariæ audiant id quod ſequitur in euangelio
præſenti. Dicite quia dñs his opus habet. Dicãt qa
dominus opus habet præuenire Mariã: & ei magna
exhibere beneficia, qa futura eſt mater ſua, & filius te
netur omnino ſuã honorare matrem: qm̃ ei cedit ho
nor maternus. In longũ ſermo ꝓcederet: ſi omnes ra
tiones ob quas opus eſt honorari ac præſeruari Ma
riam oſtendere. opus enim eſt patri, & opus eſt filio
& opus eſt ſpiritui ſancto ac angelis eius & iuſtis &
peccatoribus & toti mundo ꝙ Maria oſtendatur a
omni labe ſemꝑ ſuſcepta fuiſſe & exempta ex quo
parentibus fuit deciſa & cõcepta, ſed quia dixi om
nibus attinere virginis conceptio nota ꝙ aſella com
mune bonum erat omnibus deſeruiẽs, & vſibus om
nium deputata: ergo ad om̃ium honorẽ concipi de
bet tantum bonũ: nõne patri attinet filiæ moralitas
& ad filiũ attinet honor matris: & ſpiritui ſancto q
eſt decus & honor ſponſe? De angelorum congre
tia quid referã cum eorũ regina nulli debeat ſubie
ctionem? Iuſti etiã volunt Mariam omni iuſticia ple
niſſimã; & peccatores cupiunt reconciliationis me
dium ſingulare & mediatricẽ; cui nunquam dici va
leat. Medice curate ipſum. Omnia igitur opus habẽt
quod Maria ſoluta ſit ab omni peccato: vt inueniãt
omnium ſolutionem. Nam ligatus fere nihil inuenit
præter ſolutionẽ ſui ipſius: ꝓ qua ſolicitus eſt ſui ip



ſius. Qui autem ſolutus manet: omnibus in tendere
poteſt, & omniũ curam gerere, o beata virgo quan=
tam ſolicitudinẽ videbis incumbere tibi, & intereſſe
tua: dum te cõſpicis ab omnibus malis ſolutã, vt om
nibus intendas neceſſitatibus filiorũ. Aduertamus
ergo immunitas Marię neceſſaria fuit ex ſuppoſitio
ne: decreuerat namq; Ieſus dei filius corporaliter nõ
habitare in corpore ſubdito peccatis, ad qđ neceſſe
fuit pręſeruare Mariam: vt ſic pręſeruata ſibi adduce
retur in habitationẽ & ſeſſionem gratiſſimã & ſecu=
riſſimam ſibi. Ex hoc ergo & vt implerentur ſcriptu
rę dñs opus habuit pręſeruare Mariã, cuius pręſerua=
tio mire figuratur in Geneſi. Vbi & huius præſerua= Gene.
tionis neceſſitas his verbis innuit. Non potero face xix.e.
re quicquã donec tu ingrediaris illuc ſcilicet in ſe=
gor. Narra hiſtoriã dicens: ꝙ cũ dominus vellet pro
pter peccatũ perdere illam regionẽ quæ eſſe ſolebat
ſicut paradiſus dñi contra eã miſit tres angelos qui=
bꝰ dixit Loth. Quæſo domine mi. &c. vſq; etiã Loth
ingreſſus eſt ſegor. Tres angeli figuram tenẽt totius Figura p̄
trinitatis ob meritum Chriſti pręuiſum Mariã pręſer ſeruatio
uãtis. Nam Loth interpretatur reſina precioſa: & eſt nis Ma=
Chriſtus homo reſina arboris virginei: q videns ori riæ.
ginali peccato regionem mundi perire orat ꝓ matre
ſua dicens. Quęſo dñe mi. quemadmodũ Abraham
tres vidit: & vnum adorauit, ſic tribus ait. Quęſo dñe
mi: nec mirum ꝙ Chriſtus de matre loquturꝰ dirigat
verba ad vnitatẽ trinitatis: quia vnica eſt Maria tri=
nitatis ancilla. Quam ſolus precedit Chriſtus qui de
ſe ſubiunxit: quia inuenit ſeruus tuus gratiã ſcilicet
ſũmę puritatis coram te, & magnificaſti miſericor=
diam, quã feciſti mecũ: vt ſaluares animam meã ſci=
licet ſalute ęterna. Vbi attende quam aſſertiue de ſe

loquitur Chriſtus: quia nõ dedit deo oblationẽ pro
anima ſua. Sed quia in terra terrenus acquiſiuit diui=
nam ſalutẽ ſubiunxit: nec poſſum in monte. ſ. arroga
tiæ ſaluari: vbi lucifer appetiuit aſcendere: nam quia
tibi omnia poſsibilia ſunt: forte ſi rapinã arbitrarer
in malũ eius caderem: tñ quia exinanire me volo at=
tende domine: ꝙ eſt ciuitas hæc iuxta. ſ. me. Ciuitas
Maria eſt fere iuxta me in puritate qa qualis filius ta
lis mater: nam ſimilẽ ſibi eã acquiſiuit: & fecit. Ideo
eñ dixit. Eſt ciuitas hæc iuxta ad quã poſſum confu
gere parua: & ſaluabor in ea: mundiſsimus Chriſtus
Geneſ. xxxix. c. immunda fugit, ſicut ille caſtus Ioſeph qui ab immũ
da muliere dña ſua fugit. Reddens autem rationem
cur ad Mariã confugit gratia onuſtus ſubintulit, nũ
quid nõ modica eſt: & viuet anima mea: immũdiciæ
& muſce perdunt ſuauitatẽ vnguenti: & ſic peccatũ
deũ perdit facitꝗ originale peccatũ: ne deus viuat in
anima ſed ipſe demõ. Chriſtus ergo qui ſolus primo
ſemper vixit in Maria ex quo illa fuit: allegat pro ea
humilitatẽ dicens. Nunquid nõ modica eſt: magna
quidem ratio: qm̃ & ipſa virgo dixit. Reſpexit humi
litatẽ ancillæ ſuæ. q. d. nemo aliã quærat rationẽ præ
ſeruationis meæ: niſi ꝙ reſpexit humilitatem meã.
Et vt ait Anſelmus fuit dũ Maria cõciperetur: vt ea
tunc eam ſup omnes in ſua exaltaret conceptione
Apocal. iii. b. vñ & beatę virgini dici poteſt illud Iohã. Ecce dedi
corã te oſtium apertũ: qa modicam habes virtutẽ
& ſcient quia ego dilexi te: & ſeruabo te ab hora tẽ
tationis, quę ventura eſt in orbem vniuerſum: tentare
oẽs habitantes terrã. Humilẽ aſinã elegit Chriſtus
ſeſsioni ſuæ, & dũ Maria humilior erat. ſ. tẽpore cõ
ceptus electa eſt. Tũc ei dedit oſtiũ innocentiæ aper
tũ: ne per lutũ obuoluta vt nos intraret ſub oſtio: &



vt nemo miretur: addidit. Sciãt omnes quia ego di
lexi te & ſeruaui ab hora tentationis. i. conceptionis
qua parentes tentari ſolent: & quotidie illa hora ten
tat terrenos: tentatio venit ab originali peccato: in
quo fecerunt ſibi perizomata ob turpẽ verecundiã:
quæ in oẽs præter Mariã trãſit, de qua Chriſto dicit̃
in principali figura. Ecce etiã in hoc ſuſcepi præces
tuas, vt nõ ſubuertã vrbem pro qua locut9 es. q. d. nõ
ſolũ te ſeruabo ſegregatũ à peccatoribbus: ſed etiam
vrbem tuã ab omni cuſtodiam incẽdio, vt illeſa per=
maneat & ſtet ſine originali ſubuerſione: quę omnes
oppreſsit præter Mariã: quã tibi ſeruaui: vnde ſequi=
tur. Feſtina (quia nullũ eſt obſtans) & ſaluare ibi: quia
non potero facere quicquã: donec ingrediaris illuc.
Incarnatio feſtinãter in inſtanti facta eſt: in qua &
ob quã totus Chriſtus ſaluatur: & ſine ea deus de le=
ge ordinata nõ potuit facere aliquid gloriã noſtrã
concernens. vñ ſicut in creatione mundi nihil pater
ſine filio fecit: ſic nec in eius reparatiõe nihil fecit ſi=
ne verbo incarnato in Maria de qua ſequit̃. Idcirco
vocatũ eſt nomẽ vrbis illius ſegor. Sol egreſſus eſt ſu
per terrã: & Loth ingreſſus eſt ſegor, q̃ interpretatur
parua & eſt mihi recẽter cõcepta: cui ſol gratiæ citi9
ac ſolito maturius orit̃, vt in ſplẽdorib9 gratiæ gene
retur, q̃tenus poſsit Loth q eſt chriſtus: decentius in
ea manere ſecurus ab incẽdio cuiuſcunꝗ peccati. Ex
his ergo quæ in hac figura expoſita ſunt: valebis in=
telligere: quomodo cõceptioni Marię conſentaneũ
eſt illud. Dñs his opus habet. Quo audito & intelle=
cto cõfeſtim opinio altera eſt dimittenda, q̃ ſi inſtet:
audiat id qđ ſequitur in euãgelio p̃ſenti. Hoc aũt to
tum factũ eſt, vt adimpleretur ꝙ dictũ eſt per ꝓphe=
tã dicẽtẽ. Dicite filię Siõ &c. Siõ interpretat̃ ſiccitas,

aut aceruus, vnde Maria eſt filia ſiccitatis aut aceruꝰ,
nos in luto & labe peccati cõcepti ſumus, vt ait Iob
quòd demon habitat in locis humẽtibus, ſed Maria
filia ſiccitatis eſt terra inuia & inaquoſa, vbi demon
nullã requiem inuenit: ſed omnis plenitudo gratię ſe
in ea imbibit, cui ſicut terra ſine aqua debet ſe obiice
re aĩa: & quia mater dei hoc citius cæteris fecit. ideo
aceruus gratiarũ filia dicitur in conceptione ſua: quę
futura eſt dum deũ concipiet aceruus diuinarum &
humanarũ rerũ: huic ergo dicitur. Ecce rex tuus ve
nit tibi. In hoc ſe tuum oſtendit: vt ad te veniat ipſe
antequã tu venias nec ad te ipſam: venit te regere, ne
regnet peccatũ in mortali corpore tuo, ne tibi inſe
Pſalm. deat extraneus ſuperbię rex. Nam ſi filię Sion exultãt
cxlix. a. in rege ſuo, & tu tñ̃ eas ante illas, vt dicatur filias re
gum in honore tuo eſſe honoratas pediſecas princi
palis reginę, & ipſemet rex dei filius dicat iactanter.
Ego autẽ .ſ. ſolus cõſtitutus ſum rex ab eo ſcilicet pa
Pſa. ii. b. tre ſuper Sion montẽ ſanctum eius, q eſt Maria dicta
filia Sion, dum cõcipitur, dum autẽ concipit fit Sion.
Sion eſt Nam filia matris familias ſucceſſu tẽporis fit mater
Maria. familias. Rex autẽ deus & filię Sion etiã ipſi Sion ve
nire nõ ceſſat. Nam & Marię valeo dicere, in virtute
Pſ. xx. a. tua letabitur rex & ſuper ſalutare tuũ exultabit vehe
menter: deſiderium cordis eius tribuiſti ei: & volun
tate labiorũ eius non fraudaſti eũ. Virtus mea à ſalu
tari conceptione ſua incœpit vbi deſideriũ naturale
Chriſti fuit vt pura cõciperetur. Naturaliter enĩ ex
petunt filii puritatẽ matris, quã & labiis ſuis filius dei
Torrens in ſacra pagina expreſſerat prophetando & figura
figurarũ do & promittendo eam, vñ. O beata mater arca de
cõceptio fera per artificẽ pluſquam humanũ fabricata de li
nis. gnis imputribilibus aureo tecta mundiſſimo intus



& foris. Sicut balſamum nõ mixtum odor tuus puriſ
ſimus ab originali. Candor es lucis ęterne, & ſpecu=
lũ ſine macula peccati. Tu es domus dei ſimul ędifi=
cata: & concepta cũ propugnaculis gratiarum. Ele=
cta es vt ſol in quo macula nõ poteſt cadere vlla: qa
tu non es peregrinarũ impreſſionum ſuſceptiua. Fer
ramentũ peccati non audiť dum tua ędificaretur cõ=
ceptio: gladius vltor flagitii nõ te ferit: quia nec an=
gelus percutiens auſus eſt ferire in area iebuſei, vbi
templũ ędificandum erat. Et quia templũ humanita=
tis in Maria conſtruendũ erat, non debuit ledi vllo
peccato: quæ futura erat peccatorũ refugium. Ho=
nor regis qui iudiciũ diligit adimpleuit tecum legẽ
de honorandis parentibus quã prius dedit filius ho
minum, qñ̃ qui corpus tuum vermibus non reliquit
minus relinqueret animã peccato. Tu es vera Iahel
quæ aſcendens interpretatur: quoniã abſq nubibus
peccati rutilas vt aurora cõſurgens. Quæ demonem
dormientem interfeciſti lacte puritatis tuæ & clauo
crucis. Tu es lux quæ in tenebris peccatorũ luces nõ
valentibus te comprehendere. Tu Maria non ſolum
mane vt Iohannes in vtero: ſed etiã diluculo prime=
uo cõceptionis adiuta diceris. Necdum erãt abyſſi
tenebroſi, & tu iam in mente dei concepta eras qñ te
excepit dicens. Ipſa conteret caput tuũ. Nec te nec
filiũ tuum vidit demon quia ei dicitur. Expectet lucẽ
& nõ videat: nec ortũ ſurgẽtis aurore, ne ſuo vos vi
ſu contaminaret. Tu es paradiſus deliciarũ ad quẽ
non attingit peccati diluuiũ quia ſupergreſſa es vni
uerſas. Luci cõparata inuenitur prior Maria, quia in
Maria nihil ſeparandũ eſt. Prior ſemp reperitur Ma=
ria etiam ſi luci angelice compararetur: quia ex ea ni
hil cecidit, de qua dicitur. Quæretur peccatũ & non

inuenietur, ideo quam pulchri ſunt greſſus tui filia principis patris: mater principis filii, ſponſa principis ſpiritusſancti. Pulchri namq; in calceamentis ſicut filii tui in corrigia calceamenti. nam vterq; mũdis pedibus mũdum intraſtis. immo calceati iacinto quia gratia celeſti concepti. Tu Maria es roſa inter ſpinas idest inter patres, patres peccatores reperta ſine ſpinis vllis. Tu es reclinatorium aureum media charitate conſtructum & conceptum. Tu es Suſanna iam liberata & falſo crimine ſeniorum doctorum qui te in peccato conceptam dixerunt. Tu es terra benedicta domini à qua ipſe auertit captiuitatem Iacob: terra ſacerdotis Chriſti libera in quam nec tempeſtas aut grando cecidit: nec fulminatio ſententiæ: quãuis percuſſa fuerit oĩs terra ægipti. Tamen terra noſtra nulli tributo ſeruit quin & in ea ac per eã omnes liberamur. Tu es virgo virginũ anima & corpore ſemper integra nulli corruptioni dans viã. Tu es Chriſti viui ſepulchrum nouum in quo nondũ quiſquam poſitus fuerat. O Maria introitũ per conceptionẽ & exitum per mortẽ cuſtodiuit dñs dum nec in conceptione peccatum nec in morte cinerem permiſit te incurrere. Nam ianitor tuus deus ſicut portam Ezechielis ſemper te clauſam ſeruat: zelus ergo domus domini & zelus domus eius comedit me dũ lego q; nec maculatum ſacerdotem intrare permittebat in domum ſuam ideo quam tominꝰ permitteret in Mariam intrare paccatũ. In hãc & ipſe ſolꝰ ſummus ſacerdos intraturus erat ſanguinẽ ſumere, quem pro ſalute omnium obtulit deo patri vt nobis gratiam nunc præſtaret: & poſtea gloriam quam mihi. &c. ¶ Sub prædictum thema quære alterum ſermonem in noſtro ſanctuario biblico impreſſo Tholoſe.



¶ TERTIE DOMINICE ADVENTUS ſermo quartus de aduentu ex Maria ad templum Hieruſalem. THEMA.

Ecce rex tuus venit tibi. Matth. xxi. a.

¶ Inuocatio ad virginem.

QVamuis dominꝰ Ieſus ſit rex vniuerſe creaturæ angelos celoſq; regat: & mũdi habenas manu teneat rex regũ & dominus dominantium qui trãſfert regna atq; cõſtituit. Hæc eſt tñ potiſsima differentia quãdo dicitur dominus Ieſus rex omniũ ſeculorũ aut rex Mariæ matris ſuæ: qa primum capitur actiue: ſecundũ autẽ paſsiue. Actiue oĩa regna poſsidet Chriſtus poſsidetur tñ & ſi ditiſsimus ſit à matre ſua à qua & factus eſt rex quia dyademate regni coronauit eũ mater ſua. Si Ieſus filius eſt Mariæ per conſequẽs inuenitur hæres regni materni qḿ Mariæ dicitur. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã. Fructus ventris: virginis Chriſtus poſitus eſt ſuper ſedẽ regni materni. Nã ſi dei filius à regalibꝰ ſedibus venit per naturalẽ generationem: & venit à regina Maria immediatiꝰ quã à rege Dauid. Et cũ ipſa prius in Iſrael hæreditatem accepit regni de iure: optime ſequitur q; ſi iure ſucceſsionis Chriſtꝰ fuit rex, hoc habuit à Maria matre ſua regina dauitica de domo & familia Dauid. Nec ſimile eſt inter Salomonẽ & Berſabee matrẽ ſuã: q̃uis multi dicant q; ſ. Berſabee obtinuit regnũ Salomoni filio ſuo: ſic Maria chriſto. Sed hoc nõ quadrat: qa illa alienum regnũ obtinuit filio: iſta vero proprium atq; legitimũ contulit filio dei regnũ: qua propter figuratur Chriſtꝰ in rege aſſuero de quo dicitur. Quãdo ſedit in ſolio regni ſui ſuſa ciuitas regni eius exordium fuit. Soliũ regni chriſti vbi ſedet humanitas eius eſt.

*Maria dat Chriſto regnum.*

*Heſter. i. a.*

Suſa eſt huius regni exordium quæ interpretatur roſa & eſt Maria, cuius odor attulit filiũ dei, vt regnaret in regno hominũ. Sic ergo Chriſtus habet in femore ſuo ſcriptũ rex regnum: oſtendens ꝙ per lineã regiam hoc à femore habuit Mariæ de qua per generationem venit rex. De quo ait thema beatæ virgini præſentatum. Ecce rex tuus: quem feciſti, conſtituiſti atq; genuiſti venit tibi: quia tuus eſt. Exorabilis erit tibi: nec eñi fas eſt, vt auertat faciem ſuam. Ideo ſecura poteris ab eo pro nobis gratiã impetrare qđ vt facias tibi genibus flexis offeramus Aue Maria.

Maria domus gratiæ dei.

¶ Argumentum dicendorũ. Secundus Chriſti aduẽtus ex ſecunda interpretatione Bethaniç poteſt elici. interpretatur enim domus gratiæ dei & eſt Maria in qua ſcimus ꝙ gratia dei inuenit ſibi domum qm̃ ipſa dicere valet. Gratia dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua nõ fuit: ſed gratia ei⁹ ſemper in me manet. In me omnis gratia viç & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Si domus denominatur ab eo de quo plus habet: & à meliori fit denominatio & ab eo quod eſt prædominãs optime liquet quàm bene Maria dicatur domus gratiæ dei quã ideo angelus prima fronte vocauit gratia plenã à planta pedis vſq; ad verticem capitis. Non ergo vocemus Mariam domũ aromatum nec domũ ſaltus: ſed domum gratiæ dei. vbi conſtitutum eſt hoſpitium filio dei de quo ait thema. Ecce rex tuus venit tibi.

¶ In hoc ſermone agã de ſecundo aduẽtu chriſti.

¶ Primus aduentus eſt de pectore patris ad templum corporis Chriſti: qm̃ de ſinu patris in vterum dignatus eſt deſcendere matris: de qua ad templũ Hieruſalem peruenit de templo ad templũ. Nec eñi incarnatus eſt vt ibi eſſet theſaurus inuſus: atq; inutilis: ſed



femoris Iacob: & ſtatim emarcuit, vt ſiccitate illa cõ corpus
tra homines magis præualeret. Quia homo peccati pullus.
homo noſter animalis vinci nõ poteſt, niſi crucifiga
tur cum vitiis & cõcupiſcentiis ſuis. Aperi ergo ocu
los tuos ô anima religioſa, quia manſuetus & crucifi
xus venit ſuper te deus tuus vulneribus ſuis te regere
ſuper aſinam & pullũ ſeſſurus, ideſt ſuper animam &
corpus tuũ, vt ſic totum hominẽ ſaluet ille cui canta=
re debes, oſanna in excelſis. In hac voce præcedens
& ſubſequẽs turba cõcordat, qm̃ in religione vtraq;
turba ſcilicet actiuorũ & contemplãtiũ equam ha=
bet portionem quia equa pars eſt deſcendẽtis in præ
lium & manentis ad ſarcinas. Et inter corpus & ani=
mam hæc eadẽ lex videtur ſeruanda. Si tñ anima ſe
altis contẽplationibus exerceat, & corpus ſentiat per
afflictionem, quod & in Chriſto Ieſu videt exaratũ
inſtrumentis paſsionis perpeſſe. Nam ſic duo fouen
tur mutuo, & animæ datur in corpore adiutoriũ ſimi
le ſibi & aſina & pull⁹ ſe vice verſa iuuãt. Felix ergo
qui ſe ſic totũ exercet in religione: nam propterea di
xit Chriſtus ſibi vtrunq; trahi, ſcilicet aſinã & pullũ:
ne quis putet ſeruire deo humero vno ſed ambobus:
vbi aduerte ꝙ Chriſt⁹ eſt deus & homo: ſic in vtroq;
vult ſibi ſeruiri. Ex deo et homine fit vnus Chriſtus:
& ex anima & corpore deo ſeruientibus vna con=
ſtruitur ciuitas qm̃ frater qui adiuuatur à fratre quaſi
ciuitas firma eſt, vt ait ſapiẽs. Et hæc ciuitas firma eſt,

illa de qua refert Eſaias. Vrbs fortitudinis noſtræ
Sion ſaluator ponetur in ea. Ecce igitur, o perſona re
ligioſa rex tuus venit tibi manſuetus & ſedens: quia
vult ſedere in ſuburbanis tuis: & in ipſa animæ ciuita
te in corporeis ſenſibus & mēbris tuis & intus in ani=
ma tua. Nam totum occupare vult qui totū creauit,
ideoq; dominus Ieſus propter aduentum iſtum figu
ratur in iuda Machabeo: q volēs renouare filiā Sion
i.Macha dixit ſuis. Aſcēdamus nunc mundare ſancta. &c. vſq;
iiii.c. ibi Edificauerunt ſancta: & quæ intra domū erant in
trinſecus, & ędē & atria ſanctificauerūt. Expone figu
ram: quia ibi reperies quomodo Sion fuerat ſpelūca
latronū: etiā reparatur totaliter templū dei in ea: atq;
ad priſtinā ſanctitatē reducitur. Nam religio homi
nis totalē hominis reformationē intendit atq; canta
re nos docet, Oſanna in excelſis: vt cōuerſatio noſtra
in cœlis ſit nunc per gratiam, & in futuro per glo=
riam, quam mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.

¶Pater optime ſi hunc ſermonem volueris memo=
riæ mandare prius diſce textū euangelii ſui: & poſt=
ea facilime aptabis puncta iuncturis ſuis, & ſi non
omnia, aliqua tamen, quia ideo plura ſcribo, vt hoc
vel illud adhereat reminiſcentiæ tuæ.

¶EX ALTERO ADVENTU IUXTA
ordinarium Romanū ſermo ſextus dominice prime
aduentus ad iudiciū generale vbi oſtendit qualis erit
quęrela pauperū: & qualis futurꝰ eſt iudex. THEMA.
Erunt ſigna in ſole. Luc. xxi.

¶Inuocatio ad virginem.

BEatiſſimꝰ Ieſus iudex viuorum ac mortuorū
quādo ꝓ nobis in ſimilitudine carnis peccati
apparere dignatꝰ eſt: adiudicari voluit. Cau



ſa eius tanquam impii iudicata eſt. Ex his quæ paſſus
eſt iudicare didicit: ſicut & miſereri. Quemadmodū Iob.
cœpit facere & docere ſic cœpit pati, & pœnas dare. xxxv.c.
vñ nobis ingerit illud Eſaiæ. Simul ad iudiciū appro Eſa.xli.a
pinquemꝰ: iudicemur ſimul, nō ſimultate tēporis ſed
modi. Iudiciū ſimile ſubiit Chriſtus cū illo de quo in Iudiciū
pſenti euāgelio dicitur ꝙ tūc erūt ſigna in ſole. &c. Se in chriſtū
ptē ſigna hic numerat in iudicio nr̄o futura: q̄ oīa in
ſuo iā præceſſerūt, vbi nō q̄libet ſigna ſed mortis ſunt
inuēta in ſole iuſtitiæ Chriſto: quæ tā intēſa fuerūt: vt
in eo remanerēt poſtea ſigna clauorū in tam dire ſe=
uitiæ teſtimoniū. Fuerūt conſequēter ſigna in Maria,
luna in ſanguinē cōuerſa. Signa in quā fere nō mino=
ra quā in filio: quia ꝓpterea dicitur fuiſſe iuxta crucē
plurimū certe cruciata, tertio fuerunt ſigna in ſtellis
qñ illi apl̄i qui vt ſtelle ad iuſticiam erudiere plures,
de cœlo fidei ceciderunt: & nō dederūt lumē in cuſto
diis ſuis. Fuit quarto in iudicio ſolis iuſtitiæ preſſura
omniū gentiū de omni natione quę ſub cœlo eſt de=
ſcendentiū ad ſpectaculū tribunalis eius. ſ. crucis cui
adiudicatus eſt. Hæc preſſura tanta fuit: vt ſignanter
de ea faceret mentionem in reſurrectione ſua, quan
do dixit. Iam non meminit preſſure propter gaudiū.
Fuit quinto confuſio ſonitus maris & fluctuū. Soni=
tus maris fuit ſonitus paſſionis Ieſu: tot fluctibus ſu=
per eum indutis abundans: vt ad cœlū vſq; pertinge=
ret, quando in ſonuit auribus dei illa vox amarabilis
dicens. Deus deus meus vt quid dereliq̄ſti me? Fuit
ſexto ſignū in hominibus: quia præ timore aruerunt,
expectantes paſſionē venturam vniuerſo orbi, ꝓpter
paſſionem toti Chriſto illatam: & ideo reuertebātur
percutientes pectora ſua in morte primogeniti plan
ctum magnum emittentes. Septimo virtutes angeli=

ce ſunt mote: quando angeli pacis à mare flebant iu
diciũ ſine miſericordia illatũ. Sed ille de peccato in
ſe commiſſo damnabit: atq; deleuit peccatũ ſancto=
rum patrũ ſperantium in ſe: quia vt ſequitur. Viderũt
filiũ hominis veniẽtẽ in nube paſsionis ſuæ ad lim=
bum cũ poteſtate magna & maieſtate. Nam ideo eis
dirigitur quod ſequitur. His autẽ quæ dicta ſunt fieri
incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra: qm̃ ap
propinquat redemptio veſtra. In eo autẽ de ficulnea
quod ſequitur, ſimilitudo ponitur vbi liquide oſten=
ditur q; fructus crucis Chriſti, fuit ei⁹ paſſio. Qui fru
ctus in maria reſedit ideo iuxta crucẽ manente: quæ
profert de Theſauro ſuo noua gratiarũ dona humi=
liter petentibus ea, ,p quib⁹ ei offeramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ In quo amplius dei miſericordia oſtenditur (ſi at
tendas) eſt q; nunquam ferit, quin prius minetur: nec
percutit, niſi prius ictũ ſignet: quaſi excitans ferien=
dos, vt ſe liberent. Sed in hoc apparet noſtra miſeria
quòd nil ſentimus donec percuſſi ſum⁹. Exemplũ eſt
in naturalib⁹: quia prius fit tonitruũ quàm fulgur: tñ
Dei mi= poſt fulmen audimus tonitruũ. Vis videre dei miſeri
ſericor= cordiam? miſit Noe ante diluuiũ tot annis archã pa
dia eſt rare: vt cautos reddere homines. Tamen tanta eſt hu
noſtra mana miſeria q; ipſum diluuium inuenit eos vacan
miſeria. tes iocis & ludis & luxuriantes. Miſit Loth qui extra
heret à Sodoma cognatos ne perirent. Ecce miſeri
cordia dei. Sed eis viſus eſt quaſi ludens loqui. Ecce
noſtra miſeria. Similiter miſit Moyſen ad Pharaonẽ
vt eum cõuerteret. Ecce dei miſericordia. Sed ille in=
duratus eſt donec ſubmergeretur. Ecce humana mi
ſeria. Miſit Ionã ad Niniuem pœnitentiã prædican
rus. Ecce dei miſericordia. Illi facta pœnitentia ite



rum peccauerũt: & conſumpti ſunt. Ecce miſeria. De
miſericordia vero dicit Dauid. Dediſti metuentibus ps. lix. a.
te ſignificationem vt fugiant à facie arcus, & liberẽ=
tur dilecti tui. Aucupes ad feriendũ auem expectant
vt in ramo nutante quieſcat: & iacit ſagittam vt ma=
ctet & perdat. Deus autẽ non ſic. Ideo minatur: ac ſi
vellet iacere iacula. Tamen nõ vult mortem pecca=
toris, ſed magis vt conuertatur & viuat. Ideo enĩ de=
dit ſignificationem vt liberentur dilecti ſui. Vnde ſi=
cut natura agens per accidens corrumpit: quia pri=
mum quod intendit eſt producere, & ſibi paſſum
aſsimilare. Sic noſter deus conditor naturæ pri=
mum quod intendit eſt noſtra emendatio, cum fe=
rit nos: ideo dicitur in Pſalmo. Propter iniquitatem Pſalmo.
corripuiſti hominem. Sed tanta eſt hominũ miſeria xxxviii.
quòd in loco præallegato ſtatim ſequitur. Cito fece d.
runt & obliti ſunt operũ eius. Sed quia dei miſericor=
dia nõ debet à noſtra miſeria vinci: nec eius clemen
tia à noſtra duritia. Ideo fugiamus pedibus bonorũ
operum à facie arcus: qui eſt iudiciũ futurum eo for=
tius paſſurũ quo plus extenditur: & eo acrius quo nũc
dilatatur. Vbi nota q; corda eius arcus nunc eſt ver=
ſus nos vt parent in arcu cœli. Sed poſtea erit verſus
deum qñ arripuerint iudicium manus eius dure. Sed
quamuis deus ſciret q; homines ante iudicium exiſte
rent vacantes iocis & ſicut nubentes & ludentes ve=
luti Noe tempore ſunt inuenti: tñ nõ proprerea deus
ſubtrahit miſericordiã ſuam, immo promittit in præ
ſenti euangelio ſe daturũ ſignificationem eius & ſi=
gnum iudicii ſui: de quibus ait thema. Erunt ſigna in
ſole. Due ſermoni partes erunt, in prima de ſignis fu=
turis in eis qui iudicandi ſunt. In ſecunda vero de ſi= Diuiſio
gnis futuris in ipſo iudice Chriſto. Prima ſigna di=

cunturantecedentia. Secunda vere concomitantia.
¶ Maius peccatoris malum eſt, obliuioni dare iudi-
cium dei, omniũ maiorum remediũ: vñ pro maledi-
Pſal.i. ctione ponitur in Pſal. ad peccatores auferãtur iudi-
cia tua à facie ei⁹ qui noluit intelligere: vt bñ ageret,
nil reſtat, niſi ꝙ nõ cõſideret iudicia dei: vbi bona bo-
nis: mala ſolũ malis ꝓuenient. Iudiciũ dei generale
ordinatiuũ eſt nõ ſolũ culpe, ſed celeſtiũ terreſtriũ &
infernorũ. Regula totius vniuerſi, directoriũ vite no-
ſtre: quo deberemus vt deberet totus regulari mũdus
ac dirigi: ideo ſepiſſime oculis mẽtis eſſet ingerẽdũ
& aptandũ omnibus actib⁹ noſtris: nã eſt perpendicu-
lũ extendendũ ſup Hieruſalẽ, ad videndũ ſi recta ſint
opera ei⁹ quæ iudicii cõſideratio rectificat: alioquin
Iudiciũ futurum optãdũ. Dauid nõ diceret Iudiciũ tuũ ne auferas à me. Nunc
aduerte ꝙ ſicut tota vis legis antique nitebatur in ex-
pectatione primi aduent⁹, eiq; directiſſima erat: ordi-
nabatq; ad eũ cũcta opera ſua ſic tota vis euãgelii ten-
dit ad ſecundũ aduentũ: ideo Chriſt⁹ eo ipſo quo cæ-
lũ aſcendit ſtatim miſit ad eccleſiã ſuã duos angelos
qui dicerẽt ſic eũ venturũ: tñ nunc nemo eſſet qui au-
deret aſſerere, ꝙ eſſent faciende præces, ꝓ ſecũdo ad-
uentu accelerando, ſicut patres antiqui fecerũt, ꝓ pri-
mo impetrando. Hoc ideo prouenit quia mali ſumus
quia timidi: q͡a praui. In cœlo autẽ vbi de bono euẽ-
tu & de bono exitu ſunt ſecuri & certi futurũ iudiciũ
Apocal. nõ ſolũ exoptãt, ſed ꝓclamãt dicẽtes. Vſquequo dñe
vi.c. iuſtus. ſ. iudex et ſanct⁹ nõ vindicas ſanguinẽ noſtrũ
tũc eis reſpõdetur ꝙ expectent modicũ tẽpus, donec
impleatur numerus fratrũ ſuorũ, modicũ ibi, modicũ
ibi dicebatur patrib⁹ expectãtibus primum aduentũ
Eſaiæ. & hoc idẽ dicitur expectãtibus ſecundũ immo &
xxviii.c. ratur quia dñs dicit. Apo. xxii. f. Ecce venio cito a



& addidit Iohannes. Veni domine Ieſu. Vbi quæren-
dũ eſſet an liceret miſſas pro ſecũdo aduẽtu celebra-
re ſicut antiqui ſacrificia offerebant ꝓ primo illis tñ
mitis venturus erat nobis autẽ crudelis. Sed nota ꝙ ſi-
cut ante primũ Chriſti aduentũ preceſſit figura veri-
tatẽ, ſic ante ſecundũ præcedet veritas figurã, quod
enĩ in malitia hominũ erit cõpletum, in mundo ma-
iori depingetur, vt ibi notas faciat deus malitias no-
ſtras & ſic magis timeamus vidẽtes, vt ait ſcriptura,
ꝙ cœlum & terra & omnia elementa ſunt teſtes ini-
quitatũ noſtrarum antiquarũ & ſecretarũ, & ſcripro Signa
eas iudici repreſentãt ꝓ quo iſto modo pugnabit or peccato
bis terrarũ contra inſenſatos. Nõ miremini fratres, ſi rũ noſtro
legitis ꝙ citiſſime deus, cũ ceperit iudicare perficiet rum erũt
iudiciũ ſuum: quia peccata noſtra in cœlo & terra & in omni-
mari & om͠i patulo ſcripta reperiet & acclamata. Vñ bus crea
ꝙ in cubilibus, & in cordibus noſtris ꝑpetramus reue turis.
labitur in tectis, & aues cœli portabũt ſecretã vocem
tuã ad reuelandũ ignominiã tuam, & in alis earũ in- Hiere.
uentus erit ſanguis pauperũ oppreſſorum. Et ipſamet ii.g.
peccata dabũt vocẽ ſuam cõtra te cõſcia ſatis tuorũ
ſecretorũ peccata ergo tua ſunt ſigna expreſſa, & ma
nu dei depingẽda de quib⁹ ait euangeliũ. Erũt ſigna
in ſole &c. Sicut parũ eſt curandũ de vmbra cũ vene-
rit veritas ſic plus attẽdẽdũ eſt ad ſignatũ, & ad ſigna
ſpiritualiter intellecta quã ad ea corporaliter exhibẽ-
da. Qm̃ ſigna in elementis futura: ſi prius mentibus
malorũ inhererẽt nec eſſent in elementis, ſi prius nõ in
uenirentur in cordib⁹ noſtris. Erũt ergo in ſole ſigna
malorũ noſtrorum, vide quantũ abũdabit iniquitas,
quantũ creſcet hominum malitia, qñ eorum peccata
ad ſolem vſq; conſcendent, & in eis præſertim locis
collocabuntur: quæ magis diffuſiua ſunt ſui ipſius, &

munificentiſsima. Vbi aduerte quod ſignum ſemper
debet correſpondere ſignato. & quia ſignatũ eſt aua-
ritiæ atq; duritiæ peccatum: ideo ſignũ debuit poni
atq; deſcribi talibus rebus: ꝙ viſa luminis priuatione
conſter qualiter auari, pauperes priuare nõ verentur
neceſsitatibꝰ ſuis. Nec eis claudere viſcera misericor-
Tria iu- dicia. diæ debita: quæ faciliter dari poterant. Vbi nota q
tria iudicia deus generalia facere decreuit: primũ in
cœlo quãdo in angelis ſuis repperit prauitatem præ-
ſertim ſuperbiæ cuiꝰ filios dicit ſcriptura angelos ma-
los: ſuper quos lucifer regnare voluit. Nam de eiſdẽ
alibi dicitur. Superbia eorum qui te oderũt aſcendit
ſemper, huius iudicii ſignũ fuit peccato cõforme: nã
quia dixerat. Super aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ. ideo
videbam Sathanã tanquam fulgur de cœlo cadentẽ
vſq; ad profundum laci. Secundũ iudicium generale
fuit in diluuio: qñ propterea ꝙ omnis caro corrupe-
rat viam ſuã. Abiſſus inferior & ſuperior coniunctæ
ſunt ad luxuriæ peccatum abluendũ: quod animam
& corpus inquinat. De hoc iudicio intelligitur illud
Soph. i. c Sophoniæ, viſitabo ſuper viros defixos in fecibꝰ ſuis.
Inundatio ergo diluuii ſignum fuit: ꝙ in eis ſordes
huius vitii inueteratæ fuerãt: qui diu extiterant in vo-
lutabro luti, & propterea fluxus aque debuit purgare
fluxũ tam immundi peccati: & iumenta reptiliaq; in-
terimere: quia cõpotuerant iumẽta rationalia in fœ-
tore ſuo, in quo reptare & inuolui non ceſſabãt ma-
tẽtes in immũditiis ſuis: quibus à minimo vſq; ad ma-
ximũ ſic adheſerant: vt plurima humectatione opus
eſſet ad abluendũ qđ tam diu cõtractum erat. Tertiũ
vt (ait beatus Bernardinus veniet) iudiciũ ſignante
ob duritiæ auaritiæq; peccatum: quia refrigeſcet cha-
ritas multorũ: & ſic abundabit iniquitas hæc; vt Za-



charias propheta dicat. Veniet dominus deus om- Zachar. xiiii. c.
neſq; ſancti eius cũ eo: & in die illa non erit lux ſed
frigus & gelu, & erit dies vna quæ nota eſt dño. Lu-
cis carentia frigus & gelu ſigna erunt carẽtiæ pieta-
tis noſtræ, quoniã & beatus Iob dicit. Reuelabũt cœ- Iob. xx.
li iniquitatẽ eius: & hæc ſigna erunt ſita in ſole, quæ
aurũ in terra hominibus generare ſolebat: vt eos di-
taret gratis. Et erunt in luna, quæ argentũ ſua frigidi
tate generabat ſicut ſol calore ſuo aurum: & in ſtel-
lis quæ influentia ſua gemmas formare ſolite erant.
ſed iam propter duritiã hominum etiã ipſum lumen,
quod facilima datione ſuper bonos & malos effun-
dere ſolebant, & pluuiã quam deſtinabant ſuper iu- Fames pauperũ.
ſtos & iniuſtos cõtinebunt in ira ſua quarũ rerum lo
co tenebras palpabiles: & ſanguinẽ effundent: nã ſol
conuertetur in tenebras tanto denſiores quanto ipſe Matth. xxiiii. c.
fuerat lucidior: & luna in ſanguinẽ horribilem: vt in
dicent diuitibus: ꝙ pauperem quẽ non pauerunt, oc
ciderunt. Et ſtelle cadent de cœlo: caſus pauperũ &
viduarum oppreſſarũ deſignantes qui quotidie in-
cidunt in latrones & raptores cauſidicos & prętores
& in manus eorũ qui abſcondunt frumenta in popu
lis, vt in paupertatẽ cadant, etiam hi qui mediocriter
poterant agere vitã. De his ergo qui per phas & ne-
phas non ceſſant ſibi diuitias acquirere in damnum
cæterorum, dicit Iob. Quibus ſolis data eſt terra & Iob. xv. c.
non tranſibit alienus per eos. Cunctis diebus ſuis im
pius ſuperbit, & numerus annorũ incertus eſt tyran-
nidis eius: cũ ſe mouerit ad quærendum panẽ, nouit
quod paratus ſit in manu eius tenebrarũ dies. Tyran
nus ſe à deo mouet: quando quærit panẽ vt eum ca-
rius vendat: in manu tñ ideſt in opere ſuo paratus eſt
tanquam ſignũ duritiæ ſuæ tenebrarum dies in futu-

ro iudicio, vbi etiam lumen cœli deficiet ei. Nam ſi
erit in die illa lux magna ſolummodo inuenietur in
Chriſto: qui iuſtis lucerna erit, & nõ auaris: ſicut olim
in Egypto q̃m ſolũmodo filiis Iſrael erat lux: de qui-
Preſſura buſ ſequitur in euangelio pręſenti. Et in terris preſ-
duplex. ſura gentiũ: hoc & de ipſis diuitibus, & etiam de pau-
peribꝰ intelligi poteſt, nã fames quæ omnẽ terrã pre-
Geneſ. ſura eſt: à diuitibus cauſatur & qui ſolũ ſibi reponunt
xxxiiii. a in annos plurimos: ꝗuis aliĩ deſit quę ſibi ſuperfluũt,
immo eis in venditione preſſurã faciũt capiẽtes om-
nem ſupellectilem quia diues tẽpore famis: manũ ra-
ptricẽ mittit ad omnia bona pauperũ: & pro pane ve-
ſtem capit. Pauperes autẽ in die iudicii preſſurã etiã
facient cõtra tyrannos: q̃m de eis dicitur. Stabũt iuſti
in magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiaue-
runt: & qui abſtulerunt labores eorũ. Nec dubiũ quin
diuitium opes ſint pauperũ labores: à quibus ſeruitur
eis parua aut nulla mercede, tñ corã patre orphanorũ
& viduarum ſtabunt pro ſeipſis loquentes cõſtanter
ita vt mali clament in ſeipſos dicentes. Hi ſunt quos
aliquando habuimus in deriſum &c. quid nobis pro-
fuit ſuperbia vitę: & diuitiarum iactantia quid cõtu-
lit nobis? Hæc pauperũ preſſura ducet ad iudiciũ cõ-
tra impios confuſionẽ ſonitus maris & fluctuum, vt
Cõfuſio ſequitur in euãgelio. Confuſio nuditatis pauperũ e-
pauperũ bit cõtra impios: quia propterea ſcriptũ eſt. Nudus eſt
Iob. infernus coram eo: & non eſt operimentũ perditio-
xxvi. b. ni, infernus ſuperior (quem nunc pauperes patiũtur)
nudus erit coram iudice, qui nunc ſola verecũdia eſt
veſtitus, propterea q̄ diuites nudos dimittunt homi-
nes veſtimenta tollentes quibus nõ eſt operimentum
in die frigoris. Sonitus ergo maris erit quærela illa-
te amaritudinis, quia ſi etiã nũc lachrymę viduę am-



xilla vſq; ad thronum dei aſcẽdunt, quanto amplius
tunc vbi etiam h eremite: de medio petrarum dabũt
voces cõtra opulẽtos? Viſa ergo iudicis equitate pra
ui homines: qui pingues & timidi fuerãt, areſcẽt prę
timore: & expectatione quę ſuperuenięt vniuerſo or
bi: q pugnaturus eſt cõtra inſenſatos: q̃m deus arma-
bit creaturã in vltionem inimicorũ ad fauendũ ami-
cis ſuis, pro quibus etiã virtutes celorum mouebun-
tur, vt eligãt bonos in vaſa ſua, q̃m ſedilia cœli vacua
fuerant à malis angelis, & implẽda ſunt pauperibus
hominibus: q a ipſorum eſt regnũ, immo & rex celo-
rum de quo ſequitur. Et tunc videbunt filium homi-
nis fratrem noſtrum Ieſum, venientẽ pro ſuis, in nu-
be, quæ ſuſcepit eum, dum cœlum aſcendit: quia vir-
tutes cœlorum dixerunt virtuoſis hominibus. Sic ve
niet, quẽadmodum vidiſtis eum euntẽ in cœlum ſcili
cet ea poteſtate & maieſtate & nube. Poteſtas ad im-
pios, maieſtas ad pios, quoniã ad vtroſq; ex nube ꝓ-
cedent malis fulgura, bonis pluuiã voluntariam glo
riæ, quoniam ideo iuſtis dicitur in euangelio. His au
tem fieri incipientibus, reſpicite (vt filii Iſrael Egy-
ptios) omnes peccatores ſubmerſos, vt letemini, q̃m
letabitur iuſtus, cum viderit vindictã, & manus ſuas
lauabit in ſanguine peccatoris. Ideo leuate capita ve
ſtra: quæ hucuſq; depreſſa fuerant. Nunc iam eis da- Redem
re molitur deus coronam pro cinere: quoniã appro- ptio inte
pinquat redemptio veſtra nõ qualiſcunq; ſed copio- gra.
ſa, ſed æterna, ſed omnimoda vt filii dei tã liberi ſint,
nõ ſolum ab omni iniquitate, ab omni corruptione,
& inimicorũ moleſtia, & conditione ſeruili. Nunc in Roma.
cœlo ſancti nõ habent niſi dimidiam redemptionẽ. ſ. viii. d.
animæ tm̃, ideo dicit Paulus, ſanctos expectare redẽ
ptionem corporũ, quæ tunc fiet quãdo à vermibus &

carcere ſepulchri redimentur & ab oppreſsione ma
lorum: qua nũc eos ſubiicere nituntur. Sed forſitan
quiſpiã quæret: qualiter iſtius redẽptionis valeat eſſe
participem: & quomodo iſta redemptio totalis ei ap
propinquare poterit. Cui ego. Videas ficulneã & om
nes arbores, quia cũ producũt ex ſe fructum, ſciũ q̃
prope eſt eſtas. Sic tu ipſe caueas: ne ſis arbor ſterilis
maledicenda, aut infructuoſa ad ignẽ excidẽda, in
ter alias arbores ſignanter ponitur ficulnea quæ bis
fructificet quoniã duplex eſt miſericordia ſcilicet ſpi
ritualis & corporalis ergo ſatage vt producas fruct
bonorũ operum præſertim operũ miſericordiæ: de
quibus vltimo iudicio ratio reddenda eſt: q̃m qui mi
ſeretur, & commodat diſponet ſermones ſuos in iu
dicio: qua propter beatus qui intelligit ſuper egen
& pauperem quoniã in die mala liberabit eũ dñs di
cẽs. Eſuriui & dediſtis mihi manducare, nudus eram
& operuiſtis me &c. Septem opera miſericordiæ nu
merabit Chriſtus: & his omnibus ſeptem fructus glo
rioſos aptabit: videlicet ſeptem partes beatitudin
tres in anima & quatuor in corpore quaſi vtriq; mi
ricordiæ correſpõdẽs. ſ. ſpirituali, & corporali a co
trario autẽ ſeptẽ damnationis ſigna numerata ſunt
euangilio, primũ in ſole, ſecundum in luna, tertiũ
ſtellis, quartum in preſſura gentiũ, quintum in ſon
maris & fluctuum, ſextũ in hominibus areſcentibus
ſeptimum in eo q̃ virtutes celorũ mouebuntur cõtra
malos qui tot habituri ſunt pœnas: quot ſancti glo
rias. Sed nunc de iudice aliquid videndum ſuper e

¶ Vt ſuper ſolios thematis verba aliquid videam
aduerte: quòd naturale eſt ſolem eſſe in ſignis: ſed m
rũ eſt & mirabile ſigna eſſe in ipſo ſole: quia eſt prep
ſterus ordo: ac ſi diceres: Dom⁹ eſt in habitatore. ia
Secunda pars vbi eſt alter ſermo.



ergo magno miraculo ſiue monſtruo dicuntur ſigna
eſſe in ſole, cum ſol ipſe p̃ zodiacũ ſingulũ ſignũ in=
grediens, circulum anni perficiat. ſed videamus quo
modo. xii. ſigna zodiaci erunt in ſole iuſtitiæ Chri=
ſto, maxime tempore iudicii: vbi primum ſignũ aries
erit in ſole Chriſto, q̃ñ chriſtus clementiam mutabit
in furorẽ. Nam aries dimidio tempore anni iacet la= Aries. i.
tere dextro, & poſtea vertit ſe ad ſiniſtrũ. Sic domin⁹ potens.
Ieſus tempore noſtro iacet latere dextro miſericor=
diæ: cum autẽ acceperit tempus iuſtitias iudicaturus,
erit latere ſiniſtro rigide iuſtitiæ: quia primo aduen=
tu venit dulcis agnus ad occiſionẽ ductus, ſecundo
aũt ad feriẽdũ occurret: ſic vt propheta dicat. Poſtea
vidi arietẽ cornib⁹ vẽtilãtẽ cõtra occi. & cõtra aqui Danielis
lonem & contra meridiem & omnes beſtiæ nõ po= viii.
terant reſiſtere ei, neq; liberari de manu eius: fecitq;
ſecundum voluntatẽ ſuã, & magnificatus eſt. Potens
in prælio eſt agnus iſte: qui faciet in iudicio ſuo om=
nem volũtatẽ ſuã: nec mirũ quia in iudicio Pilati fe
cit omnem voluntatẽ malorum & bonorũ hominũ.
Voluntas eius eſt voluntas patris ſui, quæ nunc tẽpo=
re peregrinationis extẽditur ad omnẽ miſericordiã
poſtea ad omnem iuſtitiã. De primo dicit Chriſtus.
Hæc eſt voluntas patris mei: vt omnis qui videt filiũ
& credit in eum, habeat vitã eternam. De ſecundo eſt
imperiũ ad filium dicens. Intende ad viſitandas om= Pſa. lxiii.
nes gentes: & non miſerearis omnibus operantibus b.
iniquitatẽ. Ecce qualiter primo aduentu fuit agnus
dei tollẽs peccata mundi. Secundo autẽ erit aries oc Taurus
curſu terribilis nõ parcens vlle beſtiæ p̃ter oues ſuas. id eſt tri=
Secundũ ſignum dicitur taurus: in quo erit Chriſtus turans.
triturans omnium peccata: & cornibus iuſtitiæ ſe=
parans oues ab edis: & inſtar tauri pede ſuo pulue=

rem diuidet à ſolida terra & malos à bonis: ita v[t]
Eſa.xli.d Eſaias dicat. Triturabis mõtes & comminues & co[l]
les quaſi puluerẽ pones, ventilabis eos: & ventus [tol]
let eos: & turbo diſperget: hęc ille. Vbi aduerte: q[uia Chriſtus ve]
rus iſte triturabit areã ſuam ſeparans à granis palea[s]
flatu ire ſuæ mittendas in ignem inextinguibilem.
Gemini. ❡ Tertium ſignũ eſt geminorum, vbi erit Chriſtus [iu]
i. duplex damnatos puniẽs tormẽto geminato iuxta illud [Hiere]
malum mi. Duplici contritione contere eos dñe. vtrunq[ue] [da]
pœnæ. nans & puniens: ſcilicet animã & corpus in gehen[nam].
Nunc ſimplici pœna punit malos deus vel in corpo[]
re per infirmitatẽ, vel in anima per cõtritionẽ. Et n[]
ipſa pœna ſimplex videtur integra, quia ſi corpus in[]
firmatur eſt ꝓpter bonũ animæ: vt fortior fiat. [Si a]
ma tribulatur eſt propter bonũ etiam corporis, ne da[m]
netur, ſed in dei iudicio totũ damnabitur: quando [re]
cipiet peccator de manu dñi duplicia ꝓ omnib[us] pe[c]
Eſa.iiii. catis ſuis. Quartũ ſignũ dicitur cãcer, & ſol in hoc [ſi]
Cancer gno eſt elongatus à terra & in hoc ſigno erit chri[ſtus]
i. aliter iudex ſegregatus à peccatoribus, ita vt videntes eũ [di]
quã puta cant longe à peccatoribus ſalus. Nunc autem ꝓpe [eſt]
bas. dñs omnibus inuocãtibus eũ in veritate: ſed tunc e[lon]
gabit ſe: vt de nobis dicatur. Ecce qui elongant ſe [a]
te peribũt, tunc in Chriſto & in ſanctis ſuis abũda[bit]
iniquitas nr̃a & iuſtitia ſua. Nec mirũ quia cancer a[m]
bulat ordine retrogradu, & ſic iudex lõge aliter q[uam]
putatis faciet opus ſuũ, nõ exaudiẽs ꝑces cuiuſqu[am]
Miche. precantis: ita vt Micheas dicat. Tunc clamabunt a[d]
i.i.b. dominũ, & non exaudiet eos abſcõdet faciem ſuã [ab]
eis in tẽpore illo, abſcõdere faciem eſt eis dicere, [ne]
Leo. i. noui vos. Quintũ ſignum eſt leo, vbi erit ſol iuſtitiæ
rugitor qñ de mõte glorię ad vallẽ Ioſaphat deſcẽdet in [iu]
ru ſuo, & in tuba dei alti[us] fremẽs quã in Lazari vo[ca]



tione quia nõ ſolum dicet cuilibet veni foras, ſed iu=
bebit, vt foras egrediãtur omnia facta noſtra, qa tũc
ad vocem iudicis manifeſta erunt abſcõdita cordis
noſtri: & cuilibet vita egredietur nuda ſicuti eſt, & ꝓ
uoluta ad pedes huius leonis cadet timore perterrita,
de quo ait Amos. Leo rugiet: quis non timebit? nun= Amos.
quid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædã? nunquid iii.b.
dabit catulus leonis vocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid
apprehẽderit? Ecce igitur qualiter leo de tribu Iuda
egredietur de cubili ſuo ad prędã, & iudiciũ certũ, qa
ſicut rugitus leonis ita & regis ira, quã pauebunt oẽs
beſtiæ agri, ille autẽ ad nulli[us] pauebit occurſum, nec
miremini fratres: q[uia] tũc Chriſtus ſit ſicut leo rapiẽs &
rugiẽs qa leones cæteros ſuꝑbos & truculẽtos opor
tet eũ deuorare ore iudicii ſui, ſicut ſerpens virge de=
uorauit ſerpẽtes Pharaonis. Sic leo de tribu iuda chri
ſtus leones mundi deuorabit: atq[ue] cõminuet pedibus
ſuis. Cũ ſol eſt in iſtis ſignis canicula calidiſsima vi=
get. & ſic iuxta tẽpus iudicii fient dies caniculares &
ſic ardoris aduenięte igne cõfragrationis. qñ ignis à
facie eius exardeſcet: vt carbones frigidos & nigros
peccatores accẽdat: velint nolint. Hũc ergo canẽ ti=
mẽs Dauid dicebat. Erue à framea deus animã meã
& de manu canis vnicã meã: ſalua me ex ore leonis
& à cornib[us] vnicornii humilitatẽ meã. ❡ Aliud ſignũ Virgo. i.
dicitur virgo: & hoc erit in ſole tẽpore iudicii: qa ſi= ſterilitas.
cut hoc ſigno regnãte efficit̃ terra ſterilis: ſic tẽpore
iudicii nõ eſt acquiſitio meriti, ideo figuratur in ſteri
litate Egypti, qñ nec ſeminare poterãt, nec metere.
De hac autẽ ſterilitate dicit propheta. Ecce dies dñi Eſa.iii.c
veniet crudelis & in dignationis plenus: & ire furo=
riſq[ue] ad ponendã terrã in ſolitudine. Vbi caue q[uod] nũc
in melle bonorũ operum congreges cibũ tuũ, non ſis

vt virgines fatue: quæ tunc oleum quærentes ibu[nt]
ad vendentes illud: ſed ſicut ianuã cœli clauſam inu[e]
nerunt: ſic etiã clauſam repererunt ianuã vendent[i]
quia tunc nõ erit emendi aut vendendi aliquid: v[el]
negotiãdi opportunitas, quapropter dicitur. Væ p[re]
gnantibus & nutriẽtibus illis diebus: quia virtus n[on]
erit pariendi. Sed nunc qñ per bonorum operum g[e]
neratione & parturitionẽ ſaluatur anima: vt poſ[tea]
cum ſederit cum ſenatoribus terræ: laudent eã in p[or]
Libra.i. tis opera eius. ¶ Aliud ſignũ dicitur libra: & hoc er[it]
iudiciũ. in ſole Chriſto quãdo merita ponderabit: & forte[n]
ea lance qua nos. Sicut eñ antiquitus erat non cõm[u]
ne ſed ſingulare pondus ſanctuarii. Sic in iudicio d[e]
neſcio quib⁹ libris vel vnciis põderabimur, deus ſc[it]
& ille qui dixit. Nihil mihi cõſcius ſum, ſed in hoc [iu]
ſtificatus ſum: qui autem iudicat me dñs eſt. Nec [me]
remini fratres de ignorãtia ponderis huius, quia p[ro]
fundum eſt cor iudicis & inſcrutabile: quis cogn[o]
ſcet illud? ait enim deus. Nec iuxta intuitum homi[nis]
ego iudico. Satis erit tibi homo, ꝙ non errabit ſap[ien]
tia dei in ponderatione operum tuorũ, qñ Salom[on]
i. Reg. ait. Cor hominis diſponit viam ſuã: ſed domini e[ſt di]
xvi.d. rigere greſſus eius: Diuinatio in labiis regis: & in [iu]
Prouer. dicio nõ errabit os eius. Pondus & ſtatera iudicia [dei]
xvi.b. ſunt. Non ſolum intentio aut cor iudicis (vt cæter[o]
rum bonorũ iudicium) nõ errabit, nec os in prola[tio]
ne ſententiæ ſuæ: qñ verba ſingula ſapientis iudi[cis]
Scorpio. noſtri ſtatera equitatis põderabuntur. ¶ Aliud ſig[nũ]
i. ſtimul⁹ dicitur ſcorpio quod erit in ſole iuſtitiæ per final[em]
iii. Reg. acriorem ſtimulationẽ, vbi nota hiſtoriam filii Sal[o]
xii.e. monis dicẽtis. Pater meus aggrauauit iugum ve[ſtrum]
ego autem addã iugo veſtro. Pater meus cecidit v[os]
flagellis: ego autem cedam vos ſcorpionibus. Pa[ter]



Chriſti eo tempore quo lex timoris vigebat: abſq; vl
la miſeratione ſe habuit in iudiciis legalibus: ſed fi-
lius dei in iudicio generali addet iugo antiquo. Nã
ipſe dixit. Veniet tempus quale nõ fuit ex quo gentes
eſſe ceperunt vſq; ad tẽpus illud: vbi minima flagel-
la erunt iudicia legis veteris: ſi acrimoniis iudicii ge
neralis cõparentur: vbi ſcorpionibus diabolicis ſunt
feriendi homines praui: qñ groſſior eſt minimus di
gitus Chriſti dorſo patris ſui. Vbi innuitur quòd mini
ma pœna minus damnati excedet totã pœnã & gra-
uitatem veteris legis & extenſam ad totam plebem.
¶ Aliud ſignũ dicitur ſagittarius: & hoc erit in ſole iu Sagitta-
ſtitię quando ſententiã iudicii pronunciare voluerit rius. i. pa
tunc eñ vt ait Dauid. Arcum ſuũ tetendet & parabit ratum ar
illum: & in eo parabit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽ cum ha-
tibus efficiet. Nunc imparatũ habet Chriſtus arcum bens.
iudicii ſui: & collectum quia neminem vult perire. Si
autẽ aliquem cõtriſtat aliqua leui tribulatione nõ eſt
ad mortem ſed ꝓ gloria dei ludens: & quaſi exercẽs
ſe ad ſignum. Sed poſtea ibit ſagitta directiſſima pe-
netrãs vſq; ad interiora mortis, & durabit vſq; ad in-
ferni nouiſſima, etiam cum carbonibus deſolatoriis
accẽſa: & herba mortali vncta. ¶ Aliud ſignũ dicitur Piſcis. i.
piſcis qđ erit in ſole iuſtitiæ per omnis fiducie ſub- deuora-
ſtractionem: quoniã ſicut viuentes ſic in ira abſor- tio.
beat eos: quia ſcriptum eſt. Præparauit dñs piſcem grã Ione. iii.
dem: vt deglutiret Ionã. Tunc erũt mali in abiſſo pœ
narum ſicut piſces in abiſſo aquarum natãtes. Piſcis
grandis à domino præparatus erit infernus, qui inte
gros ſeruabit deuoratos ſicut ſeruatus eſt ionas: quia
in inferno quærent homines mortẽ & nõ inuenient.
Ideo mors depaſcet eos nõ ex toto euellens ſed par-
tim mortificans, & partim viuificans. Nullum tamen

Aquari⁹ i. ſubmerſio. erit littus vbi hos eructet orcus. De aquario in quo
piſcis deuorans malos natabit. Quid dicendũ restat,
niſi ꝙ dominus pluet ſuper eos laqueos: ignis ſulphur
ſpiritus, ꝓcellarum pars calicis eorũ, & tunc deſcen-
dent quaſi plumbũ in aquis vehementib⁹. Nec dicat
aliquis. Forſitan pertranſibit anima noſtra aquã intole-
rabilem, & alia litera habet aquã ſine ſubſtãtia, quia
piſces ſubſtantiã qua nutriuntur, in aqua inueniunt
ſed in mari inferni nulla eſt ſubſtantia, nec alimentũ,
immo damnati erũt morti alimentũ, quæ nunquã di-
cit ſufficit. ¶ Vltimũ ſignũ dicitur capricornus, quod
capricornus. i. exaltatio. erit in ſole iuſtitiæ chriſto, qñ ipſe in imperiali potẽtia
conſtitutus, & ſubleuatus exaltabit cornua iuſti iudi-
cii ſui: qa cornu ei⁹ exaltabitur in gloria: immo & pa-
ter deus dabit imperiũ regi ſuo: & ſublimabit cornu
Chriſti ſui. Nam ad exaltationẽ crucis congregabũ-
tur omnes cruce ſignati, quãdo leuabit dñs ſignũ ad
nationes & cõgregabit diſperſos Iſrael, vt cõgregen-
tur ſibi. Quia notos faciet, qui ad ſe pertineant, & ſan-
ctos applicabit ſibi. Signans eos ſigno crucis dicens
manu extenſa. Venite benedicti patris mei. Facile eſ-
ſet duodecim quæ diximus in iudicio futura ecõuer-
ſo applicare beatitudini: quoniã huius (vt aiunt) etiã
duodecim ſunt bona, quę mihi & vobis præſtet deus
nunc per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

¶ SERMO SEPTIMVS DOMINICÆ
ſecundæ de aduentu Chriſti ad mortem iuſti cupiẽtis
diſſolui: & quomodo laudat eũ in cœlo. THEMA.
Cum audiſſet Iohãnes in vinculis opera Chriſti
mittẽs duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es qui
vẽturus es an aliũ expectam⁹? Mat. xi. a.
¶ Inuocatio ad virginem.



TAm in daga ex ſe & in ſe reperitur creatura atq;
tam nihil, ꝙ quamuis magnã gratiã à deo reci-
piat, illa bñ vti nõ poteſt ſine alia, maxime ſe-
cundũ beatum Thomã qui tenet op⁹ eſſe auxilio ſpe-
ciali, quod eſt gratia gratis data, ad bene vtendũ gra-
tia gratũ facienti, & ad quodlibet opus inſigne. Sed
gratia ſine gratia eſt quaſi Iohannes in vinculis. Ecce
enĩ adhuc donum dei eſt: q; ego aliqua in me conce-
perim, ꝓ veſtra vtilitate: ſed niſi detur vlterior gratia,
qua explicẽ quæ concepi. In linguæ vinculis Iohan- Indigentia grãæ.
nes erit incluſus. Itẽ gratia Chriſti teſte beato maxi-
mo, vos ad ſermonẽ adduxit, ſed niſi dentur aures au-
diendi eſt Iohãnes in vinculis attamen ſcio ꝙ Chri-
ſtus facit pauperes euangelizare, ſurdoſq; audire, ſed
non niſi intereueniẽte Maria matre gratiæ. Vñ gratiã
recepit Zacharias in ꝓmiſſione filii: ſed quandiu in
vinculis materni vteri Iohannes eſt detentus, mutus
manſit Zacharias: nec expreſſit miſteriũ. At cum Io-
hannes exiit à vinculis, tunc gratia quam Zacharias
receperat, ꝓceſſit quãdo ſolutum eſt vinculũ linguæ
eius dicens. Bñdictus dñs deus Iſrael: quia viſitauit.
Hoc factũ eſt ad præſentiam Marię, in qua & per quã
non ſolũ Zachariæ domum, ſed etiã totum mundũ
viſitauit, & viſere non ceſſat deus noſter, nos autem
vt aptiores ſimus ad gratiam ſpiritus ſancti recipien-
dam per manus Mariæ: exeamus ei obuiam genibus
flexis dicentes. Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Cum iam compertũ habeatis fratres cariſſimi hoc
euangelium quo ad literalem explanationem: atq;
morem habeam eliciendi vobis ex factis facienda,
& ex gẽtis ſacri eloquii, quę vos gerere debeatis oſtẽ-
dere, inquirendũ ſupereſt, qualiter etiã nunc iohãnes

In carcere ſit quomodoue diſcipulos habeat Chri-
ſto deſtinendos: quibus ille reſpondeat iuxta petitio-
nem ſuã. Et quoniam Iohannes iſte à Chriſto nimi-
laudatur, nunc peccatori nõ eſt locus, quia nec tales
Iohannes præ ſe fert: ſed Hærodes hunc repreſenta
opprimens iuſtũ. In hoc autem euãgelio nec de ipſo
Hærode fit mentio: ideoq; de ſolo Iohanne bono &
optimo fiet ſermo, vbi tot late videbimus quot ſunt
in præſenti euangelio, ſcilicet carcerẽ, vincula, ope-
Diuiſio. ra Chriſti, diſcipulos, interrogationẽ, atq; laudatio-
nẽ Chriſti, qui cœpit dicere ad turbas de Iohãne, de
quo moraliter erit vobis ſermo iuxta ſeriẽ euãgelii.
¶ Quemadmodum Chriſti aduentus in mũdum, e-
duplex, ſcilicet in carnem aſſumendã ſibi, & in iudi-
cium (Ad mundũ enim maiorẽ venit filius dei vt ca-
nem ſumat, & iterũ veniet vt iudicet illum.) Sic et
ad mundum minorẽ ſcilicet hominem bis venit. Pri-
mo vt eum iuſtificet ſibi vniendo in vita gratiæ. Se-
do autẽ vt eũ iudicet in morte: vbi incipitur vita glo-
riæ: quia ſcriptũ eſt. Sperabit iuſt⁹ in morte ſua: ideo
à vinculis diſſolui cupit, ſciens q̄ iuſtus etiam ſi mor-
te præocupatus fuerit in refrigerio erit egreſſus è
corporis carcere: vbi nunc detentus exoptat aduen-
tum gloriæ magni dei. Sed multi carcerẽ dicunt infe-
riorem mundũ, quamuis depictũ: namq; conſiderata
magnitudine, necnon & excellentia ſuperioris mun-
Carcer mundus. di: nec mirũ quòd hic inferior carcer eius ſit: de quo
ait Iob dño deo. Nunquid mare ego ſum aut cetus
q̄a circundediſti me carcere? Expertus erat iſte quã-
tum à mundo impediebatur: ne ad celeſtia totus men-
te tranſiret. Sed mare ſignãter dixit & cetũ in hoc mun-
do detineri, ſciens iuſte impiũ (cuius cor eſt quaſi ma-
re feruens) atq; diabolum in hoc mũdo detentos e-



quo veluti conuictos in carcere ad inferni patibulũ
ducet eos iuſticia dei æterna morte puniendos: quia
mundũ non pro exilio ſed loco patrie amplexati ſunt
dicentes. Nec quicquam quęrimus trans Iordanem: Nume. xxiii. d.
quia iam habemus poſſeſsionẽ noſtram. Iordan⁹ in-
terpretatur fluuius iudicii, & eſt mors, vbi particula-
re iudicium fit, qui aſcendere vel deſcendere debeat
oſtendens: qui ergo hic habent partẽ ſuam, nihil ha-
beant in terra viuentiũ, quam ita deſiderant iuſti ex-
pectantes beatã ſpem, vt nunc etiã proprium corpus Carcer corpus.
carcerẽ eſtimare non ceſſant deo dicentes. Educ de p̄. cxli. c.
carcere animã meam, ad confitendũ nomini tuo: me
expectant iuſti, donec retribuas mihi. Cuilibet ergo
iuſto datur propria domus corporis pro carcere: do-
nec debita ſi habet ſoluat, ne exinde mittatur in tene-
bras palpabiles exteriores inferni, ſed ad lumen cœ-
li deducatur per angelos: quia eũ expectant iuſti. Et
merito quidem q̄ iuſti expectent iuſtũ: quia iuſtus ex-
pectat iuſtos. Talis ergo eſt Iohannes in quo eſt gra-
tia dei eũ iuſtificans: ſpemq; tribuit bonam: quo ſoli-
citior ſit quamuis ſextuplici ligatus vinculo: nam ſi
vinculis careret, carcerẽ non haberet qualẽ Iohan-
nes, de quo dicitur. Cũ audiſſet Iohannes in vinculis
opera Chriſti. Cum nemo carnẽ ſuam odio habeat,
ſi vinculis careret: videretur carcer deliciarũ, ideoq; Sex vincula & totidẽ opera chriſti
ſex habet in anima vincula, ſignata in ſex pœnis: quas
in præſenti euangelio Chriſtus refertur abſtuliſſe: q-
bus & ſex opera Chriſti correſpondent: immo & ſex
Chriſti opera ſi aure bona audiantur prætacta vincu-
la demonſtrãt. Primum vinculũ eſt cecitas intellect⁹. Cecitas intellectus noſtri.
Nam ligata eſt corpori anima in intelligendo, & vi-
dere non poteſt niſi p̄ enigma: itaq; ex his quæ foris
ſunt ſeipſam cognoſcat mẽdicando, extra ſe quærit

ſe, immo & ſui ipſius anima fidem habet ineuidẽte-
temq; noticiam, ita vt cũ pſalmographo dicat. Cor
meũ conturbatũ eſt in me, dereliquit me virtus mea,
& lumen oculorũ meorum ipſum non eſt mecũ. Cor
(teſte auguſtino) pro intellectu ſumitur, qui inter di-
uerſos cognoſcendi modos turbatur: ꝓpterea quia
dereliquit eũ prima virtus ei⁹: qa ſolebat à priori cũ-
cta dignoſcere, vbi erat lumen oculorũ & pax: quia
fere ſine diſcurſu in ſtatu innocẽtiæ cognouit: aute-
tiſsime ſicut lumen oculorũ: quod facile cuncta illu-
ſtrat vndiq; diffuſum. Hoc vinculũ figuratur in ſede-
chia vinculato cecatoq; in carcere, & in ſanſone quẽ
captum & cecum molere fecerunt ob mulierẽ quæ
eſt caro. Nam ſic noſter intellectus mollã aſinariam
voluere videtur: dum ſepe principia petit reuerſus ad
opinionẽ ſuam: ex opinabilibus vt plurimũ procedẽs.
Error peior in his vinculis eſt ille de quo Salomõ ait.
Prouer. vii.d. Ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur. Hæc ait
de viro: quem garrula mulier irritiuit multis ſermo-
nibus, & eſt mater Eua quæ blandiciis labiorum ſuo-
rum primum hominem & nos irrituit, cuius vincula
minime cognoſcemus: niſi opera Chriſti ab eccleſia
prædicata velimus audire, quorum primum eſt ſpira-
tio actiua ſpiritusſancti, vbi velis, nolis cecitatem
tuam cognoſces. Paruitatem luminis naturalis plus
nouit chriſtianus quam philoſophus, etiam ſi dicat
quod ſumus reſpectu ſcibiliũ, vt oculi noctue, ad lu-
Primum opus Chriſti. men ſolis. Nam ille nõ concedebat, niſi quod intelli-
gebat, & ideo non adeo ſe congoſcebat cecũ, ſicut
nos aſſerentes quod nec vidimus, nec intelligere va-
lemus. Quis enĩ huius operis ꝓfunda myſteria rima-
ri valebit: cum ipſe Chriſtus de illo dixerit niſi hoc
pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Illo



opus dei, quod eſt proceſsio ſpiritusſancti, vbi pa-
ter & filius operantur ſimul, quis indagare valebit,
cũ fine careat & principio, & tam immanẽs ſit, quod
in patre filioq; permaneat? Si etiam ad opera quæ à
dextra operatus eſt deus, ceci ſumus, quanto erimus
ceciores in operibus ad intra? O maximũ opus quod
nec angeli dum viatores erant, calluerunt, nam eſt ſic
diuiniſsimũ, quod in illo infinitas vires ſuas pater &
filius expleuit, ideo confortatum eſt, & non potero
ad illud propter intellectus cecitatem. ❡ Secundum Secundũ
Chriſti opus eſt noſtra creatio: factura enim eius ſu- Chriſti
mus, quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Cum ex opus.
nobis nihil haberemus exiſtentiam dedit: animam &
corpus, & omnia quæ intra me ſunt: atque corporis
ſenſus contulit. Ergo omnia debeo ei & tam integro Affectus
benefico cuncta debeo, & cum vix paruum impendo noſter
amorem, agnoſco in me aliud vinculum: quod eſt curuus
affectus claudicatio ad viciſsitudinem huius operis. eſt.
Cur enim domine Ieſu non te diligo ex toto corde
meo: anima & mente atque viribus: cum ipſe omnia
hæc mihi dederis, niſi quia hoc vinculo præpedior?
Hoc vinculum adipem meũ ita concluſit, vt minime
eũ tibi offerre valeã. Cum ergo ratione naturali co-
gnoſcam, me ſummũ obſequium debere tibi: quem
teneo creatorem, voluntatẽ autem ſentiam ad illud
difficilem: cognoſco vinculũ: quo claudicat affectus
meus vinctus in mendicitate & ferro, Ex vinculoq;
tã graui claudus efficior. Huius rei figura eſt in actis
apoſtolorũ vbi dicitur. Quidã vir lyſtris infirmus pe-
dibus ſedebat claudus ex vtero matris ſuæ. Naturalis
eſt infirmitas hæc pedum noſtrorum: ideoq; deſpera-
bilior: & ꝓpterea vir iſte dicitur lyſtris, quod inter-
pretatur diſſolutus ſiue diſſoluens. Ex diſſolutione

pronenit pedibus amimæ, ideſt affectibus eius, vin
Ieremi. culũ improperii huius: nam ei dicitur. Vſquequo de
xxxi.b. litiis diſſolueris filia vaga? cum vix vnũ ex aſſe ama
re valeamus: quid opus eſt in tot diligibilia diſtrahe
Tertium re animum. Sedemus igitur in terra amantes terren
Chriſti ex vtero matris deſtitute. ¶ Vt autẽ & aliud vincul
opus. noſtrum nobis notũ ſit: audiamus tertium opus Chri
ſti prædicatũ ab eccleſia, & eſt opus redẽptionis æter
p̃s.ciii.a. ne de quo ſanct9 Dauid prædixerat. Exibit homo ad
opus ſuum: & ad operationẽ ſuam vſq; ad veſperam
homo Chriſtus exiuit à patre huic operi deſtinatus,
quia illud nullatenus poterat perficere Chriſt9 ideo
additum eſt. Et ad operationẽ ſuam vſq; ad veſperi
ſcilicet mundi. Hæc operatio redemptionis dicitur
Chriſti, quia nec alio poterat conuenire. Dum ergo
audimus quotidie inſtare Chriſtũ operi redemptio
nis per ſacramenta ſua. Nonne cognoſcemus nos ha
bere tertiũ vinculum, ſcilicet frequentiã peccator
Nec propterea quia perfecti ſumus ea caremus: nam
& iuſtus ſepties in die cadit, etiã videns vbi corrua.
Frequen Nec mirum ſi nocte peccati mortalis cecidiſſet: ſe
tia pecca etiã dię iuſtitiæ ſuæ cadit ſepties in venialia: quorum
torũ ve= quædã (vt doctores theologi aiunt) neceſſario an
nialium. xa ſunt nobis. Hoc vinculũ ſenſit qui dixit. Video al
legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis me
& captiuantem me in legẽ peccati. Et alibi. Non q
volo bonum hoc ago, ſed quod nolo malũ, hoc fa
cio. Hoc vinculum ſignatũ eſt in lepra: quæ vix a
nunquã curatur. Vbi aduerte ꝙ hæc venialiũ frequ
tia magis eſt pœna peccati quàm peccatũ: nec eam
co ſolũmodo pœnam peccati originalis, aut ad illa
conſequentiã: quia ſic eam vocat Auguſtin9. Sed
quentiam venialiũ dico eſſe pœnam etiã peccato



mortalium, & merito. Nam quia quæ poteras euita=
re noluiſti, relinquitur tibi, vt non poſsis delere quæ
optas eſſe procul à te. Venialiũ igitur frequẽtia eſt in
cauſa: vt cognoſcas iuſtitias tuas eſſe ſicut pannos mẽ
ſtruatæ aut lepræ. Nec mirum ꝙ talis lepra in viro iu=
ſto reperiatur, qm̃ ideo dicitur ſepe in ſcriptura. Sicut
nix lepra hæc atq; candens: quæ in viris ſanctiſsimis
etiam reperitur cũ perfecta de lege mũditia: ꝓpterea
enim beatus Iob dicebat domino deo. Si lotus fuero
aquis niuium: & fulſerim velut mundiſsime manus
meæ: tamẽ ſordibus intinges me. Sordes in niue ſunt
menſtrua in iuſticia: vnum q; alterum fouet & con= Eccl'.vi.
ſeruat ſcilicet ſanctitas humilitatẽ, & humilitas ſan= d.
ctitatem. Nec miremini fratres, nam vincula de qui=
bus loquimur boni Iohannis ſunt, de quibus dici po
teſt. Vincula eius alligatura ſalutis. Propterea qdẽ cõ
ſulitur in eodem capitulo. Subiice humerũ, & porta
illam: & ne accidieris in vinculis illius. i. ne vltra mo
dum accide feras talia vincula: in quibus te patitur
eſſe liberator Chriſtus, qui miſſus eſt ſoluere com=
peditos. Cuius quartum opus eſt continua pulſatio Quartũ
ad corda noſtra: de qua perhibet ipſe dicens. Ego op9 chri
ſto ad oſtium & pulſo. Si quis mihi aperuerit, in= ſti.
trabo. Sto (inquit) aborrens tarditatem: moramq;
non ſuſtinens: ſtatim mihi aperiri deſiderans. Cum
ergo Chriſtus nos pulſet: nec ei aperimus cor p amo
rem: nec viſcera miſericordiæ per pietatẽ: nec os per Surditas
laudem, aut manũ per ſubuentionem in proximo ali noſtra
cuius vinculi ſignũ eſt. Vinculo ſurditatis tenẽtur au deo.
res: quæ vocibus dei nec pulſationibus eius auditum
præſtant. Nec dicas plurіes ad deũ me conuerto. Se=
pties in die laudem dico ei: quoniã ſepius ipſe pulſat,
& præſencia ſua intima loqui animę ſemper paratus

eſt. qui nuſquam abeſt. Nec ſolum interius animæ lo
quitur, ſed exterius. Omnes eñ creaturæ dei ſunt ver
ba quæ deum loquuntur quas qui non audit ſurdaſ
ter eſt. Omnia deniq; opera verbi loqui nõ ceſſant:
nam ſicut dicere verbi facere eſt: ſic facere eſt dicere.
Vbi aduerte ꝙ in literaria ſcola vtuntur terminis pro
rebus: quia res ad ſcolas ducere non valent. Sed in lo
gica magna dei, & in ſcola eius, quæ eſt totus hic mun
dus res ipſas accepit deus pro terminis. Dum ergo
peragis iter tibi loquitur, vt te ad deũ ducat. Dum
ſolum tenet, loquitur tibi, ac oſtendit manutenentiam
dei, qua teneris, ne ruas in nihilum. Quando aer te
focillat, vitã tibi à deo pręſtari dicit. Cœlum autẽ per
influentiam fatur tibi gratiam venire deſuper. Sol ve
ro cũ lucerna dei ſit, ad ipſum vocat quos illuminat.
Si ergo has creaturas non audis, dic. Ego autem tan
quã ſurdus non audiebã. & ideo ſicut mutus non ape
riens os ſuum in gratiarũ actione. De quo etiam Mi
Michee. vii. cheas ait. Ponent manũ ſuper os: & aures eorum ſur
deerunt. Hæc igitur naturalis ſegnicies noſtra ad au
diendũ prædicta vinculũ eſt: de quo Manaſſes in ca
ptiuitate poſitus dixit in fine orationis ſuæ. Incurua
tus ſum multo vinculo ferri: & nõ eſt reſpiratio mihi.
Et merito eſt hoc vinculũ Manaſſes. i. obliuioſi
obliuionis: quia hęc ſurditas ex dei obliuione oritur
& illi ſoli eam euadunt: qui deum præ oculis habere
contendunt ac præſentem. Sed quia dixerat: reſpira
tio non eſt mihi Aduerte ꝙ deus ſpirat cum ad hoſ
tium pulſat: homo vero reſpirat, cũ ad hoſtiũ de
rum pulſat iuxta illud. Os meũ aperui & attraxi ſpiri
tum. Deus ſpirauit ſpiraculũ vitæ: homo autem per
amorem reſpirare debet. Qui autẽ ſurdus eſt mo
iam prælibato non reſpirat in deum: ſed incuruatur



iuxta illud. Miſer factus ſum & incuruatus: tota die
cõtriſtatus ingrediebar. Nam hoc vinculũ nimis ani
mam curuam reddit à ſtatu rectitudinis deuiantem,
quia talis anima, deiectas vt magnus canis habet au
res vt quæ ſunt mundi percipiant: non autem erectas
ad deum. Quintum Chriſti opus eſt aduentatio ad Quintũ opus Chriſti.
vniuſcuiuſq; mortem vel ſecundum præſentiam vel
ſecundũ potentiam: ex fide enim habemus ꝙ animæ
omnium viuentiũ Chriſto præſentandæ ſunt, ac tribu
nali ſuo, vnaqueq; in tẽpore ſuo in peculiari iudicio:
ex quo Iacobus apoſtolus monet nos dicens. Patien Iac. v. b.
tes igitur eſtote vos & confortate corda veſtra, quo= Mors.
niam aduentus domini appropinquabit. Nolite inge
miſcere fratres in alterutrũ vt non iudicemini, ecce
iudex ante ianuã aſsiſtit. Si morã facit (ait gloſa) dñs
patientes eſtote quãuis interea grauia inferantur. Ad
uentus domini morte cuiuſlibet celebrandus eſt, qua
boni ad gloriam, mali rapientur ad pœnam. Interdũ
tamen aliqñ econtrario fit, quia malis bona, & bonis
mala prouenire ſolent. Ideo nolite ingemiſcere in al
terutrum, vt non iudicemini. i. damnemini à propin
quo iudice qui ad mortis ianuã aſsiſtit. Oſtiarius er=
go ianuæ mortis Chriſtus eſt, ex quo nos teneri quin
to vinculo, ſcilicet defunctionis deprehendimus, qa
cum ſit vniuerſalis iudex iſte omnibꝰ hominibus ſta
tutũ habet vt ſemel moriãtur. De hoc igitur vinculo
intelligi põt illud ſapiẽtis. Vna eñ cathena tenebra=
rũ oẽs erãt colligati. Cũ ergo chriſtꝰ ſit iudex viuo Sapien.
rũ & mortuorũ ad manũ eius deueniendũ eſt, qa om xvii. c.
nia dedit ei pater in manus, q̃ datione tenemur & nos ſextũ opꝰ
ei. Sed ne timeatis fratres qm̃ ſextum Chriſti opus eſt Chriſti.
ditare diligẽtes ſe, eſt etiã glorificator diues in oẽs Merita
qui inuocant illũ, quia ſecum ſunt diuitiæ & gloriæ. Chriſti.

Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum. Gloria & di-
uitiæ in domo eius, & iuſticia eius manet in ſeculū ſe-
culi. In domo Chriſti quę Chriſtus eſt inuenitur glo-
ria intus & extra, quia ingredientur & egredientur
& paſcua inuenient. Domus gloriæ domus dei, do-
mus beatorū, domus meritorum, domus paradiſi, do-
mus diuitiarū æternarum Chriſti. Vn̄ patet qualiter
nos teneamur nunc ſexto vinculo paupertatis om-
mode: ſi in eo ſunt omnes diuitiæ & gloriæ, quid e-
in nobis niſi omnimoda penuria? alioquin non dice-
ret apoſtolus. Si vere fratres diuites eſſe cupitis, ve-
diuitias amate. Hic aduerte, ꝙ ſicut nomine diuitia-
rum Chriſti om̄es eius glorias intelligo: ſic nomi-
paupertatatis noſtræ accipe quaſcunq; erunnas & pe-
Iob. nurias. Nam ꝓpterea Iob dicebat. Si fuerint in cathe-
xxxvi. c. nis: & vinciātur funibꝰ paupertatis indicabit eis o-
ra eorum & ſcelera eorū, quia violenti fuerunt. Super
hoc ait Gregorius cathene obligationes ſunt: ip-
Phi. i: c. adhuc peregrinatione detenta. Ligatū ſe his cathe-
nis Paulus aſpexerat, cum dicebat. Deſideriū habe-
Eph. i. d. diſſolui & eſſe cum Chriſto. Paupertatis funibus vin-
ctum ſe cernebat, qn̄ veras diuitias intuens eas eti-
diſcipulis enarrabit dicens. Vt ſciatis quæ ſit ſpe-
cationis eius: quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius
ſanctis. Bene autem poſt hæc ſubditur. Indicabit e-
opera eorū: & ſcelera eorum, qa violenti fuerunt. C-
enim ſupernam gloriā magis amādo cognoſcimus
tunc mala quæ egimus grauiora fuiſſe ſentimus. V-
de & Paulus poſt perceptā gratiam ſupernorū, ea q
in ſe ſtudia virtutū crediderat, fuiſſe iam ſcelera c-
gnoſcebat dicens. Qui prius fui blaſphemus, & p-
ſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam con-
i. tim̄. i. c. cutus ſum: quia ignorās feci. Hæc beatus Gregorius



ſuper Iob. Iam ergo Chriſti operibus auditis, viſiſq;
vinculis noſtri Iohānis, de eius diſcipulis agendum
eſt pro eius ſolutione ad Chriſtū mittendis. Clemen
tior in hoc eſſe voluit erga ſuos deus noſter, ꝙ in car
cere corporis poſitis non deſint diſcipuli ad negotia Diſcipu
ſionem docti, magiſtri ſui ꝓcuratores celeberrimi. li Iohan
Nam de illo qui erat ad oſtiū tabernaculi ſui: quod nis.
plebit, & ſicut ſol ſe poſuit in luna: vt impleretur illud
Eſaiæ. Et erit lux lune ſicut lux ſolis. Ob quintum ad eſa.xxx.f
uentū dicitur iacinthinum: qm̄ filio ait pater. Calcia= Ezech.
ui te iacintho: tunc ſane calciamenta filii dei iacinthi xvi:b.
na erant, cœlorū colore vtebātur: celica videbantur
ac fere diuina: qm̄ ſic polita erāt: vt oculos angelorū
allicerent. Vidimus ergo quomodo & ad quid filius
dei calciamēta ſibi fecit, & quas vias eis pegit, nil re
ſtat, niſi vt omnibꝰ dicamꝰ maxime in aſcēſione. Ado
rate ſcabellū pedū eius qm̄ ſanctū eſt. Propter varias
humanitatis Chriſti gratias & effectus dicta ſunt va
ria calcimenta dei: qbus & nos vti oportet ad gloriā

¶ Secunda pars vbi exponitur euangelium.

¶ Verba thematis ponuntur in calce huius euangelii
tanquā epilogus præcedentium, quia in eis reſoluit
Iohannes omnia quæ dixerat: atq; eis poſſunt refer
ri ſingule ſententiæ priores. Sunt namq; multiplici
ſenſu profunda, latetq; in eis omne reſponſum, quod
dederat phariſeis ſacerdotibus & leuitis. Dixit ergo
ſe non eſſe Chriſtū, neq; Heliam, neq; prophetam, ſed
eſſe vocē clamantis in deſerto: qui tunc erat medius
inter eos, licet non cognitus ab eis, quæ omnia bre=
uius cōcluſit in themate. Quid enim aliud eſt dicere,
non ſum dignus eius corrigiā calciamenti ſoluere,
niſi quia nō ſum ego Chriſtus: non ſum ſponſus ſed

ſponſi amicus, nec ego ſufficerem ducere eccleſiam
ſi ipſe eã repudiaret, ſicut nec redimere. Nota eſt vo
Deuter. xxv. ruth. iiii. bis fratres conſuetudo legis, quæ habet, quod ꝓpin
quus mariti defuncti duceret relictam ab eo, ſi autẽ
noler, tunc deberet ſolui calciamentum nolentis vxo
rem propinqui, & dari alteri qui eã ducere volebat.
Solutio calciamẽti cui cõuenit. Iohãnes autẽ vult ꝙ calciamẽta Chriſtus habeat, ne
cõtingat eccleſiam vocari domũ diſcaltiati, ſicut vo
catur ſynagoga, nam chriſtus qui à nemine diſcalcia
tur, iuſsit vt moyſes calciamenta deponeret, antequã
ad rubũ appropinquaret. Tunc Moyſi diſcalciato cu
ra iniũgitur ſynagoge, ſed cur diſcalciato? cur prius
calciamenta deponit? ne arbitretur ſe eius futurum
ſponſum, ne putet ſe caput fore, ſed ſubrogatũ ſed pe
dagogũ, ſed procuratorem veri ſponſi, qui ſolus ſem
per habet calciamẽta ſemp applicat ſibi eccleſiã ſem
per inueſtitur ea, ideo Moyſes nõ ſponſum ſed peda
gogũ ſe cognoſcat. Quoniam hoc idẽ, hanc eãdem
Act. vii. figurã beatus Stephanus retulit in actibus apoſtolo
rum: volens ſynagogam ad verum ſponſum cõuerte
Ioſue. v. re. Similiter quoq; dicitur Ioſue duci populi vt ſolua
calciamentũ ſuum, ſicut alter fecerat, quia nõ niſi ve
Sponſus Chriſtus omnibꝰ ꝑeminet ro Ieſu conuenit ſponſum eſſe. In his duobus viris ꝑ
Chriſtum diſcalciatis vtraq; poteſtas notatur ſcilicet
eccleſiaſtica & ſecularis quæ Chriſto tradenda ve
niũt quem nemo iure diſcalciat: & ipſe merito diſcal
ciat cunctos. Idem ergo eſt dicere, non ſum dignus
eius corrigiam calciamenti ſoluere, ac ſi dicat, non
ſum dignus dici aut credi Chriſtus eo enim facto
quo quis ſe dicit Chriſtum, ſoluit Chriſti calciamen
tum, quia cum illa vnio non ſit niſi vnica, qui dicit
ſe habere illam, ab omni alio eam negat, & exconſe
quenti ſoluit corrigiã Chriſti. Et hic eſt antichriſtus,



qui diſſoluit Ieſum, de quo Iohannes ait. Omnis ſpi- Iohan. iiii. a.
ritus qui ſoluit Ieſum ex deo non eſt. Beatus Iob ad
magnam iuſtitiam ſibi reputauit, ꝙ hoc non fecerit: Iob. xxxi. c.
quando dixit. Si vidi ſolem cũ fulgeret, & lunam in-
cedentem clare, & letatũ eſt in abſcondito cor meũ,
& oſculatus ſum manum meã ore meo, quę eſt iniqui
tas maxima, & negatio cõtra deum altiſsimũ. Similia
(inquit euangeliũ præſens) de Iohanne quoniam cõ
feſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt quia nõ ſum
ego Chriſtus. Negauit ergo ſe eſſe Chriſtum ne ne-
garet deum altiſsimum Chriſtum. ¶ Secundo dixit,
non ſum Helias, & hoc idẽ in thema innuit, & in illo
includitur. Cum enim ante aduentũ Heliæ ſit euan-
gelium prædicandum in toto mundo, idem eſt dice-
re non ſum dignus eius corrigiã calciamenti ſolue-
re, ac ſi dicat, non ſum Helias. In hoc eos inſipientes
oſtendit quia non intelligebant quod Helias tantũ dignitas
debet venire ante ſecundum aduentum: & non ante prædicã
primũ. Hic inſuper aduerte quod ſoluere corrigiã eſt di.
oſtendere cõformitatem vtriuſq; teſtamenti, quia ꝓ
ferre noua & vetera, ſecundum gloſas cõmunes Hy
larii, Ambroſii, & Hugonis ideo dicit ſe indignũ ſol
uere calciamenta, quia nõ fuit baptiſta electus ad prę
dicandum euangeliũ per mũdum, quod clarius Mat-
theus dicit; dum de Iohanne ait. Cuius non ſum di- Matt. iii.
gnus calciamenta portare. i. exempla & mortẽ Chri
ſti mei prędicare. Qui agnũ dei comedimꝰ, debemus
quidẽ corio exemplorũ ſuorũ calciari. Apoſtolo Pau
lo referẽte fuerũt calciati pedes in preparatione euã
gelii pacis, ideo & Paulus ait. Nõ me miſit dñs bapti
zare, ſed euangelizare, oppoſito modo ad Iohannẽ
qui venit baptizare. Itaq; cum ego mortuus ſim ante
quam eius calciamenta in idumeam extendantur,

non ſum Helias: qui iam diuulgato euāgelio veniet.
¶ Tertio dixit ſe non eſſe prophetam: vbi notat Cirillus ſuper Iohannē, quomodo iudei patefaciunt imperitiam ſuā in hoc quod diſtingerunt prophetā: quē
Propheta eſt Chriſtus
eis Moyſes promiſerat à Chriſto, cū Chriſto ſit ille propheta: quoniam vt hoc innuatur in greco legitur cū articulo. Io. i. ille propheta es tu? Iohānes autē plenꝰ diuina luce ſicut negauit ſe eſſe Chriſtum, negauit ſe eſſe illū prophetam ſimilē Moyſi in redemptione mundi: cuius vmbra & ſimilitudo Moyſes quidē fuerat in redemptione populi ab Egypto. Itaq; nō ſum ego ille propheta cui reſeruatur redemptio, immo nō ſum dignus vt ſoluam corrigiā calciamenti eius, quia non ſum ego dignꝰ, vt ꝓ me moriatur vel ſoluatur corrigia humanitatis ad deū vel animæ ſuæ ad carnē. Nō
Peccans ſoluit Chriſtū.
ſum ego dignus ſoluere illum laqueū de quo dicitur Pſal. cxiii. Laqueus cōtritus eſt: & nos liberati ſumus. Hic tamen aduerte qđ non ſolum Adam ſed omnis peccans fuit cauſa qua ſoluatur: ac moriatur Chriſtus quin & eſt cauſa dum peccat: ſi poſſet ille mori: quia propterea dixit Paulus: quod peccantes ſunt iterum crucifigentes filium dei. Si ergo baptiſta qui nō rāi originaliter creditur peccaſſe, fatetur ſe indignum, vt ꝓ eo ligando filii dei vita ſoluatur, quanto indigniores ſumus omnes nos qui addimus peccare adhuc? Mirum quidē ſed veriſsimum, ꝙ pro peccatore ligando ac vniendo ipſi deo ſoluatur, ac diſſoluatur Chriſtus filius dei. Qui hoc paſſus eſt in cruce, nam dum vidit prope ſolutam corrigiā vite ſuæ clamore valido patri ſuo dixit. Deus deus meus vt quid dereliquiſti me? vt quid tempus vitæ meæ reſolutionis inſtat? ob quid à malis ſoluitur templū hoc? Ad hanc ſane quæſtionem reſpondit Cyprianus dicens Chriſto. Domine tu relinqueris, vt capiatur latro tibi deuotus, tu ſolueris vt ligetur ille deo, qui peccatis ſuis diſſolutus fuerat, quāuis ergo ſoluatur corrigia vitæ ſaluatoris nō inutiliter, quia ipſa corrigia ligare ſuffi-
Humilitas Iohānis.
cit omnes hucuſq; ſolutos. Nemo tn̄ eſt dignus ligarum in tante charitatis funiculo. ¶ Si autē de Iohannis humilitate aliquid placet audire, aduerte ꝙ (vt ait Auguſtinus) profunda fuiſſet humilitas ſi dixiſſet ſe aptum ſoluere corrigiā calciamenti ſaluatoris: nunc autē dicit. Non ſum dignus ſoluere corrigiā calciamenti eius, quaſi dicat, non mereor ei minimū exhibere obſequium: ideo Marcus addidit procumbens. Non ſum dignus vt ꝓcumbam ad pedes eius ad ſoluendū corrigiam calciamenti. Si cum pueris quibus conuenit hoc nō audet procūbere, minus auderet ſe magis adiungere, qui procidētes adorauerunt illum, ſed forte præuiderat Magdalenā hoc facturam: ad Chriſti pedes lachrymis abluendū. Si ad hoc ſe fateretur idoneum optima eſſet humilitas: ſed quia dicit. Nō ſum dignus heroicā habet humilitatem, quia nō ſolum ſub potenti manu dei ſe humiliare vult: ſed
Gen. xvi
ſub pedibus eius. Satis erat ancille ſacre humiliare ſe ſub manu dn̄e ſuæ, quia nec amplius iuſsit angelus ei, tamen ſpiritus ſuggerit Iohanni ſe indignū eſſe humiliari, ꝓcumbens ad pedes Ieſu. Ab infantia ſua creuerat ſecum humilitas, & ab vtero materno vbi recluſus audierat cognatā ſuam Mariā dicentem. Reſpexit dominus humilitatē ancillę ſuæ: & ob hanc reſpectionem obtinendā procumbere cupiebat ante Chriſti pedes, tn̄ ſe reputauit indignum, & quoniam vera humilitas annexū habet præmiū exaltationis ſuę, parum poſt Chriſtus eū eleuauit ſuper cherubin quando eum laudans dixit. Erat ille lucerna ardens & lucens. Arden-

tes & incendentes dicuntur ſeraphin inter quos poni tur lucerna hæc. ſ. humilitas Iohãnis: qui ſub modio calciamenti ſaluatoris ſe volebat abſcondere, quando dixit. Non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Dum autẽ iudei oportune importune inſtarent Iohanni vt diceret eis, quem ſeipſum face ret: poſtquã ſe indignum cõfeſſus eſt minimo officio in domo Chriſti quod ad calciamenta pertinet: ſunt eñ cęteris inferiora. Volẽs ergo Iohannes ſuũ iudeis oſtendere teſtimoniũ adduxit Eſaiam: & dixit. Ego vox clamãtis in deſerto. Vox (inquit) ſum Chriſti cla mantis in deſerto veſtro in deſerta iudea, clamãtis in vobis deſertis ab eo: quia vos prius eum deſeruiſtis. Si eũ non vultis audire obturantes aures veſtras, ſal tim audite me dicentem. Nõ ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Pro tam minimo habe tur inter vos ꝙ eũ nec audire dignamini, qui tam ma gnus eſt apud me, vt non audeã eius tangere calcia mentum. Plurimũ videtur ſe Iohannes eleuaſſe, dum ſe vocem clamantis aſſeruit. Vocẽ (inquam) nõ cuiuſ cunq; ſed clamantis, qui magnam vocẽ emittere ſo let. Submiſſa voce locutus eſt deus, qñ alios creauit, dum autẽ Iohannem crear, clamare perhibetur, quia magnificauit dñs miſericordiam ſuã cũ illo. ¶ Vt au tem profundã eius ſententiam perpendã, quæramus à Iohanne cũ te ob humilitatem tuã profundam ſub chriſti pedes collocaueris, nec illic ꝓcumbere digni dixeris, quid ſibi vult, ꝙ in ore Chriſti cubile tuũ fa cis? An ignoras ꝙ vox moratur: ac fit in ore clamãtis? Te humilias & ſubleuas pariter cũ impoſſibile ſit eo dem inſtãti motibus cõtrariis agi. Pro ſolutione fra tres audite, nã vox inuiſibilis verbi oſtẽſiua eſt: miſte riũ autem verbi diuinũ eſt. Vt ergo Iohãnes oſtẽdat

Magnus eſt Iohã nes.



eſſe incomprehenſibile incarnationis miſterium: ita vt nec ipſe quidẽ licet electus ad hoc, ſit ſufficiẽs pre co: ait. Cuius non ſum dignus ſoluere, id eſt explicare calciamentũ eius. Si ergo Iohannes eleuauit ſeſe vo cem aſſerendo, hoc nil detrahit prædicte humilitati, ſed magnificationi cõuenit ſaluatoris, qui quãuis ma ximam vocẽ. ſ. Iohannem ſibi immediatũ ſicut vocẽ verbo fecerit: ille ſublimem ſe vidẽs & ſublimiſſum contemplãs miſterium explicandũ ſibi: quaſi tremẽs coram iudeis peritis ait. Ego licet magnus ſim, non me inuenio dignũ ad hoc, vt vobis ſolutionem ver bi ac declarationẽ miſterii propinẽ. Si ergo vox ver bi, miſteria verbi non explicat: quis ea poterit indica re? recte poterant iudei afferre Iohãni excuſationes in peccatis: afferentes ꝙ niſi ſpiritus ſanctus qui ſcruta tur etiã profunda dei non poterat ſuũ capere ſermo nem: ad quẽ ipſemet ſeſe fatetur indignum. Sed huic obiectioni, ꝓpheta reſpondit, dum ait iudeis. Niſi cre dideritis non intelligetis. Et hanc penuriam fidei Io hannes in præſenti euangelio improperat eis dicẽs. Medius veſtrum ſterit, quem vos neſcitis, quaſi dicat, non vos ſcãdalizet, ꝙ in medio veſtri videatur pau per & mediã vitam viuẽs, qui ſublimiter medius eſt in trinitate, atq; mediator dei & hominũ, cuius corrigia diuina pariter & humana ſunt annexa, cõcordiamq; facit in ſublimibus ſuis. Cuius tantũ eſt miſterium: vt mihi nondum habenti claram viſionem inſpirabile ſit, quin & omni lingue, quam obrem ſoli agno reſer uantur ſoluenda libri ſignacula, & ligatura corrigie, quia ſolus ille ad hoc dignus inuentus eſt, ille enim ſe cõprehendit. Vide Bernardũ in ſermone reſurrectio nis. Sed miſeri iudei cito obliti verborũ ceſpitant in calciamento vehemẽter magnificato, licet cõmoniti

Fidem quærit Iohan nes.

Amos. ii. b.

fuerint à voce altiſsimi. Quod quam optime pro-
phetauerat Amos dicens. Super tribus ſceleribus Iſ-
rael & ſuper quatuor nõ conuertam eũ, pro eo quod
vendiderit pro argento iuſtũ: & pauperem pro calcea-
mentis. Hoc eſt vltimũ ſcelus pro quo derelicti ſunt
à deo: ac diſperſi in omnem ventũ. Nam primũ fuit
venditio Ioſeph, ſecundum adoratio vituli, tertium ab-
iectio Dauid: cum aiunt. Quæ nobis pars in Dauid
aut hæreditas in filio Eſai? Et receſsit Iſrael ob Ro-
quatuor ſcelera iudeorũ. iii. Reg. xii. boam à Dauid vſq; in præſentem diẽ: vt ſcribitur in
libro Regũ. Quartum ſcelus fuit venditio Chriſti p
argẽto in quo prædicatio eius deſignatur, quam ip
uerunt: ita vt propter eam tradiderunt eum morti.
Tradiderunt etiam Chriſtum pro calciamẽtis, nam
tota eius prædicatio vergebat in hoc, vt eos diſcal-
ciaret, ſicut diſcalciauerat Moyſen & Ioſue: atq; apo-
ſtolos ſuos, quibus calciamenta prohibuit. Hic adu
te quòd calciamenta moraliter ſignificant terrena
omnia, ac peritura quæq;: nam ſicut calciamenta ſic
& cætera ſunt ſpolia quædam terrenorũ. Spoliamus
terram fructibus, & arbores pomis, & mare piſci-
bus, & nemora beſtiis, & aquis fontes, & animalia va
ta, & vites racemis vt abundemus, Chriſtus autẽ hæc
Diſcalciat nos Chriſtus ſpernenda prædicabat, qm̃ de eccleſia ſcriptum eſt
ſpoliis nõ indigebit. Iudei vero hæc ſpolia & calcia-
menta protectionis ſuæ timentes amittere dicebant
de Chriſto. Si dimittimus eum ſic: venient romani
tollens locũ noſtrum & gentẽ. Ecce quomodo ſpo-
liari ac diſcalciari nolebant, ſed ſicut Gabaonitæ
calciamentis atritis ſubdole venire cupiebant ad ve-
rum Ioſue, ideoq; quarto ſcelere peccauerũt, in quo
& alia tria renouantur. Primo quia Chriſtum verum
Ioſeph vendiderunt. Secundo quia eo dempto ado-



rant vitulum cerimoniarum, quæ nil ſunt ſine Chri-
ſto: & recedunt à Dauid & à domo eius, negantes fi-
lium Dauid Ieſum pro Barraba vel Cæſare. Nos au-
tem fratres vult etiã Ieſus diſcalciare, ne nos tedeat,
quoniam vult abluere pedes noſtros, vt puluere ter-
renorum neglecto, ſimus ſicut angeli dei: quos deci-
moquinto capitulo angelice ierarchie nudipedes
Dionyſius deſcribit: quoniam nudipedes ac mundi
aptiores ſunt ad cœleſtia rimanda. Horum enim ò
quam pulchri ſunt pedes euangelizantium pacẽ pec
catoris: euangelizantium bona gloriæ: quam mihi
& vobis præſtare dignetur Ieſus. Amen.

¶ DOMINICE QVARTE ADVEN-
tus ſermo decimus ex euangelio de aduentu
in carnem & in mentem. THEMA.
Omnis vallis implebitur: & omnis mons
& collis humiliabitur. Luce. iii. a.

¶ Inuocatio ad virginem.

CONcionatorum dux à Iordanis regione ince
pit ſermones Eſaiæ prophetę, ibi primo dei prę
co clamauit, tanquam ſub ripis Iordanis pro-
tectus, à quo potum ſuũ exhauriebat. Præſtat enĩ lin-
gue aqua Iordanis, confert pectori, iuuat vocẽ. Quis
autẽ eſt Iordanis iſte fratres niſi beata virgo, qua fœ Maria
deris arca ideſt filius dei tranſiuit ad nos? & quæ eſt eſt Iorda
aqua Iordanis niſi gratia virginis? Eſt alia dulcior nis inun
aqua, ſalubrior nequam gratia virginis? Rogo vos dans tem
cũ ſacerdotes arcam dñi deferentes Iordanem con pore meſ
uerſum retrorſum tranſibant, nonne quaſi regratiã- ſis ſer-
tes flumini eius aquã miraculo fragrante biberunt? monis.
Verum eſt q; in ſicco pedes habebãt, non tamen ora Ioſue. ii.
ſua: nec manus. De pedibus ſic ait ſcriptura. Sacerdo d.

res qui portabant arcam federis domini ſtabantſu-
per ſiccā humi in medio Iordanis accincti. Sane im
præ deuotione ſicut & feciſſe credo Naaman quan
do in Iordane ſe abluit bibebāt ad ſaturitatem aquā
ſancti fluminis, propter arche domini reuerentiam:
quæ dum tranſiuit, ingentem ibi virtutē reliquit. Ar
cha tranſit per ſiccū dum Chriſtus tranſit per virgini
tatem Mariæ mundā. Si arca dn̄i aquā Iordanis ve
nerabilem redit, quid faceret Chriſti humanitas in
virginē? qui ſalubrem fecit eius gratiā? quamq; mul-
tiplicatam? de aqua Iordanis trāſeunte arca dicitur.
Steterunt aquę aſcendentes in loco vno: & inſtar mō
tis intumeſcentes apparebant, ꝓcul. Altera vero pars
deſcēdit in mare mortuū. Vbi miſtice datur intelligi
tūc temporis dum virgo in ſe dominum gratiarum
habuit, & mundum & cœlū inebriari potuiſſe ab ea.
Nam ille altus locus inſtar mōtis cœlum deſignabat
mare autē mortuum eſt mūdus quē beata virgo per
gratiam ſpiritus ſancti, qua celitus repleta eſt, viuifi-
Eccleſi. care dignatur. Hoc vnū in Iordane aduerte q. ſ. tem
xxiiii. d. pore meſſis multiplicat Iordanis aquā ſuam, & for-
tā cupit meſſores reficere: aqua em̄ eius eſt vino me-
lior. Tempus meſſis authore dn̄o Ieſu, eſt tempus cō
tionandi, tempus quo animas à mūdo ſubtrahimus
in horreū iuſtitiæ reponēdas, vnde dominus ait. Meſ
ſis quidem multa operarii autem pauci. Qui quidem
ſunt contionatores, vos autem fratres, domini ſpica:
vocamus. Tempore metendi, dum ſcilicet vos à mū-
do & à lutheranis ſegregamus q ſunt inimici ſermo-
num, cū Iohannes inceperit à libro ſermonū Eſaiæ p
phete, opus ergo eſt, vt Iordanis aqua. i. gratia virgi-
nis abūdantius fluat quę & vobis ꝓderit, nā & popu
ille & ſacerdotes (arbitrio meo) biberunt aquā Iorda-



nis, qui tranſeūte arca ripas ſuas impleuerat, quia & tūc
tempus meſſis erat. Si ergo præcipuus meſſor & ſui Ioſue
ex aqua Iordanis. i. ex gratia Mariæ ſuper mōtana bi iii. c.
berunt, ſtatimq; prædicare geſtiuit per os matris, cur
nos, non ibimus ad eam genibus flexis, tamen velut
manu bibentes, eleuate palmas & orātes dicite Aue.
¶Bipartitus erit ſermo in priori parte agā de aduen-
tu in carnē, in poſteriori autem de aduentu in mentē.

¶Prior pars.

¶Inter alia ſigna dominici aduentus, quæ memoran Diuiſio
tur in libro ſermonū Eſaiæ prophetæ, aduentui pro-
pinquiora ſunt, quæ thema refert. ſ. vallis replectio,
& montium & colliū humiliatio immo ſi profundius
ſcrutemur, hęc non ſunt ſigna, ſed opera ſiue res ipſe,
quibus incarnatio conſtat, vnde ſi quis à me ſcire cu
pit, quid ſit incarnatio beatiſſima, dicam ei, q. eſt val Incarna
lis repletio, & mōtis humiliatio, aut ipſis terminis cō tio geſit.
uerſis: clarius ſic accipe. Incarnatio eſt montis humi-
liatio: & vallis repletio. Prius æquidem ſe humilia-
uit mons: quā repleretur vallis: ſine cuius humiliatio
ne repleri non poterat. Ad alterū ſequitur alterū, cur
namq; humiliantur, ac deiiciuntur montes & colles,
niſi vt valles foſſas repleāt? alioquin ſuperuacue hu-
miliantur. Dum autem vallis eſt nimis profunda, &
mōs nimium altus, expedit ſane, quod humilietur, vt
ſic aſpera reducantur in vias planas: omniaque plane
diſponantur. Iam ergo fratres, vt vno verbo pręſens
arcanum ſit vobis notum, quæro à vobis, quid aliud
eſt incarnatio verbi, quā montis deitatis humiliatio
& vallis virgineæ repletio? humiliauit ſe altiſſimus dei
filius; vallem virginis ideſt vterum eius adimpleuit
& ſeipſo fecundauit, ita vt humilis virgo iam monti
bus equaretur, & mons deus valle contentus ab ea

comprehẽdi valeret: de quo beatus Iob miratus ait.
Iob.xiiii d. Mons cadens defluit, & ſaxũ transfertur de loco ſuo
Felix mons iſte vtiliſſime humiliauit ſe, ac profundiſ
ſime, quia cadens defluit. O quis te videret fili dei ca
dentem, ac genua flectentẽ coram matre tua, vt ca
ſum purgares noſtrũ. Defluebant equidẽ ab iſto mõ
te filio dei, dum ſe in valle humiliabat, gratiæ immẽ
ſe, quibus vallis implebatur, qm̃ ipſe pater Christi di
Eſaiæ. lxvi. d. xit ac iurauit. Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi
fluuiũ pacis, & quaſi torrentem inundantẽ gloria gẽ
tium, quã lugetis. Pater æternus declinauit ſuper Ma
riam vallẽ optimam, filiũ ſuum ad pacẽ noſtram quo
Mõs eſt filius dei niam olim mons dicebatur à nobis nimiũ ſeparatus,
& à genere noſtro in vertice montium, nec tangi vo
lebat ſub lapidationis pœna, maxime ſi beſtia id eſt
peccator, eũ tãgeret nec vno verbo. Inter iuſtos au
tem vix repertus eſt, qui aſcenderet in montem dñi,
aut ſtaret in loco ſancto eius, perſonam verbi ſigilla
tim contemplans, quæ inaccesſibilis erat. Sed valle
virginea iam apparẽte apud nos, mons defluxit in eã
vt torrens pacis, gloria gentium inundans. Propter
hoc ergo dixit Iob, mons cadẽs defluit ſcilicet in val
lem valde nemoroſam, & fertilẽ, vt nimium abundet
in magnificentia & gloria filiorũ hominum. Sed vi
deamus aliud verbum ſcilicet ſaxũ transfertur de lo
co ſuo. Repetẽs quidẽ priorem ſententiã, nouum ac
aperuit arcanum. Dum enĩ humiliatur mons in fauo
rem humilium, victoria ſperatur. Deſcendit, ne mẽ
iſte ad vallẽ noſtrã: niſi vt adiuuaret nos? Deſcendit,
niſi vt aſcenderemus? abſit, qm̃ ſi ſaxum ingens filius
dei tranſlatus eſt de loco ſuo, de corde patris in vte
rum matris hoc ideo fuit, quia eius indigebamus au
xilio, quod quidem alius propheta expreſſit dicens.



Videbas ita donec abſciſus eſt lapis de mõte ſine ma Dan.ii.e
nibus & percuſſit ſtatuã, & in puluerem redegit. La=
pis autem factus eſt mons magnus, & impleuit vni=
uerſam terrã. Varietas huius ſtatuæ varietatem calli=
dioris ſerpentis deſignat, qui vario modo decipien=
di homines ſubpeditabat, nũc per aurũ cupiditatis:
quæ eſt caput malorum. Nunc per argentũ eloquen=
tiæ pectus penetrãtis, vt eſt videre apud hereticos lu
teranos, qui eloquentia capiunt, & capiuntur. Vnde Statua
pectus & brachia ſtatuę de argento perhibentur. Do Danielis
minatur etiã ſtatua. i. demon, per luxuriã, quia ven= eſt luthe
ter & fœmora ex ere dicuntur, quod ignem luxuriæ rus.
patitur libenter. Dominatur quoq; per tyrannidem,
quia tibias ferreas habet. Et vltimo per ypocriſim: nã
pedum quædã pars erat ferrea, quædam fictilis. Om
nia iſta filius dei percuſſit, dum in vallẽ virgineam ſe
humiliauit, nam (quæſo) quid aliud inſinuauit matrẽ
pauperem eligens, niſi ꝙ aurum haberet exo ſum, il
ludq; haberet odio? nunc opere prędicat, beati pau=
peres ſpiritu, dum in virginẽ nõ ſolũ regnum ſed rex
cœlorũ ſe humliauit, vt veris diuitiis ditaremur, qm̃
humilium eſt etiã rex cœlorum. Dum autẽ filius dei In maria
ſimplicem virginẽ alloquitur per angelum, humanã percuti=
eloquentiam reprobauit, quæ ore hominũ cõſtat, vir tur ſtatua
go autem elinguis tacet, & turbatur, vixq; poterit an
gelus extorquere reſponſum. Dum etiã ſic reniten=
tem virginẽ deus aggreditur per nũcium & gaudet,
ac geſtit audire, quoniam virũ non cognoſco, quid
aliud fecit quã deteſtari luxuriam? Dum autẽ puellã
inermem deus elegit in adiutricem, nonne tyrãnidẽ
execratus eſt? ac dum ſimplicẽ & rudem iuuenculam
docet archana celeſtia, nonne ypocriſim relegauit?
Iſtis igitur tempore incarnationis peractis, lapis in

valle factus eſt mons magnus ſtabilitus humilitate,
& impleuit terram, ideſt beatã virginem totã, quo=
niam (vt ait thema) omnis vallis implebitur & omnis
mons & collis humiliabitur. Forſitan dicetis q̃ tantũ
de vno monte locuti ſumus ac de vna valli um, quod
non ſufficit, cũ omnis mõs & collis humiliari debeat
tempore aduentus & omnes valles repleri. Gaudeo
Diuinæ perſonæ ſunt mõ=tes. equidem q̃ vos adhuc ſecretiora cupiatis audire: vt
poſsitis maiora colligere ex paucis quæ diximus: nã
equiualẽter iam expreſsimus oĩa. Audite igitur, q̃
ſi filius dei eſt mons, pater etiã eſt mons: quia mõs de
monte filius de patre abſciſus, non vtiq; more noſtro
quo ſeparantur humane res: quia propterea dicitur
ſine manibus abſciſus: nulla eſt manus quæ ſeparare
valeat filiũ ab eſſentia patris, tamen perſonaliter Io=
hannes ſeparauit eũ dicens. Et verbum erat apud deũ
Iam ergo mons de monte filius de patre & mons de
montibus ſpiritusſanctus ex eis procedens. Hi mon=
tes adeo ſublimes ſunt, vt attenuentur oculi noſtri a=
ſpiciẽtes in eos. Vix in ſpiritu beatus Dauid procul in
tuebatur eos dicens. Leuaui oculos meos in montes:
vnde veniet auxiliũ mihi. Sed vt etiam vnitatẽ horũ
trium montiũ confiteretur, addidit. Auxiliũ meum a
domino, qui fecit cœlũ & terram. Hi ergo mõtes nõ
poterant olim indagari: nec niſi viri ſublimes pote=
rãt eis accedere: idcirco pſalmographus ait. Mõtes ex
celſi ceruis. i. viris ſublimibus. Scitis ergo qui mõtes
ſint ſuper cœlos, nunc autẽ cõſequẽter intelligetis q̃
angeli ſunt colles in circuitu horũ montium creati:
Prouer. viii. b. qm̃ filius dei dixit. Ante omnes colles ego parturie=
bar. i. ante omnium angelorũ creationẽ a patre naſce=
bar: ac pater me producebat. Ex iĩs collibus apud
me contemplari poterimus montes illos diuinos: q̃



ſe faciebat ille qui dixit. De ſummis ſilicibus videbo Numeri
eũ, & de collibus cõſiderabo illum. ſ. filiũ dei, qui ob xxiii. b.
nimiam horũ collium ꝓpinquitatem ad mõtes, dici=
tur deſideriũ collium æternorũ quem expectabãt pa
triarche: quoniã Iacob dixit Ioſeph. Bñdictiones pa
tris tui cõfortate ſunt benedictionibus patrũ eius: do
nec veniret deſideriũ colliũ æternorũ. Benedictioni
bus abrahę & Iſaac patrũ ſuorũ cõfortabatur Iacob,
vt longanimis eſſet in ſpe, donec filius dei veniret in
carnem daturus rem benedictionũ prædictarum, qm̃
ad hoc mons ille humiliandus erat, vt ex cacumine
etiã eius poſsint homines dona colligere. Sunt ergo
montes diuinæ perſonæ, angeli colles, & vt prædixit
Eſaias & prædicauit Iohãnes oĩs mõs & collis tem
pore aduentus in carnẽ debuit humiliari. Quis cre=
det hoc? Quis hoc audebit aſſerere? Nũquid pater &
filius & ſpiritusſanctus & omnes angeli adorabimus
te ó Maria ſup terram? Nũquid regina noſtra eris? nũ
quid ſubiiciemur ditioni tuæ? Certe ſi hoc fiet nõ ſo= Montes diuini humilia=tur.
lum vallis ſed oĩes conuales implebũtur, & replebi
tur oĩs terra gloria dñi vt inhabitet gloria in terra
noſtra, & curia cœli mutet ſtatum & locũ, & vice ver
ſa non é terris in cœlos, ſed é cœlis in terras deuoluẽ=
tur negotia vniuerſorũ. Quid ni? cur nõ ita fiet? Nõ=
ne deus transfert regna, atq; mutatio dextere excelſę
conſtituit innouare, & mutare mirabilia ſua? Nonne
promiſit ſe facturũ magnum quid & nouũ ſuper ter
ram? nõne de hoc mirabatur ille q dixit. Ecce virgo Eſa. vii. c
cõcipiet & pariet filiũ? & qd mirandũ fuiſſet hoc, niſi
vocaretur Emanuel. ſ. nobiſcum deus? Nam incarna
to filio & pater eius eſt nobiſcũ & ſpiritusſanctus. Nã
(vt apoſtoli verbis vtar) qui filiũ virgini & carni no
ſtrę tradidit, quomodo nõ dabit nobis omnia cũ illo

etiam ſemetipſum? Ergo teſte Iohanne qui habet
filium habet & patrẽ, quamuis nõ econtra, nam iu=
dei gloriantur patrem ſe habere deũ, nos autem glo
riamur in filio, ꝓpter quem eſt nobiſcũ deus pater &
ſpiritusſanctꝰ. Igitur fratres nõ ſolũ colles mũdi ſunt
humiliter incuruati, ſed montes excelſi diuinarum
pſonarũ quia ex quo deus pater decreuit cũ virgine
filium habere cõmunem humiliauit ſe ille antiquus
dierũ, & (vt ita loquar) factus eſt cum puero puerius
oſcula ruens. De tertia perſona, nonne audiſtis ange
lum dicentẽ, ſpiritusſanctꝰ ſuperueniet in te? ergo iu
Pſalm̃. re pſaltes. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit, &
xcvi.a. commota eſt terra. Mõtes ſicut cera fluxerunt à facie
domini. Fulgura Chriſti erant angeli verba, dum or
bem virginis alloqueretur, quæ vidit, & cõmota eſt,
ſicut qñ terra tremuit, tamen quieuit pacata per an=
Trinitas gelum dicentẽ, ne timeas Maria. Tunc temporis mõ
habitat tes diuinarũ perſonarum fluxerũt eminenter in virgi
iñ Maria nem à facie dñi. i. coram filio incarnãdo per opus in
diuiſum totius trinitatis. Nã ſi cuilibet iuſto trinitas
dicit, ad eũ veniemus & manſionem apud eũ facie=
mus: cur non idem cõuenit Mariæ apud quam & etiã
in qua deus habitare decreuit? vidiſtis montes humi
liatos in vallem virgineã, de collibus non eſt modo
ſic diſcernendũ: quia puero nato fiet cũ angelo mul
titudo celeſtis exercitus. Et etiã de vtriſq; ſcilicet mõ
tibus & collibus, quo ad incarnationis tempus dici=
ꝑs. cxiii. tur in Pſalmo. Montes exultauerunt vt arietes: & col
les ſicut agni ouiũ. Montes terribiles ſcilicet diuinæ
maria eſt perſonæ iam vt arietes letantur in valle Mariç, & col
marę dul les ſcilicet angeli ſunt agni, tñ adhuc pauida virgo
cæ. miratu, cui dicitur. Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti: & tu
Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Fugiebat vir=



go cum diceret, quomodo fiet iſtud quoniam virum
non cognoſco? & tunc retrorſum, ideſt ad votũ fir=
matum reuerſa eſt. Mare iam vocatur, quia vallis no
ſtra Maria tunc tẽporis gratia plena erat, tam redun=
dans vt mare vocari mereretur, immo & altior: vn=
de ꝓpterea dicta eſt Iordanis, cuius aque inſtar mon
tis retrocedentes increſcunt arca dñi iam et appro=
pinquente, vt in ſalutatione vidiſti. Forte dicetis fra=
tres, vidimus mirabilia hodie ſcilicet mõtes diuinos
& colles angelicos in vallem humiliatos, vt replere=
tur. Quid opus erat vt totus rerũ ordo euerteretur &
paruo ac infimo loco tanta maieſtas eſſet recluſa?
Nunquid vna mulier hebrea debuit facere confuſio
nem hanc in domo dei? nũquid antea non erat cœlũ
cœli dño: terra vero filiis hominum? nunc autẽ econ
uerſo venter fœmine, & vallis infirma domino, cœlũ
autem cœli eſt filiis hominũ. Antea ſpiritus angelici Maria aſ
aſſiſtebant deo ſuo immediate, nunc autẽ fœmine aſ ſiſtunt
ſiſtunt, de quo miratur etiam Salomõ dicens de pluſ omnia.
quam Salomone. En lectulũ Salomonis. lx. fortes am Cantico
biunt ex fortiſsimis Iſrael. Ebes intellectus mens eſt:
vt vobis huius euerſionis rationẽ valeat enodare. Sit
pro ratione voluntas totius trinitatis, de qua ſic ait
Baruch. Conſtituit eñ deus humiliare omnem mon Baruch.
tem excelſum, & rupes perennes, & conualles reple= v.c.
re in æqualitatẽ terræ: vt ambulet Iſrael diligenter in
honorem dei. Obũbrauerunt autem ſilue: & omne
lignũ ſuauitatis Iſraeli mandato dei. Hæc ille: innuẽs
quomodo deus ab æterno cõſtituit humiliare mon=
tes diuinos. Deus trinitas eadem volũtate conſtituit,
vt pater humiliaretur amplexãs infantẽ Ieſum eumq;
ad ſuam dexteram ſtatuens. Et Mariæ matri eius hu=
miliaretur, quia iam eã dignatus eſt in conſortẽ aſſu=

mere vnici ſui. Et quod filiuſmet realiter humiliare-
tur in carne etiã hominibus peccatoribus. Et ſpiri-
tuſſanctus humilia diligeret, ac foueret, angeliq;
forent humilium pedagogi: vnde propterea dictum
eſt. Cõſtituit enĩ deus humiliare omnem montẽ excel
ſum, & rupes & perennes & valles replere in equita-
tem terræ. Equitas hæc eſt in Chriſto vbi terra huma
nitatis equatur cœlo deitatis vt ambulet Iſrael.i. po-
puluschriſtianus diligenter in honorẽ dei. Interpre-
tatur enim vidẽs deũ, ſcilicet incarnatum, quem nos
per fidem videmus, at præcipue Maria, quia in ſe ac
de ſe vidit eum carnẽ ſumere, de qua ſubiunxit. Obũ-
Gal. v. c. brauerunt autẽ ſilue, id eſt dona ſpiritusſancti, & om
ne lignum ſuauitatis, id eſt fructus ſpiritus ſcilicet pax
& gaudium &c. Hæc omnia Mariç obunbrarunt ſpe-
ciali mandato dei.i. perfectius altius & ſubtilius ac
diuinius quam vlle creaturæ. Hanc ergo vallẽ tam
ſuauiſsima obumbratione repletam, quomodo con
templamini fratres mei? Si amenitate ſua deus adiu
tur: qualẽ eam creditis? Nec ſolũ eſt vallis ſed valles,
anima enim eius vallis fuit, & caro eius etiã, de qui-
bus grandis po ſſet fieri adhuc ſermo. Sed breuiter
contemplari licebit, ꝙ in conuallibus ſolent eſſe &
terra pinguior, & aqua abundãtior, & aer trãquilior,
& ignis mitior propter primũ Maria in ſcriptura di-
citur vallis pinguedinis, propter ſecundum vallis be-
nedictionis: ꝓpter tertiũ vallis mambre: ꝓpter quar
tum vallis viſionis. Eminebat ſiquidẽ vita eius prin-
cipaliter in quatuor, in feruore dilectionis, in dulce-
dine deuotionis, in tranquillitate mentis & in operi-
bus pietatis. Iam nõ erit nobis facultas, vt vallẽ hanc
laudemus ad plenum, ſed raptim dicamus ei. O Ma
ria, quia tu es vallis poſtulata gemitibus.



Araidest eccleſia, quia eſt in te irriguum ſuperius.i.
deitatis, & inferius id eſt humanitatis.

Benedictionis vallis tu es, qua rex Ioſaphath & po-
pulus benedixerunt domino, qm̃ angelus & om-
nes generationes te beatam dicunt. ii. Para. xx. f.

Combuſtionis, qua rex Helchiæ cõbuſsit vaſa baal,
& redegit in puluerem, quia igne amoris motus
mali combuſti ſunt in te. iiii. Reg. xxiii. b.

Domino nimis grata quia in ea apparuit nobis do-
minus, ſicut apparuit Abrahæ in conualle mam-
bræ. Geneſis. xviii. a.

Exaltationis, quoniam figuratur in valle ſalinarum,
vbi Dauid fecit ſibi nomen grande, capta Syria.
ii. Regum. viii. d.

Fontibus plena, quia deus emittit fontes in conuali-
bus eius. Pſalmo. ciii. b.

Gregio, ideoq; figurata in valle paſtorum, qua omni
bus gregibus paſcua inuenerunt. i. Paral. iiii. g. Maria eſt vallis.

Habitationis omnium, quoniã deus ait, conuallem
tabernaculorum dimetiar. Pſal, cvii. b.

Iudith de qua dicitur. Gyrantes vallem venerunt ad
portam ciuitatis: quia per Mariam itur ad portam
cœli. xiii. b.

Lachrymarum, qua ipſe filius dei aſcenſionis in cor-
de ſuo diſpoſuit, vt ſe in Maria humiliando aſcen
deret. Pſal. lxxxiii. b.

Memoriæ quoniam cum adhuc viueret Abſalon ere
xit ſibi titulum in valle regis. O & ſi nos funiculũ ii. Reg.
hæreditatis haberemus in hac valle. xviii. d.

Nemoroſa, cui cõparat Balam caſtra Iſrael, quia Ma
ria ſanctos protegit in hoc mundo. Num. xxiiii. a.

Oblationis, ad quam vacca immolanda iubetur de-
ferri, quia in te oblatus eſt Chriſtus. Deuter. xxi. a.

Pomis virtutũ plena, de qua ſpõſus ait. Cañ.vi.d. De
ſcendi in hortũ meum, vt viderẽ poma conuallii.
Qua floret filius dei, qui ait. Canti.ii.a. Ego flos cam
pi & lilium conuallium.
Refugii fugitiuorũ, vnde Abraham egreſſus à terra
ſua, non quieuit niſi in conuallẽ illuſtrẽ. Geñ.xii.b.
Silueſtris puteis miſteriorum plena. Gene.xiiii.b.
Tutamen ſuis conferens, quoniam deus ait. Ioel.iii.
a. Dabo eis vallem achor ad aperiendam ſpem.
Victoriæ, figurata in valle vbi Ioſue contra ciuita-
tem poſuit inſidias id eſt Chriſto contra mundum.
Ioſue.viii.c.
Chriſti, quoniam valles ſcilicet Mariæ abundabunt
frumento id eſt Chriſto. Pſal.lxiiii.c.
Ignis & zeli, quoniam ſicut ſacerdotes in valle ab-
conderunt ignem ſic trinitas amorem in Maria. ii.
Machabeorum.i.d.

¶ Poſterior pars.

¶ Nunc aduentum in animam peccatoris propona-
mus pro quo quærendum eſſet à beato Luca, cur hos
principes prauos deſcripſit ſcilicet anno.xv. imperii
Tyberii Cæſaris &c. in Chriſti manifeſtatione, cum
nec vnus iſtorũ Chriſtum cognouerit, nec Iohannẽ
vellet audire. Ad hoc dici poſſet, ꝙ euangeliſte non
ſolum ſcribunt, quæ facta ſunt, ſed quæ facienda, nã
tempore malo peccatorũ noſtrorum Chriſtus veni-
re in cor nõ dedignatur, etiam ſub imperio Tyberii
Cæſaris.i. exeunte in opus prauũ cupiditate, nam Cæ-
ſar dicitur à Cæſo matris vtero. Cæſar ergo eſt qui- Act⁹ peccati eſt Cæſar.
bet actus peccati mortalis, quo malorũ vterus aperi-
tur: vt pariat iniquitatem. Cupiditas ergo ideo dici-
tur à Paulo radix omniũ malorum, quia dum datur
locus ad omnia mala extẽditur. Vnde propterea in



imperio Cæſaris annumerantur plures principes,
quia plura peccata ſolet agere aperta concupiſcen-
tia, ac diuidere ſinguliſ curas ſuas prout vult vt im-
peratrix. Deus autem videns ſubactũ animæ noſtræ
regnum deſtinare nõ ceſſat verbum ſuũ ad animam
peccatricem, vnde propterea ſequitur in euangelio.
Factũ eſt verbum dñi ſuper iohannem Zachariæ filiũ
in deſerto. In aduentu dei ad animam duo conſide-
randa veniunt ſcilicet inſpiratio diuina, & obuiatio
qua ei occurrimus. Prior eſt verbũ dei, poſterior eſt Aduent⁹
Iohannes, quia ſi deo interius vocãti aſſentimus, hoc in animã
non peruenit à gratia dei, qua orta ſtatim vt Zacha- fit ꝑ duo
rias aperire volumus os noſtrũ in confeſsione, vt nos
deſertum fateamur id eſt meritos deſeri à deo, qui ni-
mium miſericorditer facit verbũ ſuum ſuper nos, qñ
merito incarnati verbi vocat nos, qui ſumus filii de-
ſertores. Super te igitur, ò peccator fit verbũ dei, quã-
do corde compuncto cogitas: quę fecerit propter te
filius dei. Et ſatagis vt fiat in te meritũ ſuum, & apte-
tur tibi meritum incarnati verbi. Tunc ergo quodã-
modo nouiter incarnatur in te: quando emularis quę
geſsit in carne ſua: vt autẽ hoc facias in euãgelio ſe-
quitur. Et venit in omnẽ regionẽ Iordanis, prædicãs
baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum
ſuorũ. ſi. eſt in. l.ſ.e.p. Iordanis interpretatur fluuius iu-
dicii, regio huius eſt peccatorum diſcuſsio, qua ſepa-
ramus precioſum à vili, ſicut iordanis qui diuiſit aquã
ſuam. Si ergo properandũ eſt ad baptiſmum pœniten-
tiæ. Duplex eſt ergo baptiſma alterũ dicitur ſpiritus baptiſma
gratiæ, quo primitus baptizantur ſemel chriſtiani, duplex.
etenim quia hoc iterari non poteſt, inſtituit deus ba-
ptiſmũ pœnitentiæ, quo anima lachrimis balneatur.
Hoc ſcribitur in libro ſermonum Eſaiæ, quia vt plu-

vimum in ſermonibus concipimus pœnitentiam: q
quoniam à cōfeſsione peccatorum captat initiū, ſe
Deſertū eſt peccator.
quitur. Vox clamātis in deſerto. Clamat inſpiratio in
deſerto, cū te clamare facit, & fateri omnia quib
ſeruiſti deum tuū, ipſeq; deſeruit te: ac receſsit. Vt a
tem veniat ſequitur in euāgelio. Parate viam dñi re
ctas facite ſemitas ei⁹. Imparata eſt via qñ nemo am
bulat eam: nunc autē viæ Sion lugēt: eo q̄ non eſt qui
Via domini nō eſt trita.
veniat ad ſolennitatē. O dñe Ieſu, iam ceſſat promi
ſio, quia dixiſti, vado & venio ad vos, quia tot reiec
mus te, quia tot noluimus te recipere, quia nō vene
mus ad te, vñ viæ Sion lugent, eo q̄ nō eſt qui venia
ad ſolennitatē: idcirco fratres parate vias dñi recta
facite ſemitas eius. Viæ dei ſunt mādata eius: q si vis
ad vitā intrare ſerua mādata. Semite ſunt cōſilia ſtri
Via dei eſt amor
ctiora. Via etiā dñi eſt amor ſanctus quo in deū tend
mus: & ſemite ſunt ſtudia eius: & negocia quæ hu
cuſq; tortuoſa fuere. Nā cum peccatum ſit priuatio re
ctitudinis debite in eſſe, quicquid circa peccatū ver
ſatur eſt tortuoſum: & à rationis rectitudine deuiari
ue ad dextrā ſiue ad ſiniſtram cū deus dicat ambula
corā me & eſto perfectus. q. d. q; tota perfectio ſta
in rectitudine ad ſe, qua ſemp ambulare debet via
ne deuiet. Si autē ſcire cupis huius rectitudinis pre
Virtus videtur facilis aſſuetis.
mium, audi q̄d ſequitur. Omnis vallis implebitur, &
oīs mons & collis humiliabitur. Valles ſunt infer
ra ſiue imperfectiones noſtre, valles ſunt fragilitates
humane, valles ſunt dāna, quæ peccata nobis intule
runt, valles ſunt pronitates & habitus mali quos per
peccata cōtraximus, hęc omnia debēt impleri, vt re
ctitudo, & planicies addat vitæ noſtrę: ne ad infer
deſcēdamus. Sed quomodo poterim⁹ implere foſſ
viciorū noſtrorū? quomodo poterimus tot imperfe



ctiones ad perfectū deducere? ne deſidas quia omnis
mōs & collis humiliabitur tibi adhoc. nā ſi tu in recti
tudine bonitatis pduras: omnis virtus ſanctorū prece
dētiū, quę tibi præ difficultate aſcēſus, videbat mōs,
humiliabitur, ita vt eius cacumina: & gradū heroicū,
ſi velis, tangere valeas. Colles ſunt exēpla bona vi
rorum viuentiū, quę ad meliora, pperantibus humi
liantur, dū experiuntur nō eſſe tam difficilia quantū Pſalm.
putabant. Poterimus namq; aſcendere ad eorū bonā xciii. d.
viā, & experire q̄ peccator eſt, qui fingit laborem in
precepto, nā (vt ſequitur) pſeuerantibus erunt praua
in directa: & aſpera in vias planas. Praua ſunt quę iam
diximus tortuoſa ſtudia peccatoris: qui (vt ait Salo
mon) ambulat in prauitate cordis ſui. Dū ſtudia no
ſtra in directū erigimus rectificātes ea ſequetur ſane:
q̄ aſpera conſcientię noſtrę. ſ. remorſus & latratus, &
vermis qui nunquā (dum mali ſumus) extinguit, ade
ptare rectitudine fiāt omnia plana. Ille qui ambulat in Plana eſt
plano letatur, & ad illā partem libētius vadit: qua eū virtus.
ventus iuuat. Vita iuſti plana eſt: quia pax multa dili
gentibus legem tuam deus & non eſt illis ſcandalū.
ventus autē eit voluntas dei, qui flat in bonos viato
res, de quibus dicitur. Vbi erat impetus ſpiritus: illuc
gradiebantur &c. felix qui ſemper exploratā habet
voluntatē dei, & bonitatem operationū ſuarum. Pra Prauum
ua ergo eſt ſuperbia, quæ in directū reducitur per hu fit indire
militatem praua eſt luxuria, quę in directum reduci ctum.
tur per caſtitatē &c. aſpera eſt ira: quæ ad planum re
ducitur per māſuetudinē. Fœlix qui ſic reformat om
nes mores ſuos qm̄ in eo completus erit aduentus do
mini: de cuius cōſummatione cōcludit euangelium.
Et videbit omnis caro ſalutare dei. Ieſus eſt ſalutare
dei, qui ad hoc incarnatus eſt, vt puritas carnis eius

luceret in carne noſtra, vt vera imitatione caro no-
ſtra & frater noſter ſit. Sed omnis caro id eſt totus ho-
mo debet videre ſalutare dei in ſe vt iudicetur eſſe
membrum Chriſti: & non membrũ meretricis. Sunt
aliqui partim gerẽtes in corpore ſuo ſalutare dei, par-
tim vero infirmum peccati. Dum ſubtrahis pedẽ a do-
mo mala, pulchri & ſani ſunt pedes tui, ſi autẽ lingua
dolos concinnat: non videbitur in omni carne tua ſa-
lutare dei. Si manus à rapina ſeruas, & femora mulie-
ribus inclinas, non eſt in omni carne tua ſalutare dei.
Si genua orationibus teris & linguam, guttur autem
de ſeruiat ebrietati, non eſt in omni carne tua ſaluta-
re dei qui totum hominem ſanare cupit ſicut totum
aſſumpſit hic per gratiam & in futuro per gloriam:
quam mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.

¶NATALIS D'OMINI SERMO VN-
decimus de gaudio, quod angelus nobis euan-
gelizat, & angelis Maria. THEMA.
Euangelizo vobis gaudium magnum: quod
erit omni populo: quia natus eſt vobis
hodie ſaluator. Luce. ii. b.
¶Inuocatio ad virginem.

IN aliquibus ciuitatibus fieri aſſolet, vt primo pri-
mus deferens recentes fructus venales liber ſit
per totũ annũ ab omni cenſu ne ſoluat æs alieni
quod cæteri perſoluere ſolẽt ex venditione. Puerpe-
ra quælibet dum affert huic mundo pignora ſua &
fructus vẽtris, erumnas ſoluit, & in dolore parit filios
ſuos. Hæc eſt lex Adam fratres chariſsimi, ſed Maria
exẽpta eſt, ex eo ꝙ nouum fructũ prima nobis attulit
è cœlo, ex horto diuino inſertum attulit pomũ, quod
dulcius eſſe ſolet: manu regia conſito. Sed forte dicis

maria caret erumnis, dum parit.



peruulis, nonne puer iſte eſt fructus ventris Mariæ,
quæ & ſi pulcherrima feminarũ mulier tamen eſt: ad
quod angelus reſpõdet. Quod in ea natum eſt de ſpi-
ritu ſancto eſt, fructus ſpiritus eſt hic, qui operatus eſt
ſalutem in medio terræ, nõ ab homine hunc fructũ ac-
cepit Maria: gaudium matris habens cũ virginitate
pudoris. Prima femina ab Adã fructum natiuitatis,
& prolem accepit, quẽ ſapiunt cæteri ſoboles & fru-
ctus fœminarum præter fructũ Mariæ celicum. Por-
tant ad nos cunctę mulieres imaginem terreni homi-
nis primi & acetoſi & acerbi, ſed Maria portat imagi-
nem celeſtis, celeſti gratia conceptũ à ſuperueniente
ſpiritu ſancto, ideo mater noſtra Maria quę ſuper om-
nes eſt libera eſt in partu ab omni ignominia, & labo-
re, atq; cæteris, quæ parientes ſoluere lege tenentur
Ade ſen Eue. Parum eſt ꝙ Maria libera ſit à pœna pec-
cati, parum gaudiũ eſt hoc tante domine, quãuis ha-
ctenus terris inuiſum, & qm̃ multis aliis donariis ho-
nuſta eſt & ditata: ideo ait Cypria. Vltro maturus ab
arbore baiula fructus elapſus eſt: nec oportuit velli-
cari quod ſponte prodibat. Nihil in hac repetiit vſu-
rio, nec præcedens delectatio aliquam experiit pœ-
narum vſurã: ſpiritu ſancto obũbrante incendiũ ori-
ginale extinctum eſt, ideoq; innoxiã affligi non de-
cuit: nec ſuſtinebat iuſtitia: vt illud vas electionis cõ-
munibus laſſaretur iniuriis: quoniã plurimum à cæte-
ris differens natura cõmunicabat non culpa. Erat q;
ei proprium priuilegiũ quod nulla mulierum, nec an-
te, nec deinceps meruit obtinere: ꝙ erat ſimul mater
& virgo: ſingulis titulis inſignita. Vnde & matri ple-
nitudo gratiæ debebatur, & virgini abũdantior glo-
ria: quæ carnis & mentis integritate inſignis: ſpiritua-
li & corporali intus & extra Chriſti præſentia fruc-

batur. Hæc ille. Et quoniam hæc ita ſe habent, con-
grue poteſt thema dici Mariæ, quæ ſatis magnum ha-
bet gaudium, libera quippe eſt ab erũnis, ob ſingula-
rem gratiam ſuperadditam: vnde tempore tanti gau-
dii oportune gratiam impetrantes præſenti ſermo-
ni offeramus ei Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Ex multis (nuntio etiã tacente vel nondum appro-
Bonus nuncius in quib⁹ cognoſcitur. pinquante) cõiectamus bonitatẽ eorum quæ nũciat,
& gaudium, primo ex perſona ſeu dignitate venien-
tis quæ ſepe à longe cognoſcitur. Secundo ex celeritate
eius currentis. Tertio ex hora veniendi: qm̃ non dor-
mitat, neq; dormit bonus nũcius: ſciens ſe alacriter re-
cipiendũ, quacunq; venerit hora: quia bonus nũcius
noctem vertit in diẽ. Nunc in pręſentiarũ hæc om̃ia
multaq; id genus inuenire eſt: quia nuncius Gabriel
ipſe eſt ſecundũ Cyprianũ, qui ſeipſum magnificans
ait. Ego ſum Gabriel qui aſto ante deũ immo factus
Luc.i.b. eſt cũ eo multitudo celeſtis exercitus, vt legatũ ma-
gnum ac magnificatũ oſtenderet. Quo ad ſecũdum
nõ currit ſed volat, immo citi⁹ venit, quã ſi omnis agi-
litas volandi in vna cõueniret aquila: quia ideo dici-
cum venit angelus ad paſtores, q; claritas dei circum-
fulſit eos: nihil em̃ celerius claritate, nã lumen lucer-
ne poſite magnũ tractũ in momẽto percurrit. De ter-
tio autem. ſ. hora qua venit, media nox fuit, qua expe-
ctatus ſponſus venire nõ ambigit: & eadẽ hora venit
eſt in meridiem: de quo aiebat vetus populus. Iudica
mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie: cui equidẽ ſe-
riem referens Gabriel ait. Euãgelizo vobis &c. Duæ
Diuiſio. ſermoni erunt partes, in prima ego diſſerã vobis hoc
magnum gaudium: In ſecunda illud Maria puerpe-
ra angelis denunciabit, angelorum euangeliſta.



¶ Prima pars.

¶ Notum eſt q; gaudium hoc de quo agendũ eſt: non
tangit eos qui gaudent cum male fecerint, & exultãt
in rebus peſsimis, qui gaudẽtes ad ſonitũ organi, du-
cunt in bonis fortunę dies ſuos, & in puncto ad infer-
num deſcenderũt: gaudium em̃ ypocriter inſtar pun-
cti. Gaudiũ nobis euangelizandũ eſt: & euangelizari
non poteſt niſi bonũ ſit: q; a vi vocabuli inſinuatur bo-
nitas nunciati: vnde in Eſaia dicitur. Super montẽ ex Eſa.xl.b
celſum aſcende, tu qui euangelizas Siõ: exalta in for- Gaudiũ
titudine vocem tuã: qui euangelizas Hieruſalẽ. Ex al- magnũ
titudine loci & vocis, celſitudinẽ gaudii conſpice. eſt Chri
Vnde notum eſt, quod angelus non loquebatur pa- ſtus.
ſtoribus de gaudio illo formali: quo quilibet eorum
motus eſt: nec illud met fuit omni populo, nec potuit
eſſe cũ quidem vnuſquiſq; propria moueatur paſsio-
ne. Gaudiũ ergo euangelicum: immo & celicũ Chri-
ſtus eſt, qui non eſt paſsio quamuis patiatur, ſed ma-
gnum gaudiũ, de quo quidẽ figuraliter dicitur. Ri-
ſum fecit mihi deus: quicunq; audierit corridebit mi- Gene.
hi. Hæc Sara ſterilis quæ eſt eccleſia de nato ſuo. Di- xxi.a.
cat ergo eccleſia nobis. Euãgelizo vobis gaudium
magum quod erit omni populo, quia riſum fecit mi-
hi deus quando verbũ caro factum eſt. Et quicunq;
audierit fideliter, corridebit mihi. Verba angeli de-
claratio ſunt figuræ vbi riſus vocatur ipſe Iſaac qui
tenet Chriſti tipum, q̃m interpretatur riſus: & Chriſt⁹
natus gaudiũ noſtrũ & corona noſtra eſt: de quo dici-
tur. Riſus dolore miſcebitur: maxime dũ infantilib⁹ Prouer.
neceſsitatibus ſubiacet. Quo amplius dolore plenũ xiiii.d.
eſt gaudium noſtrũ chriſtus, eo amplior lętitia nobis
accreſcit. Patres antiqui erant ſpe gaudentes, ſed nos
veritate, quia riſum fecit nobis deus, vt gaudeamus,

quia tantum dilecti ſumus, vt ipſe filius dei riſus dei
qui ex ore eius æternæ letitiæ verbũ procedit ad nos
vſq; deueniat. Iam ergo iſte ꝓpter nos factus homo
caſum noſtrũ deflet, vt nos ab æternis fletibus eruat.
Gaudium hoc pluſquam gaudiũ eſt, nam ſi deſideran-
tibus ſe dedit patribus letitiam qui erãt ſpe gauden-
tes, quanto plus nobis quibus ipſe qui loquebatur ad-
eſt? Si Iohãnes dicitur pluſquã propheta ex eo quod
præſentem oſtendit, quẽ futurum cæteri prędixerunt
congruum eſt ꝙ gaudiũ hoc pluſquam gaudiũ dica-
tur, q̃m riſus dei fit & natus eſt nobis: immo & omni
populo quia omnis qui audierit corridebit tamen ſi
auditu fidei acquieſcit. Quoties Ieſum nominas ſi ei
moribus nõ cõtradicis corrides eccleſiæ, & ſis patris
amicus, quia nemo poteſt dicere dñe Ieſu, vt ait Pau-
lus niſi in ſpiritu ſancto. Et niſi hoc interueniẽte gau-
dio deus non erit tibi gaudens iuxta id Iob. Non por-
Iob.iii.d riget manũ ſuam malignis donec impleatur riſu os
nemo fit tuũ: & labia tua iubilo. Hæc idem innuit angelus in
amicus themate dum ſaluatorẽ nobis natũ euangelizat: quia
niſi per uis ergo ò peccator maliginus ſis tibi dextram ami-
Chriſtũ. tiæ porriget deus: ſi os tuũ in confeſſione Ieſu naſci-
tis impleatur. Nõ dimidies os puerũ eũ in cõfeſſione
fidei vocando: ſed imple illud vtramq; naturam cõfi-
tendo: quia riſus eſt matris & patris dei ex parte qua
eſt homo pro nobis hominibus dolet, quia riſus dei p-
te dolore mixtus eſt, & penuria diuerſorii, cui etiam
iumenta cõpatiuntur. Tamen altius contẽplare, quia
tibi dicitur. Euge ſerue bone, veni vt intres in gau-
dium dñi tui patris æterni: & paſcua inuenies: gaudiũ
patris eſt filius ſapiẽs: qui quamuis paruulus, iam ſcit
reprobare malum & eligere bonũ. Ipſi enim patri in-
ſcitur qui dicere poteſt id Eſaię. Paruulus natus eſt no-



bis, filius datus eſt nobis, ideſt ad gloriam noſtram.
Hoc dixit deus de filio ſuo, q (vt ait Paulus) natus eſt
ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. Ecce igitur quã
magnũ eſt gaudium euangelicũ ad quod per ange-
los vocamur: vt gaudeamus & nos. Eternum gaudii
obiectũ nobis proponitur hodie, vt in perpetuum le-
temur: tantum quippe durat gaudiũ quantum res in
qua fundatur. Gaudes de pulchritudine, cito erit, im- De qui-
mo ad ianuã corporis adeſt infirmitas: & tũc peribit bus gau
letitia tua. Leteris in ſuperbia, ſed quia omnis poten dendum
tatus vita breuis: ideo gaudiũ tuum vapor erit ad mo eſt nobis
dicum parens. Exultas cũ argentum theſaurizas, ſed
pauperies veniet tibi quaſi vir armatus: & tunc defi-
ciet trepudium auaritiæ. Felix anima quæ ſicut colũ-
ba in rebus caducis pedem affectionis non figit: ſed
in euangelico gaudio ſaluatore ſuo, de quo gauden-
dum eſt, primo quia in ipſo natus eſt hæres in regno
eccleſiæ: quem ꝓmiſerat deus per prophetam dicen-
tem. Adhuc hæredẽ adducã tibi, quæ habitas in ma- Micheæ
reſa: vſq; ad odollam veniet gloria Iſrael. Pater fidei i.d.
noſtræ Abraham hunc eflagitabat hæredem in ora
tionibus ſuis, vt patet Geneſis quintodecimo: & nũc
hæres adducitur non vernaculus nec filius ꝓcurato
ris ſed filius dei: qui datur hodie ecclſiæ habitanti ma
reſa, quod interpretatur amaritudo mulieris: & nulla
maior eſſe aſſolet quam nõ habere filios: quia ideo
aiebat Rachel. Da mihi liberos alioquin moriar. Le-
tare ſterilis, ecce naſcitur tibi primogenitus inter fra
tres, vnigenitus filius dei, quem conſtituit hæredem
vniuerſorũ per quem fecit & ſecula. Huic dicitur. In
Iſrael hæreditare: & ideo gloria Iſrael venit vſq; ad
odollam quæ interpretatur teſtimoniũ ſiue ornamẽ-
tum illis. Quibus illis? Dictum eſt etiam hæredi. In

electis meis mitte radices: his ornamentum eſt & te-
ſtimoniũ amoris: quia hoc eſt nobis ſignũ tante dile
ctionis ꝙ infans pannis inuolutus reclinatur in pre
Ob quatuor gaudet eccleſia nato domino — ſepio. Letemur ergo quia natus eſt prior in domo cõ
ferẽdis: maior in imperio acquirendo. Secũdo plebs
letari ſolet quãdo adeſt dux qui deuicto hoſte aufert
opprobrium populi, vt patet in Dauid de quo letan-
tes canebant in choro. Percuſsit Saul mille, & Dauid
decẽ milia. Maius populi opprobriũ eſt vt ei dñetur
extera natio & aliena cuius ignorat ritus & linguam
Hactenus poteſtas tenebrarũ dominabatur, & regna
bat per peccatũ. Sed nunc iudiciũ eſt mundi: nũc prin
ceps mundi huius eiicietur foras, quia ego (inquit in
Eſa. lxiii. a. — fans) loquor iuſtitiã, & propugnator ſum ad ſaluan-
dum. Letemur igitur: quia natus eſt qui aufert oppro
Eſa. xxv. c. — briũ ex Iſrael iuxta id. Auferet dominus deus lachri
mam ab om̃i facie & opprobriũ populi ſui auferet de
vniuerſa terra, quia dñs locutus eſt, & dicẽt in die illa.
Ecce deus noſter iſte: expectabimus eum & ſaluabit
nos. Iſte dñs ſuſtinuimus eum, & exultabimus: & leta
bimur in ſalutari eius. Hæc euangelicus ꝓpheta. Ter
tio de aduentu regis etiã letandum eſt, maxime ſi ve
nit præmiare fideles: peccatores autem punire vt ſal
Zac. ix. c — uator iſte de quo ſcriptum eſt. Exulta ſatis filia Sion:
iubila filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit tibi iuſtus
& ſaluator. Iuſtus ad prauos refertur homines con-
tra quos loquitur iuſtitiam: ſaluator ad pios. Filia Siõ
eccleſia eſt: filia vero Hieruſalem eſt anima iuſti. Iam
ergo puerũ timeãt mali quia & ſi puer, tamen rectus
Danielis xiii. e. — eſt iudex, figuratus in puero Daniele de quo dicitur.
Suſcitauit dominus ſpiritum ſanctũ pueri iunioris cõ
tra ſenes adulteros. Boni autem & deuoti ſaluationẽ
expectent oportunam & piam: quia etiam puer iſte



figuratur in Salomone puero & pacifico rege qui ait.
Ego ſum puer paruulus. Paruulis paruulus eſt Ieſus. — iii. Reg. iii. b.
Quarto alacres ſumus quando generaliter aliquod
bonum confertur: vt patet de pluuia, ſi omni ſit neceſ
ſaria loco. Nũc & ſi nubecula parua quaſi veſtigium
hominis aſcendit de mari diuinitatis: non deſcendit
ſicut pluuia in vellus ſolũ, ſed ſtillat ſuper totam ter-
ram: ideo dixit angelus quòd gaudiũ hoc erit omni
populo. Peccatores etiam gaudeant, quia ei appro-
pinquat venia, quæ lõge à peccatoribus erat. De Io-
hanne recenter nunciato dicitur: ꝙ multi in natiuita
te eius gaudebunt, & ecce pluſquam Iohannes hic,
ideo difuſius gaudium erit, qm̃ dicit dominus natus.
Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebulã pec — Eſaiæ xliiii. d.
cata tua: reuertere ad me quoniã redemi te. Laudate
cœli quoniã miſericordiam fecit dñs: iubilate extre-
ma terræ. Reſonate montes laudationem, ſaltus &
omne lignum eius: qm̃ redemit dominus Iacob: &
Iſrael gloriabitur. Hæc dicit dñs redemptor tuus, &
formator tuus ex vtero. Nec ſolum dicitur magnum
præſens gaudiũ ex eo quòd immaſummaq; cõplecti
tur vſq; ad lignum aridũ diuerſorii: vbi cœlum & ter
ra cõueniunt in puero: ſed quia ex eo nato nobis mul
ta adeſt exultationis materia. Quilibet huius indaga
tor, non paruo gaudio aut ſuperficialiter exultauit:
vnde attende primo ꝙ eſt gaudium rationis: & gau- — Duplex gaudiũ.
dium affectionis, quodlibet per ſe videtur exiguum,
niſi ab altero fulciatur: ideoq; mouet apoſtolus di-
cens. Gaudete in domino ſemper: iterum dico gaude
te. Et Ieſus in euangelio vult ꝙ gaudium noſtrũ im-
pleatur. Semiplenũ eſt gaudiũ rationis: ſi ad affectio
nem non peruenit, & quia Ieſus eſt deus & homo, be
ne oportet, ꝙ in eo noſter homo interior & exterior

gaudeat: vt eius tot⁹ homo afficiatur letitia. Sic gau
dium ſancti patres experti ſunt: quibus multis retro
diebus natale hoc intimatũ eſt. Dominus enim ait.
Abrahã exultauit vt videret diẽ meũ. Nec ſolũ hoc
quoniam vidit & gauiſus eſt. Vbi duplicatur exulta
tio cum dicitur: ꝙ etiam gauiſus eſt. Quemadmodũ
poſt multa tempora Paule vidue natale Chriſti mon
ſtratum eſt in ſpecie: ſic effectũ eſt ꝙ Abrahæ, cui pri
mo Chriſtus eſt promiſſus, dies & modus naſcendi
Abac.iii d. oſtenderetur. Eodẽ itidem gaudio magno & pleno
fruebatur ille qui ait. Abſcindetur de ouilli pecus &
non erit armentum in præſepibus: ego autem in do
mino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. De oui
li ſinagoge mentionem facit, quia pecus, id eſt po
pulus ab ea ad ouille eccleſiæ ducendus erat, ideo
enim paſtores ad bonum paſtorem & verum moniti
per angelos veniunt, quem poſitum in præſepio ado
rant, hominum pabulum. Gaudet igitur & exultat
propheta in deo Ieſu ſuo, quia ratione & affectio
ne fruebatur: ideo iam homine facto & ſalutari ſuo
quia Ieſus interpretatur ſalus. Propheta iſte multum
in prædictis verbis Mariæ confertur, quæ hoc du
plici gaudio gaudens de puero in ſuo ventre nato
ait. Magnificat anima mea dominũ: & exultauit ſpi
ritus meus in deo ſalutari meo. Anima & ſpiritus Ma
riæ gaudebant in Ieſu, quem nobis ſalutem fecerat.
Immo & Iohãnes dum exultaſſe in gaudio dicitur:
hac dupliciletitia decoratur videns Ieſum oculis mẽ
tis in præſepi vteri virginalis. Si de bono nondũ ple
ne exhibito tm̃ Iohannes exultauit intempeſtiue: cur
ipſo expoſito iam in publico nõ flemus præ gaudio?
Si magi de ſtella quæ ſolum ducebat ad puerũ gauiſi
ſunt gaudio magno valde: qualiter nos de ipſo pue-



ro inuento nõ letamur & plaudemus manibus? Da-
uid duplici gaudio ſaltat corã arca domini: quæ do-
minum minime continebat: & nos coram præſepio
throno deifico non deficiemus prę gaudio? Sit ergo
gaudiũ magnum omni populo noſtro, ſcilicet mino
ri, omnibus videlicet animæ potentiis, & cunctis cor
poris ſenſibus, ac membris eius, vt dicere valeamus.
Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum.
Conuocemus angelos: adhereamus paſtoribus, in-
ter paſtorem & angelum poſiti præſtemus manum
vtriſq;, vt mixtim exultemus, quia iſte puer ex vtriſq;
faciet vnum ouile, & ipſemet erit vnus paſtor.

¶Secunda pars.

¶Ex fide ſcimus agmen angelicum ad virginis par- maria eſt
tum aduenisse, nos tamen latet quis ad eos munitor angelis
extiterit: quis eos accerſerit aut vocitauerit ipſe arbi euange-
tror, ꝙ cœli principibus innotuit per matrem dei Ma liſta.
riam hoc celebre negociũ, ipſa eorum fuit doctrix,
nam ex conceptione Chriſti, peculiare fuit ſibi quic
quid ad hoc pertinet, dum ergo naſcendi horã exper
ta eſt, affectibus & cogitationibus cõuerſatur in cœ-
lo, angeliciſq; ſpiritibus ait. Euangelizo &c. Euange
lium Chriſti gerebat in vtero à quo immediate edo-
cta erat, & ideo Maria omniũ eſt angelorum hierar-
cha, & erga eos eſt ſecundũ nomen ſuum: nam inter
pretatur illuminatrix etiã mirabiliter in mõtibus ęter
nis: & ideo figurata eſt in delbora: quę ſedens ſub pal
ma in monte Effraim docebat populum, propheti ſſa Iudicum
ẽm erat; ad quam aſcendebãt filii Iſrael in omni iu- iiii.a.
dicio. Hæc mater ab omnib⁹ vocata eſt in Iſrael: quę Iudith.
filios ac ſubiectos angelos illuminans ait. Euangeli v.a.
zo &c. In his negociis eo doctior angelis eſt Maria,
quo differentius præ illis nomẽ hereditauit cui enim

angelorum dicitur mater mea eſtu? Magdalena nūn-
ciat apoſtolis reſurrectionem: Maria angelis natale,
vt gaudio magno fruantur. Vbi nota quod ex qua-
tuor paſsionib⁹ cordis, ſolum gaudiū quod eſt opti-
ma paſsio, permanebit in cœlo beatis, quia eſt de bo-
no præſenti, & corā ſe poſito deo. Si in angelis nō ſit
hęc paſsio habent tñ illū fructū ſpiritus qđ ab apoſto-
Gala.v. lo vocatur gaudiū. Hoc pignus & fructus ſpiritualis
amore, pcedit: qa de amaro & maxime viſo gaudere
ſolem⁹ tñ gaudēt angeli de puero quantū cū diligūt
Viſum eſt ergo mariæ, qđ totus non ſufficeret mun-
dus ad congratulandū deo nouiter nato: & ideo the-
Angelis eſt Chriſtus gaudium. ma ingerit angelis. Sed forte ſciſcitaris q̄modo qua-
dret angelis hoc: quia natus eſt vobis ſaluator: nobis
enim datus eſt etiam formatus ex electa virgine. Ad
hoc dicitur ꝙ in puero gaudet omnis creatura, & pro
omnibus eſt Ieſus, ſed angelis naſcitur, primo vt gra-
tias agant ei: de auxilio ſibi collato in morulis dum
viatores erāt quia vt ait Bernardus qui erexit homi-
nem lapſum dedit angelo ſtanti ne laberetur. vñ ſi ex
meritis huius paruuli angeli ſteterunt noſcum matre
eius eis dicamus verſa uice. Euangelizo &c. natus eſt
etiam eis ad contemplandū & perfruēdum ſicut api-
bus naſcitur flos ad mellificandū. Vnde ò angeli ve-
nite (ait Maria) quia Nazareus florid⁹ in eccleſię hor-
to ex me prodiit, cuius emiſsiones paradiſus. O quis
dicere valeat qualiter ſtupebant angeli videntes in-
fraſe, quem ſupra ſemper adorāt minutum non ſolū
paulominus ab angelis ſed ab animalibus. Tertio in-
dem vobis naſcitur, ad perfectionē veſtram, vt vos
ipſos in eo perfectiores inueniatis. Potiſsima ratio
qua tenet. Scotus quod etiā non peccante Adā, filius
dei ex muliere naſceretur, eſt noſtra perfectio, in ho-



hoc quidem perfectius inuenitur eſſe & viuere &
ſentire, aliaqꝫ inferiora quā in ſeipſis, tamen hoc qđ
eſt intelligere & amare quo elementata excedimus,
perfectius eſt in angelo qui ſubtilius intelligit, & fer-
uentius diligit, vnde hoc quod eſt præclarum homi-
nis, præclarius eſt in angelo, in quo nos perfectiores Ob quatuor angeli nato dño gaudēt.
quodāmodo videmus & gaudemus, arbitrātes quod
perfectio illa, aliqñ perfectior erit in nobis, ſed iam
primat⁹ angeli eſt in puero ſicut & noſter, altiori mo-
do quam in ipſis, in quo ſe aliquomodo perfectiores
effectos inueniunt, de quo nō mediocriter gaudent.
Quarto vobis etiam naſcitur gaudete, nam ſi gaudiū
eſt angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agen-
te, quanto amplius in præſentiarū eis gaudendum eſt
ſuper puero hoc, peccata cunctorū deplorante, & nō
ſolum ab adoleſcentia ſed ab infantia iugū pœniten-
tiæ ferente pro peccatis totius mundi Sic ergo gau-
dium hoc erit om̄i populo, & omnibus angelis qui-
bus vltimo euāgelizatur ob id, ꝙ ſi miſsi ſunt propter
eos qui ſalui fiūt, cur non debēt de ſaluatore gaude-
re qui pariter miſſus eſt magni cōſilii angelus, vt eos
adiuuet, dans hæreditatē ſalutis eis, ex quibus adim-
plebit ruinas angelicas, hic p gratiā, & in futuro per
gloriam ad quam nos perducat infans Ieſus amen.

## ¶DE HISTORIA ET CAVSA NATALIS sermo duodecimus. THEMA.

Paruulus natus eſt nobis. Eſaiæ.ix.a.

¶Inuocatio ad virginem.

DEi paruitas nobis auſum pręſtat quamuis nec
ingenio aut peritia præcellamus, immo con-
deceret concionatorem quoqꝫ modo geni-
tum vobis dare, qui de puero ineffabili verba factu-

rus lac propinnando non ſolidam eſcam paruulum
naſcentem magis exprimeret: fieret fortaſſe vt qui
reuelat miſteria, & dat intellectũ paruulis, e lactentis
atq; infantis ore abſolutam de,pmeret laudem, etenim
æquum eſt, vt qui vir in paruulorũ ordinem tãte fue
rit indulgentiæ eos amplexus, nunc puer peculiari ha
bita ratione, eius ſcilicet pueri prædicantis conſulde
ret infantiæ: qui de eo infantulo loqui pararet. Ade
rit etiã pia mater, de qua ipſe ſoror (inquit) noſtra par
uula eſt: quæ & ſi per ætaté vbera nõdum habet, mox
tamen nobis hunc puerũ lactatura vbere donabitur
de cœlo pleno: vt iam dicatur ei. Pulchriora ſunt vbe
ra tua vino. Vt igitur repleamur & nos ab vberibus
conſolationis eius, quando paruula eſt flexis genibus
inclinemur: quo mammillas eius ſugere valeamus,
aperiamus etiam ad hoc pia ac famelica ora dicen
tes Aue Maria &c.

Sis cum puero puer.

¶ Quam ingenti letitia, quot inde abortis lachrymis
natalitius Ieſu Chriſti dies nobis ſit celebrandus, ipſi
videatis; ſi tñ guſtaſtis ac vidiſtis quã fuerit ei ſuauis,
nam paruulus natus magnificauit facere nobiſcum
Si namq; in hoc die per totũ mundum melliflui facti
ſunt cœli; ſi tãto iubilo angelice turme letantur: quã
ta nos oportet cordis dulcedine perfundi: quibus cũ
tam magnifice, tam prçclare, tanteq; commode actũ
eſt? O deum immortalẽ quas exultationes exhiberent
naſcenti dño vniuerſi chacho demonum exercitus: ſi
modo poſſent nobiſcũ dicere paruulus natus eſt no
bis. Abraham exultauit, vt videret hunc diẽ: vidit fu
turum certe & gauiſus eſt. Nos cur non vehementer
gaudeamus qui iam præteritum certiſsima fide co
gnouimus? Præteritum congrue dixerim an præſen
tem potius? abſq; dubio præſentem. Nam Ieſus chri

Letitia natalis Chriſti.



ſtus filius dei in Bethleem inde naſcitur. Nunquid nõ
præſens qui præſentaneam affert omni tempore me
dicinam? in quo duriſsima & pluſquã adamãtina mo
leſcunt pectora. Cõpunguntur ac reſipiſcunt iniqui:
remedium deſiderant: orant & impetrant vulnerati:
quippe naſcitur agnus qui tollit peccata mundi: in
cuius ortu melitiſsimo dulceſcunt, renaſci, & quodã
modo repueraſcere contendunt vere pii omnes. Nẽ
pe naſcitur puer optimus maximus Ieſus Chriſtus.
Tibi ſcientia ergo procul abſit, ſecurus ad puerũ con
fiſus accedat, efflagitet omnis chriſtianus, quã optat
ſalutem: quoniam dedit pater omnipotens imperiũ
puero ſuo: vt ſaluum faciat filium eccleſiæ ſuæ. Par
uulus eſt, paruo poterit placari dono: & etiam ſi nil
offeramus: nam totum quod habemus prope nihil
eſt. Pro nihilo (ait propheta) ſaluos facies illos, pro
nihilo perdidit, pro pomo perdidit, pro pomo ſalua
bit. Paruulus enim natus eſt nobis. O res plane demi
randa: cuius eſt terra & plenitudo eius in cuius ditio
ne cuncta ſunt poſita: quem cœli cœlorũ capere non
poſſunt, cuius magnitudo non eſt finis, paruulus na
tus eſt nobis. O ſtupendũ auditui, deus à deo ſemper
abſq; tempore naſcens, neq; initium habens neq; finẽ
habiturus: antiquus ille dierum puellus vnius diei na
tus eſt nobis recenter. Fidelis ſermo & omni accepta
tione dignus: q cum inimici eſſemus paruulus natus
eſt nobis. O breuiſsimum verbũ de verbo abbreuia
to ſed longiſsimum latiſsimũ excelſum & profundiſ
ſimum exuberantia miſterii. Ecce eñ longitudo lati
tudo & ſublimitas & profundũ, deus inquam paruu
lus natus eſt nobis. Hæc fratres non cõprehendit di
ſputatio, ſed ſanctitas: vti probe noſtis ex his quç de
pueri huius plenitudine vas electionis accepit. Nã &

Admiratio natalis.

ſi paruulus plenus tamen & gratia & veritate in quo
habitat oñis plenitudo diuinitatis corporaliter, apo
ſtolus certe pauci ſeſe comprehendiſſe arbitrantur qui
de hoc ipſo ait. Qui cũ in forma dei eſſet exinaniuit
ſemetipſum. Sed me inſenſatũ qui id exponere adnitar,
tar, quod nulla creatura poſſit vel exprimere verbo,
vel cogitatione percipere? Sed mittamus manũ quã
do quidem non magnus ſed paruulus natus eſt. Dili
genter cõſidera (monet ſapiens) quæ tibi apponũtur,
verũ licet de iis etiã quæ ad nos attinẽt, prolixius pos
mus ſermonem cõtexere, tñ vt ipſe natura incompre
henſus & infinitus, ſeſe velut in arctũ cohibuit, con
traxitq;: itidem & noſter ſermo modũ ipſe ſibi ſtatuat
oportet. Equidem in ſumma duo potiſsimum eſſe in
Diuiſio. deo conſideranda. Primũ ex euangelica hiſtoria quo
paruus Chriſtus natus eſt oſtendam: deinde quomo
Prima do nobis naſci dicatur. ¶ Aſcendit (ait euangeliſta)
pars. Ioſeph à galilea de ciuitate Nazareth in iudeã ciuita
tem dauid q̃ vocatur Bethleẽ: vt profiteretur cũ Ma
ria deſponſata ſibi vxore prægnãte. At tñ te quæſo
dolor ò fratres, tũc prægnanti fuit: quis timor cũ
propinquãte die partus propriã cogebatur exire do
mum: eo ire vbi nullos ſibi parauerat amicos: nullos
habebat notos: vbi partus neceſſaria nõ ſuppeterent.
Hiſtoria Rurſus cõſiderate ex alia parte quãto deſiderio par
natalis uulũ quẽ geſtebat in vtero cupiebat cernere: quis
Chriſti. mihi te foris (aiebat Maria) vt deoſcularer te? Ca
vi. In hac anxietate virgo pientiſsima cũ ſponſo Io
ſeph faciebat iter. Applicuerũt tandẽ ad vicũ & in
cta quadã verecundia quærũt: quo fatigati diuerti
erat forte (vt fit) p̃ opiduli paruitate, vix vnũ diuer
rium hoſpitib⁹ aliis iam impletũ, qui ob eandem ca
iam venerãt. Accedunt ad hoc rogãtes ſi quomodo



adſit locus, negat ſtabularius eſſe hic repudiandum,
diſquirãt vndecunq; hoſpitiũ, ſed non eſt qui intelli=
gat ſuper egenos & pauperes. Cõpatere iis vndiq; an=
xiis, redeunt ad diuerſoriũ ſecũdo denuo efflagitãtes
vt ſi non cella ſi non lectus vbi maneant in quo dor
miant at detur loc⁹ intra tectũ ne ſub aere tempeſtati
bus expoſita virgo, cũ fletu obeat. Solum ſtabulũ inuẽ
niunt in quo poſſent ab aeris frigoriſq; intẽperie p̃
tegi. Ingrediuntur intro, cõtemplantur locum ſordi
dum: ſed quid faciãt? Exonerant aſinã, præſepio ad=
mouent: & fortaſſe bouem quẽ vendendum adduxe
rant. O quid ſentiret tũc virgo beata. Factum eſt autẽ
(inquit euangeliſta) cum eſſent ibi, impleti ſunt dies
vt pararet: & peperit filiũ ſuum primo genitum. Erat
beata Maria cœleſti contẽplatione ſuſpenſa. Et ecce
repente corã ſe cernit vagientem paruulũ, tunc abor
tis lachrymis quem genuit adorat omni ſuauitate
gaudioq; repleta. Non miremini fratres, quòd gau= Leta eſt
deat etiam ſi ſola in ſtabulo ſordido cũ ſponſo Io= in partu
ſoph ſit. Etiam ſi careat lectulo vbi reponat puerulũ: Maria.
ac fortaſſe igne quo pannilos algentes calefaciat.
Non miremini inquã, quoniam antequã prarturi=
ret peperit, antequã partu laboraret: ideo exultauit
letabunda & laudãs. Nimirum ſi mulier quæ cũ parit
triſtitiam habet, non meminit preſſure præ gaudio:
quia natus eſt homo in mundũ: quantũ debet eſſe leta
intemerata, quia natus eſt ex ea ſine dolore deus ho=
mo p̃pter mundũ? O verum gaudiũ quo nõ de crea=
tura ſed de creatore gaudetur. Noſſe vultis quid ſit
exultauit, letabũda, & laudans, Magnificat (inq̃t) ani
ma mea dñm: & exultauit ſpiritus meus &c. Quidni
exultẽ in deo Ieſu meo? quidni magnificem paruulũ
quẽ omniũ agnoſco autorẽ? quidni laudẽ ſpecioſum

forma prę filiis hominum? Nam vt coniecto paruuli
membra exultabunda contemplabatur: dilectus (in-
quiens) meus candidus & rubicundus electus ex mi-
libus: caput eius aurū optimum: oculi eius ſicut colum-
be: labia eius diſtillātia mirrā primam. Vagiebat pue-
oſtendens labia vt infantuli ſolent. Manus eius ple-
ne iacintis. Venter eburneus diſtinctus ſafiris. Guttur
illius ſuauiſsimus & totus deſiderabilis. Ne autē fri-
Maria gore conficeretur pannis eum inuoluit, vt ait Lucas.
puerum Nō poſſum autem ego adduci, vt credā aut ſordidos
cernit. fuiſſe pannos aut diſruptos. Diuā matrem vſq; adeo
fuiſſe prouidam vt totos nouē menſes mundos pan-
nos & laneos & lineos filio quęrere neglexerit, nulla
ratio patitur. Quæſiuit (ait ſapiens) lanam & linum &
operata eſt conſilio manuū ſuarum. At vero nō ſui
ſui oblita, vt aſcendens Bethleem nō timeret, ſaltem
Prouer. quod euenit ſiquidē partum appropinquare aut no-
xxxi. b. uerat, aut perſpicabatur, q; ſi timuit imprudenter eſ-
te ſi non tulit; quis parauerat pannos. Magis ratione
cenſeo conſentaneū non fuiſſe bombicinos non ſe-
ricos ſed viles & aſperos, qui operioſis mollibus que
ſtiantur in domibus regū ſunt Chriſtꝰ in ſtabulo na-
liq; veſte minime induit. In his itaq; dulciſsima vir-
panni go vbertim cordis amaritudine, flebat, humilitatem
Chriſti. conſiderans puerū tenellum pannorū vilitate aſperi-
tateq; veſtitum. Mirra & gutta & caſia à veſtimen-
tuis, Chriſto diceret. Mirra amaritudinē notat: gutta
lachrymas: caſia humilitatem. Hæc enī autore Hiero-
nymo herba eſt quæ aquis indeſinentibus nutrita
coaleſcit, quæ proprietas quantū humilitati conue-
niat ſcitis: cū etiā ipſo nomine gaudet, dicitur nam
hæc herba caſia humilis ergo mirra gutta & caſia
veſtimentis Chriſti, ideſt amaritudo, fletus, & humi-



litatio à pannis Chriſti. Ego autem puerulum quan-
tumlibet pannoſum ſuffarcinarem nec putarē aſpe-
ros pānos, quibus peccatorū noſtrorum exterſe ſunt
ſordes quibus peccatorum vulnera ſunt circūligata.
Nec rurſus viles æſtimarē in quibus omnes theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ dei quibuſue ſummū bonū erat
inuolutum. Deniq; non crederē quamlibet farcinu-
lum me portare, qui ferrē quem portat orbē: & por-
tantem omnia virtute ſua. Sed ad rem, poſtea Maria
puerū pannis inuolutum in præſepio reclinauit, vt te
ſtatur euangeliſta: In primis aliquod hic eſſe pręſepe
tacita cogitatione fingamus. Conſidera hinc Mariā
hinc Ioſeph, hinc bouem & aſinū, angelos vero vn-
diq; præſepe circunſtantes. Sexaginta nempe fortes
ex fortiſsimis Iſrael ex ſupremis angelis videntibus Præſepe
deum pueruli lectulū ambiebant. Qua nunc admira Chriſti.
tione fratres matrem & Ioſeph arbitramini eſſe cum
cernerent omnium dn̄m in præſepio reclinatū? quo
ſtupore angelos videntes apud homines infra ſe in
præſepio quē apud deū ſupra ſe in cælo ſemper ado-
rant? re vera magnū eſt miſterium & ad mirabile ſa-
cramentum vt animalia conſpiciant dominū natum
iacentē in præſepio. Videte & vos fratres, leuate capi-
ta veſtra, quia ecce in præſepi redemptio veſtra. Re-
clinauit itaq; eum in præſepio, & quia forte non ha-
bet filius hominis vbi caput ſuum reclinet, dn̄a ſup-
ponit manum ſuā. Audiens autem inter arcta condi
tum præſepia vagientē infantem, lachrymis præcō-
patientia fuſis iam penſare eſt qua anguſtia inter im-
menſa gaudia teneretur. Cōtingens & manu pia ma
ter vultum puelli, & muniēs frigidū lachrymans vbe
ribus admonebat vt calefieret, & diceret. Poculū meū
cum fletu miſcebam: & illa. Faſciculus mirre dilectus

meus mihi inter vbera mea commorabitur. O quã
vidiſſet fratres deũ è virginis mãmilla pendulũ, inde
de cum aliud quid fieri oportebat, iterũ in præſepio
reclinabat, quia nõ erat ei locus in diuerſorio: ait euã
geliſta. In diuerſorio quidem erant: nõ autem erat eis
locus in diuerſorio. Nã ſtabulum nõ hominũ ſed be
ſtiarum eſt locus. Nemo nunquã quærenti hoſpitii
locum, eſſe nõ negat etiam ſi vacet ſtabulũ, congrue
igitur dicitur, eis qui in ſtabulo erãt nõ eſſe locũ in di
uerſorio, ò miram coarctationẽ, & peregrinationẽ
ps.cvii. quam ſubiit, qui cõtinet orbem terræ ſtatim ab initio
captat penuriã: vt eam in ſeipſo doceat. Nimirũ ſi vo
luiſſet, venire poterat mouendo cœlum, cõcutiendo
terram emittens fulmina: nõ autem ſic proceſſit: ab
ipſis primordiis humanam voluit conculcare ſuper
biam: atq; ideo non horruit ſtatim natus infimæ pau
pertatis guſtare incõmoda, ſed in vili præſepi ſordi
tis ſtabuli cui cœlũ ſedes eſt, reclinatur. Quod à bru
tis animalibus ſimul cũ fœno ſuper quo iaceret, mu
tuo eius mater accepit, non eñ erat ei locus proprius
in ſtabulo: nec mirum qñ nec communis in diuerſo
rio. Vt non tantum paruulus ſic ætate corpore: fami
lia veſte lectoq; ſed etiam domo iam ſi cibum quæ
tis paruulo: paruo quoq; lacte paſtus eſt: ita fratres
quia deus habitu inuentus vt homo, cerimonias inſti
tutaq; hominum debuit obſeruare per omnia fratri
bus aſſimilatus paruulis ergo paruulus nõ iniuria fac
tus eſt. Veruntamen videre eſt, qđ dei eſt infimũ quã
to ſublimius ſit his quæ ſunt apud homines excelſiſſi
ma, quantus erat ille, quem infantulũ vagientem pan
noſum: abiectum in pręſepi tunc celitus canũt angeli
adorant paſtores, adorat & quæ genuit agnoſcũt bru
ta animantia, indicat ſtella, venerantur magi, timet



rex Herodes, trepidat omnis Hieroſolyma cum illo.
Deniq; cui omnia, quæ ſunt in cœlis terriſq; pulcher
rima deferunt gloriã, per angelos claritas & per ſtel
lam, ſimplicitas per paſtores, religio per magos, quã
uis fuit ille ortus de quo quælibet eccleſia canit. Et
egreſſus eius ſicut à principio à diebus æternitatis. Iſ.
illo de quo dicitur. In principio erat verbũ. Sicut eñ
in illo deus filius à patre ſine matre ita in hoc homo Natale
deus filius à matre ſine patre, ſicut in illo concipitur humanũ
verbũ non corrumpens patrẽ, ita in hoc naſcitur in= diuino
corrupta matre. Sicut in illo lumẽ de lumine ita & in aſſimila
hoc lux de luce, nã Maria illuminatrix interpretatur, tur.
vt in illo deus plen9 bonitate à patre ita in hoc homo
plenus gratia & veritate egreditur à matre, in illo ꝓ
ſalute angelorũ, in iſto ꝓ ſalute hominũ, in illo naſci=
tur in domo panis, in iſto in Bethleẽ quæ ſic interpre
tatur, in illo diuino præſepio paterni pectoris paſcit
angelos, in iſto omnia eũ expectant, vt det eis eſcã in
tẽpore opportuno grãæ, in illo tanquã ſpõſus amore
ſpiritus ſancti fecũdus ꝓcedit, in iſto rubicũdus chari
tate fecundus pater orbis terrarũ quo cuncta ſpiritua
lia nobis dona procedunt. Ibi primo genitus in mul
tis angelis, hic in multis fratribus ibi naſcitur nulla
incrementa ſuſcepturus: hic iam perfectus eſt vir nõ
amplius profecturus in ſpirituali homine: denique
vt in illo qualis pater talis filius: ita & in hoc qualis
mater talis filius: quanquam ergo natus eſt paruulus
paruulis occurrit: tamen optimus maximus maximis
& ſtupendus ſimul in vnum diues & pauper. Vos o
ſacerdotes qui eum vndecunq; maximum & glorio= Cur ſit
ſum in præſepi, hoc eſt in altari, eſtis reclinaturi ma= naſcitur
gnificate eum cum Maria, & denuo vere dicite. Cor Chriſtus
meum & caro mea exultauerunt in deum viuum:

in altaribus tuis domine virtutum rex meus & deus meus. Attamen nõ eſt prætermittendum quod ſolum ſimplicia illa animalia præſepia ſancta pauerint, ideo ſinceri duntaxat atq; domeſtici in altari ſacro carnis Chriſti reficientur pabulo, idcirco namq; in præſepio ponitur velut piorum cibaria iumentorum. Tamſi alia ratione id factum poſſet dici: vt quia homo iumentis ſimilis fuerit effectus, verbũ fœnum factũ eſt, omnis enim caro fœnũ: & ab homine comedendum præſepi repoſitũ: inuenit quoq; hominem factum beſtialem ideoq; in præſepio loco pabuli ponitur, vt vitam brutã mutantes pertingeremus nõ fœnum nõ[illegible] deum ſed panẽ celeſtem vitæ corpus comedentes ad mutationẽ mirificam: quã dei filius vult facere nobiſcum.

Secunda pars.

¶ Paruulus natus eſt nobis: amabile verbũ fratres, vt qui bonorum noſtrorũ non eget, cuius perfectioni nil omnino accedere poteſt: noſtris cõmodis paruulus natus ſit nobis: quo nemo iam ſuſpicari valeat ſibi eſſe natum, vtpote qui nulla ratione creſcere vſq; adeo in ſeipſo magnus: vſq; adeo ꝑfectus eſt. Ineſto ſibi poſſet naſci, quomodo id nũc feciſſet, quin natus eſt non modo moriturus quod vel cũ aliis commune habet: ſed etiã vt moreretur. Nulli ergo dubiũ quin eſt natus eis pro quibus & mortuus, ſiquidẽ ob hoc carnem aſſumpſit, ob hoc ortus eſt, omnes ergo inceſſanter abſq; faſtidio & audiãt & prædicẽt.

Tibi ſoli ó peccator naſcitur.

Paruulus natus eſt nobis, cum vnuſquiſq; intra ſe dicat, mihi datus mihi natus eſt, quid enĩ ſi & aliis cum proinde tibi: ac ſi nulli alii? Fac itaq; quod ſic res habeat, vt ſoli tibi Chriſtus naſceretur: obſecro quid plus inde haberes quã nunc ortu chriſti omnibus hominibus conducente hic contuenda eſt Chriſti beneficentia hic toto corde cũ ꝓpheta dicat. Quid retribuã dño



pro omnibus &c. quid enim non donauit qui tibi ſiſi dedit? ecce frater ille in ſtabulo, vt tu in cœlo, ille pannis villibus inuoluitur, vt primãtu reciperes ſtollam, ille faſcia ligatur, vt tu mortis laqueis abſolua ris, ille præſepis anguſtia continetur, vt te per ampli regni gaudia dilatet, ille locũ in diuerſorio non habuit, vt plures eſſent nobis in cœlo mãſiones, ille alſit, ille vagiuit, vt frigus ſempiternum ſtridores dentium ploratuſq; æternos euaderes, ille infantulus fit, vt vir poſſis eſſe perfectus, ille infirmus fit, vt te infirmum lucrifaciat, ille deniq; paruus natus eſt, vt te naſcẽdo de paruulo magnũ hoc eſt de peccatore faciat iuſtum. Qui cũ diues eſſet propter nos egenus fact⁹ eſt vt illius inopia nos ditaret. Tua paupertas ergo illius patrimoniũ fuit & infirmitas paruitaſq; eius tua virt⁹ tua magnitudo eſt. Maluit ſibi egere: vt tibi abũdaret: te illius vagientis infantiæ abluit fletus: tua lachryme ille delicta lauarunt: plus vagitibus paupertatiq; Chriſti debes q̃ redemptus es: quã opibus quã potentiæ quod creatus es. Omnia cõditori debes. At naſcenti paruulo plus quam omnia, non enĩ tibi ꝓdeſſet creari, immo melius fuiſſet non creari, niſi chriſtum naſci profuiſſet, at qui fit ſane vt beneficiũ non in eo quod fit, aut datur, ſed in dantis animo cõſiſtat. Vide quo animo erga te Chriſtus ſit: qui ad labores ob te tolerandos de vtero alacris egreditur tãquam ſponſus de thalamo ſuo &c. ſuper verbis ex Eſaia aſſumptis gloſa.

Ad quid naſcitur.

Paruulus ait vt pugnet pro nobis: poſſet quiſpiã nec ſine cauſa deſperare victoriam à vagiente paruulo expectendã? ob id: exultauit (inquit) non mediocre ſignũ victoriæ eſt, pugnaturum non modo cupere certamen, ſed affectare gaudẽter. Iam ne puerilem letitiã calumnieris, ne paruulo diffidas.

exultauit (inquit) vt giga. ſat quid multum nos ama
uit, quoniã amor pannis eũ inuoluit faſcia ligat chri
ſtum plurimum, quoniam amor in frigore calceat
ſed plus dubio procul qui ſuis incommodis hilareſ
cit, quòd noſtra ſint commoda. Si mediocribus be
neficiis homines ad amandum hominem accendit
ſi bruta cognoſcunt, ac referunt beneficium. O duri
tiam cordis humani plus quã adamantinam ſi tam in
audita charitate non miteſcit, non liqueſcit, ſi tanto
amore non inflammatur. O ingratiſsimũ plus quam
beluinus ſi tanti meriti poteſt obliuiſci. Si hunc redẽ
ptum ſit promeritum ſaltem non redamat, verũ ea ve
ri amoris vis eſt: vt eius quod ames quam ſimillimus
eſſe cupias. Proinde ſi vere atq; ex animo ieſum amas
hic pro tua virili conare exprimere, ꝙ ſi virum aſſe
qui non poſsimus ſaltim puerum imitemur. Paruulus
enim natus eſt nobis ideſt ad noſtrum exemplum te
ſte Paulo vbi ait. Apparuit gratia dei ſaluatoris no
ſtri omnibus hominibus erudiẽs nos vſq; ſeculo. Par
uulus dei eſt & virtus & ſapiẽtia illam imitari voluit
qui dixit. Aſcendam in cœlum ſimilis ero altiſsimo
hanc etiam imitari conabãtur illi quibus dicitur. Eri
tis ſicut dii ſcientes bonum & malũ nobis autem vir
tus admiranda eſt ſapientia laudanda neutra tamen
emulanda: magis paruulum quam potentem, quã ſa
pientem imitemur, etenim nobis non potens, non ſa
piens, ſed paruus natus eſt ſicut longe ante prænun
ciauerat Eſaias dicens. Dabit vobis dominus panem
arctum: & aquam breuem. Per panem virtutem acci
pio: panis ſiquidem cor hominis confirmat. Per aquã
ſapientiam quia aqua ſapientiæ potat nos. Dedit er
go dominus nobis panem arctum & aquam breuem
cum Chriſtus dei virtus & ſapientia paruulus datus

Quibus naſcitur.



eſt nobis. Beati qui hæc verba ſine vllo pudore audi
ent. Væ illis quibus Chriſtus natus non eſt. Væ non
ſolidis, væ quibus nõ naſcitur, timeant hi quicunq;
ſunt, ne forte vt eis Chriſtus non naſcitur: ita neq; na
ſcantur: nam quos deus præſciuit & prædeſtinauit con
formes in hac vita fieri imagini filii ſui. Atq; iis chri-
ſtus naſcitur qui Chriſtum natum imitantur. Non na
ſcitur puer, aut immũdis, aut impiis, aut nocentibus
aut implacatis, aut verſutis. Nõ naſcitur verbum in-
fans aut ſapientibus huius ſeculi, aut garrulis. Nõ na
ſcitur peregre in alieno diuerſorio, niſi his qui cum ſe
meminerint paucorum dierum hic hoſpites eſſe, tan
quam aduenæ & peregrini à carnalibus abſtinent de
ſideriis. Non editur in tuguriolo frequentantibus
aulas: non inuoluitur pannis iis qui vel auro intextis
vel pellicibus mollibus induuntur. Nõ reclinatur in
præſepi, iis quorum exaltatur cor qui amant primos
accubitus in menſis, & primas cathedras in ſinago-
gis, non vagit machinantibus aut ridentibus: nõ na-
ſcitur in hyeme voluptuoſis: non noctu iis qui ſeſe ia
ctitant: bona ſua inaniter proferentes in lucem. Nõ
videtur qui cœpit facere & docere mihi naſci qui
prius doceo quam faciam, demũ non naſcitur paruu
lus niſi paruulis vt poſtmodum magnificet magnus
& glorioſus deus paruulos ſuos in gloria: quam mi
hi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

Quibus nõ naſcit Chriſtus

## ¶ SERMO TREDECIMVS IOHAN-nis euangeliſtæ de ſortibus ad quas cum Chriſto aſcendit. THEMA.

Aſcende mecum in ſortem meam. Iudic. i. a.

¶ Inuocatio ad virginem.

DVm theologi dei attributa in primo ſenten-
tiarum diſtin. viii. inter perſonas diuinas im-
partiuntur, dicunt patri potentiam, filio ſapi-
tria dei attribuit
tiam, ſpiritui ſancto bonitatem aptari vbi aduerte ꝗ
patris potentia non relucet tantũ in rerum creatione
quantũ in filii æterna generatione, qua eũ ſibi equa-
lem ab æterno genuit. Et quia hunc per intellectum
producit aptatur ei ſapientia quæ naturaliter ab intel-
lectu ꝓuenit, Cum autẽ bonitas amori conueniat, ab
eoq; habeat originem: & ſpiritusſanctus amor ſit pa-
tris & filii aptatur ei peculiariter bonitas. Dum ergo
audis patris potentiã dici, contemplare actiuã pro-
ductionem eius. Dum autẽ legis filio dari ſapientiam
cognoſce paternũ intellectum, à quo naturaliter pro-
cedit. Deniq; dum ſpiritusſancti bonitatem appellari
agnoſce locũ ſiue originem eius, quæ eſt voluntas di-
uina fons bonitatis. Bonitas autẽ (vt ait Beatus Dio-
nyſius) eſt diffuſiua ſui, quæ diffuſio ſicut & bonitas
ſpiritui ſancto aptatur, dicente Paulo. Gratia dei diffu-
ſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui da-
tus eſt nobis. Et quia ſuperabundantius quam peti-
mus, cupit ſuã nobis infundere ac effundere gratiam
decreuit aſſumere aduocatã peccatorum mariã in hu-
ius diſtributionis adiutricem, cui ꝓpterea dicit ver-
ba thematis. Aſcende mecum in ſortẽ meam. Natura-
le meũ eſt dare ac diffundere, te autem munificã no-
ui & hylarem datricẽ, veni aſcende mecum in ſortẽ
Officiũ dandi habet Maria.
diſtribuẽdi: vt maiora cõferas, & potiora diſtribuas.
Huius munificentię conſortem ſe Maria intellexerat
qñ (vt nos exitaret & ad petendum irritaret) dixit. Vt
Prouer. viii. c.
ditẽ diligentes me, & theſauros eorum repleã domi-
nus poſſedit me in initio viarũ ſuarũ. Diligentes Ma-
riam ſunt peccatores quos (dum ſuis meritis & inter-



[…]ione iuſtificat) diuites facit. Dum autem operam
iuſtitiæ dant, acquirunt theſauros meritorum, quos
etiam Maria replere cupit, quia iuſtos & peccatores
amat. Theſauros etiã habent: qui opera de genere bo-
norũ multiplicãt, hæc tñ vacua dicuntur coram deo,
ſi deſit gratia eius quæ omnia replere nouit, & ad per-
fectionem perducere, maxime ſermonem concio-
nantis, qui iudicatur vacuus abſente gratia dei. Pro-
pterea dicitur concionator ſine gratia velut æs ſo-
nans, quia eius ſonus vacuus eſt à ratione: vnde Ma-
riam orare expediet, quatenus impleat verba mea, &
[…]rum ſermonem gratia ſpiritusſancti, quam vt aſſe-
quamur, ei offeramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Vt ait Hieronymus dictum pitagoricum eſt, ami-
corum omnia eſſe cõmunia, vnde Socrates cuidã ſe
iactanti (cũ eſſet pauper) ꝙ habebat in amicum, quẽ-
dam diuitẽ, dixit. Vel ipſe te fallit, vel tu leuis es cor-
Amicorũ omnia cõmunia
de, credens parue amicitiæ, cur enim ſi diues ille eſt
amicus verus tibi, ad huc remanes in paupertate tua?
Omnia ergo amicis eſſe communia, nõ ſolum philo-
ſophi, ſed catholici tenuerunt: nam & ſanctus Dauid
propterea dicebat, Particeps ego ſum omnium timẽ-
tium te: vñ & ſanctorum cõmunionem iuxta ſimbo-
lum apoſtolorũ credimus. Nec ſolũ ſpiritualia quin
& tẽporalia, vt plurimũ ſunt ſibi communia: qm̃ de
illis nimium amicis quos in eccleſia primitiuorũ no-
uimus, dicit Lucas. Erant illis omnia cõmunia. Inter
hos tantus vigebat amor, ꝙ etiam viſcera eis cõmu-
nia videbantur, quoniã ipſo Luca referente, erat illis
cor vnum & anima vna. Nec ſolũ quæ diximus inter
plurimũ amicos communia ſunt: ſed labores & erum-
næ, quoniam ille amator dei Paulus quẽ charitas Ieſu

Chriſti vrgebat, proclamat dicens. Ego enim ſtig-
mata domini Ieſu in corpore meo porto. Hæc igitur
cõmunicatio tantum creuit apud aliquos etiã ſapien-
tes vt fateatur auicena ſe crediſiſſe, q̃ in amico ſuo
& in ſe nõ erat niſi anima vna. His viſis quid nũc dica-
mus fratres, cum apud nos nec vnitas, nec vlla cõmu-
nicatio inueniat? Quid eſt cauſa ruine totius eccleſie
niſi q̃ frigeſcit charitas multorum, qui vnũ quid eſſe
deberent? calore amoris coniunguntur etiã lapides:
quia teſte Iob lapis accenſus in æs vertitur & metal-
la, quæ dum frigeſcunt ſpecię differunt, dum incale-
ſcunt in idem fluunt: & ad eandẽ formam rediguntur,
vbi omnimoda cõmunicatio fit. Quod ignis poteſt
in metalla poſſet amor Chriſti Ieſu in nos niſi frigi-
ditas noſtra obſtaret, quę quidem facit, vt nec frater
cũ fratre, nec ſubditus cum prælato, nec religioſus cũ
religione etiam ſua, nec vnus ordo cum alio, nec enim
clericus cum clerico, nec vxor cum marito nec ci-
ues cum ciue, nec filius cum patre, nec ſeruus cũ do-
mino ſuo communionem habeat: quis enim commu-
nem vnionẽ habet cum ſuis? Nam iſtis diebus peri-
culoſis inimici hominis domeſtici eius. Ex hoc pan-
ditur omne malũ, quia ſcriptum eſt. Diuiſum eſt cor
eorum propterea interierunt. Cur (inquit) cor eorũ.
an poſsibile ſit, quòd vnum cor ſit multorũ? poſsibi-
le quidem, nam dominus Ieſus multis loquebatur di-
cens. Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit
Chriſtus cor veſtrum. Ecce quomodo Chriſtus facit multis
ex multis cor vnum nam dum loqueretur duobus euntibus in
facit vnũ Emaus, fecit illis cor vnum quia poſtmodũ ipſi dixe-
runt. Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loquere-
tur in via? Immo ab infantia ſua ſcit Chriſtus hãc fa-
cere communionẽ qm̃ eo nato exiit edictũ à Cæſare



Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, fuitne ali-
quando maior cõmunio? non equidẽ niſi inter Iohã-
nem & Chriſtum, cui aiunt verba thematis. Aſcende
mecum in ſortẽ meam. Aſcende in altum, ita vt ſors
mea tibi communicetur, quia omnia mea tua ſunt.
Verba ſunt fratres ſenioris ſcilicet ad minorem, ideſt
Simeonem. Et eandẽ ſententiam dixit pater ſeniori
filio redeunti de agro, cui omnia communicanda di-
xit. Chriſtus autẽ & frater ſenior de tribu iuda, & pa-
ter euangelicus beato Iohanni qui eſt frater & filius
eius oĩa cõmunicare decreuit, & ideo ei replicat.
Aſcende mecum in ſortẽ meam. Iuxta tres ſortes tri-
plex pars erit ſermoni noſtro. In prima de ſorte deita- Diuiſio.
tis. In ſecũda de ſorte crucis. In tertia de ſorte Marię.
¶ Vt ſortem diuinitatis chriſti vobis proponã, aduer-
tite q̃ non accipio ſortem prout cõmuniter capitur
apud homines, ſed prout in ſacra pagina deſcribitur,
vbi totũ vocatur ſors, nam beata Heſter orans dñm,
dicebat ei. Propitius eſto ſorti tuæ, ideſt toti plebi Heſter.
tuæ. Immo beatus Paulus omnem gloriam dei, & xiii. d.
ipſum deũ vocauit ſortem dicens. Cum gaudio gra- Coloſi.
tias agẽtes deo & patri, qui dignos nos fecit in partẽ i. b.
ſortis ſanctorum. Cum ergo Iohãnes vocatur in ſor-
tem Chriſti, qui præ conſortibus ſuis maiora hæredi-
tauit, nõ ad communia ſed ad eximia & ſublimia vo-
catur. Nec mirũ quia ſi referente beato Petro ſanctos ii. Pe. i. a.
vocauit deos, vt efficiantur diuinæ cõſortes naturæ,
& generoſitates eorũ glorificat Chriſtus contuber-
nium habẽs dei, qui maiores amicos amplius mirifi-
cat, & ad ſecretiora vocat, inter quos Iohãni partẽ & Sors chri-
partes reliquit extra fratres ſuos, immo & ſuper eos. ſti homi-
Nunc autẽ ſors Chriſti humanitati eius cõmunicata nis eſt di-
eſt diuinitas ipſa, ad quã præ cæteris primo Iohannes nitas.

vocatur, vt ei cõmunicetur. Diuinitas autem minus
videtur communicabilis: nam ſi pluribus facile cõ
municabilis iudicari poſſet, citius crederetur trinitas,
quę non aliter quã per intimã cõmunicationem dei
tatis conſtat, vbi eſt amicitia ſumma & etiam cõmu
nicatio eſſentialis, qua ſubſtantia deitatis commu
catur tribus perſonis. Quod quãuis omnium ſit obſ
curiſsimũ, in rei veritate omnium eſt certiſsimũ. Ex

Cõmunicatio dei ad animã

hac ergo æterna & ſumma cõmunicatione diuinitas
uenit, vt nulla res tm̃ ſe homini communicet: quan
tum ipſe deus, nec deus ipſe aliquam rem cõmunicat
homini tã vere & perfecte quantũ ſeipſum, quoniã
hæc eſt maxima theologorũ, ꝙ nemo illabitur men
ti, niſi creans mentẽ. Quemadmodum enĩ corpus nõ
illabitur corpori, ſic nec ſpiritus ſpiritui, pręter deum,
qui omnib⁹ (dum ei placet) illabitur, ſine eo ꝙ faciat
ſibi locum, immo & ſine ianuis: vñ dum Ezechiel mi
raretur portam clauſam dictũ eſt ei, quòd ſolus deus
intrabat per eã, qui ſine ianuis abundantius ac diui
nius intrat, vnde in Pſal. dum ſanctus Dauid ſenſibus
noſtris loqueret̃ de illapſu diuino dixit. Tollite por
tas principes veſtras: & eleuamini portę æternales, &
introibit rex gloriæ. q.d. non egit portis deus gloriæ
ad hoc vt ſecundũ deitatem ſuã intret animam homi
nis. Omnia ergo quæ per portas quinq; ſenſuum ad
animã intrant, non perueniũt ad ſancta ſanctorum
i. ad eſſentiã animę penetrandam, quia hoc ſoli pon
tifici ſummo deo reſeruatur, q virginẽ intrat, & egre
ditur ipſa omnino clauſa, ea enim virtute qua deitas
omnia ſine leſione penetrat, corpus Chriſti à virgine
proceſsit, & poſſet equidẽ dici, ꝙ ſicut deus animam
intrans, magis claudit illam, & recolligit, ſic dum è
virgine proceſsit, ei veriorem firmauit integritatem



mentis & vẽtris. Iam ergo dum deus intrat animam,
etiam ipſa deũ intrare perhibetur, quoniam ei dicitur
Supra multa te conſtituã intra in gaudium dñi tui. Vę
autem fatuis virginibus, quę clauſa ianua deitatis fo
ras manſere ſunt. Hæc autem adinuicẽ ingreſsio nulli
bi melius deſcribitur quã in ferro ignito, quod totũ
intrat ignis, & ipſum etiã natat in eomet incẽdio. Fer
rum autẽ perdit formam, & fere in aliã tranſit creatu
ram, quamuis maneat ignis idẽ. Dum anima deum
intrat: potius anima mutatur quam deus, qm̃ de hoc
Paulus ait. Viuo ego iã nõ ego viuit vero in me chri
ſtus. Ecce ego & non ego, ne quis putet: quòd anima
perdit eſſentiam ſuã. Nec enim Iohannes dum chri
ſti pectore dormiens erat: factus eſt deus: quãuis per
ſummam participationẽ illapſus dictus ſit filius dei.
Tunc temporis poſsitne anima eius cognoſci? quis
diſcerneret ferrum, dum ad ſummũ potentiæ ei com
municatur ignis? tũc ſane liquefit, ac diſponitur ad va
rias formas, & ſic anima Iohannis liquefacta eſt, vt
omnes diuinitatis formulas ipſum verbũ velut ydeas
infunderet ſibi. Aliud exẽplum huius cõmunicationis
dat Origenes loquens de celſitudine Iohãnis: ad ſor
tem deitatis eleuati: ait ergo. Omne quod videtur in
miſtione luminũ videtur, nam lumen naturale ad ex
tra, non ſufficit ad videndũ, quia media die cecus nõ
videt, nec lumen, naturale per ſe ſufficit ad videndũ
ſolũ: quia quãuis lumine innato plenos habeas ocu
los, nocte obſcura non videbis aliquid: vñ oportet:
quod hæc duo lumina miſceãtur: in quorum miſtio
ne videtur omne quod videtur. Iam ergo lumen ad
extra, ad quod Iohannes aſcendit, eſt diuinitas ver
bi quod dicitur lumen de lumine ideſt de patre lumi
num. Lumen autem connaturale ad intra fuit habi

Iohãnes eſt ĩmerſus deo.

Viſio q̃ modo cauſatur

litas: qua Iohannes anima erat apta ad celeſtia con
tuenda: quę à primo lumine deo in actum reducit ha
buit: nam ſicut in grano frumenti eſt virtus ſemina
lis producendi: & nõ deducitur in actum niſi virtu
te ſolis & pluuię: ſic in anima Iohannis erat quędam
vis innata cõtuendi celeſtia: non tamẽ actuatur ſine
ſole animam eius ad ſuperiora eleuãte, vt lumine di
uinitatis cõmunicans, videret arcana deitatis, tã ap
te & libere, vt ei liceret ea propalare. Sed cum cõſtet
quod maiori dictorum luminũ miſtione, maior viſio
cauſatur, quærendũ eſſet, quanta fuit in Iohanne mi
ſtio ſiue immerſio prædicta: ꝓ quo aduerte, ꝙ hæc mi
ſtio cõmuniter fit iuxta virtutem bonæ potentiæ vi
ſiue, cui ſolũ modo eſt dulce lumẽ, & delectabile ocu
lis videre ſolem: qui debilibus oculis eſt infeſtus: vi
propterea ſol iuſtitiæ dũ in iudicio apparuerit dam
nandos minime lętificabit: quia debiles habebũt ocu
Quante los, & rebelles erũt lumini. Tantũ ergo luminis edu
capacita ces à deo, quãta erit capacitas tua ad cõtuendũ, ſicut
tis eſt Io tũ ignis educes à camino, quantum erit cõbuſtibile,
hannes. quod detuleris, ſic ergo cherub, quia eſt aptior ad vi
dendũ deum plus luminis habet, deinceps ſeraphin qui
eſt maior illo, plus videt. Viſis ergo his adhuc circa ca
pitis quantam fuit luminis diuino immerſus Iohan
nes. Pro huius altiori ſolutione aduerte, ꝙ vltra libe
ralitatem beneficientiæ diuinę, & vltra ſublimitatem
ſtatus, quo tunc tẽporis erat ſaginatus euchariſtię ſa
cramento poſt cœnam Chriſti extaſim paſſus, eius
i. Corin. capacitas connaturalis luminis eo modo alios præ
xv. f. cedebat, quo ſtellas ſol: nam de ſanctorum claritate
Paulus loquens, dicit eos in lumine differre ſicut ſtel
la differt à ſtella in claritate. Beatus autem Dionyſius
vocat Iohannem euangeliſtam ſolem euangelii:



qui quidem iuxta ingentem capacitatem ſuam infi
niti luminis receptiuam ſuſcepit in Chriſti pectore,
vbi fluenta euangelii clariſſime potauit. Si ergo facu
la Iohannes eſt vt ſol, quantũ luminis arbitraris eum
eduxiſſe ab illo infinito diuinitatis camino, q erat in
Hieruſalem, id eſt in anima Chriſti? aſcendit quidem
ad fontẽ luminis, & patuit ei arcanum verbi: quod lu
cem habitat inacceſſibilem. Nam vt ait Ambroſius
dum beatus Iohannes erat recumbens ſuper pectus
Chriſti aſcendit penetrans cœlos & angelos vſq; ad
ipſum verbum quod erat in principio, illudq; nudum
vidit: vnde ipſe Iohannes ait. Quod fuit ab initio, i. Iohan.
quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ con= i. a.
trectauerũt de verbo vitæ teſtamur, & annunciamus
vobis vitam æternam quæ erat apud patrem & ap=
paruit nobis. Quod vidimus (inquit) oculis noſtris. ſ.
ſpiritualibus. Sed quomodo verbum vitæ contrecta
re potuerunt manus eius, cum vix illud tangat audi=
tus, nam verbũ ad auditum pertinet. Sed verbum (in
quit) caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidi=
mus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre,
plenum gratiæ ſcilicet ſpiritus ſancti. Sed quia prima Iohãnes
hæc Iohannis aſcenſio mirabilis eſt, de ipſa intelli= alte aſci
ge illud Iob. Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, dit in pe
& in arduis ponet nidum ſuum, Præceptum Chriſti ctus chri
eſt hoc. Aſcẽde mecum in ſortem meam. Ardua ſunt ſti.
pectora Chriſti, quoniam angelis nimium ſuperiora
norat Auguſtinus ſuper illud Pſal. xlix. Cõgregate il
li ſanctos eius, ꝙ angeli meliores, in ſinu portant con
templatiuos, & in manibus actiuos: ideo de malis qui
neutrum habuerunt dicitur. De quo nõ impleuit ma
num ſuã: qui metet quia non fuit actiuus, nec ſinũ ſuũ
qui manipulos colligit: quia non fuit contẽplatiuus.

Iohannes autem quia in contẽplatione ſummus fuit,
nõ in ſinu angeli ſed in ſinu Chriſti portari debuit, vn
iure Salomon miraretur viam aquile in cœlo dicens,
Prouer. xxx.c.
Tria ſunt difficilia mihi, & quartum pœnitus ignoro:
viam aquile in cœlo: viã colubri ſuper petram, viã na-
uis in medio mari, & viam viri in adoleſcentulã. Per
quatuor creduntur eſſentiã dei vidiſſe.
has quatuor vias: poſſemus intelligere quatuor viros
qui vt pie creditur viderunt diuinã eſſentiam ſcilicet
Adam, Moyſen, Paulum, & Iohannem, aquila in cœ-
lo eſt Iohãnes in pectore Chriſti, coluber ſuper petram
eſt Adam in raptu, nauis in medio mari eſt Moiſes po-
pulum educens per mare rubrũ, vir in adoleſcentula
eſt Paulus conuerſus in fauorem eccleſiæ, qui raptus
eſt vſq; ad tertium cœlũ. Quantũ autẽ alios tres aqui-
la procedat, non eſt modo differendũ, ſed vt cum Io-
hanne altius & nos aſcendamus, aduerte ꝙ in primis
Trinitatẽ miratur Salomon.
tribus notatur miſteriũ trinitatis: nam aquila in cœlo
eſt pater in ſua eſſentia, eadẽ quidem eſſentia dei dici-
tur cœlũ & petra & mare, quia vocatur à damaſceno
pelagus infinitæ ſubſtantiæ. Et eſt tertium cœlum ad
quod rapitur Paulus: & petra deſerti à qua vocatur
agnus. Iam ergo pater in cœlo .i. in eſſentia eſt aquila
eminens auctoritate, cuius via difficilis eſt. Nam (vt
theologi aſſerunt) eſt circũinceſsio in diuinis. It er-
go intra ſe quia vt ita dicã, itinerans filium generat
in itineribus æternitatis eius: vbi totus tranſit in filium
qui ſignatur in colubro Moſi exaltato: quo ſanantur
Chriſtus eſt ſerpẽs
in heremo. Vnde, ꝓpterea qñ demon promiſit ſcien-
tiam dei, venit in figura ſerpentis, nam prudentia tri-
buitur ſerpenti. Vnde quia Iſrael cõtra diſpoſitionem
dei in gubernatione populi: quæ ad ſapientiã perti-
net, murmurar, mordebatur à ſerpentibus, & ſanatur
à ſerpente: vt intelligatur filius dei: qui ait. Percutiam



& ego ſanabo. Hic ergo viam difficilem habet indi-
ſta petra ſcilicet eſſentia, dum ſpirat ſpiritũ ſanctum,
qui eſt nauis in medio maris, quia licet ſit vltima per-
ſona, dicitur tñ eſſe in medio maris deitatis: in quo
omnia eminenter congregãtur quia & eſt nexus &
Spiritus ſanct⁹ eſt nauis.
vinculum patris & filii. Dicitur autem nauis qm̃ ad
ipſum pertinet deferre per viſionẽ beatos in cœlo: ac
defert prouiſionem gratiæ ad eccleſiã. Et ipſe de lõ-
ge portat panem ſuũ: quia verbum de ſpiritu ſancto
conceptũ eſt. Hæc ergo itinera æternitatis difficilia
ſunt, & ideo ab eis incuruãtur colles mundi, id eſt phi-
loſophi. Quartum autẽ ignoratum eſt vnitas ſubſtan-
tiæ. De quibus quatuor ait Iohannes. Pater, verbũ, &
ſpiritus ſanctus, ecce tres, ſed hi tres vnum ſunt, ecce
Incarnatio & natiuitas difficilis
quartum difficilius. Tñ quia non ita conuenit via vi-
ri in adoleſcẽtulam, ideo iuxta ſenſum cõmunem ve-
rius exponitur de incarnatione verbi, quæ difficilior
dicitur qm̃ præſupponit alia: creditur enim filius miſ-
ſus à patre ac de ſpiritu ſancto cõceptus & vltra hoc
eſt adhuc archanum per ſe, ꝙ ſciri niſi per reuelatio-
nem nõ potuit. Eſtq; difficilius ſcitu, quia omnis in-
tellectus facilius inclinatur ad ſentiendũ de deo alta
quã infima: vnde ꝓpterea miſterium trinitatis nõ di-
citur ſcandalũ ſicut miſteriũ crucis. Itẽ dicitur igno-
ratum, quia ita ingrati ſumus, & ſic viuimus quaſi ne-
ſciamus deũ pro nobis conceptum & natũ. Iohannes
autẽ cum ita aſcenderit ꝙ verbũ in principio paterno
contemplaretur, admodũ aquille ita deſcẽdit ad nos
vt prædam afferens domeſticis ſuis diceret. Et verbũ
caro factum eſt, & habitauit in nobis. In his verbis
nos inuitat, vt & nos aſcendamus cum eo in ſorrẽ di-
uinæ contemplationis ſuæ. Nec eñ ob aliud aſſerit
verbum carnem factum, niſi vt nos tali ſaginati edu-

lio aſcendamus in montem domini. ¶ Secunda ſors.

Leui.xvi b.

Crux eſt ſors hircorum.

Vidimus primã ſublimiſsimã Chriſti ſortem ad fruitionem cuius vocauit Iohannẽ, nunc autẽ videamus aliam abiectiſsimã ſortem eiuſdem dñi ad quam pariter vocat fratrem ſuũ iohannem, quẽ comitem vult habere in vtraq; fortuna. Iam ergo ſecunda Chriſti ſors deſcribitur in leuitico vbi dicitur. Cuius exierit ſors dño offeret illum pro peccato. De duobus hircis refertur hoc, alter ſorte ſignatus debuit immolari domino pro peccato: alter vero emiſſarius vocabatur dimiſſus voluntati ſuæ. Qui ſunt iſti duo hirci fratres mei, niſi Chriſtus & Barrabas? Super quem cecidit ſors crucis niſi ſuper noſtrum Ieſum, qui velut hircus formam ſumpſit peccatoris & leproſi? Hic ſane immolari debuit, ꝓ peccato noſtro, quia ſors crucis patre permittẽte cecidit ſuper eum: ne autem ſolitarius pergeret ait Iohanni. Aſcende mecum in ſortẽ mei. Sed forte vultis à me ſcire quando hæc dixit ei, cum in euangelio nõ legatur. Scitis equidem quomodo ad priorem ſortem fuit inuitatus, dum ei Chriſtus exhibuit reclinatorium pectoris ſui cœna facta, tunc cine inuitauit eum ad alteram ſortẽ, quia ei aperuit archanum paſsionis ſuæ, & hæc reuelatio fuit gladius quo anima eius perforatur vnde præ dolore ſuper Chriſti pectus recubuit, qui ne hoc ab aliis ſentiretur brachiis amplexantibus fouet, quem ferierat, tunc ei dicitur. Aſcẽde mecum in ſortem crucis meæ, ne deficias vſque dum finem videas, grandis tibi restat via. Si dulciſsimum calicem ſanguinis recepiſti, veni mecum ad aliam menſam, vbi mecum felle & aceto, ac vino mirrato potaberis, amicorum enim tam amara quam dulcia ſunt communia. Vt videas qualiter ſolus Iohannes aſcendit in ſortem crucis, nota q



ceteri deſcendunt, quia fugiũt relicto Chriſto, quod & ſi Iohannes eorum ignauia ductus fecerit ſtatim ad ſe reuerſus Chriſtũ ſequi decreuit, & aſſumpto Petro ad finem vſq; peruenit, optans cum Chriſto tenere ſignum calix Chriſti quem amplius cæteris in cœna guſtarat, ei vires notas adminiſtrat ne ſe abſcondat, ſed notus pontifici introducat petrũ comitem ſuum.

Fortitudo Iohãnis.

Sed ô Iohannes ignoras q̃ te poterunt cum Chriſto capere, quem de diſcipulis primo interrogant, vt eos pariter teneant? Cur te coniungis & faues petro, quẽ ſua manifeſtat loquela? Amor (inquit) & amicitia vera me ſequi compellit meum Ionathan: ſum enĩ armiger eius ſequar eum, quocunq; ierit. Sequor agnum quocunque perrexerit: nec ab eo euelli queo. Quando arbor tranſplantatur parua, ita immittit radices altas & firmas, quòd nullo ventorum impulſu eradicatur, quando autẽ grandis trãſplantatur, paruo turbine tollitur de terra eius radix. Cæteri apoſtoli de mundo ad hortũ vitæ Chriſti iam grandeui plantãdi aduenere, ſed Iohannes in iuuentute & ab infantia Chriſto deſeruiens: ideo turbo paſsionis qui alios apoſtolos euulſit à Chriſto hunc ſeparare ab eius præſentia nullatenus valuit quin ſecũ aſcenderet caluariæ locum: conſorſq; eſſet crucis.

Qualiter Iohãnes aſtat cruci.

Sed forte tunc temporis huc & illuc vagabatur, aut erat velut eſtans inuoluntarius concioni: qui terit pede, nutat capite, ore loquitur, totus mouetur, & memoria diſcurrit. Eratne ſic Iohannes? abſit. Nam fixis oculis in Chriſtũ ſuum ſtat corã eo vti ſtare ſolebat dum Chriſtus concionabatur: vñ propterea dicitur. Cum vidiſſet Ieſus diſcipulum ſtantẽ. Ieſus tunc temporis cruci affixus hinc inde videre non poterat niſi poſita coram ſe, quia corona ſpinea non ſinebat caput vertere. Sed ô dilecte

Iohannes,quem etiam tunc temporis plurimum di-
ligebat Ieſus,quomodo ſtabas:quoniã ſublimatus eras
titiſti in cõfractione:vbi ceciderunt fortes Iſrael.Sta
bat equidẽ optans realiter ſortẽ crucis aſcendere.Sta
bat erectis oculis,arrectis auribus,animo ſuſpẽſo,fa
cie pallida & eleuata veluti ſi diceret ipſo facto.Chri
ſto confixus ſum cruci. Qui ſic erat, putas ꝙ ſpinas
clauos,& fel, & ictus mallei non patiebatur? Senti
bat quidem in ſe, quod & in Chriſto Ieſu amatore
ſuo.nam hoc nobis inſinuare voluit dñs ait. Vnus mi
litum lancea latus eius aperuit:& continuo exiuit ſan
guis & aqua. Nulla equidem ſunt,quæ minus diſtin
gui valeant quam iſta præſertim quando ſanguis est
prior, quia eius colorem induit aqua ſuperueniens.
tamen viſus Iohannis ſic erat in Chriſtum attentus
quod hoc in eleuata cruce diſtinguere potuit:quod
ipſe ponderans ait. Qui vidit teſtimonium perhi
buit & ipſe ſcit quia verax eſt,vt & vos credatis.Tũc
temporis arbitror quod ipſe Iohannes recuperauit
fidem deitatis Chriſti, videns aquam ſapientiæ ſa
lutaris:& ſanguinem redemptionis noſtræ prouenire
re à latere dextro deitatis Chriſti, quæ mirabilia
operabatur,vñ oſſa illa mortua prophetauerunt,ꝙ
corpus illud eſſet vnitum deo. Nullus valet expri
me
re quam deuotiſsime Iohãnes aſpexit latus illud,cui
vnitus fuerat in cœna dñi ſui. O domine Ieſu ſi tam
gratus es,vt apoſtolis parũ vigilãtibus diceres(quaſi
eis gratias referens) vos eſtis qui permanſiſtis mecũ
in tentationibus meis,quid nunc, ſi loqui potuiſſes
diceres Iohanni dilecto,qui portauit pondus diei &
eſtus? Qui non ſolũ permanſit vſq; ad conſummatũ
eſt, ſed vſque dum ſanguinem vltimum colligeret
certe diceres ei, Dilectus meus candidus præ pallore



& rubicundus pre ſanguine meo:electus ex millibus
amatoribus meis. Aut electus ex millibus ſcilicet deuotis
paſſionis chriſti inter quos plures fuere & ſunt qui dũ
eam contemplabantur prę dolore exhalare cupiunt
animam:& pręcioſa morte vitã finire. Præ omnibus
illis Iohannes experitur dolores Ieſu:propter quorũ
laborem liberauit Iohãnem ab ipſius mortis dolore
ne videns obiret: & martyrium crucis eũ ſufficiat cę=
teris meliorẽ martyrem nominare.Bene igitur poſt
primã ſortem viſionis dei ſequitur ſors doloris:quia
& Paulo poſt raptum tertii cœli dicitur.Ego oſtendã
ei,quanta oporteat eũ pro nomine meo pati. Figura
igitur qua oſtenditur quomodo Iohannes pateba=
tur cum chriſto deſcribitur in libro numerorũ.ix.vbi
notat gloſa ſuper illud ꝙ in combuſtione vacce addu
cebant lignũ cedrinũ,hyſopum & crocũ bis tinctũ,
ibi(inquit)ſignãtur tres perſone cum Chriſto paſſe,
prima eſt Maria per hyſopũ humilem deſignata.Secũ
da vero eſt Iohannes euangeliſta ſignatus in cedro,
quæ eſt arbor alta:ipſe autem eleuatus fuit ad ſecre=
ta cœleſtia. Tertia fuit bonus latro ſignatus in croco
bis tincto:quia Chriſto compatiebatur mente dicẽs.
Hic autem nil mali fecit:& etiã cum Chriſto patieba
tur in corpore. Tertia ſors Chriſti. ¶ Propter crucis
ingentem laborẽ voluit Chriſtus dilectum ſuum ad
aliã ſortem vocare tanquã ad præmium. Tertia Chri
ſti ſors qua præ conſortibus ſuis pollet,eſt vt habeat
matrem virginem: & ſolus ſit virginis filius. Adhãc
ſortẽ ex eadem cruce Iohannẽ vocauit,& in ſenten=
tia dixit ei. Aſcẽde mecum in ſortem meam:vt & tu
ſolus mecum ſis eiuſdẽ virginis filius, quia ecce ma=
ter tua.Nec putes à veritate alienum,ꝙ ſit mater tua.
nam ſicut dum ego factus ſum eius filius propter eius

Iohãnes eſt filius Mariæ ſpecialis

integritatem ſeruandam, ſpiritusſanctus suppleuit, quæ neceſſaria erant: ſic ſuo modo impreſentiarum ego ſuppleo per meã voluntatem cuncta quæ deſunt ad hanc maternitatem: ne quis putet minus poſſe verbum dei quã ipſa natura. Nos omnes (vt nouit charitas veſtra) ex aqua & ſpiritu renaſcimur: Iohãnes autem pręter hoc alio nouo naſcendi modo vtitur, qui ex virgine & volũtate Chriſti natus eſt. Sacerdos autem volens vt renaſcamur immittit ſuper nos aquam mundam: & ea & ſpiritu aſperſi dum aſſentimus regeneramur. Mirabile dictu quis crederet hoc niſi deus diceret, oportet vos naſci denuo? Ecce nũc beatus Iohannes quãuis aliter denuo naſcitur: dũ Chriſtus Mariam poſuit ſuper caput eius addens ſpiritũ ſanctificationis: Iohãnes autẽ vt oſtenderet aſſenſum pręſtaſſe, noluit ꝓcraſtinare, nec nutare ſed ex ipſa hora accepit eã diſcipul⁹ in ſuam ꝓculdubio matrẽ. Nec mireris ꝙ virginem cõpararim aquę: nam ipſa de ſe loquens ait. Ego quaſi fluuius dorix: & quaſi aqueductus exiui de paradiſo. Dixi rigabo hortũ plãtationum, & inebriabo partus mei fructum. Hortus plãtationum eſt eccleſia quam Maria infundit. Præter hoc habet alium infundere, ſuper quẽ immittit rorem nimium. Hic eſt Iohannes de quo peculiariter dixit. Inebriabo partus mei fructũ. Partus mariæ Chriſtus eſt, huius fructus ex ipſa matre eſt Iohannes quia eius filius eſt, dicẽte chriſto, ecce mater tua. Ieſus ergo qui ſuo verbo fruct⁹ in arbore poſſet facere nouos, quaſi fructum appoſuit Marię Iohannem dicens ecce mater tua: & vt ab ipſa fere procedere videretur, præmiſit, mulier ecce filius tuus. Mirabile quidem eſſet ſi nũc deus, ò mulier collocaret in gremio tuo in ſinu & in pectorę infantem aliquem: & deinceps tibi diceret

Eccleſi. xxiiii.e.



mulier ecce filius tuus. Et ne puer dubitaret etiam ingereret ſibi, ecce mater tua. Ego equidem arbitror quod Chriſto dicente. Ecce filius tuus: & ecce mater tua, dãs vim verbo rem verbi effecit: ita vt ex illo inſtanti creatus ſit in Maria optimus affectus maternalis ad Iohannem & etiam in ipſo affectus optimus filialis ad virginẽ: quod ipſe teſtatur dicens. Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. Ad hanc ergo ſortem vocatur ex cruce Iohannes: qui & ſi tunc tẽporis formato nouo affectu filiali plus condoluit Marię: & alio modo quã antea: deinceps amplius lętabatur, qa in omnibus proſperis eius: ita congaudebat: vt filius de bono matris euentu. Nos omnes Mariã vocamus matrem noſtrã lętamurq; in bonis ſuis, nullus tñ eam vocat matrẽ meam: nec lętatur in bonis eius ſicut heres pręter Iohannẽ qui eam vocabat matrẽ non noſtram ſed meã, vt autem clarius inſpicias: quantũ præcedit nos Iohannes in hac adepte maternitatis ſorte aduertere: ꝙ & ſi chriſtus nos oẽs fratres ſuos fecerit: quia ipſe Iohãnes ait. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri: tñ ſolum ex parte patris nos effecit fratres ſuos, & vltra hoc magnificauit cũ Iohanne miſericordiã ſuã eumq; fecit fratrem ex vtraq; parte. ſ. ex parte matris & patris: vnde ad fraternitatis integre ſortẽ ſolus Iohãnes realiter vocatur: ſi nos autem ſumus & filii ſpirituales Mariæ: oportet: à Iohanne copiam petere: & adhuc minori gradu erimus: qđ ipſa notauit: cum diceret ſeparatim: & inebriabo partus mei. ſ. Chriſti fructum. Hortus plantationũ quas Maria rigat ſunt animę chriſtianę fructus: partus eius eſt Iohãnes de quo peculiarem habuit curã. Idcirco quemadmodum Iohannes ex illa hora virginẽ accepit in ſuam matrẽ: ſic ipſa eum in ſuum filiũ: & Chriſtus creauit in eis: & ipſi

Iohãnes habet affectus filiales mariæ.

Iohãnes Mariam accepit in ſuam.

produxerunt affectus cõſentaneos vti eſſe ſolentinter matrem & filiũ. Ex illa hora cognouit Iohannes quanta eſſet illa ſors, & ex tunc corde ore & opere accepit poſſeſsionem: quia nouerat ſublimitatem domini. vnde ait intra ſe. Vñ hoc mihi vt veniat mater domini mei in matrem ad me? Totũ hoc notauit Iohannes: cum ait. Ex illa hora accepit eam in ſuã & nil amplius explicat volens ſubintelligi & matrem & cuſtodem & dominã: & adiutricem & doctricem & collatricem, aliaq; id genus. Quanta bona Iohanni aduenerint cum illa matre: vix cogitari poſſunt, tñ ſapiens

Eccleſ. xv, a. ait. Qui continens eſt iuſtitiæ apprehendet illã (nam ſic accepit eam in ſuã) & obuiauit illi quaſi mater honorificata: & quaſi mulier à virginitate ſua ſuſcipiet illum ſcilicet in filiũ. Cibabit illũ pane vitæ &c. vſq; nomine æterno hæreditabit illũ. Ibi enarrantur omnia quæ Iohannes hæreditauit à matre ſua, quã quia ſpernũt hæretici lutherani, de illis ſequitur. Homines ſtulti non apprehendent illã &c. Nil amplius vellem addere, nec plura volo vobis dicere, niſi q in hoc dono materno Iohãni collato adimpleuit Chriſtus omnium donorũ antiquorum figuras, nam ſi contulit paradiſum Ade patriarche, nonne paradiſus eſt Ma-

Geneſis. xliiii. a. ria? Si Ioſeph poſuit in ſacco Beniamin cyphum argẽteum, nõne Maria eſt cyphus diuinæ ſapientiæ? Si Ionathas poſt mortẽ Philiſtei tradidit dauid cingulũ

Exo. i. d. ſuũ aureũ, nõne Maria eſt omnimõ caſtitate accincta ſinguloſq; ſuos accingit? ſi deus ędificauit domos obſtetricibus Egypti, ꝓpter pietatẽ infantibus hebreorũ exhibitã, nõne domus dei eſt Maria Iohanni data ꝓpter piam ſocietatẽ crucis quam Chriſto exhibuit? Si rex Hiram obtulit Salomoni eborem, vt faceret ſolium ſibi nonne Maria eſt thronus dei: quem Iohan-



ni eruãdum tradidit? Si fons Iacob, datus eſt Ioſeph in prædio quod ei dedit pater ſuus, nonne Maria eſt fons gratia plenus? ſi Chriſtus gaudiũ plenum dedit apoſtolis, nonne Maria eſt gaudium vniuerſe terræ quod Iohanni cõfertur? ſi ſpiritus ſanctus beato Dauid hymnũ ſibi canendum tradidit, nonne Maria eſt nobis hymnus de canticis Sion, quo Iohãnis ora implebuntur in laudem? Si Iudith tradidit Bethulię caput honis nonne Maria eſt victrix, quæ Iohannẽ poterit adiuuare? ſi angelus lumen attulit petro vt refulgeret in habitaculo carçeris, nonne Iohannes poterit nobis afferre Mariã illuminatricẽ? Si munera magna regina Saba contulit Salomoni, nonne ipſa regina cœli datur Iohanni? ſi dona beato Iob collata noctem verterunt in diem, nonne Maria peccatorũ noſtrorum exterminabit noctẽ? ſiquidem dei ſapientia dixit, venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, nõne hoc melius de Maria matre increate ſapientiæ, poterit Iohannes dicere? Si de ſanctis dicitur, q deduxit eos dñs in portum volũtatis ſuæ, nonne Maria eſt fœlix portus hominũ bone voluntatis, qui manibus Iohannis traditur: vt citius captare poſsimus hunc portum? Si quietem à præliis dedit deus Salomoni: nonne Maria fecit, vt ceſſaret caſſatio iuſtitiæ dei? ſi regnum Iſrael tradidit deus Dauid nonne Maria eſt regnum Chriſti & dei, cui proponitur Iohannes nõ vti rex ſed vti filius regni? de ſapientia ꝓphetis collata, quid vultis audire cũ maria ſit doctrix diſcipline dei? Si Aſſuerus Mardocheo tradidit annulum ſuũ: quo erat ſigillum regis; vt traditoris Aman deſtruerentur inſidie: nonne Maria eſt annulus patris, in qua vt ſigillum eſt filius: quo diaboli poterit Iohannes inſidias ſuperare etiam pro nobis? ſi Ioſue detento ſole data

xxii. duo præconia donationis Iohanni facte.

ꝑ. cvi. b.

eſt hoſtiũ victoria, beato Iohanni datur maior: poſt=
quam ſol maria in eo detinetur propter nos homines
& propter noſtram ſalutem & gloriã obtinendã quã
mihi & vobis præſtet Ieſus. Alias tres ſortes habet
Chriſtus: quas etiam contulit Iohanni ſcilicet ſuper=
excellentiæ, & hanc inuenies in ſecunda parte alpha
beti noſtri in litera n. Alia eſt ſors ſcripturæ, quæ etiã
datur Iohanni. Tertiam ſortẽ omnimode gloriæ in
anima & corpore, quam & Iohanni tradidit, quam

¶SERMO. XIIII. DE CIRCVNCI=
ſione Chriſti: & nominis impoſitione. Thema
ſit totũ euangeliũ feſti huius ſcilicet poſt=
quam conſummati ſunt dies octo &c.

¶Innocatio ad virginem.

ISte met angelus de quo in præſenti euangelio fit
mentio, cum in aptandis nominibus polleat, etiã
apparuit Zachariæ dicens. Vxor tua Helizabeth
Luc.i.b. pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem
& erit gaudium tibi & exultatio. Orationi initabat
Zacharias quando hęc audiuit, nec orabat pro ſe, ſed
pro populo, tamen pro ſe & pro populo petitiones
obtinuit, prius pro populo, quoniam dictũ eſt ei, ex=
Oratio,p audita eſt deprecatio tua. Poſtea ſibi etiam obtinuit,
alio faci quoniã angelus addidit: & vxor tua pariet &c. qui ſo=
lius im= lum pro ſe orat, vix obtinet, qui autẽ orat pro alio, &
petrat. ſibi & alteri obtinet q̃d precatur: Facilius ergo exau
ditur: qui pro ſalute alterius rogat. Libẽter quoq; pro
ſalute animarũ rogantem exaudit dñs: qui amat ani
Gene.iii. mas: vñ in legenda Cecilię dicitur. Rogaſti dominũ
Prælati q̃d eum magis præſtare delectat. Cũ ergo ſacerdos
vxor eſt iſte oraret, p eccleſia ſua, reſponſum habuit: vxor tua
eccleſia. pariet tibi filium. Vxor prælati plebs ſubdita eſt: cui



congruit quod Eue dicitur: ſub viri poteſtate eris.
Attamen quãuis plebs ſubdita precipiatur eſſe præla
to, & obediens, aduertere debet Adã de laterere ſuo
formatã eſſe mulierem, non de pede, vt quo illã ſubie
ctam ſe eſſe agnoſcit, eo prælatus parẽ ſibi eam iudi=
cet, & agnoſcat, nec tã ſubditos eſſe exiſtimet quã fra
tres: vñ ſapiens prælato ait. Noli extolli ſed eſto in il Eccleſi.
lis quaſi vnus ex eis. vnde & Eue dicit̃ ſua ſubiectio, xxii.
nec dicitur ei, q̃ de latere viri formata ſit: quod tñ ipſi
Ade innotuiſſe notatur cũ ait. Hęc nunc os ex oſſib9
meis, per q̃d innuitur, q̃ prælatus patrẽ debet ſe agno
ſcere, non dñm, plebs autem agnoſcat ſe ſubiectam,
vnde ſapiẽs ait. Natio iuſtorũ obediẽtia, & dilectio,
obedientia quantũ ad ſubditos. Dilectio quantũ ad
prælatos. Vbi obedientia, ibi ſubiectio, vbi dilectio
ibi parilitas & equalitas: vnde Petrus percuſſo latere Act.xii.
excitatur: vt admoneatur ad gerendã curam eccleſiæ
tanquam vxoris ſue ſe dimitti: & parem reputare de=
bere. Hæc ergo vxor parit prælato ſiue prædicatori
bonũ opus: quia fructibus ſubditorum nimis gaudet
vñ ait. Fulcite me floribus ſtipate me malis, qa amore
lãgueo. i. bonis operibus ſubditorũ. Tñ licet prælato
proſit ad gloriã profectus ſubditorũ, Iohãnes eũ de=
bet vocare: quia gr̃a dñi eũ debet aſcribere prius: vñ
ait angel9 Et vocabis nomẽ eius Iohannẽ, poſtea ve
ro ex profectu plebis & ex laude dei ſequitur. Et erit
tibi gaudium & exultatio, ſed hanc exultationẽ ha=
bere non poterimus niſi per illam quæ dixit, exulta=
uit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. vnde pro gra=
tia impetranda ei offeramus Aue Maria.

¶Argumentum de tribus myſteriis huius feſti.

¶Tribus myſteriis decoratur dies iſta. Primũ eſt cir=
cuncisſionis, alterum vero ſanguinis Chriſti effuſi,

tertium autem nominis eius, quæ tria diſparata non
ſunt ſed nimis adherentia ſibi: bene aduerte, quod in
dei circuncisionis die nomẽ imponebãt infanti, quia
vt nomina noſtra ſcribantur in cœlis: oportet nos
prius circuncidi ſpiritualiter, & tunc vocabimur Ie-
ſu ite id eſt ſaluati, ſed quia ſine ſanguinis effuſione (te-
ſte Paulo) nõ fit remiſsio & noſter ſanguis ad hoc nõ
valebat: quia erat tanquã pãnus mẽſtruatæ id eſt Euæ
in cuius mẽſtruo peccati nutrimur in vtero: deus ab
de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei &
vt nomen ſalutis haberẽ appoſuit ſeipſum hodie gla-
dio acuto circuncisionis, vt eius mundiſsimo ſangui-
ne ſaluaret me, quod narratur in euangelio cum dici-
tur. Poſtquam cõſummati ſunt dies octo &c. ſi ergo
vis inter angelos computari, oportet vt fruaris no-
mine, quod vocatum eſt ab angelo, tamen prius de-
bes circuncidi: vnde in priori ſermonis parte agam
de circuncisione, in altera vero de nomine: quod
non datur niſi circunciſo.

¶ Prior pars.

Diuiſio. ¶ Beatus Lucas refert, quod Ioſeph & Maria erant
mirantes ſuper his quę dicebantur de puero Ieſu, nos
autem non ſolũ ſuper dictis ſed ſuper factis in puero
Ieſu mirari debemus, vix natus eſt, & iam gladio per-
cutitur, vix habet ſenſum, & iam ſentit vulnera no-
ſtra nobiſcũ. Sufficeret diei malitia ſua: ſufficeret pas-
ſioni tempus ſuũ, quid mala præmeditaris, & præsen-
tis antequã veniãt? vix habes ſanguinem & iam il-
feſtinas effundere? tu noluiſti vt coqueretur hedus in
lacte matris: & vis ꝙ ipſa recipiens ſanguinem tuum
decoquatur in illo? nec dicas, ꝙ propter nominis im-
poſitionem circuncideris: qđ tunc temporis impo-
nebatur, ſufficeret tibi: quod hoc nomẽ os patris tibi



impoſuit, & os angelicum illud attulit matri tuæ, &
ſolum ante circuncisionẽ te illo vocabat, habuit ne ſa-
cerdos ille quamuis (vt aiunt) eſſet Zacharias maiorẽ
auctoritatem quã angelus, qui etiã mutare poteſt no-
mina circunciſis, vt patet in Iacob? cui dixit. Nõ vo-
caberis vltra Iacob ſed Iſrael erit nomen tuũ. Scio
infans ꝙ ſcis reprobare malum & eligere bonũ, tamẽ
hoc malum ſubire video, & in laboribus ab infantia
tantũ te eſſe cognoſco, cauſa tñ latet me: ſed ad euã-
gelium præſens percurramus, nam illic aliquid repe-
riemus, quia & ſi verbis abbreuiatum eſt, miſteriis re-
fertum dignoſcitur: ſic ergo incipit. Poſtquam con- Luc. ii. c.
ſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer. Octo
dies præeuntes circuncisionem ac præuenientes eam Prima
octo, rationes ſunt quibus dñs voluit circuncidi, per circunci
hos dies elucidatur circuncisionis miſteriũ: & quod ſionis ra
videbatur obſcurum redditur præclarũ. Prima ergo tio eſt cõ
dies dicitur conformitas, nam poſtquã ſimilis noſtri formitas
effectus eſt, voluit per om̃ia non ſolum patribus anti-
quis circunciſis & fratribus ſuis apoſtolis qui circun-
ciſi erant: ſed etiã pueris hebreorũ voluit eſſe ſimilis,
quoniam ipſe dixerat. Delicię meæ eſſe cũ filiis hominũ nõ
ſolũ cũ hominibꝰ ſed cũ filiis eorũ cũ infantibus volo
eſſe in tribulatione eorũ, & ſentire ea quę iuſsi eos pa-
ti, vt ipſi pueri quos diligo, poſsint mihi dicere illud
propheticũ. Ecce tu vulneratus es ſicut & nos, ſimilis Eſa. xiiii
noſtri effectus es. Nec dedignatus eſt puer Ieſus am-
bulare vias puerorum: qui pergere venerat vias la-
tronum, quemadmodũ ergo ex humilitate ſua cum
iniquis latronibus reputatus eſt: ſic ob eãdem humi-
litatẽ voluit cum pueris reputari, nec ſolũ reputari,
ſed veraciter eſſe & iure: nam conformitas nota eſt
inter ſignum & ſignatum, inter picturam & rem pi-

ctam. Cum ergo ſecundũ Cyprianum ſanguis Chri-
ſti non ſolũ figuretur in ſanguine animalium ſed etiã
in ſanguine circunciſorum oportuit eis aſsimilari,
poſtquam in eis voluit figurari. Sacramenta nouę le-
gis maximã vim captant à ſignificatione peculiari
ex qua & nomen ſumunt, quia ſacramentũ eſt ſacræ
rei ſignum: cũ ergo in væteri lege (vt notat Cypria-
nus) nihil ſit circũciſione ſolennius, & ſolũ hoc ſacra-
mentum habuerint, cuius ſignificatio ſicut & ſacra-
mentorum noſtrorũ refertur ad Chriſtum nõ debuit
illa ſignificatio fruſtrari: vñ Chriſtus circũcidi voluit vt
illa ſignificatio ſuum attingat ſignificatũ, & illic termi-
niatur. Nam ſacramẽta quę incepta ſunt ante ipſum
Chriſtũ vſq; ad eum perdurarũt, quę autẽ ab ipſo tan-
realiter nato habuerunt vim durabunt equidem, vſq;
dum iterũ veniat ad iudicandum dñs. De iſto igitur
primo die cõformitatis poſſum⁹ dicere. Dies dicerũ
ctat verbum. Secunda dies eſt humanitatis aſſump-
Secunda ratio eſt humanitatis probatio. probatio. Tam mirabilis fuit chriſti reſurrectio (vt
notat Gregorius) expediuit nobis vt Thomas vulne-
ra redẽptoris tangeret vt experimento ſciret fan-
taſma non eſſe, quod videbatur. Et quod hæc palpa-
tio cõferret ipſe dominus voluit innuere dum dixit:
Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa nõ ha-
bet, ſicut me videtis habere. Nunc etiam fratres mei
tam mirifica fuit natiuitas ſaluatoris quod ipſam re-
ſurrectionem excederet, mirabilius enim naſcitur ex
vtero virginis quam à corde terrę: quamuis vtrobique
irrefragabile maneret integritatis ſigillum. Lapis ſe-
pulchri ſignatus eſt per phariſeos, venter Mariæ ſi-
gillo virginitatis vtroque ſaluo naſcitur Chriſtus
vtrobique gaudium, vtrobique miraculum: maius
tamen in virgine. Poterant ergo magi viſionibus



aſſueti de veritate carnis Chriſti dubitare, tamen eo-
rum & aliorum dubitationi ſubuenitur, dum chriſtus
ſub circũciſionis probatur. Nam & propter celerri-
mam Chriſti fugam poterat quis cogitare ꝙ ſicut
ſtella magos adducẽs diſparuit & euanuit ſic eiuſdẽ
Chriſti humanitas: attamen ſicut patriarcha Ioſeph
in Aegyptum ductus per circuncisionem poſtea co-
gnitus eſt à fratribus ſuis ſic etiam chriſtus voluit per
circunciſionem cognoſci: & ab aliis populis ſegre-
gari. De hoc ſecundo die poteſt intelligi illud Stepha
ni. In ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & Ac. vii. c
manifeſtatum eſt Pharaoni genus eius. Et in Geneſi Geneſ.
dicitur. Præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nul xlv. a.
lus intereſſet alienus agnitioni mutuę ſcilicet circun
ciſionis. ¶ Tertius dies eſt vnionis ſuſceptio, quia cũ Tertia ratio eſt vnionis ſuſceptio.
ipſe ſit pax noſtra voluit facere in ſe vtraq; vnum, ne
ſublata diſtinctio iudei & greci. Deniq; per ſuſceptam
circuncisionem vniuit ſibi ſtatum totius tranſacte
legis, & per ſuſceptionem baptiſmi, nos etiã ſibi adu-
niuit. Quam vnionem nouerat ille qui gratias refe
rens dixit. Cõfitebor tibi quoniã exaudiſti me: & fa- Pſalm.
ctus es mihi in ſalutem. Nõ tantum dediſti mihi ſalu- cxvii. c.
tem, ſed & tu ipſe factus es ſalus mea: qm̃ dominus il
luminatio mea & ſalus mea. Illuminatio quo ad in-
tellectum per fidem, ſalus quo ad effectum per chari
tatem quoniã non eſt in aliquo alio ſalus, teſte beato
Petro. Sed vt oſtenderet hanc ſalutem vtriq; populo Ac. iiii. b
eſſe communem, cum dixit, factus es mihi in ſalutẽ,
appoſitiue & expoſitiue ſubiunxit, lapidem quem re-
probauerunt &c. quaſi dicat. Hæc ſalus eſt lapis an- ephe. ii. c
gularis vt duos condat in ſemetipſo parietes ſcili-
cet iudeorum & gentium, & fiat vnum ouile & vnus
paſtor. Nec mirum quòd iſte lapis ſit ſalus: quoniam

amorē ſponſe ſuæ. Sic filius dei iam ob noſtræ hu-
nitatis amorē abiecit a ſe & ab angelis ſuis animam
maſculinū prædominantem. i. rigorē iuſtitiæ & p...
puella quā adamauit ait. Augete dotē munera poſtu-
late &c. quicquid petierimus ab eo obtinebimus ob
Octaua amorē ſororis noſtræ. Octaua dies eſt (autore Bona-
ratio cir uentura) ſpiritualis circūciſionis introductio in
cūciſio- Chriſto ſicut & de Abraham dici poteſt. Signū acce-
nis. pit circūciſionis, ſignaculum iuſtitię: ſic dñs Ieſus non
Roma. ſolum circūciditur ad oſtenſionē propriæ iuſtitiæ ſed
iiii.b. etiam ad deſignandum q iuſtitia noſtra quæ eſt ſupe-
rior quam ſcribarū & phariſeorum ſtat nō in carnali
ſed in ſpirituali circunciſione. Quater Chriſtus circun-
ciditur: primo à patre in natiuitate cultello pauperta-
tis, ſecundo à matre cultello legis, tertio à ſe cultello
humilitatis p totā vitā: qrto à iudeis cultello crucis.
Exclama ſup has, ò domine Ieſu ſufficeret tibi vna
& non tot, ſed ſemper dolorē vulnerum tuorū addi-
derunt. Sed & circūciſiones noſtræ ſunt etiā quatuor
vt ad octauū numerū redeamus qui multum cōuenit
i. Parali. chriſto de quo ſpiritualiter dicit̄. Octaua ſors venit
xxv.c. Iſaiæ filiis & fratrib⁹ eius duodecim. Iſaias interpre-
tatur ſalus dñi: & eſt dñs meus Ieſus, q hodie incipit
operari ſalutē in medio terræ. ſ. in Hieruſalē, quā ſa-
lutē p duodecim apoſtolos vſq; ad vltimū terræ trans-
Homo mitter. Quater ergo te circūcides, primo aufer curio-
quater ſitatem ab intellectu per prudentiā quę docet plus ſtu-
circunci dendū in libro vitæ quā in libro ſciētiæ: alioquin Ste-
dit̄ ſicut phan⁹ dicet nobis. Dura ceruice & incircūciſi &c. cir-
& chriſt⁹ cuncidamus ergo prēputia cordiū. i. intellectuū. Secun-
da circunciſio eſt carnalitatis in affectu quā facit for-
titudo ſiue cōſtantia quæ eſt gladius deuorās carnes.
Eſa.iii. Si animæ noſtræ diceret̄. Hieruſalē ciuitas ſancti non



adiiciat vt tranſeat per te incircunciſus aut immun-
dus. O ſi qui licet noſtrū eſſet Achior qui circuncidit
carnē præputii ſui. Tertia eſt vanitatis in operatione
quā facit iuſtitia: nam & ſi bona opera nō circūcidis à
vanitate quid erunt niſi philiſte⁹ incircunciſus? Quar- i. Colo. ii
ta eſt curioſitatis in affectu q̄ facit tēperātia, hāc ha-
bebat Paulus dicēs. Nos circūciſi ſumus circūciſione
non manu facta: & iſta carebat qui dixit incircūciſus
labiis ego ſum: nā hæc & oculos & greſſus & totū ho-
minem cōſiderat: & gladio ſpiritus etiam oculū ne-
quam eruit, & pedem abſcindere nō dubitat ideſt eos
qui nobis ſunt neceſſarii: quia neceſſario eſt de⁹. Sed
quia Cyprianus contra luxuriam dicit eſſe circunci-
ſionem, octo dies poſt quos fit: ſunt octo remedia lu-
xuriæ. Et quia poſt ſeptimanā hui⁹ vitæ in octaua bea-
titudinis fiet circūciſio ab omni miſeria: ideo hic poſ-
ſet tractari de circunciſione celeſti: vbi potētiæ & vir-
tutes erūt optime circūciſe ſicut fuit Chriſtus in reſur-
rectione: aut in mōte thabor. Sed qd circunciſio cele-
ſtis nō prodeſt: niſi humana p̄cedat: quę ſtat in cōſum-
matione octo dierū. Prima pertinet ad ſalutē fidei: qa Octo di
prima die facta eſt lux. Secunda ad firmitatē ſpei: in es circun
qua factū eſt firmamentum. Tertia ad viriditatē cha- ciſionis.
ritatis: quia iuſtus quaſi virēs foliū germinabit: nec ha- Prou. xi.
bet aliquid viriditatis ramus boni opis, niſi maneat
in radice charitatis: hac tertia die creant̄ herbę. Quar-
ta pertinet ad luminoſam diſcretionē prudentiæ: qua
creantur luminaria cœli in anima. Quinta pertinet ad
ſpiritus fortitudinem, qua creantur aues, quia qui cōfi-
dunt in dño, mutabūt fortitudinē, aſſument pēnas vt
aquile volabūt, & non deficient. Sexta pertinet ad re-
ctitudinem iuſtitiæ reſpectu beſtialiū motuum nā tali
die creātur beſtiæ domeſticę: de quibus ait Iob. Scies

quod pacem habeat tabernaculum tuū & beſtiæ &c.
Septima dies pertinet ad ſanctificationem tempera-
tiæ, qua creatur homo: cui dicitur. Memento vt diem
Leuit. xxiii. ſabbati ſanctifices. Octaua dies pertinet ad conſum-
marionem perſeuerantiæ: vnde in Leuitico dicitur.
Octauus dies erit celeberrimus atq; ſanctiſsimus.
Pſal. qui eſt de trāſitu ad gloriam ſcilicet Domine ne
in furore tuo: intitulatur Pſalmus Dauid pro octaua.
Cum ergo fueris in gloria dicetur de te. Conſum-
mati ſunt dies octo, vt circuncidatur puer id eſt fiat
purus, & vocetur Ieſus id eſt ſaluatus ſalute conſum-
mata & gratia per adeptionem gloriæ.

¶ Poſterior pars.

¶ Nūc in altera euangelii parte dicitur. Vocatum eſt
nomen eius Ieſus id eſt ſaluator, vt ipſo nomine ſciat,
quod nō accepit circuncisionem ꝓpter neceſsitatem
ſuæ curationis: ſed ꝓpter diſpenſationem noſtræ ſa-
Iob. xiii. lutis: vñ Iob. Et ipſe eſt ſaluator meus. Hoc nomen com-
petit ipſi Chriſto proprie: iuxta illud. Vocabis nomen
eius Ieſum, ipſe enī ſaluum faciet populū ſuum à pec-
catis eorū. q. d. alii hoc non fecerūt: quamuis voca-
Act. iii. tur Ieſus & ſaluatores. Vnde cōuenit Chriſto vere, quia
non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in
quo oporteat nos ſaluos fieri. Vltimo ſubditur impo-
ſitionis nominis approbatio per angelicū præconium
cum dicitur quod vocatū eſt ab angelo priuſquā in
vtero cōciperetur: immo & à dño angelorum, iuxta
Eſa. xlii. illud. Vocabitur tibi nomē nouū quod os domini no-
minauit. Angelus ſaluatorē ſuum vocat Ieſum, ho-
mo autē vocat eum Ieſum Chriſtū: vt denotet vnctio-
nem gratiæ per quā ſanat nos Ieſus. Nec enī pro-
nimo ſtat ſibi ſalus, ſed ſanguine ſuo emit ſalutē ſibi,
ideo cum vocatur ſaluator: Ieſus vocatur. Vocemus



eum Ieſum Chiſtum: quia per vnctionem gratiæ
ſalutem pręſtat vnguentarius iſte, quā angelis non cō-
fert, nam in gratia creſcere nō poſſunt, ideo eum ſo-
lummodo vocant Ieſum, nos autem quibus per gra-
tiam & per mādata ſua ſalutem præſtat, vocemus eū
Ieſum Chriſtum. De iſtis duobus nominibus ſic ait. Redemptionis duo nomina.
Ricardus. Duo principalia ſaluatoris nomina ſepiſsi
me recitantur in diuina pagina: ſed Ieſus quāuis in ſe
habeat magnā ſignificationē, dignoſcitur tñ nomē
eſſe proprium vocabuli: Chriſtus autē nomen tantū
ſacramenti. Ieſus interpretatur ſaluator: multi fuerūt
ante eum hoc vocabulo Ieſus nuncupati: ſed nullus
eorū ſaluauit aliquem à peccato ſuo. Iſte vero ſaluū
fecit populum ſuū à peccatis eorū. Peccatū aliud ori-
ginale, aliud actuale. Originale eſt quod naſcendo à
parentibus contrahimus: actuale quod poſt modum
ipſi operamur. Sed Ieſus noſter ſaluator ab vtroq; ſal
uat nos: quia per gratiam baptiſmi ab vtroq; nos libe
rat. Item duo videntur eſſe vitia principalia, malitia,
& luxuria quibus quaſi fontibus duobus, cætera ma-
la quaſi flumina ſunt profluentia. Nam licet etiā gu-
la ſit vitium carnis, luxuria tñ magis videtur eſſe gu-
le, quia luxuria non ceſſat effundere: quicquid gula
poteſt deglutire: & ſic probatur gula velut famula-
trix & miniſtra luxurię ad luxuriā pertinere. Gula enī Malitia & gula.
in ventrem cōgregat, vnde luxuria voluptates ſpar-
gat: & quanto luxuria ſatagit cōgregata diſsipare tā
to laborat amplius gula per cibos & vina diſsipata re
ſtaurare. Malitia & corruptio totius animi ſpirituale
eſt vitium, & ſpiritualiū fons & origo vitiorum. Sunt
ergo duo maxima vitia malorū omnium cauſa: ſcili-
cet malitia & luxuria. Intus eſt malitia, foris eſt luxu-
ria malitia in corde, luxuria in carne. Malitia eſt in-

quinamentum ſpiritus: luxuria inquinamentum car
nis. Malitia generat rugã: luxuria maculam. Malitia
fomes eſt vitiorũ ſpiritualiũ luxuria vero carnaliũ.
Iſta duo vitia bene diſtinguit & deſignat ſacra ſcri
ptura: vbi ait. In maliuolã animam nõ introibit ſapi
tia: nec habitat in corpe ſubdito peccatis: vbi enim ait
In maliuolã animã nõ introibit ſapiẽtia, deſignat ma
litiam, vbi vero ait, in corpore ſubdito peccatis deſi
gnat luxuriã: de his quoq; Pſal. ait. Incenſa igne & ſuf
foſſa ab increpatione vult⁹ tui peribũt: incẽſa nãq;
in carne per luxuriã: & ſuffoſſa in corde p malitiã ab
increpatione vultus dñici pibunt, quia cũ dñs mani
ſtabitur ad iudicãdũ, ibũt luxurioſi, & malitioſi (ipſo
increpante) in ignẽ æternũ. Hæc duo etiã vitia in Iſ
mael qui reproborũ figurã tenet, recte ſignificantur,
ibi nãq; ſcriptũ eſt: hic erit ferox homo. Man⁹ eius
contra oẽs: & manus omniũ cõtra eũ, & è regione fra
trum ſuorũ figet tabernacula. Hic deſignatur malitia
vbi vero ſcriptũ eſt, q̃ mater ſua accepit ei vxorẽ de
terra Egypti, exprimitur luxuria. Quid enĩ eſt Egy
ptus (quæ interpretatur tenebre) niſi cecus: vbi ſe ed
videat eſſe cecum? quid eſt vxor Egyptia niſi luxuria
ceca? reprobi ergo quoq; feri ſunt, & manus eorum
cõtra omnes ſunt: & manus eorũ ꝓuocant aduerſum
ſe: & è regione fratrũ ſuorum figũt tabernacula p ſu
perbam cordis maliciã: & vxorem ſortiunt de Egy
pto per luxriã carnis cecam. Sic & Neemias iſta duo
mala exprimit: vbi ſe egreſſum ad fontẽ draconis & ad
portam ſtercoris ad conſiderandũ murum Hieruſalẽ
diſſipatum deſcribit. Quid etenĩ per fontẽ draconis
ſignificatur niſi fons malitiæ? & quid per portã ſter
coris niſi fetor luxuriæ? quid per murũ Hieruſalem fi
guratur, niſi illi qui in ſancta eccleſia firmiores eſſe



[illegible] ad fontem itaq; draconis: & ad portam ſtercoris
murus Hieruſalẽ diſſipatus oſtenditur, cum illi qui vi
dentur fortiores, & ſublimiores in eccleſia dei per
malitiam ſiue per luxuriã labuntur in inferiora. Sunt
ergo duo vitia maxima videlicet malitia, quæ ideo
malitia poteſt dici, quia mala quibus ſpiritus corrũpi
tur nomine deſignat & luxuria quæ carnaliũ vitiorũ
materia videt̃ exiſtere. Sed de⁹ noſter ſaluator ab om
nibus nos ſaluat: q̃ ab omni inquinamẽto carnis & ſpi
ritus p ſuam grãm potenter emũdat. Merito ergo tali
vocatus eſt nomine: q̃ tam mirabilis & magnific⁹ eſt
poteſtate. Chriſtus aũt non eſt nomẽ ꝓprii vocabuli,
ſed eſt nomẽ ſolũmodo ſacramẽti: chriſti namq; in ve
teri teſtamẽto dicebant̃, qui vnctione materiali in re
ges vł ſacerdotes vngebãtur. Sed redẽptor noſter nõ — Chriſtus
eſt vnctus materiali vnctione, ſed ſpiritus ſancti pleni — vngit
tudine, q̃ ſcriptũ eſt. Dilexiſti iuſtitiã, & o.i.p. vnxit — ſuos.
te de⁹ deus tu⁹ o.l. pre cõſor. tuis. Et nõ ſolũ in ſeipſo
vnctus eſt p ſpiritus plenitudinẽ: ſed electos ſuos vn
git per eiuſdẽ ſpiritus participationem. De plenitudi
ne enĩ eius nos oẽs accepimus. Aſcendens enim chri
ſtus in altum. ſ. vnionis yposſtatice, dedit dona homi
nibus: & apoſtol⁹ ait. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpi
ritus ad vtilitatẽ alii quidem dat̃ ſermo ſapientiæ &c.
Hæc eſt vnctio in capite quæ deſcẽdit in barbã, & in
ora veſtimẽti Caput ſignat chriſtũ qui eſt caput om — Apoſtoli
nium fideliũ. Barba quæ capiti inheret, & eſt ſignũ vi — ſunt bar
rilitatis apoſtolos deſignat: q̃ chriſto dũ in mũdo cõ — ba chriſtĩ
uerſatus eſt adheſerũt, & adherẽdo eũ comederũt, &
biberunt, & ei⁹ ſalutiferam doctrinã audierũt & mira
cula viderũt, & poſt aſcenſionẽ eius accepto plenius
ſpiritu ſancto cõfortati viriliter egerũt: q̃ fidẽ ipſius
per regna mundi confidenter prædicauerũt, propter

nomen eius in conſiliis traditi, in ſinagogis flagella
ti: ante reges & præſides ducti. Et in his omnibus vi
riliter vicerũt euntes à cõſpectu concilii gaudentes,
quando digni habiti ſunt ꝓ nomine Ieſu contume
liam pati, ora veſtimenti vltimos figurat iuſtos, qui
erunt in fine ſeculi: vnctio itaq; ſpiritusſancti quæ eſt
in capite ideſt in Chriſto, ſecundũ plenitudinem in
barbã ideſt in apoſtolos ſecundum participationẽ de
ſcendit, qñ illis ait. Accipite ſpiritum ſanctũ, & quan
do poſt aſcenſionẽ ſuam illis eundem ſpiritũ miſit &
gratiam linguarũ diſtribuit. Deſcendit quoq; in ora
veſtimenti: quia idẽ ſpiritusſanctus tribuetur etiã illis
qui futuri ſunt in fine mundi. Poſſumus etiã per barbã
ſuperiores quoſq; & perfectos accipere, & p oram ve
ſtimenti inferiores, ſed vnctio in vtroſq; deſcẽdit, quia
dominus per grãm ſuam puſillis cũ maioribus bene
dixit. Iſta ergo duo nomina redemptoris humani ge
neris Ieſus chriſtus: in nouo teſtamento crebrius quã
in alio recitantur: Ieſus quia ſaluos nos facit à pecca
tis noſtris, Chriſtus quia vnctus eſt ſpiritu ſancto pre
cunctis participibus ſuis. Hactenus Ricardus, volens
oſtendere ꝙ Chriſtus eſt cõtra maliciã noſtram lini
eam vnctione ſpirituali, & Ieſus contra luxuriã, dum
operatur ſalutem in carne noſtra infirma, ante namq;
dauid gemens aiebat. Nõ eſt ſanitas in carne &c. per
Caſtitas eſt ſalus. circunciſionem tñ acquiritur caſtitas: quæ eſt animæ
ſalus vnde Cypria. in ſer. circun. ait. Antequam ebul
liret ſartago libidinũ, prouiſum eſt ventilabrũ, quo
refrigerari poſſet, & extingui depopulatricis flam
vagus ardor: & vniuerſa perluſtrãs incẽdium, ideoq;
dolor voluptati, & ſanguini delectationis ſanguis
tormenti opponebatur: vt in primis elementis diſce
rent paruuli ſemper proprie memores ſectionis cau



[illegible] curare contrariis & ad cohibendos, refrenam
[illegible] turpitudinum appetitus, neceſſarium eſſe ſale
corroſorio carnis perfricare pruritus: & ſemper re=
crudeſcentes deſiccare putredines. Ad hoc corpus
ſuum mortificabat apoſtolus, non tñ circũcidens illud
ſeminariũ membrum, ſed totũ ſe crucifigens, & om=
nibus extraordinariis moribus apponẽs cauterium,
hæc ille: vñ aduerte quòd ſi intime Ieſum diligeres,
nomen eius deuote inuocatũ extingueret in te lan=
guorem luxuriæ: nam Cõſtantinus lib. de natu. mor
borum ait. Contingit interdũ: ꝙ dum quis in languo
re poſitus nomen abſentis amici audierit: continuo à
languore cõualeſcit. Et propterea Galienus lib. ſecr.
ait. Proferenda ſunt verba delectabilia dulcia & or=
nata coram eo quæ languet. Ecce ibi naturaliter lo=
quuntur: ex quo vel naturaliter nos capiamus exem=
plum: vt infirmitate peccati ingruẽte & in ipſa febre
luxuriæ inuocemus nomẽ amici nr̃i Ieſu ſuper nos:
quaſi coram paciente ꝓferenda ſunt verba delecta
bilia, & dulcia, & ornata, nonne hoc verbũ Ieſus eſt
animę ſanctę delectabile, & ſpiritui dulce, & carni no
ſtræ omni puritate ornatũ? O me infelicem ſi nomen
amici carnalis ſanat aliquando infirmũ: & nomen hu
ius diuini amici mei non ſanet aliqñ me: cum beatus
Berñ. dicat. Sub Chriſti Ieſu ſcapulis quatuor nobis Bñficia Chriſti.
beneficia conferuntur: ſub his & eñ abſcondimur, &
ſub his ab incurſu accipitrum, & miluorum protegi=
mur: ſub his vmbraculũ ſalubre refrigerat, & nimiũ
ſolis feruorem repellit: ſub his quoq; alimur & foue
mur. Igitur ò chriſtiane ſi à Chriſto nomen habes & à
Ieſu ſaluari deſideras, nomini conſentaneam vitã præ
ſta, quoniam Auguſtinus ait. Chriſtiani nomen ille Chriſtianꝰ qd ſit.
fruſtra ſortitur, qui Chriſtũ minime immitatur, quid

enim tibi prodeſt vocari quod nõ es, & nomen vſur-
pare alienum? Sed ſi chriſtianum te eſſe delectat, quæ
chriſtianiſmi ſunt gere, & merito tibi nomen chri-
ſtiani aſſume. O domine Ieſu eſto mihi Ieſus & eſto
mihi Chriſtus, dans æternam ſalutem in anima, & per-
ſectionem totalem in corpore nunc per gratiam & in
futuro per gloriam. Amen.

## ¶EPYPHANIAE DOMINI SERMO decimuſquintus, ex euãgelio hiſtorialiter. THEMA

Vidimus ſtellam eius in oriente: & veni-
mus adorare eum. Mat. ii. a.

¶Inuocatio ad virginem.

VT ait Chryſoſtomus homelia ſeptima ſup
Mattheum. Magi videntes ſtellam intus eã
intuiti ſunt formã pueri ibi contentã, quod
multum facit ad ſpirituale ſenſum, quia non ſolũ be-
ta virgo Maria ſtella eſt, ſed ſtella prægnans excellen-
tior quam ſtella maris, per quam diriguntur ad portũ
nauigantes, tutius enim ac melius eſt immediate regi
à deo: quam inferiores quoſcunq; regere: & ſic ſtella
Maria regitur ab eo quem cõtinet, continet puerum
Ieſum à quo regitur, quia propterea de Maria matre
Ieſu figuraliter ſcribitur. Viderunt deũ Iſrael: & ſub
pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphirini. Sub pedi-
bus dei patris immediata videtur maria in ſaphiro de-
ſignata, qui talis eſt naturæ ſecundũ Dyaſcoridem, vt
in viſceribus eius naſcatur precioſior lapis: qui car-
bunculus nominatur lucidus & ſplendens, & ſic in
Maria naſcitur filius dei lapis de monte deitatis ſum-
ptus: vt in ea minimus per nouum natale fieret: ſed
precioſior eſt cunctis opibus. De Maria igitur non
dicere valemus. Vidimus ſtellam eius in oriente. Sed

Stella eſt Maria q̃ intus habet ſolẽ.

Exodi. xxiiii. c.



ſtellam ſole prægnãtem totius lumine gloriæ imbutam.
In hoc Maria ſaphiro melior eſt, nã ad hoc vt ille prę-
ſtet lapillum incluſum, oportet vt corrumpatur, ſed
incorrupta mater dei nobis effudit Chriſtum. Hæc
igitur ſtella quia luce ſolis clarior eſt non ſolũ in oriẽ-
te ſed in occidente & ſeptentrione & meridie vide-
tur, quoniam (teſte Bernardo) omnibus omnia facta
eſt, nec eſt qui ſe ab eius charitate abſcondat: ita vt il-
la ſit de qua dicitur. Leuauit dominus ſignũ ad natio-
nes: & congregabit diſperſos Iſrael à quatuor plagis
terræ. Ad quaſcunq; nationes Maria in ſignum bo-
num eleuata eſt: vt lumen gratiæ ſuæ ſuper omnes ef-
fundat. Vt igitur ipſa dirigat ſermonem noſtrum ad
ſalutem animarum noſtrarum, & gloriam dei geni-
bus flexis ei offeramus Aue Maria.

¶Argumentum dicendorum.

¶Maxima optimaq; eſt ſententia, quam de ſe aſſerũt
magi, pro cuius nũc prælibatione aduerte, quòd per
ea quæ amant, quoſdam præcipuos ſanctos deus vo-
care ſolet. Sapientiſſimum Auguſtinũ quia ſapientiã
diligebat: per eandem ſapientiam ſcilicet Ambroſii
vocauit deus ad ſe. Beatæ Katherinæ quia pulchritu-
dinem cupiebat ſe pulcherrimũ oſtendit Chriſtus: vt
adhereret ſibi pulchriori cæteris. Vt etiam Magdale-
nam traheret mundum amantem mundano amore
ſuccenſam ei ſe amabiliorẽ oſtẽdit multis modis do-
nec inordinatus amor ad charitatis ordinem rediret:
quod & factum eſt: quia de ea dixit Chriſtꝰ. Dimiſſa
ſunt ei peccata multa qm̃ dilexit multum. Et erga om-
nes maxime fatigatos vndecunq; deꝰ hac regula vti-
tur quia ideo dicit: Venite ad me om̃es q laboratis &
onerati eſtis: & ego reficiam vos. Laſsis optatã & prę-
dilectam promittit requiẽ. Vnumquemq; ergo tangit

Per quæ qs amat trahitur.

deus in eo quòd magis diligit, vt conuertantur, quia
ſepe ſolet pro conuertendo patre filium interficere,
ſciens (vt ait Chriſoſtomus) quod vnuſquiſque conſuetu-
dinis amicitia ligatur: deus autem vult ſoluere illas,
ſecumque ligare. Nunc in præſentiarum ſic effecit.
cum enim magi eſſent augures cœli, ibi eos religit
vt conuerterentur ad ipſum. Et quod tales fuerunt patet
per illud Eſaiæ, vbi exprobando dicitur iudeæ. Stent
Eſaiæ xliiii.d. & ſaluent te augures cœli qui contemplabantur ſyde-
ra & ſupputabant menſes: vt ex eis annunciarent ven-
tura tibi. hoc ad exprobrationem ignauie iudeorum di-
citur: qui per augures excitari debuerunt. Imo qui
totam felicitatem ſuam in ſideribus poſuerant magis, de
Sapien. xiii.a. quibus dicitur. Girum ſtellarum aut ſolem & lunam recto-
res orbis terrarum deos putauerunt. Vt igitur Chriſtus
magos ſe moueret, ac ablataret à fide quam ſideribus
adhibuerant: per ſtellam vocauit eos atque fraudem de-
tegit: per noui ſideris ortum detegens antiquum dolum.
Noua igitur ſtella ſeipſa opere dicebat regibus: ne
hactenus ſidera venerari contingat, quia cœli ſo-
lummodo enarrant gloriam dei, quem ego annuncio
vobis venite adoremus: huic ſententiæ per themate re-
ſpondent dicentes. Vidimus ſtellam eius, non aliquam
cæterarum, quæ deluſos nos tenuerant & ideo veni-
Diuiſio. mus adorare eum. ¶ Due partes erunt, in prima de ad-
uentu magorum ad Chriſtum: in ſecunda de aduen-
Prima pars. tu noſtro ad eundem. ¶ Sic viſibilibus adheſerunt ho-
mines, ſic terræ adheſerat venter eorum, vt vix crede-
Cur deus fit puer. rent inuiſibilia eſſe, ex quo etiam viſibiles deos fece-
runt ſibi familiares, & fidelibus irridentes dicebant.
Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod vide-
mus: vos baculo arundineo innixi eſtis qui ſolam vir-
tuitatem habet intus quæ non videtur: & ſic ſperne-



bat quaſi lanugo aut bulla quæ natat ſuper aquam.
Hanc peſſimam ſententiam rex audierat: cum dixit. Fue-
runt mihi lachryme meæ panes die ac nocte dum di-
citur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. q.d. gentilis mi-
hi oſtendit indice deum ſuum, quærens à me de deo
meo: cui reſpondere non valeo ſic ad oculum. Huius er-
roris remedium fuit vt ipſe filius dei viſibilis fie-
ret, atque cum hominibus conuerſatio eius, ne eſſet alia
natio tam grandis habens deos appropinquantes ſibi,
ſicut adeſt nobis etiam filius hominis factus: de quo in-
quit euangelium. Cum natus eſſet Ieſus in Bethlem.
q.d. cum completa eſſet prophetia illa. Ecce virgo con- Eſa.vii.e
cipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Ema-
nuel: quod interpretatur nobiſcum deus. Cum iam deus
eſſet viſibilis factus & cum hominibus conuerſaretur:
ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolimam dicen-
tes. Vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum? ad congratula- Vbi eſt q natus eſt.
tionem venerunt quia nunc videtur ſignanter implen-
dum illud. Letamini gentes cum plebe eius. Aiunt ergo.
Si omnis montana iudeæ gauiſa eſt in Iohannis ba-
ptiſta natali: cur nos non gaudebimus nobiſcum de
tanto primogenito rege nato? proiicite iſtum Hærodem
alienigenam; quia ſcimus natum eſſe iudeorum verum
regem: vbi eſt ille? In regia & precipua ciuitate Hieru-
ſalem quæ viſio pacis interpretatur pacificum regem na-
ſci oportet: qui eſt lumen oculorum & pax: vbi natus
eſt? Qui natus eſt in cœlo rex iudeorum. i. confitentium
deum: vbi temporaliter inter vos? Et ſi admiratiue ſen-
tentia illa capitur erit ſenſus. O ſancte deus vbi eſt in-
ter animalia rex iudeorum: cur verus rex in tam infimo
loco naſcitur: cum rex Herodes tyrannus intruſus opti-
mam occupet ciuitatem? O magi multe litere vos ad in-
ſaniam perduxerunt: ingerunt ciues Hieruſalem non-

ne videtis Hærodem pacifice regnantem & Cæſa[illegible]
fauentem ſibi, omnia proſpere ſuccedant ei, nol[illegible]
ne ſubiectos ad libitũ: quid igitur de nouo rege [illegible]
ratis? Ecce ſomniatores nouiter aduenerunt. At[illegible]
ro inſtant magi dicentes. Vidimus eñ ſtellam eius [illegible]
oriente, quaſi dicant non leuiter moti ſumus nec [illegible]
renũ habemus excitamentũ: nec cætera ſidera [illegible]
mur quibus hucuſq; deluſi ſumus: ſed ſolum ſtellã [illegible]
ſequimur quã vidimus in oriẽte. Sicut nos ig[illegible]
putaretis ſi viſo lucifero non expectaremus ſolẽ [illegible]
ignauia magna eſt: viſa ſtella eius eũ non inqu[illegible]
Hæc ſtella eſt lucifer, quem tempore ſuo proceden[illegible]
Iob. xxxviii. d. dũ prędixit Iob. Iam venit plenitudo tẽporis, [illegible]
intelligentiæ eſt ortus nobis, & hęc ſtella lucifer [illegible]
Sapien. vii. d. eſt: de qua nouimus dictũ. Eſt enim hæc ſpecioſ[illegible]
le, ſcilicet materiali: qm̃ melius quam in eo deus [illegible]
hac ponit tabernaculũ ſuum: & ſuper omnem di[illegible]
tionem ſtellarum: luci cõparata inuenitur prior [illegible]
rando gloriã dei. Hæc eſt radius immediate pro[illegible]
dens à ſole iuſtitiæ, quia ſtella illius eſt: nõ ſolũ cor[illegible]
ris ſed animæ oculos illuminans, ideoq; eſt ſupra o[illegible]
nem diſpoſitionẽ ſtellarũ quæ ad corpora ſolum [illegible]
creata dignoſcuntur. Nos ergo in hac ſtella riui [illegible]
uini fontis vidimus: volumus ſicut cerui ad font[illegible]
cedere per eũ: qa ſicut deſiderat ceruus ad fontẽ a[illegible]
rum ſic anima noſtra ad te de9: in quo ſicut cerui [illegible]
fonte ſaturemur. O fratres mei quia nos nõ ſumus [illegible]
luti magi iſti ad deũ vſq; peruenientes: ſed reſidẽtes [illegible]
temporalibus in creaturis detẽti, quę ſtella eius [illegible]
Terrena detinent malos. quæ eum adorare tenemur, & nõ offendere, vt ſ[illegible]
praui homines. Vbi nota ꝙ eſt tanta ſimilitudo [illegible]
falconẽ nobilẽ & ignobilẽ in plumis: ꝙ non facile [illegible]
gnoſcitur differẽtia inter ipſos niſi in uolatu; quando



[illegible]do falco poſt auẽ volat: quæ vocatur ardea: quã
[illegible] ardea proiicit ſibi piſcem, quẽ deferebat ex flu
[illegible] & ſi cõtingat ꝙ dimiſſo volatu ſiſtit falco in piſce
[illegible]iecto: ſignũ eſt ignobilitatis eius. Si vero non
[illegible] ſed cõtinuat volatum ſuũ vſq; ad prædã digno=
[illegible] nobilis: ſic hodie ſimilitudo eſt inter bonos &
[illegible]los quo ad exteriora quia magi & Hærodes ſimi=
[illegible] infantem pelle: nã & ille ait. Vt ego veniens adorẽ eũ.
[illegible] veniunt adorare eũ. Sed hæc eſt differẽtia ꝙ bo
[illegible] ſolum deum ſequũtur nullibi detenti: mali autem
[illegible] piſce in dono quolibet aut re modica, ꝓ qua deũ
[illegible]linquere nõ verentur. Sed ò felices magos quos nil
detinere valuit: quin relictis omnibus ſequerẽtur chri
ſtum etiã recenter natum. Sed non timetis Hærodem
tam ferocẽ qui propter vnũ, centum. xliiii. milia non
pepercit. Etiã nec om̃ibus à bimatu & infra: non quia
vidimus ſtellã eius in oriente. O magnã ſententiam
vidimus ſtellam eius in oriente. ¶ Parum diſtat hæc
ſententia fratres chariſſimi ab illa. Vidimus gloriam
eius gloriã quaſi vnigeniti à patre vñ vt videatis qua
liter magi viderunt ſtellã eius in oriente aduertite: ꝙ
omnis notitia cõparatiua præſupponit cognitionẽ
vtriuſq; extremi: qđ ita verum eſt: vt ob id ſcotus te=
neat in cœlo nõ poſſe videri patrẽ deum ſub hac ratio
ne quia pater eſt: quin etiã videatur filius ei9: vt ſic ex
altero in alterũ relatio p intellectũ fabricata integrã
faciat noticiam correlatiuorum qm̃ filii cognitio ni
mis cõfert ad cognitionẽ patris & ecõtra. Ex hoc er
go infero ꝙ beati reges iſti qui ad chriſtũ venerũt in
ſplẽdore ortus ſui: q eſt ipſa ſtella nõ potuerũt eã vide
re, quin etiã viderent Chriſtum, cuius ſplendor & ra=
dius ſtella fuit. Quamuis enim ſtella Chriſtus qui di=
citur ſtella matutina propter ea ꝙ initiũ fidei magis

iſtis contulit: quamuis ergo ſtella Chriſti differat [illegible]
tum à ſtella iſta quam magi viderunt: ſemper [illegible]
eſt dicere ꝙ eum prius viderunt quã ſtellam ſu[illegible]
quin quomodo valuiſſent cognoſcere ꝙ ſtella [illegible]
Sapiẽtia Chriſti animę infuſa.

ctum ſapientię in Chriſti anima. ¶ Tertia Chriſti ſa=
pientia dicitur infuſa,vbi aduerte q, veluti angelis à
creatione ſua deus ſapientiã infudit omniũ ſcibiliũ,
ſic animæ Chriſti. Nam (vt ait Alexander & Henri=
cus) quemadmodũ ſi ex humilitate imperator vellet
ſibi deſponſare pauperem & infimã mulierem,notũ
eſt q, eam exornaret:vt aptior fieret tanto coniugio.
Rex regũ & angelorum imperator deſponſare ſibi
cupiens animã Ieſu noſtri, quæ à natura infima erat,
minu'a ab angelis & tanquam tabula raſa decreuit eã
honorare: & fecit infundens ei ſpecimen cũctorum
viuẽtium celeſtiũ,terreſtrium & infernorũ, & ſpecies
ſiue habitus omnium: ita q, ſi eam reſpiceres nõ am=
plius opus eſſet ad videndũ quodcunq; optabile,niſi
eam perſcrutari,quia nec mapamundi nec aliqua mũ
di deſcriptio:ſic illud reputaret,ſiue volatile,ſiue ce=
leſte illud foret: vñ hanc ſapientiã animæ Chriſti in=
fuſam nobis volens ſapiens intimare ait. In veſte po
deris quam habebat ſummus ſacerdos totus erat or
bis terrarum & parentum magnalia in quatuor ordi
nibus lapidũ erant ſculpta: & magnificentia tua dñe
in dyademate capitis illius ſcripta erãt. Hæc veſtis,
qua habitu inuentus vt homo (teſte Paulo) noſter Ie



ſus apparuit: humanitas illius eſt vbi omnium ſapien
tia infuſa eſt. Magnificentia dei, quæ in dyademate
capitis collocatur: maieſtas dei eſt in iudicandorum
diſcretione,vbi magnificus in præmiis,& dyadema=
te ſanctus erit deus bonos præmiando, & malos dã=
nando. Hęc magnificentia ſanctiſſima collocata fuit
animæ noſtri Ieſu: quæ maximã præſupponit ſcien=
tiam ſapientiſſimã: cum enĩ pater omne iudicium de
derit filio hominis qui eſt iudex viuorum & mortuo=
rum,bonorũ & malorum,oportuit vt ei ſcientiã ſapi=
dam infunderet totius iudicii, ad officiũ iudicis & re
demptoris condignam:vt præcognoſceret cunctas
oues ſuas: quãlibet ſigillatim & nominatim, intus &
extra. Hoc fuit præcipuum huius ſuper beatæ animæ
ornamentũ: quod ei promittẽs deus ait. Ecce virgo Eſa.vii.c
concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ ei9 Ema
nuel. Butyrum & mel comedet vt ſciat reprobare ma
lum & eligere bonũ. Mirum videtur & pene ridendũ
quòd qñ ipſe deus promiſit maius donum quã terrę
vnquam dederit ſcilicet ſaluatorem ex virgine oriũ=
dum,faceret mentionẽ butyri & mellis quæ ſunt cib9
puerorũ: in quo quidẽ nemo didicit reprobare malũ
& eligere bonũ: ſed animæ nři Ieſu humillime ex cor

Scientia iudicis Chriſti.

de datũ eſt non ex humilitate quæ poſtea fuit in cibo
notata: ſed ex vnione verbi prius facta cõceſſum eſt,
vt ſciat in vniuerſali & particulari iudicio reprobare
quẽlibet malum,& quodlibet malũ perpetratũ: & eli=
gere ex millibus vnumquemq; bonũ ad gloriam &
præmiare quodlibet bonũ opus impenſum. Ille pater
Adam omniũ ſpecierum ſcientia prædiues: immo &
diuinorũ in ſopore raptus,ignorauit malum & bonũ
hoc,illudq; radicitus ſcire cõcupiuit: ideoq; calidior
ſerpens ſcientiam boni,& mali repromittit ei. Radi=

citus dixi,nam aliunde oritur electionis ratio,non ex
operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos: & ſi alique ſint iu
ſtitiæ noſtrę,ſunt tñ ſicut pannus menſtruate,quæ eli
gi non merentur: vnde bonũ electionis & malum re
probationis diuerſi mode ſe habent. Iniquitas tua ex
te Iſrael:à me tantum ſaluatio tua. Hanc ergo ſapien=
tiã mali & boni cur Iacob dilexerit. Eſauq; odio ha=
buerit,nemo pręter Chriſtum accepit,non Adam,nõ
Paulus, non Salomon, non Auguſtinus. Nec ſolũ in
electis & reprobis ratio bonitatis & malignitatis eſt
innota creaturæ,ſed in aliis rebus,quis inquam eno=
dauerit cur ex hac comedens arbore Adam moritur,
& comedẽs ex altera viuit? Nemo certe hoc miſterũ
callet niſi noſter Ieſus etiã butyrũ & mel comedens:
adhuc fœminæ vtero circũdatus: quia ex tũc vir fuit
perfectę ætatis & plenitudinis ſcientię quã modo ha
bet. In ipſo enim fuerũt ex tunc omnes theſauri ſa=
pientiæ & ſcientię dei abſconditi,& peritia ſecreti,&
arcana ſecretorũ quæ abſcondita dicuntur: qm̃ non=
dum venerat cõplementum illius. Dabo te in lucem
iii. Reg. gentiũ.ſ. manifeſtum: vt ſis ſalus mea vſq; ad extre=
iiii.d. mum terræ. De hac igitur ſapientia infuſa animæ no
ſtri Ieſu dicitur figuraliter. Dedit quoq; deus ſapien=
tiam Salomoni,& prudentiã multam nimis,& latitu=
dinem cordis,quaſi arenam quæ eſt in littore maris,
& præcedebat ſapientia eius ſapientiam omniũ oriẽ
talium & Egyptiorum: & erat ſapientior cunctis ho=
minibus. Omnibuſq; præponitur ſapientior, primo
angelis qui nomine orientalium deſignantur: ſecũdo
demonibus qui ſunt Egyptii: tertio cæteris viris quia
eſt ſapientior cunctis hominibus: vñ eius cor ita latũ
dicitur ſicut littus maris.i. ſicut diuinus intellectus,
qui diuinitatem luſtrat & ambit omnium rationibus



plena. Quarta Ieſu ſapientia acquiſita fuit. Duobus Sapiẽtia
modis præcipuis acquiri poteſt ſapientia ſpeculatiue chriſti ac
videlicet & practice. Priori mõ proficere nequiuit, quiſita.
quia ex infuſa ſupplebatur, ſi tamen poteſt, decretum
habeo q̄ ad ſcolam ducti ſeraph,lucifer,& Ieſus plus
iſte puer quã illi proficeret, quia & ſi natura inferior
ſit angelis bonis & malis, lumine tñ erat ſuperior &
gratia,ideoq; dixit Salomon ſapientiorem orientali
bus angelis videlicet & Egyptiis qui demones ſunt,
quos in deſerto prudẽter deluſit: & in Hęrode per ma
gos. Nec mirum videatur hoc, aquila eñ homine in=
ferior eſt, tñ acutius videt. Altero modo videlicet pra
ctico multũ admodũ creuit ſapienria Ieſu: de qua du
randus in.iii. diſt.xiiii.q.iiii. ſic ait. Aliquomodo eſt ꝑ
fectus in ſcientia quantum ad aliquẽ modũ certitudi
nis,ſicut cum aliquis certus de aliqua cõcluſione per
demonſtrationem (puta de eclipſi) eã poſtea ſenſibili
ter intuetur. Per hoc enim noua certitudo additur: &
præcedens cõfirmatur. Et hęc vocatur certitudo ex=
perimentalis: & quantũ ad hoc creuit ſcientia Ieſu ꝓ
ficiebatq; corã deo per merita: & coram hominibus
per cõpaſsionem: vñ Paulus de Chriſto ait. Et quidẽ Heb.v.c
cum eſſet filius dei didicit ex his quæ paſſus eſt obe= &.ii.d.
dientiam: & cõſummatus factus eſt omnibus obtem Miſeri=
perãtibus ſibi cauſa ſalutis ęterne: appellatus à deo põ cordia ꝑ
tifex. Ex ſciẽtia paſsionũ, & ex notitia experimentali latorũ &
tribulationũ apoſtolus chriſtum conſummatũ vocat: Chriſti
quia nil amplius ei deerat vt põtifex fieret: q̄ alibi dif mirifica.
fuſius enodans ait. Debuit per omnia fratribus aſsimi
lari vt miſericors fieret, & fidelis põtifex ad deũ, & vt
repropitiaret delicta populi: in eo eñ in quo paſſus
eſt ipſe & tentatus potens eſt: & eis qui tentantur au=
xiliari. Vtinam prælati noſtri & pontifices aliquid

paterentur: vt compaterentur. Mirum quidem apoſtolus intonuit quod ſcilicet oportuit Chriſtũ pati, vt miſericors fieret ſciẽs infirmitates noſtras, quia in ſuis noſtras didicit: vbi ad vltimum miſericors efficitur. Vbi attende ſecundũ Bernardum ꝙ miſericordia pleniſsima duo habet ſcilicet miſeri ſubuentionẽ & miſericordiæ cõpaſsionem. Primum deꝰ habuit in væteri lege non ſecundũ: nam miſericors fuit delicta indulgendo, neceſsitatibus ſubueniens, errata remittendo & pœnã peccati: non tñ eam ſenſit. Si infirmus medicus ad hoſpitale pergeret, & alter ſanus bene tamen edoctus febrium qualitates tñ ex ſcientia ſcolaſtica ſciret non condoleret infirmis, ſicut alter qui ipſam infirmitatẽ perpeſſus eſt: in pluſq; haberet ęgrotus veram cõpaſsionem & teneritudinem tuã ad illa quam ſubuentionem ſolã: & ſi vtrunq; ſimul gratiſsimum ſit quantũ deus niſi pateretur præſtare ad integrum vt miſericors fieret, minime poſſet: vnde dauid orabat. Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te. Miſericordia quidem eſt ſperantes ſaluare, delicta condonare, neceſsitatibus ſubuenire, tamen hic nullũ mirum eſt donec ipſe iudex nõ ſolum pepercit ſed ſuſtulit: & paſſus eſt ea quæ ad nos pertinebant. O puer Ieſu quia parua miſericordia fuit delere flagella noſtra in tua miſericordia, niſi tu eadem reciperes in tuo mortali corpore: hæc mira miſericordia fuit. Parum fuit ante ſanare infirmos, ſed vt gallina pro filiis infirmitates aſſumere mira miſericordia eſt. Parum extitit aquã largire ſitientibus, ſed magnũ eſt pro eis ſitire. Parum eſt eſurientibꝰ cibum dare: ſed magna eſt miſericordia, mira, inaudita, & magnifica te ipſum eis cibum facere. Parũ fuit nobis mortẽ condonare: niſi tumet pro nobis mori dignatꝰ eſſes. Iam

Mira miſericordia chriſti.



mirificaſti miſericordias tuas deus acetum noſtrum & fel potando: omneſq; labores tolerãdo vt amplius miſericors fieres, nec ſolum ex cruce, ſed ex nunc qm̃ poſtri Ieſu lachryme non ſunt vt aliorum infantium, quia iam ſcit reprobare malũ noſtrum: & nobis conferre bonum meritũ ſuum: & illud ad patrẽ referre ꝓ ſuis: qui ex quo natus eſt iam rationaliter & voluntarie pro nobis laborat ſciens quid faciat, quidne patiatur: & pro quibus ad ſcolam poſitus ſit paſsionum: ex quibus Ieſu ſapientia experimẽtaliter proficiebat vt ait thema. Ex nunc vocat aduerſum ſe tempus, & frigus, & aquilonem: quia ipſe qui patitur, hæc omnia creat & contra ſe mittit vt amplius ſapiat.

Secunda pars.

¶Si partem alteram incipere tempus admittit nota ꝙ quamuis ſol ſemper illuminet in ſeq; luceat nos diuerſimode illuminat: vnde ſol iuſtitię Ieſus de quo dicitꝰ Homo iuſtus in ſapientia permanet vt ſol ſemper hic nos illuminat: etiam à montibus ęternis: paucis retro diebus ortus eſt nobis: tñ creſcente puero Ieſu, ſol qui ipſe eſt altior aſcendit, & amplius lucebit vſq; dũ ſuper nos aſcendit in cruce ſuper occaſum: & tantum lucebit ꝙ in ſole naturali lumen obſcurabit. Sed nunc radios mittit primo ſuper montana Iohannem docẽs & matrẽ, poſtea ad paſtores quibus claritas fulſit cęleſtis, poſtea ad magos, poſtea ad templũ dei præſentatus, poſtea ad Egyptũ, nunc ad templũ dei vbi aliis ꝓfuit ſapiẽtia Ieſu ſedẽs in medio doctorũ. Nec ſolũ illos edocuit, ſed in hoc euãgelio nos oẽs erudit magiſter nr̃ Ieſus prius ſe docuit, nũc docet nos ſtatim à pueritia (nullis petitis indutiis) deũ q̃rere: & tẽplũ adire, ꝓſequere moralẽ ſenſum alterius ſermonis: & vide legẽ amoris vbi tripliciter exponitur hoc euangeliũ.

Omnes illuminat Chriſtus ſol.

## ¶DOMINICE SECVNDE POST EPYPHANI. ſermo. xviii. de matrimonio chriſtiano & præſenti. THEMA.

Vocatus eſt Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Ioh. ii. a.

### ¶Inuocatio ad virginem.

DIcitur in preſenti euangelio, quod nemo cre=
maria cō deret, niſi euāgeliſta illud aſſereret. Quis nāq;
iūgit pau dicere auderet quòd beata virgo ſolitudinis
peres nu amica, ſilentii amatrix tam recollecta, ꝙ vix angelis
bentes. patebat ianua eius? Quis inquam diceret, quòd hæc
inuenta eſt in nuptiis: niſi Iohannes hoc detegerat
dicens? Et erat mater Ieſu ibi? quaſi dicat, ipſa eos cō
iunxit: eoſq; conciliauit. O beata virgo viduarum &
orphanorū ſolamen: cuius exercitium erat parentib⁹
orbatas puellas maritare, & orphanis fauere, quoniā
Pſalm. de te ſcriptum eſt. Filiæ tyri in muneribus vultū tuum
xliiii. deprecabuntur. Tyrus interpretatur obſidio vel tri=
ſtitia ſcilicet orphanis puellis per demonem adducta
quę dum ſe orbatas vident, triſtes ſunt ſe à demone,
carne & mundo videntes obſeſſas. Beata virgo Ma=
ria quę merentes erigit ſoſpitate cū muneribus ſuis
ac elemoſinis viſitabat eas ob deprecationem adule
ſcentularum: de quibus Marię dicebatur. Filię tyri in
muneribus ſcilicet poſtulatis vultum tuum depreca=
buntur: vt ſcilicet earum connubia preſentia tua ho=
noret, ac peragat. Nam ideo venit beata virgo ad nu
ptias iſtas vt vinum poneret, quæ ſi hoc fecit in carna
libus nuptiis munificentior erit erga ſpirituales: qui=
bus non vinum ſed gratiam impetrabit pro cuis pre
cio tantum vult genibus flexis Aue Maria.

### ¶Argumentum dicendorum.

¶Iactantiam & magnificentiam principalem oſten=
dit rex Aſſuerus in nuptiis ſuis: & quilibet homo ma=



gnificat fimbrias ſuas in cōnubio ſuo, dei autem filius Chriſtus
qui ſicut angelus vixit: non ſuum connubium cuiuſ= honorat
dam hominis chriſtiani ſic magnificauit: vt ibi oſten nuptias
deret gloriam ſuā coram diſcipulis ſuis ibiq; largitus ſuorum.
eſt munera iuxta magnificentiā principalem. Nam de
dit omnibus notitiam ſui: atq; diſcipulis fidem, matri
petitionem ſingulis letitiā, Architriclino ſtuporem,
patri gloriam, matri laudē: vnde ad literā videtur im
pletum in iſtis nuptiis: quod in aſſuero proceſsit. Nec
mirum ꝙ ille ad nuptias ſuas congreget optimates
ſuos: quia etiam de iſtis dicitur. Vocatus eſt &c. In ſer
mone nil aliud faciam niſi exponere euangeliū prę=
ſens ad normam chriſtiani coniugis. Primo neceſſa= Diuiſio.
ria ei oſtendam. Secundo exponā bona matrimonii.

### ¶Prima pars.

¶Primum miraculū quod pater ęternus effecit: erga
matrimoniū verſatur: dum primo viro vxorem ex ꝓ=
prio creauit latere ſine leſione vlla: tū demon ince=
ptis bonis inimicus contra hoc matrimonium primā
in terra malitiam oſtendit, dum ea quę in adiutoriū vi
ri creata eſt vertit cōtra eū: & fonte generationis am
borum tm̄ effudit malum: & eſſent ſibi ipſi graues etiā
ad videndū: & huic turpi damno volentes illico ſub=
uenire: fecerūt ſibi perizomata. Dei autem filius ad
patris imitationem atq; demonis citam impugnatio
nem, & ad noſtram ſubuentionem incœpit etiā ſicut
pater ſuus mira facere: vt matrimoniū reſarciret atq;
ſanaret de quo incepit euāgelium. Nuptiæ facte ſunt
in chana Galileæ. Perpendite fratres mei quòd om=
nis doctrina chriſtianis nuptiis neceſſaria in hoc euā Intentio
gelio inuenitur, ſi tamen profunde intelligatur: quia nubētis.
connubium chriſtianum debet in chana Galileæ cele
brari. Vbi aduerte ꝙ chana intererpretatur zelus: non

ſcelus ſed zelus. Ille habet ſcelus in matrimonio ſuo,
qui contrahit illud vt ſuę libidini vacet ſicut equus &
mulus. Huic matrimonio non Ieſus ſed demon voca
tus: quia teſte angelo ſuper hos habet poteſtatem de=
mon. Chriſtianũ vero matrimoniũ debet in zelo cõ=
trahi: vt ſcilicet caſtius viuas. Vbi aduerte ꝙ vulgus
eos qui adhuc vxores nõ duxerunt vocat ſolutos. Nã
vt plurimum ſunt velut equi emiſſarii nullo rationis
freno detenti, quibus vtitur demon ad impregnãdas
ſuas mulas, quæ videntur ſteriles, tñ habent filios for
nicationis. Sunt & iſti vt pecus macello deputatũ: cui
propterea licet in quocunq; prato edere: nam tales di
cunt. Non ſit pratũ per quod non tranſeat luxuria no
ſtra. Vt ergo huic malo ſubueniat duc vxorem, & tũc
in chana celebrabis matrimoniũ in zelo animæ tuæ
vt ſcilicet caſtius viuas: & omnibus relictis vni adhe=
rebis. Nam quis nõ fiet caſtior accepta vxore, dum ſe
videt non ſolũ ab ea ſed à parentibus & vicinis con=
ſpici? Ille etiam in chana celebrat connubiũ: qui pri=
mo non opes aut pulchritudinẽ ſponſe ſue ſed virtu=
tem attendit: vt ille qui ſponſe ſue dicebat. Pulchre
ſunt gene tuæ ſicut turturis: vbi ſponſa de verecundia
& caſtitate notatur: quæ duo primitus in puella quæ=
renda ſunt. Sed nunc videamus de ſecundo vocabu=
lo ſcilicet galilea quæ interpretatur trãſmigratio. Sed
in quid migrare debet nubens? dum primũ matrimo
nium fiebat: ipſe cõtrahens Adam in tranſmigratio=
ne erat: qñ ei deus immiſit ſoporem: & extra ſe raptus
extaſim patiebatur: vſq; dum adducta eſt ei vxor: de
qua reuerſus ad ſe prophetauit nõ ſolum quod eis cõ
tigit, ſed quod euenit in omni matrimonio ſcilicet, ꝓ
pter hanc, relinquet homo patrem & matrẽ ſuam, &
adherebit vxori ſuæ &c. Hæc autẽ tranſmigratio nẽ



nimi poteſt ineſſe, nec alicui poterit euenire: tamen
loquamur de tranſmigratione omni matrimonio ne
ceſſaria. Vbi aduerte ꝙ (vt ait philoſophus in libro de
anima) vis generatiua data eſt homini ad conſeruan Vis generatiua ad quid?
dum eſſe diuinũ. Triplex namq; inuenitur eſſe, primũ
naturale omnibus commune ſecundũ morale & hoc
fuit in viris philoſophis: tertium eſt diuinũ: & hoc ſo
lummodo reperitur in bonis chriſtianis: de quibus di
citur. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Qui poteſtati
ue filius dei fit: procul dubio eſſe diuinum participat:
eſſe diuinũ habet animæ ſuæ immiſſum, ſpiritui ſan=
cto collatum. Eſt ergo in iuſtis viris eſſe diuinum ani
mę imbibitũ, q̃a in animas ſanctas ſe trãſfert: & iuſtos 2. Reg.
mutat in viros alteros. Iam ergo ſi nobiles mũdi vxo 14.b.
res ducunt, & volũt filios procreare, vt in eos tranſfe
rant opes ſuas & nomen vir chriſtianus dum contra=
hit matrimoniũ per intentionem ſit in hac trãſmigra
tione poſitus vt nubat ad conſeruandũ eſſe diuinum
in ſuccedente prole, vt eſſe diuinũ quod habes in te,
deinde conſeruetur in filio tuo, ne moriatur ſed quo=
dammodo perpetuetur fides tua: & notitia dei quę eſt
in te tranſeat in ꝓlem tuã. Hoc perpendebat illa quæ
de filio ſuo dixit. Volunt extinguere ſcintilam meam
vt nõ ſuperſint viro meo reliquie ſuper terrã. Scintil=
la fidei quæ eſt in te ardebit in filio, qui hac intẽtione
contrahit matrimoniũ. ſ. ne deficiat fides ſua: & vt eſ
ſe diuinum qđ habet in ſe, conſeruet in prole. Hic ſa=
ne iam eſt in galilea: iam in tranſmigratione maxima
poſitus eſt. Huic opus eſt id qđ ſequitur ſcilicet vo
catus eſt Ieſus: & diſcipuli eius ad nuptias. Ad quod=
cunq; negotium oportet vocare Ieſum, qui bonis in
ceptis fauet, ſine quo factũ eſt nihil tamen ad matri=
monium inſtantius vocandus eſt, vt per ſe ac per gra=

tiam ſuã aſsiſtat ſacramento matrimonii,ſicut & aliis
ſacramentis: quin & loco Ieſu vocandus eſt eius vi=
carius ſacerdos chriſti:alioquin merito ſpõſalia clan
deſtina eccleſia iudicat adulterina.Voca ergo ſacer=
dotem ad nuptias tuas,& tũc deũ vocaſti:quia in ſcri=
pturis ſacris dii dicuntur ſacerdotes.Ea quæ hucuſq;

maria eſt in cõtra= hentibus

diximus neceſſaria ſunt ad matrimoniũ celebrãdum:
tamen ad bonum ſucceſſum eius hoc quod ſequitur
opus eſt ſcilicet.Et erat mater Ieſu ibi: optima quidẽ
ſocia totius vitæ cõtrahentium. Quis eñ ferre queat
onera matrimonii de quibus plura loquuntur,& per
mittunt iura ciuilia: niſi ad memoriam reducat ma=
trem dei:quæ in ſuo matrimonio tantum laborauit?
Nulla fœminarũ cum tanto labore filios enutriuit ſi=
cut mater Ieſu ſuum Ieſum:cum quo à præſepio vſq;
ad crucem plurimum laborauit. Sit ergo mater Ieſu
vobiſcũ:ſit aduocata & mater veſtra quia ſi franciſca
ni fratres beatam clarã vocant matrem ſuam:Augu=
ſtiniani vero beatam monicã:& fratres beati Benedi
cti vocant beatam ſcolaſticam matrem ſuam: cur cõ
trahentes non vocabunt beatã Mariam matrẽ ſuam,
quæ plurimum honoris contulit matrimonio,& ab
eo etiam ſatis honoris recepit: cum nec dei filius eam
voluit in matrem donec deſpõſata eſſet viro ſancto?
nec ſolum mater Ieſu erit vobiſcum tanquam exem
plum,& tanquã iuuamen:ſed etiã obſtetrix & nutrix
filiorũ veſtrorũ:quia ex quo miniſtrauit Helizabeth
neminẽ dedignatur. Erit namq; vobiſcũ ſi filios ve=
ſtros ei & filio ſuo genueritis:beat⁹ qui cõtrahit matri
monium:vt beatę Marię ſuſcitet nouũ ſemen & nouã
prolem:quia ſi ſic ipſa de filis veſtris dicet. Nolite tã
gere chriſtianos meos.Sed videamus quid ſibi velit
mater Ieſu: immo quid vobis de quibus ait filio. Fili



vinum non habent. Dum enim vocat filium, nil ne=
gandum inſinuat: quia matri & tali omnia debent cõ
cedi. Tenerum ergo affectum ingerit Maria chriſto:
quia nunc monſtrat ſe eſſe matrem,& caſtitatis matri
monialis amatricem:dum ait.Vinũ non habent.Feli
ces vos ſi non habueritis vinum:quia luxurioſa res vi
num in quo eſt luxuria: vbi nota q, ſicut aliud eſt ſer=
uire nutritioni aliud ſeruire ingluuie ſic aliud eſt ſerui
re filiorũ generationi:& aliud ſeruire carnalitati.Ma
ria primis nuptiis intereſt,non ſecũdis,ideo eñ dixit.
Vinum nõ habent,ſcilicet ad ſaturitatẽ.Nec enim ma
trimoniũ chriſtianum eſt ad ſaturandũ luxuriam ſed
ad ſedandum eã Boni ergo contrahentes aliquando
debent carere vino federis cõiugalis,ſcilicet tempo=
re ieiunii & cõmunionis & orationis & prægnatio
nis & paſchatis & peregrinationis & ſimiliũ & quã=
docunq; abſtinent propter deũ. Talium ergo coniu=
gatorum meritũ allegat beata virgo filio dei pro eis.
Et omnẽ penuriam quã in matrimonio patiuntur ob
quã dixit.Vinum nõ habent.Sed videamus quid filius
ei dicat:ait namq;. Quid mihi & tibi mulier? Nõdum
venit hora mea.Et eſt literalis ſenſus iſte.Ego & tu cõ
uiue ſumus,cõuiuis autẽ nulla cura eſt de potu ſed de
potatione,quia non inuitãtur niſi ad bibendũ,ideo in
uitantes caueant ſibi: ne deficiat potus eis. Si autẽ di=
cis q cum ego ſim vniuerſæ creaturæ pater de omni
bus teneor habere curã,ad hoc ego reſpõdeo,q nõ=

Obediẽ= tia matri monio annexa.

dũ venit hora mea: quæ eſt illa in qua talis cognoſcar
& in qua talis credar: fateor quidem q deus dat eſcã
omni carni:tñ debet talis interpellari, alioquin nihil
dabit:niſi quis poſtulet in fide nihil heſitãs de potẽtia
mea:quam iſti nõ credunt,dũ tamen crediderint ve=
niet hora mea: qua & piſces et panes multiplicabo.Ad

moralem autem ſenſum quem intuẽdo à ſermonis
principio aliter declarãtur verba illa: nam dum Chri
ſtus dixit. Quid mihi & tibi mulier: non dũ venit ho
ra mea innuit ꝙ eius miſerandi hora erat illa: qua ma
ter ſua monuit miniſtros ad obediẽdum verbis Ieſu:
nam ſine obedientia mandatorũ nec Ieſus nec mater
eius de lege poterunt nobis eſſe propitii: de rebellib⁹
enim nulla cura eſt illis: ad quod facit hoc dictũ dei.
Deuter. Si genuerit homo filium cõtumacem: qui non audiat
xxi.d. patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire contẽ-
pſerit, lapidibus obruet eum populus. Ergo ſicut per
hæc verba pater nec mater habet curam de filio con
tumaci: ſic nec Ieſus nec eius mater volũt habere cu-
ram de coniugibus: qui eis obedire contemnunt. Ho
Ioſu.x.c ra ergo miſerendi Chriſti eſt obedientia tua quia no
uimus deum obedientiã præſtaſſe voci hominis obe
dientis ſibi. Vt ergo hanc in nobis curemus captare
horam ſequitur in euangelio pręſenti. Et dixit mater
ieſu miniſtris. Quodcunq; dixerit vobis facite. In his
verbis includitur ſumma prædicantiũ: nil breuius co
pioſiuſq; ſcribi aut prædicari potuit. Si (vt ait ſapiẽs)
doctrina prudentum facilis pariter & vtilis eſt. Hanc
beate Mariæ doctrinam capiamus: & ſequamur quo
nihil facilius dulcius ac ſalubrius: ꝓpter quam vt ait
Albertus: meruit Maria præmium doctorũ: dum fer-
uenti animo protulit quodcunq; dixerit vobis facite.
Vbi aduerte ꝙ tripliciter ſe habet deus loquẽdo crea-
turis ſuis, nam inſenſibilibus dicit: rationabilibus mã
dat: ſannctioribus conſulit. Ex quo venit dictũ, man-
datum, & conſiliũ. Vbi aduerte ꝙ in hoc eſt homo in
felicior cęteris creaturis: quia illis ipſe dixit & facta
ſunt: nobis autem & mandat, & præcipit, & conſulit,
& vix aliquid fit. Tamẽ beata virgo cupiens vt nulla



rebellio ſit in nobis ait. Quodcunq; dixerit vobis fa
cite. Felices erunt coniuges ſi ad omnem volũtatem
deiſe extendant: ſunt namq; aliqua cõſilia euangeli-
ca: quæ exiſtentes in dominibus ſuis poterunt adim-
plere, vt notat Gerſon, ideo non ſolum miniſtris, ſed
etiam cõtrahentibus dicat Maria. Quodcunq; filius
meus dixerit vobis facite. Sed nunquid ſunt, diffici-
lia, quæ deus in his nuptiis iubet? ſi vbique ponit iu-
gum ſuaue chriſtus fidelibus ſuis: relinquet nunc dul
cedinem ſuã? abſit: quĩ ſolummodo dixit Ieſus mini-
ſtris. Implete hydrias aqua, Erant enĩ ibi ſex hydrię ſe
cundum purificationẽ iudeorum. Nullo facilius hy-
drias poteſtis implere quã aqua. Inuenimus enim in Iudic.
ſacra pagina hydrias plenas igne, & hæ ſunt contem vii.e.
plantium: quæ debent habere corda flamantia. Nec Quadru
mirum ꝙ illę hydrię confracte ſint: quia ſcriptum eſt. plex hy-
Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Sunt dria.
etiã hydriæ farina plene: quales ſunt intellectus do- iii. Reg.
ctorum aut bonorũ ſcolaſticorũ: qui in ſermone for xvii.
mare debent panes doctrine populo dei multiplican
dos. Sũt quoq; hydrie aureæ quales fecit Salomon & iii. Reg.
ſtatuit eas in templo dei: quas vt arbitror impleuit bal vii.g.
ſamo. Hæ ſane quidem ſunt animæ beatæ in templo
dei ſtabilite: quæ fruitione plene ſunt: vt ad has pertin
gatis vos, qui matrimonio laboratis, inter ea inplete
hydrias aqua. Nec mirum ꝙ hydriæ quæ ſunt ſecun-
dum purificationẽ impleantur aqua purificante: ma-
trimonium namq; purificat: quia vt alia ſacramenta
gratiam confert cõtrahentibus chriſtiano modo: quẽ
in ſermonis initio exponere cepi. Nec enim aliis do-
ctoribus placet opinio durandi tenentis nõ dari gra- Grã datˀ
tiam in hoc ſacramento. Nam ipſe putat, ꝙ nõ datur in matri
gratia deſcendenti de maiori ad minorem ſtatum, & monio.

vt arguit, qui primo chriſtiane nubit: deſcēdite de ſta
tu virginitatis ad ſtatum matrimonii: hic aduerte q̄
male vocatur deſcenſus iſte actus: quia vt ait Auguſt.
non eſt proprie deſcenſus, nam qui vxorem erat ac=
cepturus, in meliori ſtatu eſt poſtquam eā duxit, quam
antea, q̄m antea in electione ſua torquebatur: iam ve
ro poſtquā inuenit quam quærebat, quieſcit. Antea in
tentus erat vt multis placeret, ex quibus vnā accepta
re volebat: ſed iam illa electa vni placere ſtudet ſpre
tis aliis. Ergo matrimoniū contrahens nō deſcendit
ad minorē ſtatum, nec eñ aſcenderat ad ſtatū virgini
tatis, & dato q̄ deſcēderet, non ꝓpterea negatur gra
tia, quæ etiā deſcendenti de cōtemplatione ad piam
actionē: de Rachel ad Lyā. Tenetur igitur q̄ hoc ſa
cramentum matrimonii confert gratiam chriſtiane
contrahentibus. Nā in ſtatu legis antiquę non confe
rebat gratiam, ſed iam poſtquam Chriſtus aquam ver
tit in vinum, perfectionem tribuit huic negotio, &
charitatem quæ ardet in vino.

¶ Secunda pars.

*Sex hy=driæ matrimonii ſunt bo=na eius.*

¶ Sed hydrias quæ ad matrimonium pertinent opor
tet exprimere, vbi aduerte, quòd referente Auguſti=
no triplex eſt bonū matrimonii ſcilicet bonum ꝓlis,
bonum fidei, & bonū ſacramenti. Quodlibet horum
bonorum eſt duplex: & ſic ſunt ſex bona velut ſex hy
driæ: vt autē de bono prolis agere incipiam aduerte
quòd duplex eſt proles & ſic duplex eſt bonum prolis
Eſt enim proles manuum & proles ventris. De vtraq;
prole intelligitur illud Pauli, ſaluabitur mulier per fi=
liorum generationem. Si habes bonos filios, habes
bonum prolis: nam filii non tantum faciunt ad ma=
trimonium chriſtianum quantū eorum bonitas: ideo
enim Auguſtinus nō dixit ſimpliciter prolē ſed bonū



prolis, quod in parentes redundat: quia ideo dicitur
gloria patris eſt filius ſapiens. De alio bono ſpiritua=
lis prolis dicitur. Date ei de fructu manuū ſuarum, &
laudent eam in portis opera eius. Dum ergo vxor fru
ctum ventris nō habuerit, habeat fructum manuum,
& ſufficit ei, quia boni filii ſunt bona opera. Fœlix ta=
men qui vtroq; bono vtriuſq; prolis gaudet, quia ta=
lis mulier velut Rebecca gemellos parit: de anima &
corpore offert fructum. Pariter bonū fidei eſt duplex,

*Bonū fi=delitatis.*

quia fidelitas ſeruāda eſt, & quo ad corpora & quo
ad opes. Quo ad corpora ne alter ſuum corpus det ni
ſi altero coniugum vt vxor neget ſe omni alio, & ſe
præbeat viro, pariter & vir ſe omni aliæ fœminæ de=
neget ſuæq; vxori ſe præbeat. Sed poteſt ne inter eos
infidelitas inueniri? dico q̄ ſic non ſolum ſe denegan
do, ſed dum alter vult abuti altero, quia tunc nō petit
debitum, ſed rapit alienū. Nō quærit quæ ſua ſunt: ſed
quæ ſunt diaboli. Sunt eñ quidam coniugatorum, vt
equi efrenes qui volentes bibere, prius pedibus ſuis
turbidā reddunt aquam, cū eam clarā bibere potuiſ=
ſent. Aquam delitiarū poteris claram bibere in matri
monio tuo: ſi pes tuæ ſenſualitatis nō tranſgrediatur
limites matrimonii tui, alioquin ceno ac luto pecca
ti eam inuolutā bibes ad dānum tuū. Et tibi vertetur
in morbum: quod inſtitutū fuerat ad medelam. Secun
dum bonū fidelitatis verſatur erga opes coniugato=
rum, quod quidē diſperdit luſor, & ille qui laborare
negligit. Iacob eñ poſtquā cepit eſſe maritus effect9
eſt laborioſus, depoſita ignauia, qua domi ante late=
bar. ¶ Eſt etiā bonum ſacramenti duplex. ſ. in ſe & in

*Bonū ſa=cramēti. iiii. diſti. xxxi.*

eo quod ſignificat: vñ bonū ſacramenti ſecundū Sco
tum eſt vinculū indiſſolubile: quod ſe habet intrinſice
& pro formali in matrimonio. Hoc vinculum ſignat

vnionem Chriſti & eccleſiæ: quæ nunquam diſſoluta
eſt; nec debẽt coniuges ſeparari. Hæc autem coniu=
gatorum vinculatio nõ intelligitur ſolũ quo ad cor=
poralem habitationẽ & corporum vnionẽ, ſed etiam
quo ad animam: in corporalibus ſpiritualibus debẽt
eſſe vniti. Sãctitas huius ſacramẽti vniat animas eo
rum: & contractus eius vniat corpora, & ſic habebũt
duplex bonũ ſacramẽti. Sint in fidei vinculo, & in eo
dem amoris funiculo, & in eadem perſiſtũt deuotio
ne: ſi volunt habere in mente bonũ ſacramenti. Sint
etiam vniti habitando & cõueniendo pariter: & eadẽ
ſentiendo & tunc habebunt etiã in corpore bonum
ſacramẽti. Ex quibus videtur ſequi, ꝙ dũ diſſidẽt, dũ
ſe mordẽt, dũ rixãtur dum nõ ſe adinuicẽ ſalutãt, nec
loquuntur, carent bono ſacramenti. Felices autem iu
dicari poſſunt, qui habent ſex hydrias dictas: hoc eſt
ſex matrimonii bona quę retulimus ad purificationẽ
poſita & decreta: quia in vnoquoq; horum bonorum
requiritur puritas: & immunitas à peccato. Has hy=
drias iuberis aqua implere: ſaltim aqua eas ad imple
vſq; ad ſummum, hoc eſt fac in matrimonio quod in
te eſt, vt caſte viuas, & vt neſcias thorũ in delicto, ſed
quòd thorus tuus ſit immaculatus: quia tũc deus adii
ciet ad ſolicitudinem tuã, ita vt ex aqua fiat vinum:
vnde ideo ſequitur. Haurite nunc & ferte Architricli
no. Hic Architriclinus patris æterni figurã tenet. Pro
quo aduerte ꝙ pater vniuerſę creaturę deus cupidus
eſt filiorum: eiſq; nimium gaudet: atq; letatur. Et hac
de cauſa illũ filium (quem æterno genuit) fecit primo
genitum in multis fratribus: vt illos ad ſe reduceret
vſq; dum impleretur filiis & filiabus: quod vt perpen
dens filius dei non inuidus fratribus, cepit peragere,
negocium aduentus ſui erga nuptias, quas ipſe ſana=

pater deꝰ cupit fi= lios.



uit: & correxit iuxta ordinem præuiſum. Sciant ergo
coniuges chriſtiani, quòd ſicut Noe poſtquã egreſ=
ſus eſt de arca, animalia munda ſtatim obtulit deo, ſic
debent filios ſuos qui ſunt hydriæ dei aqua baptiſmi
adimplere, vt mundentur, & poſſint offerri deo. Hy=
drias ergo imples aqua, cum filiũ tuum baptizas, &
aqua baptiſmi fit vinũ per ordinationem Chriſti, quã
do ilico infunditur gratia infanti baptizato. Et tunc
poterit architriclino idest patri ęterno pręſentari. Ec
ce igitur quomodo bonũ prolis cæteraq; bona matri
monii adimpleri debent aqua ſalubri, quæ in vinum
conuertitur: qm̃ aqua baptiſmi plus eſt quam aqua.
Felices ergo coniuges fœlix humanus pater qui pa=
tri diuino præſentat fructũ ſuum: eiq; ſe ſimilem facit
qui paterno vocabulo gaudet, atq; in gloriam primo
geniti ſui vertẽs negociũ, vocat ſponſum: & ait. Om
nis homo primo bonũ vinum ponit: tu autem ſeruaſti
bonum vinũ vſq; adhuc. Sponſus eſt dominus Ieſus:
qm̃ ipſe dixit. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. In ſpõ=
ſa ſua eccleſia per aquam regenerationis habet nos
genitos patri ſuo, quia nemo venit ad patrẽ niſi per
eum, ideo pater eũ vocat ſponſum. Nam & ipſe Chri
ſtus dixit. Nunquid poſſunt filii ſpõſi lugere: dum ha=
bent ſecũ ſpõſum? nobiſcũ habes ſponſum Ieſum,
nõ eſt nobis lugendũ, poſtꝗ habemus ab eo vinũ qđ
letificat cor hominis non de genimine vitis noſtræ,
ſed de ſeipſo qui ſe dixit vitem verã, nam hoc vinũ
tam præcioſum eſt, vt dicatur virgines germinare. ſ.
animas integras, quas à peccati liberat corruptione.
Nec miremini ſed ſciatis: quod ex induſtria ſponſus
Ieſus ſeruauit bonum vinũ vſq; adhuc: quoniam gra
tia ſua baptiſmalis qua implentur animæ nulli natui
cõceſſa eſt niſi noſtro: quos tantum voluit honorare

Aqua ba ptiſmi fit vinum.

filius dei. Qui celauit cæteris gloriam ſuam: quia nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis, ſicut nobis. Hic attende in architriclino & ſpõſo, quomodo pater vocat filiũ, vt omnes mirentur de gratia ſpiritus ſancti animabus collata, nã illa admiratio ad nos pertinet, nos attentos deſiderat, quia nobis manifeſtat gloriam ſuã. Hoc dicitur initiũ ſignorum Ieſu: quia primus ſtatus eccleſię quo ſanctitas incipit ſtat in matrimonio: in quo gloriam ſuã id eſt diuinitatem ſuam manifeſtat Chriſtus creans filios & filias ad ſeruiendũ ſibi: vt ſcilicet offerantur ei iam animalia rationalia, nõ capras aut hedos, ſed infantes ortos matrimonio, ex quibus apoſtoli & doctores fiunt quotidie ad augmẽtum fidei chriſtiane, quæ ſine hoc ſtatu cito periret, vnde merito prius voluit honorare ſtatum matrimonii, qui poſterius atq; in longinquum debuit durare: & cæteros cõſeruare. Si ergo chriſtianiſsimus quiſq; dixerit vobis illud ſare, nõ poſſumus ita coniungi ſicut gẽtes quæ ignorant deũ. Reſponde q; verum eſt: tñ propterea Chriſt' exprimere voluit in hoc euangelio modũ matrimonii chriſtiani, quem ſi tenueris, guſtabis vinũ gratiæ in pręſenti, & manifeſtabit' tibi gloria Ieſu in futuris nuptiis agni: ad quas nos perducat ipſe Ieſus qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit &c. Sub thema prędicto quere alium ſermonem in illo libro, quem vocaui ſtellã omnium ſtatuũ. Thobiæ viii.b.

¶SERMO. XIX. DOMINICE SEcunde poſt epypha. vel dominice. xix. poſt Penthe. vel pro velo monialium. THEMA.

Vocatus eſt Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Ioh. ii. a.

In quolibet vitio ſpõſe thema repete: dicẽs ſpõſus antequam vxorẽ ducat: ſpectat finem.



¶Inuocatio ad virginem.

Niſi nuptiis adeeſſet mater Ieſu: arbitror q; nec diſcipuli nec ipſe Ieſus vocaretur ad eas: & etiã credo q; ipſa emulatrix meliorum chariſmatũ eum accerſiri fecit. Alioquin nõ dixiſſet euãgeliſta antequam de Ieſu loqueretur: & erat mater Ieſu ibi. Sed quis quęſo vocauit Ieſu vocatricẽ? quis eã venire fecit? forte dices. Illamet ſe adduxit quæ pręoccupat, qui ſe cõcupiſcunt, & ſe oſtẽdit illis memor dei qui prior dilexit nos, nec immerito mater Ieſu figurã tenet gratię pręuenientis, quæ nullis meritis ꝓpriis aduenit homini, nulli inquã meritis ꝓpriis, nam ex induſtria addidi propriis, quia ſi ob aliqua merita venit, non certe ob alia niſi ꝓpter merita Ieſu, & ideo hic nõ vocatur ſimpliciter Maria, ſed mater Ieſu, cui equidem ſubdita erat: quia quẽ genuit adorauit. Eſto igitur quòd mater Ieſu aſſit nobis ob merita filii ſui. Quid ſibi vellit mater Ieſu inquirendũ eſt: immo qd nobis á filio: quod ipſa declarans ait. Fili, vinum non habent. Nõ eſt occioſa mater Ieſu, nec triſtis nouerat enim ſcriptũ. Exultatio animæ & corporis vinũ moderate potatum. Vt autem ſcias quantam impetrandi gratiã mater obtineat erga filium, nõ reſponſiua verba, ſed effectũ rei attende, nam qui multũ amare nouit, callet q; nimis amator cum negat concedit, vnde cum dictũ fuiſſet Ieſu, ecce quem amas infirmatur, reſpondit. Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Quando reſponſio hæc aures ſororum pertingit mortuus erat frater earum, & ideo tepidi amatores putarunt negatum, quod petebatur. Non ſic Maria quę ait miniſtris. Quodcunque dixerit vobis facite. Ipſa enim ſciebat quid eſſet facturus, quæ de non hora fecit horã: nam vt tenet Scotus & ſanctus Bonauẽtura Maria meruit

maria eſt gratia pręueniens.

Eccleſi. xxxi.d.

Amor nolendo vult.

acceleratione m incarnationis, cæteris dicente deo.
Expecta re expecta:modicũ ibi:modicum ibi. Tali
bus reſponſis multa annorũ milia præterierũt, & Ma
ria Chriſto dicente nondum venit hora mea: de non
hora fecit horã Chriſti. Quod ſi tantum valet depre=
catio tua virgo plurimũ confidimus, ꝙ de immeritis
facies meritos ad gratiam ſermonis impetrandam,
pro qua genibus flexis offerrimus tibi Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Vt ad nos vſq; peruolaſſet antique religionis odor
fratres chariſsimi decreuit prouidentia dei: vt tali te=
ſtimonio mãdaretur celebritas nuptiarũ, Mariæ & Ie

Expoſi=tio euangelii breuis.

ſu ac diſcipulorum abſentia tm̃ honorata: quòd vtinã
miſſam quam dicimus nouam, ſic cũ timore domini
celebrare contingat. Sed iam hodie nec vitã, nec mũ
das nuptias cuſtodiunt, pręſertim hi, quos demon cõ
iunxit clandeſtine, nõ vocato Ieſu, nec eius vicario,
quales ſunt, qui non ſaluti animæ cõſulunt ſed ſuæ li=
bidini. Hi ergo Ieſum vocant, qui ideo vxores ducũt
vt caſtius, ac perinde ſanctius viuant, pro his alieno
triſtibus orat mater Ieſu eorum aduocata, de penuria
vini cõſolantis cõqueſta. Si autẽ Ieſus quæſierit quid
ſibi & matri: reſpondeat ipſa. Multũ quidem quia tu
das eſcam omni carni, & oculi omnium in te ſperant
dñe, qui das eſcam timentibus, & melius vocantibus
& amantibus te. Sed nondum venit hora Chriſti ſi tu
chriſtiane penuriã tuam nõ oſtendis ei cuius tanta eſt
miſericordia: ꝙ horam tempuſq; miſerendi eius non
poſuit in ſe, ſed in te. Et illa eſt qua ipſe te cognoueris
triſtem & cõturbatum in anima tua, plenũ vento va=

Hora miſerendi quæſit.

nitatis, ſi tñ aquam adduxeris lachrymarũ, ſaltim fa=
ciens ꝙ in te eſt, vt deus ſtatim det vinum gratiæ, ac
iuuamen ferendi incommoda vitæ, quod Architricli



no idest patri æterno referendũ eſt per gratiarũ actio
nem, qui vt manifeſtaret gloriam ſuã, miſit ad nos fi=
lium ſuum vocatũ à patriarchis: & prophetis. Qui pri
mum ſignum facit in matrimonio: memor patris ſui
qui per primũ miraculum, primũ conſtituit matrimo
nium ædificando coſtã Ade in vxorem eius. In toto
ſermone de ipſius filii dei nuptiis agam, oſtẽdens im=
perfectiones ſponſæ ſuę, vt eũ perfectiorẽ videamus.

¶ In primis ergo nota quòd quãuis inter diuinas per
ſonas nulla diſceptatio ſit, ibi aliqñ ponitur, vt rei ve
ritas circunſtantibus clarior ſit: & ſic Bernardus ima
ginatur miſericordiam dei & iuſtitiã adinuicem diſ=
ceptantes: immo Chriſtus in euangelio dicit ꝙ in dei
iudicio erunt iuſti reſpondentes ei. Domine qñ te vi=
dimus infirmum & viſitauimus te? nec hoc dicẽt ſan=
cti nolentes regnum ſed acceptantes. Sic ergo quã=
uis inter patrem & filiũ altercatio fuerit, non in certa
mine loquele ſed in voluntate integra verſabitur. Si
has diuinas optas intelligere nuptias, oportet vt in
chriſto vtrunq; ſcias, videlicet ſponſum ornatũ coro
na, & ſponſam ornatã monilibus ſuis: vt refert Eſaias.

Altercatio fingitur vbi non eſt.

¶ Iam igitur ad patrem ait filius dei volens vxorem
ducere. Vidi mulierẽ de filiabus philiſtinorum: quam
quæſo vt mihi accipias vxorẽ. Cui miratus pater ait.
Nunquid nõ eſt mulier in filiabus fratrũ tuorum? ſan=
ſon pręterita verba dixit, & interpretatur nominis ite
ratio, & eſt filius dei, cum voluit iterato generari, &
renaſci, filiationis nomẽ iteratur in eo, dum per alterã
filiationem refertur ad patrẽ vt ait Scotus: & ad ma=
trem per alterã. Hic ergo filius dei, qui vocat ea quæ
non ſunt, vidit ab æterno mulierẽ, ſuam videlicet hu=
manitatem, ſibi vniendam inter philiſteos, qui inter=
pretantur conſperſi puluere, deſcendentem videlicet

Iudicum xiiii.a.

Incarnationis figura.

ab illo cui dicitur. Puluis es, & in puluerem reuerte-
ris. Hanc humanitatem ſponſam ſuã voluit dei filius
accipere, ſed pater de angelis loquens ait. Nunquid
non eſt mulier ideſt creatura aliqua in filiis meis an-
gelicis ſpiritibus? Ille autem qui non angelos appre-
hendit ſed ſemen Abrahæ ait patri. Hanc mihi acci-
pe quia placuit oculis meis. Nec alia ratio tam gran-
dis dari poterit, niſi quia placuit oculis ſuis, immo &
oculis totius trinitatis, ita quidem pater quoniam ſic
placitũ fuit ante te: vt ſapientibus & prudentibus an-
gelis in cœlo dimiſſis, reuelatus eſt filius dei paruulis
hominibus: quorum aſſumpſit humanitatẽ. Sed o fili
dei cur oculis tuis placuit mulier hęc? forſan imperfe-
Ghriſtus ctum eius non viderunt oculi tui. ¶ Primo pauper eſt
ditat pau immo pauperrrima, nuda & diſcalciata, ita vt non
perem. valeat ex ſe aliquid boni cogitare, quãto magis age-
re, aut perficere. Huic rationi reſpondit filius dei. Si
opus miſericordiæ eſt pauperem mulierem maritare,
quanto melius erit eam in vxorem accipere? in hoc
opere omne aliud miſericordię opus includitur, & cõ-
pletur: ſi diues pauperem mulierem velit miſericordi-
ter accipere coniugẽ. Tantum hoc opus eſt: ꝙ eo nõ
vtuntur homines. Nõ accipio hanc vxorem propter
commodũ proprium ſed eius cõſulens profectui, mi-
ſerans adoleſcentię ſuę. Sed nec omnino pauper eſt vt
pro ea loquar, quidem eñ anteceſſor eius regnum ha-
buit valde bonũ, quem inimicꝰ homo deluſit, & fefel-
lit ſtantem in tali, ac tanto ſtatu: ꝙ de eo prolatum eſt.
Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eũ ſu-
per opera manuũ tuarũ. Iſte deluſus cum in honore
eſſet non intellexit: pro nihilo habuit terram deſide-
rabilem, & vendidit pro paruo pomo populũ ſuũ ſine
precio, vel ſaltim dimidio minus quã valebat, & ideo



quamuis, quia tyrannice dominatur ille deluſor, ne-
mo poſſit iniuſtitia cũ eo contendere, ipſe vadam ad
ſingulare certamen, & princeps mũdi eiicietur foras:
cũ fortior illo ſuperueniens vicerit eũ. Hac igitur do-
te contentus filius dei venit ad nuptias, iuxta illud. Di-
ues. ſ. filius dei, & pauper ſponſa ſua obuiauerunt ſibi, Prouer.
vtriuſq; operator eſt dñs, quia per communicationẽ xxii.a.
ydiomatum, ea quæ humanitas operatur dicũtur de Luc.xix.
filio dei. Venit ergo dei filius in mundũ quia ſcriptum Singula-
eſt. Nobilis abiit in regionẽ longinquam accipere ſi- re certa-
bi regnũ. ſ. ſponſæ ſuæ, & reuerti. Fecit dei filius præ- men chri
lium cum dracone, triplici conditione, primo armis ſti.
inequalibus minoribus ſibi. Secũdo quo darẽtur vul-
nera in aſſignatis locis, tertio qđ victor victũ de capi-
taſſet armis ſuis, vt figuraliter patuit inter Dauid & 1.Re.17.
Goliath: vnde ait Auguſt. Si armis aduerſatricibus vi-
ctores efficimur duplici laurea nitemur. Duplicem er-
go obtinuit coronã filius dei, alterã ſibi, alteram ve- Sapien.5.
ro ſpõſæ ſuæ, iuxta illud ſapientiæ. Sponſa accepit re-
gnum decoris, & diadema ſpẽi de manu dñi, qui mor-
tem, & auctorem mortis in ſempiternũ præcipitauit.
¶ Secundo domine ſponſa quam adamaſti infimi ge- Ezech.
neris eſt, & ideo nõ apta tibi: quia ei dicitur. Pater tuꝰ xvi.a.
amorreus, mater tua cethea. Pater eius rebellis fuit lu- Vilitatẽ
mini, mater formidoloſa, in terreſtri paradiſo ſibi cre- noſtram
dito à patre luminum. Verum eſt inquit ſponſus, ſed nobilitat
gratia coniugii vxor accepit generis celſitudinem, Chriſtus
ſitq; generoſa, vt pate in Heſter, & Berſabæ quę cau-
ſa maritorum, vocate ſunt regine, totumq; genus ea-
rum ad ſublimia prouectũ eſt. Sic fit, nam ante Chriſti
aduentum homines angelos adorabant, vt patet Ge-
neſis decimoquinto. Sed cum natura noſtra quę minu-
ta erat paulominus ab angelis, exaltata fuit ad dex-

teram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis eſſe
Apo.xii. ecta: quanto præ illis nomen hæreditauit nolunt iam
adorari angeli ab hominibus. Nec ſolũ natura huma
na, put eſt in chriſto hac potitur generoſitate de qua
Sapien. dicitur. Generoſitatẽ illius Glorificat contubernium
viii. habẽs dei. Sed & nos, nã cũ illa ſpõſa caro nr̃a & os de
oſsibus nr̃is ſit: ad nos vſq; eius acquiſita generoſitas
Actuum prouenit: vñ Paulus ait. Genus ergo dei cum ſimus nõ
xvii.f. debemus eſtimare aurum & argentũ. Cum ergo olea
ſter eſſemus inſerti ſumus in bonã oliuam, diuinæ cõ
ii.pe.i.a. ſortes naturæ, vt ait Petrus, & Leo papa ait. Naſcens
igitur dñs noſter Ieſus Chriſtus homo verus, qui nũ
quam deſiit iteſſe deus verus, noue creaturæ in ſe ſum
pſit exordium &c. Vnius deniq; naturæ ſunt vitis &
palmites, & vt ait etiã Auguſt. Si natura filius dei, fa
ctus eſt miſericordia filius hominis, quanto amplius
natura filios hominũ, gratia conſtituet filios dei pro
pter filiũ dei: ille natura: nos gratia. Hæc ſunt illa ma
gna dona conceſſa per Chriſtum Ieſum parentibus
& cognatis ſpõſæ ſuæ: vñ ſcriptum eſt de ſeruo Abra
Gene. hæ quærente vxorẽ filio domini ſui: poſtquam enim
xxiiii.f. eam dotauerat abundãter dicitur. Fratribus quoq; eis
& matri dona obtulit. Et pro cõiunctione, & nuptiis
Heſter.ii Heſter largitus eſt rex munera iuxta magnificentiam
principle, & quietem dedit cunctis prouinciis ſuis,
Eſaias & Ieſus dedit dona hominibus & abſtulit grauamina
xvii.c. cerimoniarum, quieuit omnis terra ab onere peccati,
& iugũ veteris legis depoſitum eſt quieuit tributum
ſanguinis in circunciſione, & ceſſauit exactor. Ter
tiũ ſponſæ vitiũ turpitudo eſt, quia deformis eſt de li
Nume. mo terræ facta, ſi cõtra Moyſen locuti ſunt Aaron &
xii.a. Maria ſoror eius propter vxorem eius ethyopiſſam,
quid dicam de te ſponſe celeſtis? puritas (inquit) mea



& decor meus ſponſæ meæ ſufficiet. Cui dico p Eze Ezech.
chielem. Expandi amictum meum ſuper te, & perfe xvi.b.
cta eris in decore meo. Vbi nota q locus nuptiarũ pu Fedita
ritatem ſignat nam Galilea venit ab hoc nomine Ga tẽ noſtrã
lactia quod interpretatur lactea id eſt pura, quia colum decorat
ba Chriſti, lacte lota deſcribitur & alba. Et quamuis Chriſtus
ipſa Chriſti humanitas puritate nõ eget vt pote fons
puritatis, non paruã ſpecioſitatem attulit, & acquiſi
uit in ſanguine proprio: vñ in Chriſti latere fonte ſal
uatoris ablutio peccatorum eſt & animarum decor,
qñ adoleſcentula quæ eum dilexit nimis aiebat. San
guis eius ornauit genas meas. Audax ergo ille miles
profluere fecit puritatem à Chriſto, qñ lancea latus
aperuit ſubtrahens ſigillũ totius trinitatis à fonte ba
ptiſmatis & vitæ ſalientis in vitam æternã. Iam ergo
filiæ paleſtinæ à latere Chriſti ſurgent ad mundũ mu
liebrem quo puelle decorant regi. Quinq; modis ſpõ Quinq;
ſus mundat, & decorat maculas adoleſcentularum. modis fit
Primo non imputãdo eas. Secundo abluendo. Tertio mũditia.
tegendo. Quarto ſanguinẽ ſuper infundendo. Quin
to poſt tergum per confeſsionem ponendo. Biſſus
ergo & purpura veſtis ſponſæ, de quibus & adoleſcẽ
tulus, immo & domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,
duplici videlicet puritate animæ & corporis.

¶ Quartum vitiũ ſponſæ dicitur quia male fame fuit Infamis
& infamiæ nota imponitur ei, quæ dicitur meretrix erat ani
obliuioni tradita: fornicata cum amatoribus multis. ma.
Hoc ſponſus nõ negans ait ei. Tu autem fornicata es
cum amatoribus multis, tñ conuertere ad me, & ego
ſuſcipiam te. Inuocato nomine meo ſuper te auferã
opprobriũ tuũ. Et ratio huius eſt, quoniã cæteri ſpõ
ſi de virgine faciunt nõ virginem, de incorrupta cor
ruptam, vnde corruptores proprie dici debent, Chri

ſtus autem omnino ſecus quia reintegrator eſt, & de
corrupta virginem reddit & caſtam: vnde ait per Hie
Hier.iii. remiã. Saltim voca me dux virginitatis meę tu es. Et
ob hoc loquens Paulus corruptis ait. Deſpondi enim
vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Vn
de decretum eſt apud ſacros doctores ꝙ animæ virgi
nitas reſtauratur per chriſtũ: de virginitate autem cor
poris quæ parũ valet ſola probleuma eſt. Vñ quamuis
ob verecundiam fœmineã viri ſoleant pulſare, ac in=
ſtare puellis, vt nubant, & nõ econtra, tamen in matri
monio ſpirituali ſignum magni amoris & honeſtatis
ſponſe eſt ſponſum vocare ad nuptias ex quo nimius
accreſcit ei honor: primo quia ſpõſus eſt nobilior ac
ditior eis. Secundo quia ei reſtituere habet integrita=
tem: vñ prior ait ſponſa. Oſculetur me oſculo oris ſui
Conſummatio matrimonii eſt mors. ¶ Hic nota quòd quemadmodũ carnale matrimoniũ
in copula carnali conſummatur, ſic ſpirituale cõſum
matur, & perficitur in carnis diſſolutione, qa tũc ani=
ma deo ſpõſo copulatur: cum autẽ hoc fieri nequeat
niſi in morte: vñ ſicut carnale matrimoniũ per mortẽ
diſſoluitur ita ſpirituale per mortem copulatur & rati
ficatur: vnde ſpõſus moriens in lecto crucis ait. Con
ſummatũ eſt. ſ. opus amoris in diſſolutione carnis: qđ
Paulus aduertens ait. Cupio diſſolui & eſſe cum chri
ſto. Nam diſſolui, & eſſe cũ Chriſto multo melius eſt
Luc.16. animæ deſponſate, vt patet in mẽdico, qui dum obiit
delatus eſt ab angelis in ſinũ Abrahę. i. Chriſti vbi eſt
lectulus floridꝰ ſponſi & ſpõſæ animę. Cum eñ mori
ſit corrumpi, & corruptio vnius ſit generatio alterius
ideo moriẽte corpore regenerat anima chriſto, ſic ſit
veſpere mortis, & mane viſionis diuinæ dies vnus lu
cis æterne. vñ admodũ decens eſt: vt ſpõſa inuitet ſpõ
ſum ad tales nuptias, per quas mors eſt in deſiderium



& vita in patientia. Iſte ergo ſponſus eſt ille ſummus Leui.21.
ſacerdos qui virginem ducebat vxorem, & virginẽ
matrem reliquit, & etiam arbitror quòd ſi eam talem
non inueniret, virginẽ faceret, & quia virginem inue
nit matrẽ, ideo voluit eam honeſtiorẽ reddere, nam
eius virginitatẽ patri ſuo conſecrauit per ſacramen=
tum matrimonii & cõtra legem antiquã de maledi=
ctione ſterilis, poſtquam de virgine natus eſt, legẽ fe=
cit in eccleſia ſua de obuiando, & benedicẽdo virgi=
nibus ſuis, qđ ipſe perſonaliter facit in morte ad ma=
trimoniũ ſpirituale conſumandũ veniens, vbi nota ꝙ
quærit holcoth ſuper ſapientiam an ſi alicuius obiret
vxor, & poſtea ſuſcitaretur, an ſi ſuſcitata teneret̃ ma
rito, & per dictum apoſtoli concludit ꝙ non, ſed poſ=
ſit nubere alteri. Si autẽ monialis moreretur, quæri= Monialis etiam ſuſcitata religiõi tenetur.
mus an ſuſcitata teneretur profeſsioni qua ſe ſpõſam
vouerat Chriſto, & dicimus ꝙ adhuc teneretur ei, qa
per mortem ſecundũ Auguſtinum ſpirituale matri=
moniũ minime diſſoluitur, ſed radificatur, & cõſum=
matur conſummatum autẽ matrimonium, firmius ſta
bilitur, & ideo talis monialis fidelior teneret̃ eſſe chri
ſto. ¶ Quintum imperfectũ ſponſę dicitur ex eo quòd
ſerua, ancillaq; vendita fuerit ipſa dicẽte. Poſſederũt Thre.v.
nos domine dñi abſq; te, ſerui dominati ſunt nñi, an= Chriſtus liberat ſeruitutẽ noſtram.
cilla ergo cum nõ ſit ſui iuris matrimoniũ contrahe=
re non poteſt. Ad hoc ipſe ardentior ſponſus qui ni=
mia charitate affectus eſt ait. Si imperator ſciẽter ſpõ
ſaret ſibi ancillam eã ipſo facto libertati ſuę redderet,
& papa dum excõmunicato ſcienter loquitur habens
intẽtionẽ abſoluẽdi ei cũ ſola ſua loquela perſoluit, Gal.iiii.
quanto amplius ego ipſe hoc facere queam cũ dile=
cta noſtra? Iam ergo fratres nõ ſumus ancillę filii ſed
libere, qua libertate Chriſtus nos liberauit, qui ait. Iob.viii.

Si filius vos liberauerit, vere liberi eſtis. Nec hoc ſo=
lo modo cõtentus fuit ſponſus liberare ſponſam, ani
mam videlicet & eccleſiã, ſed contra eum qui eã ca=
ptiuam tenebat, arripuit arma & ſcutũ, & bellum per
ſonaliter, qui hoc reuera alteri committere potuiſſet.
Et ſic deniq; vt ſcriptum eſt. Fortis impegit in fortem
Deut. xxi & ambo pariter ceciderunt, tñ ſponſus ait. Tertio die
reſurgam ſcilicet victor. Nam tu, ò pater dixeras qđ
ſi egreſſus quiſpiam fuiſſet ad bellũ, ibiq; vidiſſet in=
ter filias captiuitatis mulierem placentẽ oculis ſuis, eã
mundatam poſsit vxorẽ accipere, & per matrimoniũ
Cãti. iiii. libera reddebatur, ſic ſponſa mea quã bello iuſto ac=
cepi: cui dicitur. Veni de libano: veni coronaberis.
Ecce iam ex ancilla facta eſt regina coronata. Sed qs
fecit vnquam tale? Eſaias dicis quod zelus dñi exer=
Ezech. citũum faciet iſtud. Vide ergo anima mea ne adulte=
xvi. e. res in tanti ſponſi contumeliã quia ipſe adultere mina
Qualis tur dicens. Auferam zelũ meum à te: & quieſcam. Sed
perditio forte dices: quamuis ſponſus meus auferat à me pec=
per adul cante amorem ſuum: reſtituta manet hæreditas mihi.
teriũ pec Non ita eſt, quia tunc etiã hæreditas nr̃a verſa eſt ad
cati. alienos, domus nr̃æ ad extraneos. Forte dices mobi
lia & monilia ſup ſunt, & opera manuũ mearũ qã mã
ducabo. Nequaquam ſed manũ ſuam miſit hoſtis, ad
omnia deſiderabilia tua, & etiam paruuli actus tui bo
ni ducti erunt in captiuitatẽ. Dicas autem quarto qđ
in pulchritudine tua cõfides, & propter decorem cõ=
cupita alicui adherebis. Minime, quinimmo egreſſus
erit omnis decor a filia Siõ, in tñ quod poſt peccatũ
denigrata erit facies tua ſuper carbones. Arbitrabe=
ris quinto, quod amici & cognati tui fideles erunt ti
bi, qui recipient te in domos ſuas: & te fouent. Nec
ipſum credas quia de adultera dicitur. Omnes amici



eius ſpreuerunt eã, immo & facti ſunt ei inimici, quia
pugnat pro ſponſo tuo etiam orbis terrarũ contra in
ſenſatas, angeli, & ſancti, & iuſti & ipſa trinitas erit cõ
tra te: quia quis honorabit inhonorãtem animã ſuã?
& ipſe ſponſus ait. Qui contemnunt me erunt ignobi Eccleſ. x
les. Adhuc dicere vltimo conaberis mihi mea mane
bit libertas, qua me quo voluero transferam, diſponã
perſonam meã. Nec hoc ita ſe habebit qm̃ ſpõſus ait
tibi. Seruies inimico tuo in fame, ſiti & nuditate, &
omni penuria te affliget, imponet iugũ ferreum ſuper Deut. 28.
ceruicem tuã donec te cõterat. Vide ergo anima quã
malum eſt reliquiſſe dominũ deum tuũ & ſponſum.
¶ Vltimum ſponſe impedimentũ quod in medio ob= Sextũ im
iectum eſt, diſtantia loci fuit qui tm̃ diſtabat à ſponſo pediens
quantum diſtat ortus ab occidente: ſed nec iſtud illũ eſt loci di
detenuit. Iacob inquit ad meſopotamiam vſq; abiuit ſtantia.
ſponſam adducere, & à finibus terræ venit regina Sa
ba ad Salomonem. Vñ ipſe abibo pro ea, & amborũ
ſumptibus adducetur, nec longo itineri parcam pro=
pter eam: nec labori. Merito heæ nuptiæ in chana Ga
lileæ celebrantur, chana interpretatur zelus, & Gali=
lea tranſmigratio, zelus ergo tranſmigrationis amor
ſuperferuidus eſt, qui transfert amantẽ in amatã quo
cunq; ſit illa. Hoc eſt proprium amoris, vt transferat
amantem, & magis ſit vbi amat quã vbi animat, nec
eum ſui iuris eſſe ſinat: vñ ſemetipſum exinaniuit ob
ſponſam, formam ſerui accipiens, trãſmigrauit à for
ma dei vſq; ad formã ſerui, & qui erat primus digni=
tate, factus eſt nouiſsimus virorum humilitate, infix⁹
in limo profundi: vnde vocatus ad nuptias præfatas
recumbit in nouiſsimo loco. Quid ergo ſupereſt fra
tres chariſsimi, niſi vt ſponſa exeat obuiam ſponſo, ſi
Rachel in via obuiam Iacob inuenit, quãto amplius

ſponſa hæc debet præcellere diligentia: ne ſi anima mea ſemper in domo ꝓpria, in domo luctea quæ ter renum habet fundamentũ, vbi putredini dices. Pater meus es tu, & ſoror mea vermibus, exi, trãſmigra, me more ſto ꝙ Ieſus ſponſus dixerit. Præcedã vos in Ga lileam, ibi me videbitis. Ipſe dux præceſſit te in aſcen ſione. Venit eñ & reuerſus eſt parare tibi locũ, ibi eũ videbis ſicuti eſt, cuius facies plena eſt gratiarũ, ibi eſt vinum nouũ quod tecum bibiturus est in regno pa tris ſui, qui ſeruauit bonum vinum vſq; adhuc, ſcili cet fruitionis, nam hic ſponſus ſecus q̃ mundus pri mo malũ vinũ ponit tribulationis, & laboris, ex illo videlicet quod ipſe bibit in cruce, vino compunctio nis de quo dicitur. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, ſed venientes autem venient cũ exulta tione optimi vini portãtes manipulos ſuos. Cũ ergo venerint nuptiæ agni quæ tertio anni imperii dei fa cte ſunt tẽpore gratiæ, qd reſtat niſi vt vxor eius ani ma deuota præparet ſe iuxta illud. Gaudeamꝰ & exul temus, & demus gloriã ei, quia venerũt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe, & datũ eſt illi, vt cooperiat ſe byſſo ſplendenti, & cãdido, byſſum eñ iuſtificatio nes ſunt ſanctorũ. ¶ Sed forte ſciſcitaris anima mea quibus te præparare debes, vt dẽtur tibi iuſtificationes ſanctorum ſuper quos regnat ſpõſus tuus. Attende ꝙ in omnibus ſacræ ſcripturæ nuptiis prędictę nuptię ſi gnate ſunt: vnde quatuor defectus reprehendit ſpon ſus iſte in nuptiis. Primus eſt indecens ornamentum, quia charitas primo requiritur ad eius honorem in trantibus cœnam agni. Secundus de apparentia loci ſuperioris, vbi notatur humilitas requiſita. Tertius defectus tarditas eſt in bonis operibus, quia quæ pa rate diligentiſsime erant virgines intrauerunt cum

Christus primus dat malũ vinum.

Apocal. 19.b.

quatuor nuptiarũ defectus



eo ad nuptias, nec enim decet vt ſponſa ſit manu ad manum, ſed ꝙ inſtanter operetur, quia manus ſponſi etiam tornatiles ſunt. Quartus eſt defectus iocundi tatis ſpiritualis in penuria vini notatus, hilarem enim ſponſam diligit ſponſus iſte: qui ſemper ridet in glo ria quam mihi &c. Hic ſermo melius poterit prædica ri ſuper hoc thema manifeſtauit gloriam ſuam. Nam in qualibet reſponſione manifeſtat ſponſus amplio rem gloriam ſuam quemadmodum Aſſuerus magni ficauit gloriam ſuam in grandi conuiuio. Dum igi tur in glorios defectus ſponſæ oſtenderis manifeſtet ſponſus gloriam ſuam ampliſsimam. Item poteſt hic ſermo prædicari dominica.xix.poſt Pentheco.ſuper hoc thema. Fecit nuptias filio ſuo: & aptiſsimꝰ eſt ve lo monialis ſub hoc thema, vocatus eſt Ieſus & diſci puli eiꝰ ad nuptias. Diſcipuli Ieſu ſunt defectuũ ſpon ſæ ſupportationes piæ, & eorũ remedia, quibus eam ad perfectionem integram redit.

¶ SERMO. XIX. DOMINICE TER tie poſt epypha. de peccati lepra, & de eius mun datione etiam ab hereſi. THEMA.

Ecce leproſus veniens adorabat eum. Mat.8.a.

¶ Inuocatio ad virginem.

Leproſus iſte fœlix, ideo ſanari meruit quia monti appropinquauit, quo Ieſum deſcenſu rum prænolabatur. Mons iſte fratres chariſsi mi beata virgo eſt, quę dum infirmis, & infirmos deo contulit, vt obuiarent ſibi. Nec ſemel hoc fecit, ſed in dies facit: quoniam ſcriptum eſt. Et erit in nouiſsi mis diebus præparatus mons domus domini in verti ce montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes. Nouiſſimi dies id eſt optimi fuere

Eſa.2.a.

dies incarnationis dominice, nam de tẽpore hoc dicitur. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt. Illis ergo diebus Maria virgo præparauit ſe, vt in ea ædificaretur domus domini id eſt corpus Chriſti, ſic vtiq; excellenter, vt in ipſa præparatione ſua excederet altitudines montium & colliũ, dignitates ſcilicet & merita omnium angelorũ & ſanctorum hominũ, quoniam ecce iſte filius dei venit ad nos per Mariã ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Quod vtiq; fecit, qñ in viſcera matris reſedit. Dum eñ humiliauit ſemetipſum, quaſi ad montẽ in vertice aliorũ id eſt in gradu heroico ſuper alios conſtituto aſcendit. Eleuata igitur eſt Maria in filii dei incarnatione, dignitate & merito. Cuius præparatio vtiq; fuit humiliatio dicens. Ecce ancilla dñi. Tũc ſane in omniũ verticẽ ac ſup omnia eleuata eſt iure virgo, & fluxerunt ad eam omnes gẽtes, quod ipſa diebus illis in ſpiritu cernẽs dixit. Ecce eñ ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ceperunt hoc facere paſtores, & magni ac cæteri. Ruptus abbas ſuper Eſaiam aliter exponit, quia nouiſſimos dies intelligit omnes dies ſeculi. Ne igitur quis diffidat: qm̃ beata virgo quemadmodum præparauit ſe, vt nobis deũ afferret, ſic etiam vſq; hodie præparatur vt nos deo præſentet, præparauit inquam ſe, maxime ab aſſumptione ſua, quando velut in vertice montium præmio & altitudinis loco ſtabilita eſt, vt (teſte Mardocheo) tali tempore pararetur: quo præſidio alterius caremus. Eſt igitur Maria etiam nunc mõs domus domini.i.eccleſiæ. Eſt q; in vertice montium ad dexterã videlicet filii ſuper montes & colles id eſt angelos alioſq; beatos eleuata: ſed vos imbecilles dicetis. Quis poterit ad eam? quis adducet eã de cœlo altiſſimo? Ad hoc reſpondit Eſa. Fluent ad eam omnes

maria eſt mõs præparatur deo & nobis.



gentes. Ad montem hunc omnes gentes cõfluere videmus, dum omnes proclamant, monſtrate eſſe matrem. Saltim ad montis pedẽ confluamus cum turba euangelica & viro leproſo. Quid aliud eſt radix mõtis niſi fiducia virginis, quæ apud nos manet? Nonne radix eius, nõne fiducia eius impleuit terram? eamus igitur genibus flexis ad radicem montis domini, & docebit nos gratiam ſuam quam vt ſermoni aſſequamur et deferamus Aue Maria.

❡ Argumentum dicendorum.

❡ Nihil narrat euangeliſta, de geſtis montis, ſolum à deſcenſu incepit narrationẽ ſuam dicens. Cum autẽ deſcendiſſet Ieſus &c. De monte paterno à principio deſcendit Ieſus etiam in cœlo, vbi turbe multe angelorum bonorũ ſecute ſunt eum: vt beatificarẽtur ab eo. Ibi etiam leproſus non defuit, quia lucifer ſanus non erat, infelix tñ ſequi noluit dominum ſuũ, vt fecit iſte bonus homo de quo ait thema. Ecce leproſus veniens adorabat eũ. Fœlix vir cui lepra cedit in bonum, qm̃ pre turba cucurrit, & pre turba dilexit, dum ipſa infirmitas fuit ſibi velut calcaria, vt veniret citius ad dñm ſuum. Hunc & alios infirmos fœlices cõtemplabatur Dauid dicens. Multiplicati infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt. Tantũ quidem accelerauit pre turba cor & greſſum, q; miratur vtrunq; Matheus dicens. Ecce leproſus veniẽs, hoc quo ad greſſum, adorabat eum, ſcilicet in corde ſuo: quod poſtea expreſſit dicens. Dñe ſcilicet omnipotens, ſi vis, potes me mundare. Legerat iſte illud Pſal. Quæcunq; voluit dominus fecit in cœlo & in terra.i.ſupra montem, & infra. Ieſus autẽ de potentia nõ dubitanti, & voluntatem ſuã, voluntati dei preferenti, qd' eſt optime orationis dixit. Volo, ſcilicet quod tu vis. Mun-

Expoſitio euangelii.

dare:mundus eſto. Mirabile dictu: quia ſola diuinita
te diuinitus operante, confeſtim mundata eſt lepra
eius. Mirabilis effectus fidei: quæ non ſolum corda
ſed corpus adunguem purificat. Huius ergo vir tan
ta reperitur fides: q̃ feſtinanter mittitur vt præco mi=
rabilium Chriſti dicens. Vade, nemini dixeris ſcilicet
neminem per viã ſalutes, ne detinearis. Sed vade oſtẽ
de te ſacerdoti ſcilicet incredulo. Cetui ſacerdotum
ad gloriam Chriſti ſe oſtendit. Et in teſtimonium in=
credulitatis eorum obtulit ex mandato Chriſti, mu=
nus quod præcepit Moyſes. Leuitici.14. Ecce fratres
quomodo mundatus conſtituitur iudex immundorũ
ſacerdotum, quod fiet etiã in vniuerſali iudicio: vbi
ciues Niniue ſtabunt aduerſus impenitentes, & viri
mundi aduerſus immundos, non q̃ ſemper mũdi fue
rint, ſed quia mundatorem quæſierunt, adorauerunt,
& miſericordiam poſtularunt ſicut ille de quo dici=
Diuiſio. tur. Ecce leproſus &c. ¶ In ſermone agam de immun
ditia lepræ: ac de eius mundatione &c.

¶ Prima pars.

¶ Inter egritudines diffuſior eſt lepra, nam ſtatim oc
cupat totũ hominem vſq; ad capillos, immo & in pa=
rietibus domus reperiebatur apud veteres iudeos, qui
bus hæc infirmitas erat ſatis domeſtica: vt per eam
Superbia peccata ſua cognoſcerent. Omne namq; peccatum
e.. lepra ſignatur in lepra, ideoq; leproſus iſte omnes pecca=
Oziæ. tores deſignat quia cuncti leprã peccati patiuntur, &
vt ab altioribꝰ incipiã aduerte: q̃a lepra eſt cõtagioſa
Eccleſi. ſignat ſuperbiã iuxta illud, Qui cõmunicat ſuperbo,
xiii.d. induet ſuperbiam, ſicut quæ communicat leproſo ve
ſtietur lepra. Adeo namq; ſuperbia cõtagioſa diffun=
ditur, & extenditur, vt à lucifero tranſierit in tertiam
Iob.55.b partem ſtellarum, quæ mũde non fuerunt (teſte Iob)



in conſpectu dei: vſq; adeo etiam cõtagioſa eſt lepra
ſuperbiæ, q̃ primi hominis ſuperbi delictum in om=
nes nos tranſierit: quia per vnũ hominem peccatores
conſtituti ſunt multi. Hoc igitur maximum eſt docu
mentum cõtra ſuperbos: vt ſe humilibus adiungant
humilibus cõſentientes, alioquin ſuperbia vnius om
nes alios in formam præſumptionis rediget. Exem=
plum huius rei & figurã reperies in Ozia rege de quo
dicitur. Cũ corroboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius 2.Paral.
in interitũ ſuum & neglexit dñm deum ſuum, ingreſ= 26.c.
ſuſq; templũ domini, voluit adorare incenſum ſuper
altare thymiamatis. Et dum comminaretur ſacerdo
tibus hoc ſibi interdicẽtibus, tenebat thuribilũ: tñ ſta
tim orta eſt lepra in frõte eius. Fuit igitur leproſus rex
vſq; in diẽ mortis ſue. Quos reges hic rex nõ infecit
ſuperbia ſua? quiſnam regũ hodie ſe ſacerdotibus nõ
præponit luthero cõſentiens? quis non ſe intromittit
in pape effectũ? quis eorum nõ rapit bona tẽpli? pro=
pterea quippe talis confuſio reperitur in eccleſia dei
quòd reges tñ ſe intromittunt in res non ſuas: ſed epi
ſcoporũ, e conuerſo autẽ epiſcopi, vt ſua tueantur fiũt
reges, vtuntur armis, & nutriunt milites, qui propter
timores nocturnos regum gladiũ portant. Ecce quo
modo qui communicat ſuperbo, induit ſuperbiã, ec=
ce quantum contagii ex ea euenit, q̃ à rege vſq; ad ſa
cerdotem omnes ſuperbiũt. Tamen ſuperbia nobiliũ Duplex
ſignatur in rege Ozia propter bona recepta ſuper= ſuperbia
biente. Altera vero ſuperbia quæ apud viros ſpiritua
les reperitur, eſt in Simone leproſo de ſua iuſtitia cõ=
fidente: & peccatricem deſpiciente. Qui ergo digni=
tates ambit cum Ozia lepram habet, in fronte elatio=
nis ſuæ: thuribulum incenſi, bonam intentionem ſi=
gnat qua fulcitur, ac decipit. Ad altare thymiamatis

accedit adolere: quando vngit manus promouentis
4.Re.ſ. eum, quamuis vt Ozias eſſet à templo ſemouendus,
Auaritia ne alios ambitionis contagio inficeret. Auarus ha=
eſt lepra. bet leprã Naamam qui dicitur vir diues & fortis ſed
leproſus, & interpretatur motum præparans, qm̃ aua
rus non pręparat cũ ſua ſiti quietem: ſed motũ ad plus
Eccl'.2.d acquirendum. Cũ omnia quietem appetãt, & in eam
tendant, ſolus auarus addens opes addit & laborem,
qm̃ Salomon ait. Cuncti dies eius.ſ. auari doloribus
& ęrumnis pleni ſunt, nec per noctẽ mẽte quieſcit. Et
hoc nõne vanitas? Quis ita vorabit, & deliciis affluit
vt ego? Vt expertus loquebat' hic Salomõ qui ſolicit9
fuit, quę ſunt mundi: tñ nunquam valuit ſibi requiẽ cõ
parare, ſed inquietus ſe gerebat indies. Quia igitur
hic morbus eſt ſitibundus ſignat auariciam: nam in=
fernus & concupiſcentia carnis & terra & ignis inſa
turabilia dicuntur. Et ergo quia eſt etiã duplex auari
cia ſcilicet ſecularium & eccleſiaſticorũ, altera ſigna=
tur in pędicto Naamam, altero vero in giezi, quẽ ip
ſe ditauit, cui ob auaritiã ſimonię adheſit alterius le
pra. Giezi vero interpretatur vallis pectoris, qm̃ aua=
rus multum deſcendit ab inclinatione pectoris, & re
morſu conſcientię. Ex iſto remorſu chriſtiani deſcẽ
dunt ex quo philoſophi aſcenderunt ad cognoſcen=
dum maius bonũ, viſo ꝙ mundus non ſatiabat eos.
Chriſtiani ergo, quod fuit occaſio cõtemnendi mũ
dum ſcilicet inſufficientia opum ex qua nos elicimus
inquietudinẽ & afflictionem ſpiritus: philoſophi au=
tem elicuerant dei cognitionẽ. Nos ergo miſeri qui
ſpeculum ſumus deo & angelis & demonibus, nos
ipſos nõ videmus, vt optime notat beatus Bernardus.
Nam ſi nõ deſcenderemus à pectore certe aſcendere
mus in montem. Vnde auctore Bernardo hęc eſt dif=



ferentia inter Iacob & Eſau quòd ad Iacob dicit pri
mo Iſaac. Det tibi de9 de rore cœli & de pinguedine Ge.27.e.
terræ. Secundo ad Eſau prius de pinguedine terrę, &
poſt de rore cœli erit benedictio tua, mali namq; & ſi
æterna appetunt, pręponunt tñ temporalia, boni au=
tẽ vtraq; appetũt, ſed pręponunt ęterna, & ſic fit ordo.
¶ Tertio autẽ quia lepra eſt morb9 ferid9 luxuriã deſi Luxuria
gnat, veruntñ apud immũdos pro ſuaui odore fetor eſt lepra.
iſte habet, eo namq; delectãtur canes vñ luxurioſus
ſignatur in Ioab: qui percuſſit in inguine abner in do
lo. Dauid autem maledicens eũ ait. Non deficiat de ii.Reg.
domo Ioab fluxũ ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & te iii.b.
nens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane. Ab=
ner interpretatur patris lucerna, & eſt ratio noſtra, qa
in nocte huius vitę ſola rationis lucerna data eſt no=
bis, qua extincta & nõ lucente, miſerabiliores ſumus
brutis. Hęc in inguine percutitur, dum luxurioſus eſt
ſimilis beſtiis: & de huius domo ideſt cõſciẽtia, nun
quam deficit tenens fuſum.i. circuitũ vitiorum, quo
filari ſolet veſtis inferni. Nec deeſt cadens gladio tẽ=
tationis & miſer, quia non ſolũ pane, quinetiã ſiliquis
porcorũ indiget, quibus nõ implet ventrem libidinis
ſuæ. Quarto autẽ qa lepra claudit auditũ, ſignat iracũ
diã: nullã eñ rationem audit iratus homo: quia ira im
pedit animũ, ne poſſit cernere verũ. Huius modi le= Ira & in
pra peccati ſignatur in Maria ſorore Aaròn, quæ dũ uidia ſũt
irata eſſet contra Moyſen fit leproſa. Quinto quia le= lepra.
pra viſum ebetat, ſignat inuidiam qua etiã tabeſce=
bat illa Maria dicẽs. Nũ ſoli Moyſi locutus eſt deus?
Hæc autem quia irata erat, impletur lepra, & quia in Nume.
uida erat agitur extra caſtra, ne videret fœlicitatem xii.b.
aliorum: qua inuidus torqueri ſolet. Vide hanc figu=
ram in ſermone ſanctę Marię Magdalenę in ſanctua

rio noſtro. Præterea quia lepra inordinat palatum ſi=
4. Re.7 gnat gulam, quæ in cibo & potu inordinato verſatur
ideoq; figuratur in quatuor leproſis, qui ad quæren=
dos cibos iuerunt in caſtra aſſyriorũ, ſe ꝑ ventre mor
tis periculo exponentes. Et quia gula eleemoſinã in=
terdicit, abſcõdere ſatagebant leproſi, cibos & alia in
caſtris reperta. Tandẽ quia lepra vires tollit, & ho=
minẽ debilitat, ſignat accidiã, propter qđ ſignãtur ac
cidioſi in illis nouẽ leproſis, qui noluerunt redire, vt
gratias agerẽt præceptori eos equidem ſananti. Ecce
igitur qualiter omne peccatum ſignatur in lepra, qm̃
hic leproſus cuiuſlibet peccatoris typũ gerit. Hic eſt
primus homo, & hic eſt genus humanum, hic eſt to=
tus mundus, hic eſt ego & tu, vt omnes quemadmo=
dum iſte fecit faciamus. Quid ergo cunctaris, quid,
ò peccator detineris, & adhuc ceſſas? an forte nõ de=
ſcendit Ieſus de monte iuſtitiæ ſuæ? an nõ permanet
in valle miſericordiæ ſuæ, cũ ipſe per prophetã dixe=
rit. Om̃is vallis implebitur: & omnis mõs & collis hu
Eſa.xl.a. miliabitur? Ecce nunc iuſtitia & ſeueritas deponitur,
ecce miſericordia ſupramodũ adimpletur, cur non ꝓ
peras, cum iam ſit tẽpus miſerendi eius, qui properat?
An forte nõ præceſſit te multa ſanctorũ turba, vt pec
catoribus opituletur? An Ieſus non extendit manum
ſuam ad retribuendũ? An vſq; hodie non dicit, volo
mũdare? Quid ergo aliud in altari & in aliis ſacramẽ
tis inuicto luthero proclamat, niſi vt munderis & te
in cõfeſſione ſacerdoti oſtendas? Vtinã de te mirare=
mur omnes dicẽres. Ecce leproſus veniens adorabat
eũ. In ecce notatur animi conatus, in veniens delicti
Mat.2.a. receſſus, in adorabat omnis iuſtitiæ cultus. Matheus
cum leproſi adorationẽ ſcripſit, memor fuit magorũ,
de quibus ſimiliter dixerat. Ecce magi ab oriẽte vene



runt ſcilicet adorare dominum. Huius etiam leproſi Eccle.35
orationis memor fuiſſe videtur ſapiens cum ait. Qui
adorat eum in oblectatione ſuſcipietur &c.

¶ Altera pars.

¶ Nunc in poſteriori ſermonis parte mũdationis mo
dum videamus, vidimus nos leproſos, modũ mundi
tiæ quæramus, nõ ſane alium quã præſentis euange=
lii, de quo dicitur. Offer munus quod præcepit in le=
ge Moyſes in teſtimoniũ illis, id eſt vt illi ſciant modũ
quo ſanari poſſint. Eadem ſunt moralia legis & euã
gelii: vnde quia præſentem non habemus domi=
num, ſpiritualiter offeramus ei munus prædictũ, vbi
cõtra om̃ia mala enumerata inuenitur medela, ſi mu
nus illud integrũ & in ſpiritu offeratur. Ipſo igitur ri Leu.14.b
tu & munere emundatio ſeptẽ peccatorum exprimi=
tur. Nam contra ſuperbiam iubetur offerri hyſopus, Qualiter
qui valet teſte Auguſtino cõtra inflationem pulmo= mundat
nis, quoniam humilitas contra ſuperbiã eſt. In auari= lepra.
ciam vero tres decimas ſimile iubetur offerre cõſper=
ſas oleo, quia corde & ore & opere eſt exhibenda ꝓxi
mis compaſſio hylaritatis & pietatis. Ad hoc etiam
pillos omnes iubetur radere ſuperflua pauperibꝰ ero
gando. Capilli enim Magdalene proficiunt pedibus
Chriſti id eſt pauperibus. Contra luxuriam iubetur,
vt lauet veſtimenta ſua: & totus purificetur aqua. Cõ
tra iram iubetur offerre ouem agniculam abſq; ma=
cula: per quam ſine dubio manſuetudo ſignatur. Quę
enim conſequẽtia rationis eſt, vt ait Bernardus, ꝗ ho=
mine peccante aries mactetur, dicturus cum prophe=
ta, quæ non rapui tunc exoluebam? Contra gulam li
gnum cedrinum offerre iubetur, quod eſt odoriferũ,
& imputribile: gula namq; facit guttur hominis quaſi
ſepulchrum patens. Contra inuidiam tenetur offerre

agnum innocentem, & coccum charitatis. Contra
accidiã duos paſſeres: vt anima diſcat volare. Ac de
ſanguine hoſtiæ debet poni ſuper extremũ auricule
dextre, & ſuper pollices manus dextre & pedis, quia
vt tepida ocioſitas euitetur, opus eſt vt quod auris au
dit dextra id eſt id quod ratio audit, manus & pedes
ſequantur. Reuera ſi Chriſti ſanguinẽ audirem⁹ as me
lius loquentem quã Abel, omis tepor abeſſet. Ideoq;
etiam ſepties ſanguine paſſeris immolati aſpergi iu-
betur vt intelligas φ à ſanguine Chriſti prouenit om-
nis mũditia, quia dilexit nos & lauit nos à peccatis no
Apocal. ſtris in ſanguine ſuo. Ideo beati qui lauãt ſtolas ſuas
xxii.c. in ſanguine agni. Sed qm̃ temporibus iſtis alia dete
rior lepra increuit, aduerte φ in lepra ſignanter figu-
ratur peccatum hereſis: de quo ſuper illud Leuiti. Ho
Leuit.13. mo in cuius carne vel cute ortus fuerit diuerſus co-
lor, ait rupertus abbas. In hac ſancta lege eſt ſancitum
quando debeat homo cõſideratus à ſacerdote ſtatim
lepræ condemnari, & ad arbitriũ eius ſeparari, & eſt
Luther⁹ qñ debeat ſemel & iterum includi, ac die ſeptimo cõ
heretic⁹ ſiderari, ſic in ſancta eccleſia, eſt quando debeat ho-
quomo- mo, ſtatim vt à fide exorbitauerit hereticus nunciari
do mun- & eſt qñ debeat piis monitionibus prius ſemel & ite-
dabitur. rum cõueniri. Hic etiam doctor ſuper illud Leuitici.
Leu.14.a Hic eſt ritus leproſi, quãdo mundandus eſt, etiã ſic ait.
Vidimus qualiter lex bona eiiciat leproſum, id eſt he-
reticum, eo φ leproſus ſit, nũc videamus qualiter mũ
det, id eſt reconciliet illum, vbi mundatus, vbi in ca-
tholica fide fuerit correctus. Offerat (inquit) per ſe
duos paſſeres. Paſſer hoc loco Chriſtũ ſignificat, qui
& in Pſal ait. Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſoli-
Pſal.ci. litarius in tecto. Id eſt reſurrexi, & aſcendi in cœlum,
ſeparatus ab hominibus ad modum paſſeris ſolitarii



in tecto ſeparati ab aliis auibus, & quieſcentis in lo-
co ſuo. Sed duo paſſeres offerendi ſunt. Et vnum (in-
quit) è paſſerib⁹ immolari iubebit in vaſe fictili ſuper
aquas viuentes, aliũ autem intinget viuum ſanguine
paſſeris immolati &c. Cur hoc niſi quia oportet eum
qui recõciliatur eccleſiæ confiteri Chriſtũ quia cruci
fixus & mortuus eſt in infirmitate noſtra & viuit nũc
ex virtute dei? Immolatur ergo in cruce lignea, & de
inde ſanguine tinctus, & ſuis vulneribus ornatus vo-
lat in cœlum. Duo ergo paſſeres mors & reſurrectio
Chriſti, qui & gemino paſſere ſignificantur propter
geminã naturã ſuã, humanã videlicet ac diuinã, alte-
ra. ſ. humanitate immolata intingitur: altera quia deũ
pro nobis mortuum fatemur nõ abſolute ſed per ſan
guinis effuſi cõmunicationem: hæc immolatio fit in
vaſe fictili, qñ in fide iteratur horum credulitas & cõ-
feſsio. Fitq; ſuper aquas viuentes id eſt ſacras ſcriptu-
rę literas. Hos paſſeres comeſtibiles vocat legiſlator,
quoniã cibant animam iuſti. Qui ergo mũdandus eſt
debet ſepties aſpergi ſanguine paſſeris immolati, qa
Chriſtus ſeptiformem dedit ſpiritũ: ſine quo nullus iu
re mundatur. Hoc in ſacramentis eccleſię mirabiliter
(quod fidelibus notum eſt) celebratur. Additurq; li-
gnum cedrinũ vermiculuſq; & hyſopus. Lignum ce-
drinum imputribile ſpem reſurrectionis & incorru-
ptionis futuræ, vermiculus charitatẽ, hyſopus herba
humilis, qua tumor pulmonis deponitur ipſam fidẽ
qua corda noſtra purificantur. Sine iſtis reconciliatio
non fit immolato itaq; paſſere vno: alius viuus in ſan
guine eius tingitur, quo ſepties qui mundandus aſper
gatur, vt rite mundetur, quia videlicet vnus idemq;
Chriſtus mirabiliter: & hi in ſacramento ſuo quoti-
die immolatur: & in cœlo viuit non moriturus. Hac

fide recepta qui hereticus fuerit, ſepties reſperſus .i. ſancto ſeptiformi ſpiritu, qui in ſola catholica eccleſia datur innouatus, dimittet paſſerem viuũ, in agrum vt euolet, confitendo ſcilicet quia Chriſtus (vt prædictum eſt) nunquã moriturus in æternum manet. Vltra hoc debet pilos carnis ſuæ radere ideſt à ſe ſuperſtitiones hereticas amputare, & lauabitur aqua ſcilicet lachrymarum, & ſic ingredietur caſtra ideſt gremium eccleſiæ. Ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum ſuũ ideſt extra hereticorum conuenticulũ ſeptem diebus .i. donec perfecte in eo Chriſtus formetur, cui eſt iterum pariente gratia natus. Sumatq; die octauo quaſi nouus homo reſurgens duos agnos immaculatos, duo videlicet teſtamẽta, & ouẽ aniculã abſq; macula .i. fidem catholicã vnicã & tres decimas ſimile .i. tres etiã cõfitebitur pura mẽte & publica voce vnice deitatis perſonas. Sed nõ ſatis eſt ſanctã cõfiteri trinitatẽ in conſpectu eccleſiæ, niſi præeunte dilectionis auctoritate & erga deum & ꝓximum fideliter operante cõſperſa (inquit) ſimila ſit oleo. Et ſeorſum habeat olei ſextariũ quia videlicet & intus corã dño conſpergitur charitatis oleo: & foris erga proximũ ſex opera miſericordię quæ ſunt .ſ. eſurienti cibũ, ſitienti dare potũ, colligere hoſpitẽ, cooperire nudũ viſitare infirmũ, venire ad eum qui in carcere eſt. Hęc rupertus, quæ vtinam noſtræ tẽpeſtatis heretici offerrent, tñ omnia euertunt, niſi extẽdere dignetur, in eos manũ tuam deus vt intus iam reconciliati deo veniãt cum munere prædicto ad ſummum ſacerdotem dei, cui neceſſario debent præſentari. Veruntñ pro ignorantibus & nõ malitioſis hereticis ſequitur vbi ſupra, quòd ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt &c. Pauper eſt ille qui pro paruitate

Heretici rudes ſic mũdẽtur



ſcientiæ non penetrat profunda ſcripturarum. Sumet ergo iſte pro peccato agnum ideſt pro correctione peſtis heretice apprehendet apoſtolice fidei ſimbolũ. Decimamq; partem ſimile conſperſe oleo, & olei ſextarium ideſt fidem vnam abſq; ſubtili diſcuſsione triũ perſonarum, ita duntaxat, vt dilectionem habeat erga deum & proximũ. Duos quoq; turtures (inquit) ſiue duos pullos columbarum, alter ſit ꝓ peccato, alter in holocauſtum. Videlicet duplicem habendo gemitum, vel quia dixit, & fecit quę catholice puritatis nõ ſunt, vel quia non dixit & nõ fecit quæ ab heretice lepre cõtagione aliena ſunt. Hæc eſt oblatio ſimpliciũ hereticorum qui non malitia ſed ignorantia deuiant. Vtriſq; plenus eſt mũdus, qꝛ hæc lepra inũdat niſi deus extendat manum ſuã, apponatq; remediũ intus & extra, intus in noſtra cõſcientia, & extra qꝛ oportet noſtra teſtimonium habere ab eccleſia, ideo vade oſtẽde te ſacerdoti, quatenus qui publice peccauit, publice ſatiſfaciat: vt ſic in præſenti gratiam & in futuro recipiat gloriam: quam mihi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

¶ DOMINICE QVARTE POST EPYphaniam ſermo vigeſimus, de fide apoſtolorũ & noſtra pariter iuxta euangeliũ. THEMA.

Quid timidi eſtis modice fidei? Matt. 8.

¶ Inuocatio ad virginem.

EX modica fide prouenit, non eleuare intellectũ ex modicis rebus chriſti ad magna opera eius: nam ex quocunq; etiam minimo eius negotio poterit animus ſurgere: velut ex cantu plano ad ſubtiliora puncta. Hoc ergo vtentes documento, poſtquã audiuimus Chiſtum in paruam aſcendiſſe nauiculã, inquiramus de altiori & maxima eius naui: ad cuius

Nauis deitatis venit ad mare virginis noſtrum.

contemplationem aduerte quòd etiā in cœlo eſt ma=
re:nō mare noſtrū ſed mare dei. A damaſceno namq;
dicitur diuina eſſentia pelagus infinite ſubſtantiæ,ſic
ſane ampliſſim⁹ vt ripis & fundo careat,& quocunq;
periculo:immo tam optima temperie abundat pela=
g⁹ diuinitatis,ꝙ ſumma beatitudo ſit eo frui, vbi etiā
ſummi angeli ſunt piſces,qui non omnem pelagū ſed
ſemitas eius perambulant, ideſt ſepe ambulant per in
tellectum ex vno miſterio ad aliud perſcrutantes etiā
profunda dei:vbi velut piſces in mari reperiunt alimē
tum ſibi neceſſarium,ita vt de ipſis, atq; de hoc mari
diuino dici queat. Inūdationem maris quaſi lac ſug
Deuter. gent &c. Ecce quomodo nō ſalſiſſimum ſed duciſſi=
33.c. mum eſt hoc mare,cuius vnda inebriat omnes ange=
los dei:& eos ſemper nutrit. Tn̄ dei filius non vndam
ſed totū occupat naui ſuæ diuinæ perſonæ.Scitis qui
dem ꝙ perſona filii dei non partes ſed totū poſſidet
atq; tenet:quia magnus dn̄s & magna virtus eius, &
magnitudinis eius non eſt finis. Magnū mare & ma=
gnitudo nauigantis maximam demonſtrat ſecurita=
tatem,quia ſecurior eſt nauta dum ampliori natat ma
ri,ſi maiori teneatur nauigio. Nos autem ideo pericli
tamur & ſubmegimur ſepe,quia mari anguſto naui=
gamus,etiam à cōſtitutione mundi, quia anguſta eſt
omnis creatura:& ideo vniuerſalis eſt vox illa. Dn̄e
ſalua nos , perimus. Hanc dederunt vocem patriar=
che & prophete,donec filius dei venit ad mare no=
ſtrum ſuccurrere nobis in anguſtiis noſtris. Hoc mare
noſtrū eſt beata Maria in cuius ſtrictis viſceribus na=
uigare venit ille magnus dominus flante ſpiritu ſan=
cto qui quotidie mouet atq; concitat mare iſtud, ma
xime dum afflicti clamant pro gratia dicentes Aue.

¶ Argumentum dicendorum.



¶ Quando quis turbatum interrogat,ipſemet ſolet re Reſpon
ſpondere pro illo ſciens ꝙ turbatio hebetat intelle= ſionē tur
ctum, & ideo nō poterit reſpondere vnū pro mille. batio im
Sic ergo fecit deus noſter qn̄ interrogans primū ho= pedit.
minem turbatum Adā & abſconditum atq; timidū,ip
ſemet interrogans deus reſpondit pro illo dicens. Ni
ſi quia de ligno quod prȩceperam tibi ne comederes,
comediſti? Hoc eſt reſponſum illius interrogationis.
Quis indicauit tibi ꝙ nudus eſſes? ſic deniq; facit nūc
ipſe filius dei: qui interrogans ſuos diſcipulos dicit.
Quid timidi eſtis modice fidei? In hac breui interro
gatione totalem dedit reſponſionē, quia dū eos mo=
dice fidei pronunciat,cauſam exprimit timiditatis di
cens. Propterea timetis: quia modice fidei eſtis: non
quæratur alia cauſa veſtræ puſillanimitatis niſi fidei
paruitas. ¶ Due erūt ſermoni partes. In prima de par Diuiſio.
ua fide apoſtolorū. In ſecūda de minori fide nr̄a agā.

¶ Prima pars.

¶ Legimus in Geneſi quòd iudaice gentis principio
patrem illorū voluit deus probare:an eſſet fide prȩcla
rus:tentauit ergo deus Abraham in morte quā iuſſit
eum inferre primogenito ſuo:de cuius fructu poſteri
tas magna patri fuerat repromiſſa. Ille autem magis
promiſſioni dei,quam morti credens firmiter tenuit,
ꝙ ſtatim ſuſcitaretur, quamuis in ſacrificio iugulare= Tētatio
tur. Plus ergo confidebat in eo quòd ſperabat, quam fidei.
in eo ꝙ videbat: videbat enim mortē imperatam; ſpe
rabat vitam ꝓmiſſam. Huius ergo filios promiſſio=
nis ideſt apoſtolos in eccleſiæ principio, etiam de fi=
de voluit deus tentare fortius quia non morte alte=
rius ſed propria eos tentans exponit maximo pericu
lo vitā illorū in nauicula fluctibus maris operta: quā
uis cuilibet apoſtolo maiorem filiorum ſpiritualium

propagationem repromiſerat Chriſtus etiam vſq; ad vltimam terræ protenſam. Vt ergo eos tentaret Chriſtus de fide, aſcendit in nauiculã fragilẽ, & ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, nonnullũ periculum ſuſpicantes, tamen ſcientes quia gloria magna eſt ſequi dñm, nõ dubitant pro eius obedientia ſe periculo exponere, vt poſtea leti audiant. Vos eſtis qui permanſiſtis me=cum in tentationibus meis. ſ. actiuis & paſsiuis. Vę autem nobis qui non lupũ ſed vulpem, aut aliud minus malum videntes venire fugimus. Immo fugit impius à deo nemine perſequente, trepidans timore vbi nullus eſt timor: ſed amor in mãdatis eius. Peccator eſt velut malus canis venatoris qui inter ſpineta reliquit venationẽ, ne laceretur ab eis: cum ibi citius poſſet eã apprehẽdere. In tribulis & tribulationibus certius inuenitur deꝰ (qui eſt velut liliũ inter ſpinas) quã in prato viridi & ameno. Chriſtus ergo vt apoſtolos tentaret, ſe dormitioni dedit: quaſi ſinẽs ventos de theſau=ris ſuis exire. Qui & ſi locũ daret inferno exiret quip=pe aduerſus omnes peccatores. Dormit ergo in mari vt locũ det ſeuiendi atq; turbandi quia ideo ſequitur in euãgelio. Et ecce motus magnus factus eſt in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus. Parui motus dici poſſunt qui naturaliter quotidie fiunt in mari, ſi huic, pręſenti cõparentur, nõ ſolum propterea ꝙ iſte voluntarius dici valet: voluntate Chriſti cauſatus ſed ob id ꝙ ad magnã dei potentiã oſtendendã fuit effectus. Vbi aduerte ꝙ fuit maior quã ille: qui ad egreſſum egypti fuit factus: qñ deus diuiſit mare rubrum in diuiſiones, qm̃ ille fit pro ſeruis dei tuendis at ꝓtegẽdis, iſte au=tem fit contra ſeruos dei: immo & contra dominum ipſius maris: qui & madefactus eſt aliqua inundatio=ne huius motus feruentis. Magnus quidem quando

Malus timor turbat.

Cur eſt magnus motus.



factura ſtat contra dominum ſuum. Deo ſubiectum eſſe ſolebat mare: vt illud (teſte Iob) quaſi pannis in=fantiæ inuolueret, nunc autẽ ferox mouetur quia mirabiles elationes maris huius: ſed mirabilior in altis dominus. Dum ergo nauis vellet abſorbi, Ieſus quę=ritur, & in meliori loco inuenitur ſic tranquillus, vt quando in domo matris ſuæ dormire ſolebat in Na=zareth. Nunc dominus iacit lapidẽ: & manum abſcõdit. Diſcipuli tñ ictum ſentientes cõcurrunt ad ipſum dicẽtes. Domine vniuerſe creaturę ſalua nos, perimꝰ. Non eſt dormiendi ſed ſaluandi tempus & miſerẽdi: quia vrget ſuper nos puteus abyſsi os ſuum & abſorbet nos profundũ. Surgens autem Ieſus imperauit vẽtis & mari: vt fieret tranquilitas magna. Videns autẽ eos turbatiores mari dixit eis. Quid timidi eſtis mo=dicę fidei? Prius ſedare voluit animos eorum quã mare, quia magis turbati erant. Verba tamen quæ dixit eis, non erant vt manſuetudinẽ prouocarent ſed me=ſtitiam. Vocat equidem eos modicos fidei: quod maximum dedecus eſt. Si eñ fides eſt fundamentum re=rum ſperandarũ, cũm modica fides modicum pręñet fundamentũ: cito ruet eorum ædificiũ: & iam prope interitum eſt. Magnã reputauit iniuriã Heliſeꝰ, quod pueri vociferantes dicerent. Aſcende calue, aſcende calue, & ꝓpterea obtinuit: vt animalia ſeua de monte ruerent contra pueros trucidãdos. In illis tamẽ verbis nil aliud volebant innuere: niſi ꝙ ille non eſſet ꝓ=pheta, nec vllam haberet inſpirationem à deo inſi=tam menti ſuæ: quæ propterea decapillata meruit appellari & calua. Quod ille non equo animo tulit, ideoq; animo turbatus eſt: ita vt iuſtitiã vocaret contra eos. Nunc autem in plus mali ſe habet, vocari modicos fidei, quam caluum, quoniã caluitium iſtud

Pſa.92.a.

Quã mala eſt modicitas fidei.

4. Reg. 2.d.

non demit niſi prophetiam:& modicitas fidei aufert pene omnem chriſtianitatem, & totũ chriſtianiſmũ qui fundatur in fide formata. Viſo igitur quanta iniuria ſit in prædictis verbis, quærendũ eſt à Chriſto, cur hanc eis fecit iniuriam, qm̃ in hoc periculo probationis non modice ſed maxime fidei videntur apoſtoli fuiſſe. Patet quia (vt ait apoſtolus) per fidẽ acceſſum habemus ad deum. Acceſſum inquã apertum & citũ & certum & nullo modo impeditũ. Sic ergo accedũt iſti ad deum ſuũ ducti per fidem ſicut magi per ſtellam. Et maximũ opus fidei eſt nos ad deũ ducere, quapropter maximam fidẽ videntur apoſtoli habuiſſe ad ſolum deũ citiſsime currentes. Item ipſe deus vocat fideles ſuos dicens. Salus populi ego ſum de quacunq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos. Ecce igitur clamãt ad te dñe, dũ tribulantur exaudi eos, & nõ carpe, quia non improperas. Itẽ hęc eſt differentia fideliũ & infidelium: ꝙ hos tribulatio deiicit, alios eleuat, iſtos deprimit: vnde ait Gregorius. Mala quæ hic nos præmunt, ad deũ nos ire compellunt. Si ergo malum tempeſtatis cõpulit apoſtolos deum adire maxime fidei videntur: quæ ſtimulos habet tribulationes vt ad deũ celerius pergat: quibus praui homines detinentur. Item totã fidem atq; omnem chriſtianiſmum redolet hæc oratio. Domine ſalua nos perimus. Ad quorũ verborum profunditatem enodandã tempus non ſuppetit: maxima ergo videtur fides apoſtolorũ & non modica: qm̃ in tanto periculo ad Chriſtum deuenit confitens eum omniũ periculorum dñm etiam marium & ventorũ: qui & perire non poterat: cui & pericula fatentur parere: quia fides apoſtolica nouerat illud Pſalmus. Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuũ eius tu mitigas. Nunc autem fratres iuſtitiam domini videamus qui merito eos modicæ fidei nominauit, primo quia in mortis periculo conſtituti mori timebant: timor autem mortis modicæ fidei ſignum eſt, ideo hanc ſpreuerunt martyres fidei defenſores, atq; omnes ſancti: & orauerunt pro morte dicẽtes deo. Educ de carcere animã meam ad confitendum nomini tuo. Et alius lachrymans dixit. Quis me liberabit corpore mortis huius? & beatus Simeon ſtatim quo deum incarnatũ vidit, ab eo prima petitione mortem poſtulans ait. Nunc dimittis ſeruũ tuum dñe. Qui ergo modicam fidẽ habent, mortem timent: qui autẽ habent plurimam fidẽ eam diligunt, & quotidie deprecantur deum dicentes. Adueniat regnum tuũ: cuius nuntius & præuentor eſt ipſa mors. Orationem ergo dominicã non vere dicit qui mortem timet: qui autem eã odit nullam credo habere fidem. Merito igitur dicit Chriſtus apoſtolos modicæ fidei conferens eos præteritis ſanctis mortis amatoribus: de quibus ait Iob. Gaudent vehementer cũ inuenerint ſepulchrum etiã in mari: vbi Ionas propheta voluit ſepeliri. Secũdo dicuntur modicæ fidei, quia iam ꝙ ad Chriſtum cucurrerunt: neſcierũt diſtinguere maiorẽ à minori: quòd patet, quia excitauerunt eũ. Quod autem liberat nos in Chriſto, non dormit, minime per ſe valet à tanto aliquem liberare. Diuinitas Chriſti eſt liberatrix noſtra, & iſta non dormitat, neq; dormit: vñ Chriſtus eſt velut leo, qui oculis apertis dormit. Sic dñs Ieſus humanitate dormit, diuinitatis oculos habens apertos. Bene quidem ꝙ eius humanitas eſt inſtrumentum noſtræ ſalutis tale quòd etiam effectum ſalutis attingit, atq; cauſat. Defectus tñ fidei eſt ire prius ad inſtrumentũ quam ad motorem. Si autem dicas, quòd ipſa Chriſti humanitas cuncti potẽs

Quod ſit magna fides apoſtolorũ.

Cur ſit modica.



Mors nõ timenda

eſt: aduerte quòd hæc omnipotentia prius reſidet ſeu communicatur animæ chriſti: quã membris aut ſenſibus eius. Si autem vellent ab anima Chriſti impetrare ſalutẽ: hæc anima ſemper vigil fuit in portione ſuperiori: qm̃ ipſe dicit. Ego dormio: & cor meum vigilat. Anima ergo Chriſti & etiam cuiuſlibet alterius ſi glorioſe videat deum: deinceps dormire non poterit. Modice fidei ergo eos vocat propterea quòd appellarent in chriſto, id quod dormiebat: cum nõ illud ſed quod ſemper vigilabat: eos erat liberaturus. Sic Magdalena modice fidei fuit in horto qñ quærebat corpus Ieſu, eius deitatis oblita: & ꝓpterea dicitur ei. Noli me tãgere. Nondũ enim aſcendi, ſcilicet in tuo corde infimo ad patrem meũ. Tertio ſunt modice fidei: quia petant quod ipſi dare deberent: ſibi poſtulãt quod ipſimet cæteris exiſtentibus in naui daturi erãt. Vbi aduerte quòd Chriſtus apoſtolis dederat nomen ſuum, quo & languores curarent, & etiam mare ſedarent: quia quemadmodũ in vniuerſa terra, ſic & in vniuerſo mari admirabile eſt dei nomen feras atq; dæmones & motus maris mitigãs. Quid ergo opus erat recurrere ad Chriſtum: cum iam diu creditum eſſet eis nomen domini: quo etiam mare poſſent aperire, atq; ſcindere illud q; caſtigare melius quam cum virga Moyſi? Quædam mulier ſancta dixit. Soror mea lucia quid à me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ? Et ſic poterat Chriſtus dicere apoſtolis. Cur petitis à me iterum, quod iam gratis dedi vobis: vt gratis omnibus daretis? Iuxta hoc dixit Paulus. Ita abundat conſolatio noſtra: vt poſsimus & nos conſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Quemadmodum ergo præfectus eſſet culpandus, ſi ad curiam reuocaret negotia parua: quæ ipſe in iudicio



ſuo expedire poſſet. Sic apoſtoli erant reprehenſione digni non expediendo: & enodando illa pericula quæ nomine Chriſti delere poterant: atq; transferre aſe. Vltimo dicuntur modice fidei: propterea quòd neſciunt nauigare in mari dei, nec ad paradiſi portũ peruenire: vbi nota q; mare mundi compari vento nauigatur: & ſimili motione ducit nauigatores ſuos. Nã ſeculares benefaciunt benefactoribus ſuis, diligũt diligentes ſe, laudant laudatores ſuos, fauent eos qui eis fauorem præſtãt ſimili curſu nauigantes ad mundi portum, quia ethnici hoc faciunt, & publicani cõplices ſuos amplexantur. Ad portũ inferni etiã itur ſimili vento: nam quando reddis maledictum ꝓ maledicto, conuitium pro conuitio: & ſuperbiæ alterius reddis ſuperbiam, & procaci vultu blandienti blãditias preſtas: & luxuriam luxuria recompenſas, & perſecutores tuos perſequeris: & mordes tuos detractores ad inferni portum pergis, quia vento ſimili duceris, & eadem via nauigas cum vento. Ad paradiſum autem non ſic eſt via: nec iſto modo peragitur nauigatio Chriſti: ſed contrario vento vult ducere ſuos, nõ ſicut vos exiſtimatis: nam ſi contrarius fuerit ventus, recta pergunt ſemita maris nauigatores: qui cum Chriſto cupiunt nauigare: quod nouerat ille qui dixit. Benedicite maledicentibus vos: benedicite & nolite maledicere. Et ipſe Chriſtus ait. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderũt vos: orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filii patris veſtri, & ad portum æternæ gloriæ ſuæ deueniatis. Attende igitur chriſtiane quomodo vento cõtrario nauigare debeas: ſi attingere vis portũ glorię. Statue igitur in corde tuo quòd ſuperbię alterius reddas humilitatem: & raptori preſtes charitatem: & tuo de-

Cõtrario vẽto itur ad glorię portum.

tractori benignitatem, & luxurioſo inferas caſtitatẽ: irato patientiã, verboſo ſilentium: vt ſic vento contrario agas nauigationem dei veluti ſanctus Dauid qui ait. Cũ his qui oderunt pacem eram pacificus. Et beatus Paulus ſi attẽdis in actibus apoſtolorum nunquam nauigauit niſi vento contrario & tempeſtate vrgente: immo ſi ipſum Chriſtũ reſpicias in crucis nauicula conſtitutum, reperies ibi maximã contrarietatem: qua conſummauit nauigationẽ vitæ ſuæ. O domine Ieſu in mari contrario vento permotam video viam tuã, & finem tuæ nauigationis: vbi maior contrarietas reperietur.

Nauis crucis.

Nam in ſacerdotibus te perſequẽtibus video ſuperbiam: quia ſunt contra te mouentes capita ſua, tu autem caput habes inclinatum ad eos, quia cum patereris non cõminabaris: ſed ipſa capitis inclinatione ad amorem tuũ inuitabas eos: atq; vocabas ad te. In ſpoliantibus te, video auaritiam, ecõtrario autem in te video largitatẽ, quia etiam latroni ſamam tuã rapienti largiris regnum cœlorũ, dans ei ꝓtinus pluſquam petiuit. In tortoribus & maleatoribus tuis video crudelitatem, quia etiã lanceis ſuis vulnerauerunt te, tu autem econtrario labiis charitatis tu eos vulneraſti, dicẽs. Pater ignoſce illis, quia neſciũt quid faciunt. In tuis inimicis video liuorem & rabiẽ tantam, vt te integrũ & viuentem cupiant in infernũ proiicere, tu autem vice verſa optabas eos incolumes viuos & ſanos portare ad gloriæ portũ, vt de crucis nauicula dici poſſet, exiguo ligno committũt homines animas ſuas, & tranſeũtes mare, ſcilicet paſſionis chriſti per ratem liberati ſunt. Ecce igitur quomodo ipſe Chriſtus & omnes ſancti, & omnes chriſtiani vento contrario peruenerunt ad portum paradiſi: quapropter modicæ fidei eſt dicere, perimus, & maxime fidei



eſt cognoſcere: quod qui perdiderit animã ſuam propter Chriſtũ inueniet eam in ſtatione nauiũ paradiſi.

¶ Secunda pars.

¶ Nunc in ſecũda parte de noſtra minori fide aliquid tnodemus dicentes redemptori noſtro. Cur domine diceris nauiculam aſcendiſſe? Potius deberes in eam deſcendere, qm̃ Dauid in ſpiritu dicit. Qui deſcendũt mare in nauibus facientes operationem &c. hæc omnia tibi conueniunt, qui maximam operationẽ nunc in mari feciſti, vt eam tui apoſtoli enarrarent nobis, ideo nõ debuiſſes nauim aſcendere ſed in eam deſcẽdere. Hic fratres mei aduertite ꝙ filius dei habet naues & nauiculas: naues ſunt viri ſancti de quibus ait Iob. Tranſierunt ſicut naues poma portãtes. Nos quidem ſepe cadimus, ſancti autem non ſed tranſierunt, quia peccatũ dicitur caſus: & virtus dicitur tranſitus ad cœlum. Poma ſancti detulere: quia nobis odorem bonorũ exemplorum reliquerunt. Et etiam dicuntur poma detuliſſe: vt citius eos tranſiſſe credas paruo grauatione re & ſuaui animę ſuæ. Ad has naues dicit̃ Chriſtus deſcẽdere qm̃ viri ſancti deũ Chriſtũ habẽt ſuper ſe & ſuper caput: quia caput mẽtis eleuantes ſupra, ſemper inhiant leuantes oculos ſuos in montes ſanctorũ: vnde & per quos venit eis in auxilium ipſe deus dei filius. Nos autẽ quia peccatores ſumus nauiculę dicimur rupte atq; deſtructo omni conſilio deſtitute: vñ vobis conuenit peccatoribus conclamare atq; dicere. Dñe ſalua nos perimus. Si hoc ex animo & vere dicatis occurret vobis gubernator atque ſaluator dei filius: & à parte inferiori veniet aſcendẽs ad vos qm̃ hucuſq; eum habuiſtis delectum, & vt lutum platearum ſub pedibus datum, quod nouerat ille, qui dixit. Quanta putatis deteriora mereri ſuppli-

ps. 106. c.

Naues & nauicule Chriſti.

Iob. ix. c

Chriſtus aſcẽdit & deſcẽdit.

cia qui filium dei concul cauerit,& ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit? Aduerte igitur peccator, quando teris limina meretricis, filium dei conculcas. Quando leuas calcaneum contratuum proximũ filium dei conculcas. Qñ peruerſa gradiris via ſuppeditas deum tuum: qui non ad tales greſſus ſed ad viam mandatorum percurrendam tibi pedes condonauit. Ergo optime dixit euangeliſta: Chriſtum aſcendiſſe nauiculã: quia quotidie aſcendit cor peccatoris, quoties eum maiori habet æſtimatione & precio: eum cũctis delectationibus præponendo. Peccatores ergo dicant. Domine ſalua nos perimus. Et iuſti viri cantent. Oſanna in altiſsimis: & eſt ſenſus. O ſalua in cœlis: quãuis in terris nos tribulari permittas. Nos igitur fratres non ſolũ modicã ſed vel minimã habemus fidem, quãdo noſtra mala deſideria Chriſto ante ponimus: qui adaugebit nobis fidem: ſi nauiculã animæ noſtræ dignetur aſcẽdere. Sed forſitan ſcire cupitis, in quo poteritis noſſe an chriſtus aſcenderit nauiculam veſtrã. De hoc ait euangel. Aſcẽdente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius, quaſi dicat, ſi Ieſus aſcendit in animã tuam: ſtatim cæteri ſenſus obſequuntur ei, quia eſt ſicut magnes: quæ etiã ferrum ad ſe trahit, & ſicut ſol, qui etiam humidos atq; terreſtres vapores cõpellit aſcendere. Sic noſter gubernator Ieſus noſtram nauiculam: & omnia ſibi annexa ducit in altum, vt quæ ſurſum ſunt quærat, & quæ ſurſum ſunt ſapiat: non quæ ſuper terram. Accingite ergo fratres ſenſus veſtros: & date eis gubernationem gerere poſt Ieſus: quia tempore tempeſtatis plus parent gubernatori incolæ nauis: & ad nutum eius mouentur. Nos autem ſemper nauigamus tempeſtate mundana vrgente: quia qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu

Sequela diſcipulorum. i. ſenſuum.



perſecutiones patiuntur: & qui recedit à malo prædę patuit: ideoq; vt citius liberetur, & ſecurius eat: eum decet gubernatorem nauiculæ ſequi. Sint ergo noſtri oculi Chriſti Ieſu diſcipuli: ab eo diſcant quæ oportet facere. Requiritur enim conformitas diſcipulorum: id eſt ſenſuum noſtrorum ad rectorẽ nauiculæ: alioquin deficiet fides noſtra. Primi ergo diſcipuli Ieſu ſint oculi noſtri ſequentes eum in vigilia & fletu: quoniam tempore tempeſtatis eſt vigilandum in orationibus, & flere peccata oportet: qñ hoc fecit Ionas naufragium paſſus quando & ex ipſis nautis confeſſus eſt peccata ſua dicens. A facie domini mei ego fugio: propter me orta eſt hæc tempeſtas. Etiam orauit ac fleuit nimis in ſuo naufragio. Nec mirum quia ſicut mare vomitum prouocat: ſic & confeſsionem excitat vt euomas peccata tua. Alii diſcipuli ſunt os & guttura: quæ ſicut noſter gubernator debent eſſe parcitate plena, in nauicula namq; parciſsimus reperitur cibus: maxime in crucis naui vbi noſter patronus fel comedit, & aceto potatur, vt nos confundat, & erudiat. Alii diſcipuli ſint manus noſtræ, quæ etiam Chriſtum debent ſequi: de quo dicitur. Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem maxime in crucis nauicula. Nos ergo more patientiũ naufragium oportet ſuperflua in mare mittere conferentes amaritudinibus pauperum de bonis noſtris. Proiice igitur in pauperum nudorũ amaritudinem elemoſinas tuas, & in orphanos & viduas: & in viſcera pupillorum & ſuper eos qui ꝓpter verecundiam nõ audent ad eccleſiã venire: ne appareat confuſio nuditatis eorũ. ¶ In hac nauigatione videndũ eſt ne ſomnus opprimat nos: vel Chriſtum gubernatorẽ noſtrũ, vbi aduerte quod in horto apoſtoli dormiebãt, & in naui

Mare eſt cõfeſsio.

Dormitio xp̃i.

Chriſtus: deterius tamen euenit ipſis dormientibus:
quia tunc ſomnus infidelitatis oppreſsit eos. Duplici
ter igitur cõtigit in vita dormire: qa vel dormit deus
ſinens nos periculo expoſitos, & tẽtatori immo & fla
gellis, ſicut euenit Antonio magno quando eũ demo
nes flagellarunt nimis, qui tandẽ ad Chriſtũ clamans
exauditus eſt: & quæſiuit à Chriſto. Vbi eras dñe: quã
do irruerunt in me fortes? & audiuit. Hic eram tecũ:
ſed expectabam ſtrenuitatẽ tuam. Ecce igitur quo=
modo aliqñ deus dormit: non vt pereamus ſed vt ꝓ=
bemur. Nos etiam dormimus nonnunquã plurimũ
deterius: quãdo veluti apoſtoli in horto nõ curamus
ea quæ ſunt dei: nec obtemperamus gubernatori no
ſtro deſidie ſeruiẽtes & incuriæ: quos deus excitare
non deſiſtit. Si tñ ſomno ſemper & negligentia volu
mus indulgere dicit deus. Dormite iam donec tem=
peſtas ingruerit: & repẽtina calamitas: & cohors ſu=
perueniat ad vos excitãdũ: quando vexatio dabit in
tellectum auditui. Non hoc expectemus fratres ſed
memẽtote ꝙ hora ſit iam nos de ſomno ſurgere. Sed
Gubernatores ec=cleſię dormiunt. vt citiꝰ excitemur videamꝰ de loco dormitionis chri
ſti: qui (vt ait alius euangeliſta) in puppi nauis dormie
bat, vbi & ſunt meliores: & eſt regimen totius nauis.
Et ideo hic ſomnus negligentiam eorum ſignificat,
qui in eccleſia gubernacula poſsident, & eam regere
debent, quorũ peccatum redundat in plebem, quæ vt
plurimũ imitatur maiores natu: & eos qui vidẽtur re
gere populum. O igitur ſi epiſcopi, ſi clerus & mona
chi: ſi magnates inuigilent ſupra regimen animarum
præcellentes ſic virtute vt dignitate præcellerent.
Deſidia noſtram negligit. ¶ In vnoquoq; noſtro aduertendum eſt, ꝙ eodem lo
co dormit Chriſtus quãdo ratio noſtra negligit con
ſiderare: & negligentia conſiderationis torpeſcit,



quoniam de ſic dormiente dicitur. Noluit intellige=
re: vt bene ageret. Qui ergo non dirigit ſe & vitam
ſuam ad chriſtũ: facit illum iuxta gubernaculũ dormi
re ignauiã noſtrã deſignantem. Vnde aduerte pecca
tor, ne dicatur de te. Eris ſicut dormiens in medio ma
ris: & ſicut ſopitus gubernator amiſſo clauo: & dices.
Verberauerunt me ſed nõ dolui, traxerunt, & ego nõ Paralip. xxiii. d.
ſenſi. In tãto periculo dormit peccator, ac ſi eſt & in
medio maris à præſidio plurimũ diſtans: quod nec à
ſemetipſo habet quoniam amiſſo clauo non poteſt ſi
bi ſubuenire: niſi clauum rationis ſuæ & bonum dita
men quærat. Ratio enim docet nos dolere, & pericu
lum ſentire. Sed ve nobis qui quando flagellamur à
deo, nimis vociferare ſolemus, & dicere in quãto pe=
riculo ſumus. Si autem flagellemur à mundo & carnẽ
non ſentimus, ſed in vehementi paſsione carnalis de=
ſiderii ſumus ſopiti non ſolum amiſſa ſed reiecta to
ta cura noſtræ ſalutis. Hic aduerte quòd homo eſt ve
lut nauis præſertim in hoc quòd non habet regimen
prima fronte, nec in eo loco qui preit: ſed in puppi
vbi eſt domus patroni, vbi & eſt clauus & regimen to
tius nauis: quę regitur non ab eis quę primo apparẽt:
ſed ab oculto regimine & vigilantiori. Ve igitur ho
minibus qui reguntur ſenſibus ſuis & ſenſualitate ſua
quibus trahuntur allecti velut aſinus à viridi herba.
Non ſic fratres mei non ſic: ſed oremus dominum Ie
ſum vt vigilet iuxta clauum rationis noſtræ: & eius
moderamina teneat: velut equi ſeſſor abenas, quia
tunc timor abibit, fides ſuccreſcet, abundabit fiducia
manente nobiſcum tanto rectore: qui dux fuit miſe=
ricordiæ populo ſuo etiam in mediis fluctibus, vbi
maris vndæ non ad pauorem ſed pro muro erant ſer
uis dei: quia etiam motus maris & omnia pericula

patrocinantur ſeruienti deo, qui nobis in præſenti gratiam, & in futuro gloriam conferat Amen.

¶DOMINICA IN SEPTVAGESIMA ſermo vigeſimuſprimus, moralis de vinea animæ. THEMA.

Vineam de Egypto tranſtuliſti: eiecisti gentes & plantaſti eam. Pſalmus. 79.

¶Inuocatio ad virginem.

INter arbores quæ iucundiorem fructum reddit vinea eſt, quod ipſe Dauid conſiderans ait. Vinũ letificat cor hominis. Cæteri fructus ad extra letificant: iſte autem ad intra penetrans cor. Videtur & attendiſſe hoc ſpeculatores terræ promiſsionis: qui vt alacres redderent expectantes ſe, non lac nec mellem manantis terræ, nec oleum, vel triticum, alia ve poma deferunt ſed botrum, & racemum vineæ, reliqua verbo declarant. Talis vinea iocundiſsima eſt Maria quæ deum genuit, quæ de ſe ait. Ego ſum vitis vera. Qui gratiæ vinum iocundiſsime adminiſtrat: quo ad gloriã promiſſam fortius animamur. De hac vinea dicitur. Ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quæ tibi ſufficiunt: foras autem ne educas eas. Virgo vinea eſt proximi noſtri Ieſu, qui in ea, & per eã proximus noſter effect⁹ eſt per humanitatem ab ea receptam. Vuas ergo gratiæ præſtabit beata virgo, non his qui foris ſunt ad exteriora reflexi, ſed ad laudem ſuam, vel filii ſui proximi noſtri, qui totum pertinet ad domum patrisfamilias, qui ait. Ite & vos in vineam meam: ne igitur pigritemur genibus flexis eam adire pro gratia dicentes Aue Maria.

maria eſt vinea leta.

Deu. 23.

Vocatio & electio differũt.

¶Argumentum dicendorum.

¶Introductio ſit litere narratio, & in calce euãgelii



adduc illud quod ait Origeñ. in epiſto. ad Romanos ſuper hoc verbum: vocatus apoſtolus vbi ſic ait. Scias poſsibile, aliquẽ eſſe vocatum apoſtolũ aut prophetã, aut vocatum martyrem, aut virginem, aut paſtorem, & ſi neglexerit vocationis ſuę gratiã decidere ex ea, ſicut Iudas qui vocatus fuit apoſtolus, ſed nõ electus apoſtolus, ſic & multi ſunt vocati, vt pro Chriſto patiatur: non tñ electi: vt ſunt illi qui poſt tormẽtorum agones: & carcerũ non vſq; in finem in confeſsionis tolerantia perdurarũt. Eſt & vocata virgo: ſed nõ electa, quæ. ſ. virgo ſancta non fuerit corpore & ſpiritu. Eſt & vocatus paſtor ſed nõ electus, qui præeſt gregi quidẽ, & lacte eius vtitur, & lanis eius operitur, ſed infirmum nõ requirit, & claudum nõ colligit. Ita & eſt vocatus abſtinẽs, ſed non electus. ſ. qui ieiunat triſtis, & exterminat faciem ſuam: vt hominibus placeat, & ſic per ſingulos gradus gratiarum ſimiliter inuenies multos quidẽ vocatos, paucos vero electos, hæc Origenes. Ecce igitur expoſuit doctor iſte qualiter multi à patrefamilias vocentur, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & cũ hoc pauci ſint electi nolentes attendere vocationem ſuam: ſed propter inuidiam ex opere variis fiunt detractores aduerſus deum de prædeſtinatione diſputantes, qui vineam de Egypto transferẽs hos non ceſſat eiicere, vt ſecurius plantet eam: vnde ait thema. Vineã de eEgypto &c. ¶Tria puncta ſermo habet. Primum ſuper hoc, vineam de Egypto trãſtuliſti. Secundo ſuper hoc, eiecisti gentes. Tertium ſuper hoc: & plantaſti eam. Diuiſio.

¶Pars prima de variis vineis id eſt ſtatibus hominum.

¶Et ſi multiplex ſit vinea dei, & de vna quaq; ſolicitus ſit de vinea noſtrę animæ agã, de qua ſolicitior vide-

tur quoniam ſummo mane, vt dicitur in præſenti euā-
Etas infantiæ. gelio: immo etiam nobis dormientibus, in vtero ma-
tris vinitorem aſſignat angelum cuſtodē qui ait. Die
ac nocte ſeruo eam, indignatio non eſt mihi nec dedi-
gnatio. Eſa. 27. a. Et nobiſcū egreſſis ab vtero & re-
center natis facit conuentionē deus in baptiſmate ex
denario diurno vitę ęterne, in veſpere mortis recipiē-
do. Primo mane exit dum iam adueniente diſcretio-
ne: antequam malitia mutet intellectū noſtrum, nos
excitat: qn̄ eſt puer doli capax extunc eñ tenetur deū
honorare. Aliqui doctores induťias dicūt dari puero
q̄uis ducto & mercenario donec ſol rōnis abſq; nubi-
bꝰ illuminet animā. Nec etiā hora tertia ſine vocatio-
ne ac pulſatione dimittitur. Illā dicimus tertiā horā
quando videlicet creſcente corpuſculo puer expedi-
te, ea quæ ſibi dicta ſunt percipit: ſcitq; reprobare ma-
lum & eligere bonū. Huic ætati denarius euchariſtiæ
condonandus eſt, ſi in confeſſione laboret, & conſu-
lat ſacerdotes chriſtianiſſimos: perſcrutantes horo-
logium ætatis humane: qd' tardius eſt in hoc quam in
illo. Dum dn̄s Ieſus factus annorum duodecim in tē-
plo remanſit, & legiſperitos audit, & interrogat: opti-
me docuit corrigēdos eſſe pueros illius ætatis, ſi ocio-
ſi fuerint in his quæ ſunt ad deū, quia iugum Chriſti
ſuaue à puero etiam nō multū ingenioſo duci poteſt,
Pueris bonis datur euchariſtia. vn̄ Gerſon aſſerit huic ætati denarium cōuenire, ma-
xime quando fideles omnes tenentur in paſchate cō-
municare: in vinea animæ peracto opere pœnitentię
vbi procurator domus eccleſiæ cura erit: qui ex præ-
cepto domini largitoris illū ei tenetur dare: etiā vnā
ſolam horā facientibus penitentiam, quia ipſe pater
ait. In qua hora gemuerit peccator, peccata ſua nun-
quam recordabor. Quemadmodum igitur cultor-



equaliter denarium receperunt vbi paterfamilias eos
equare voluit: ſic nos omnes equat in euchariſtia: q̄
integra ſemper datur cunctis, cuius tm̄ eſt precium,
quod ſi pro totius vite labore nil aliud nobis confer-
ret deus: etiam ſanctiſſimo cuiq; ſatiſſactum eſſet. De-
narius quidem diurnus eſt: quo emi queat ille dies
de quo dicitur. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper
millia. Ait enim deus. Qui manducat hunc panem vi-
uet in æternū. Niſi hunc denarium perdideris eucha-
riſtia: illo emere poteris vitā æternam: & eā iam cum
illo initialiter habes, & virtualiter: nec ipſe negotium
tutans puerorū, volo incidere cum prauis lutheranis
dicentibus q; pueri in cunis teneantur communicare,
qm̄ panis iſte, panis eſt intellectus, intellectum operā-
tem requirit, vt probet ſeipſum homo: quod pueri va-
gientes nequeunt. Exit etiā circa horam ſextam pater-
iſte qn̄ in noſtra iuuentute animū pulſat: & nos cogi-
tabundos facit de ſtatu noſtro eligendo: cū enim iu-
uenis eſt viginti duorū annorū vel circiter, nimis co-
gitare ſolet quid ſibi eligendum. Quā peragam viā,
quorſum ibo: an monachus fiam, vel vxoratus, auli-
cus, aut mercator, clericus vel miles: hanc viri in ado-
Vocatio varia. leſcentia eligendam Salomon ignorat: nec eñ facile
pergēdum eſt: aut conſulendū: cum exitū nemo ſciat,
niſi proſpector deus: qui tunc maxime vocat ad ſuā
culturam: ſi ei præſtetur aſſenſus. In hac vocatione
qua vocamur adeo vel per prædicatorū monitionē
vel per beneficiorum largitionē, vel per internā inſpi-
rationē, vel per flagellorū correptionē, maturius agē-
dum eſt, nec præcipitandum conſiliū, præ omnibus tm̄
videat iuuenis, quod ad vineam dn̄i operator acce-
dat: nō deſerat animam ſuā, quicquid decreuerit, huic
accommodet, vt nō obliuiſcatur animæ ſuæ: nec obli-

uiſcatur eſſe chriſtianus: in hoc eñ vinecto, & in hac
parte vinea animæ plantanda eſt vt aſpires ad Chriſti
cõformitatem attendens ꝙ ſalues animã tuam: quo=
cunq; eam duxeris: ſiue eam plantes in montibus Sa=
mariæ: qui ſunt religiones, nam Samaria interpreta=
tur cuſtodia. Vnde quilibet ordo mons eſt, ſi verus or
do ſit: & religio ipſa eſt Samaria: vbi vineas (hoc eſt)
animas quietiores, ac ſecuriores eſſe putam⁹. De hac
Hie. 31. a. plantatione ſatis ad longũ loquitur Hieremias: tamẽ
Stat⁹ cle procuratores qui ſunt prælati, hoc videãt, qui ſunt &
ricorum cuſtodes. Alii nolentes plantari in montibus Samariæ
Eſa. 5. a. dicunt illud Eſaiæ. Cantabo dilecto meo canticũ pa
truelis mei vineæ ſuæ. Vinea facta eſt dilecto meo in
cornu filio olei. Hoc clerici dicunt, qui ad canendũ,
victum acquirũt in ordine beati Petri. Vinea facta in
cornu filio olineti eccleſia beneficiata eſt de patrimo
nio Chriſti, qui eſt oliuetum noſtrum, & oleũ. Hi er=
go in monte oliueti qui eſt prope Hieruſalem vineã
animæ ſuę collocant & bene. Alii autem engaddi ſe
plantaturos decernunt, in ſtatu videlicet matrimonii
nam engaddi oppidũ vel vinectum eſt, vbi antiqui=
tus fuit vinea balſami, quã poſtea longo tempore trã
ſtulit cleopatra in Babylonem: vñ merito vinectum
Can. 1. d. iſtud ſignat matrimoniũ, vbi chriſtus nat⁹ eſt, de quo
Status cõ ait ſponſa. Botrus cipri dilectus meus mihi in vineis
iugatorũ engaddi. Sunt & alii qui in monte carmelo cum rege
2. Paral. Ozia vineas habere volunt: vbi & ꝓpheta Helias ce
26. b. libem duxit vitam: & miracula fecit. Hos heremitas
Stat⁹ mo dico in montibus & in ſpeluncis, vel milites quibus
nachorũ nõ licet vxorem ducere: quos cõmendatores vocãt.
Et huius generis eſt, qui per ſe ſolitarius chriſtianiſ=
mum ducere vult arbitrans, quod ſe regere ſciet: ait
enim. Satis eſt mihi quod in domino Ieſu Chriſto



planter. Nunc de vineis quæ à Chriſto ſunt alienæ: vt
pote in ſuburbanis gomorre plantate: nolo verbum
facere, video enim quoſdam homines peccato dedi Pſa. 77. d
tos quorum deus vineas grandine duritiæ occidit,
qui ait. Ego indurabo cor eius. De primis autem vi=
nectis vbi vineæ plantari ſolent, in quatuor videlicet
locis prædictis non eſt facile indagare, quid cui cõue
niat: deus ſcit. Sicut enim multi coniuges ſunt, quos
deus non cõiungit, ita multi monachi, quos deus nõ
ſed demon ad monachiſmum vocauit, vt alios mo=
nachos cruciarent: aut cõmouerent de loco ſuo. Sic Pericula
multi ſunt clerici nec beatum Petrũ, nec Chriſtũ, ſed vinearũ
Simonem aut ſimoniã ſequentes. Vnuſquiſq; attendat ad ſtatus
ſtrenue vocationem ſuã nam in vinecto religionis nõ
deeſt ſingularis ferus depopulator, fratrũ maleator.
Vulpes in caudis ignem deferentes non abſunt à vi=
necto matrimonii: tot enim videmus adulteros: ac ſi
nemo haberet vxorẽ. Nec in vinecto clericorum de Nume.
eſt illud periculum de quo dicitur. Stetit angelus, an= 22. d.
guſtiis duarũ maceriarum quib⁹ vineę cingebantur.
Propter ſimoniã minabatur angelus prophete illi cu
pido heremitis autem nõ deeſt leo, de quo dicitur. Cũ Iudicũ.
veniſſet ad vineas apparuit catulus leonis ſeu⁹, & ru 14. b.
giens occurrit ei. Leo iſte magna tentatio eſt, vbiq; ſa
ne periculũ, vbicũq; laquei ſunt, nec ſub cœlo aliqua
integra eſt ſecuritas, nullibi tamen remediũ deeſt, nec
alicui percluditur via ſalutis, ideo clamemus ad pa=
tremfamilias de quo ait thema. Vineam de Egypto
tranſtuliſti: eieciſti gentes &c. In omni vinea ſua hoc
fecit pater iſte. Aduerte q̃d vbi nos habemus vineam
de Egypto, tranſlatio Hieronymi habet, vitẽ de Egy
pto: nam quemadmodũ dicitur quod vinea domini
ſabbaoth domus Iſrael eſt: pari forma ſcribitur vitis

frondoſa Iſrael: vnde etiam literaliter idem eſt vitis
& vinea Iſrael quia pro eodem accipiuntur: quam vt
plantaret deus gentes eiecit à terra promiſsionis, ſi
Egyptus interpretatur tenebræ: vt plantaretur in cœ
lo vinea angelorum, ipſi de tenebris educti ſunt, quia
palmites lõginqui in plus habentur vbi nota ꝙ vt ait
Pſal. Deus poſuit in tenebris latibulum ſuũ: ex eo qđ
huius abyſsi profundum nulla penetrat creatura: vñ
lux illa dicitur inacceſsibilis: quia nullus creatus in=
tellectus eam ex toto penetrare valet: ex hoc igitur
tam ignoto Egypto potentiæ dei, & tam inſcrutabili
educti ſunt angeli, non velut de potentia materię, ſed
velut ab exemplo efficiente in monte gloriæ. Gen=
tes quas deus eiecit, vt vineam plantaret angelorũ il=
le ſunt de quibus dicitur. Eieciſti eos dum eleuaren=
tur. Demones elatos qui eleuari voluerunt veluti vi=
tis fatua iuxta flumen, deus deiecit, qui peccantẽ che=
rub eiecit de monte ſancto ſuo. Angelos ergo deus
plantauit eiectis demonibus: quia de ſanctis angelis
intelligi valet illud. Vineæ florentes dederunt odo=
rem ſuũ ſcilicet in terris. Nulla arborum cõgregatio
ita ordinate ponitur ſicut vinea: angeli ergo manent
velut plantati in ordine ſuo. Odor vinearũ harum ad
nos vſq; deſcendit: vbi aduerte ꝙ odor vineæ ſerpen
tes fugat, ſi odor angelorũ ad nos vſq; properat, quia
omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus miſsi propter eos
qui hæreditatẽ capiunt ſalutis. Hæreditas ſalutis de=
narius diurnus eſt. Operari ergo noſtri ad vineã ani=
mæ miſsi à patrefamilias angeli ſunt, in quibus euan=
geli præſentis murmuratio in præmii receptione po
tius eſt grandis admiratio: nil ergo reſtat niſi quòd
anima noſtra de alio Egypto eorum adiutorio tranſ=
feratur ſcilicet ignorantia, ignoramus enim quid age

Angeli ad nos deriuantur.

Cañ. 2. c.

re debeamus: niſi aſsit ille qui de tenebris infidelita=
tis nos vocauit in admirabile lumen ſuum. In vinea
noſtra deus ipſe, & angeli & ſancti & filius dei, & nos
ipſi operari oportet, maxime in eiiciendo gentes oc=
cupantes conſcientiam noſtram, vbi anima plantari
debet, vt in quocunq; ſtatu prędictorũ ſecura ſit, nam
qui ſibi malus eſt cui vnquam bonus erit? Si in te iu=
ſtus fueris: vbiq; terrarũ bene te geres. In hoc eñ vi
nea animę ab iſtis vineis materialibus differt, quia ma
terialis à terra ſumit bonitatem ſuã: anima autem lo=
co tribuit ꝓbitatem: vnde ſcriptum eſt, ꝙ non gentẽ
propter locum, ſed locũ propter gentem elegit dñs.
In apice apoſtolatus erat Iudas & lucifer in cœlo: ni
hil tamen eis ꝓfuit, Iob tñ in ſterquilino ſaluatus eſt,
quia nec iſte immundus fuit in ſe, nec ille mundus: vn
de in quodam decreto dicitur, ꝙ habitus nõ facit mo
nachum: immo nec alta ꝓfeſsio: ſi ei vitam non apta
uerit. Vt generaliter igitur aliquid loquamur aduer=
te, quòd ſi à conſcientia eieceris gentes de quibus the
ma proloquitur recenter plantaberis: & gentes eie=
ctę à promiſsionis terra fuerũt gergezę⁹, chananęus,
pherezęus, amorrhęus, iebuſęus, heuęus, hethę⁹. Ecce
capita gentiũ & duces populorum. Vbi nota quòd vi
nea domini ſabbaoth, & vitis frondoſa Iſrael has gẽ
tes eiecit, priuſquam ſecure plantaretur, nam has di=
miſit dominus, vt ſuperarent eas filii Iſrael vt dicitur
in libro Iudicum, Non tamen ſine dei & angelorum
auxilio: propria induſtria.

Loc⁹ parum prodeſt ſanctitati.

2. Mach. 5. c.

Deu. 7. a

Septem gentes eiiciẽde.

Iudic. 3.

¶ Pars ſecunda de gentibus eiiciendis.

¶ Iam ergo in ſecundo puncto ſermonis videamus
eiiciendas gẽtes: quas & forte videmus ingreſſas ſan
ctuariũ noſtrũ interius. Gergezeus interpretatur colo
num eiiciens, & eſt ſuperbia quæ eiecit Adam colo=

Superbia cum ſuis.

num paradiſi terreſtris, vbi eum deus poſuerat operarium, vt operaretur & cuſtodiret illum: immo & hæc primum angelũ in cœlo poſitum operarium abegit, nam & in vinea angelorũ operatio eſt videlicet purgatio illuminatio & perfectio. Gẽtes huius primi ducis ſunt amor propriæ excellentiæ, iactantia, inobediẽtia, incontiñtia, pertinatia, præſumptio, diſcordia, ambitio, ſingularitas, adulatio, ironia, dedignatio. Hæc vitia vincere tenetur quilibet chriſtianus, & ab angelis, & deo adiuuantibus habet donũ timoris: nam hæ ſeptẽ gentes facile eiiciuntur ꝑ ſeptem dona ſpiritusſancti. Et tũc promiſſionem cõſequetur: quæ ponitur Apoca. 3. Qui vicerit faciam illũ columnam in templo dei mei. De natura colũne eſt fortiter ſuportare quod ſibi ſuperponitur: & ſuperbiæ eſt nil ſuportare ſibi impoſitũ, nec aduerſa tolerare, quia nititur eſſe ſuper alios, non ſub aliis, ideo vincentem ſuperbiã facit deus columnam. Inter ligna ſiluarũ quod minus portat eſt lignum vitis: tñ per humiltiatem deũ portabit.

Auaritia cũ ſuis. Chananeus interpretatur poſſeſſor vel negociator, & eſt auarus qui per negociationem ſuam acquirit, & auget poſſeſſionem ſine fine, gẽtes iſtius ſunt inordinatus amor habẽdi, affectus ſeculi, deſperatio, horror futuri ſeculi, odium dei, proditio, fraus, fallacia, periurium, violẽtia, inhumanitas, aſtutia, dolus, furtum, rupina, ludus, vſura, ſimonia, proprietas fratrũ, tenacitas, acceptio munerum: contra quæ ait Auguſti. Deterior quã beſtiæ eſt hæc auarorum cupiditas. Beſtiæ rapiunt, quando eſuriunt, parcunt prędę cum ſenſerint ſaturitatẽ, auaritia ſemꝑ rapit inſatiabililis, nec deũ timet, nec hominẽ reueretur, nec patri parcit, nec matrẽ cognoſcit, nec fratri obtẽperat, nec amico fidẽ præſtat, viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in ſeruitium reuocat teſtimonium falſum profert, nequiter occupat res mortui. Hic dux vincitur per donum pietatis erogando: vt centuplũ accipiat in cœlo & habeat hanc victoriam. Apoc. 2. Qui vicerit poſſidebit hæc & ero illi deus: & ipſe erit mihi filius. Dux tertius plures habet gentes ſunt enim illi. Illicitus ardor libidinis, fornicatio, meretriciũ, adulterium, ſtuprum, raptus, inceſtus, ſacrilegium, ſodomia, cecitas mentis, amor ſui, incõſtantia mentis, inconſideratio inferni & mortis, præcipitatio peccati. Iſte tertius vocatur pherezęus, qui interpretatur diſſeminans terrã & eſt luxuria illecebris data, quæ illicite ſeminat ſemẽ ſuum: & metit momentaneam delectationẽ: & in finę pœnã æternam. Qui ſeminat in carne de carne metet corruptionẽ. Iſte vincendus eſt per ſapientiã id eſt per ſaporem celeſtiũ: quia guſtato ſpiritu diſſipit omnis caro: & ſic victoriam conſequitur quæ ponitur Apoc. 3. Qui vicerit hęc, veſtietur veſtimentis. Quarte gẽtis dux dicitur amorrhęus qui interpretatur amaricans vel amara loquens, & eſt inuidus, qui totus eſt fellitus intra, qui in ſe ſemper amarus ſemper amara effundit. Cohors iſtius ſunt odiũ aliene felicitatis odiũ fratris, exultatio in aduerſis alterius, triſtitia in ꝓſperis proximi, detractio, ſuſurriũ, inſectatio, machinatio mali, temerariũ iudiciũ, falſum teſtimoniũ, interpretatio in malũ, deriſio. Dux iſte ſemꝑ ſi auſcultat, de malo ſuo audit. nam vt ait Ariſto. 2. de animalibus ca. 2. Abane eſt animal magnitudine cerui, qđ cõtra naturã aliorum animaliũ habet fel in aure, ſimile felli hominis in colore, & eſt animal amarum, & velox nimis: & ſignat inuidũ qui fel in aure gerit, quia omne qđ audit in offenſionẽ amaritudinis conuerti: vñ poeta. Pectora felle virent lingua ſuffoſſa veneno &c. iſte

Luxuria cũ ſuis.

Galat. 6.

Inuidia cum ſuis

vinci debet per donum intellectus quo homo aduer
tens proximum ſuæ naturæ participem dulcē ſe præ=
beat ei,& compaſsiuum,vt ſequatur illā coronā Apo
Gula cū ſuis. cal.2.Vincenti dabo mana abſcōditum. Quinte gētis
dux dicitur hiebuſeus,qui interpretatur prēſepe,& eſt
gula quæ ſuadet ſemper ſtare ad præſepe vt equ⁹ cui
viride prēbetur. Cuneus iſti⁹ ſunt inordinatus appeti
tus mentis,inepta letitia,ſcurrilitas,immunditia,ſtul
titia, hebetudo ſenſuum, crapula, ebrietas, multilo=
Phil.4. quium.Has vincere gentes oportet per donū ſcien=
tiæ:qua ſcimus viuere temperate iuxta illud.Scio abū
dare & penuriam pati. Et tali victori dabitur illud
Apoca.2.Vincenti dabo edere de ligno vitæ.Qm̄ ad
Eccl.37. literā tēperantia,ꝓlongat vitā, Qui abſtinens eſt adii
Ira cum ſuis. ciet vitā,& ꝑ oppoſitū gula in mortē: & in morbū in
ducit.Sexte gētis dux dicit̄ eueus qui interpretat̄ lapi
des colligēs,& eſt iracūdus colligēs lapides offenſio
nis,& petras ſcād alijs in iurgiū vt ſemei contra Dauid
2.Re.16. quem maledixit:quia eius verba lapides ſunt. Exerci
tus huius ſunt vlciſcendi libido, indignatio, tumor
mentis,clamor,blaſphemia,rixa,intēperantia,litigiū,
maledictio,conuitiū,ſeuitia,bellū,homicidium.Has
vince per donum cōſilii ſequendo chriſti conſilia de
patientia & tollerantia:vt detur tibi id Apoc.2. Qui
vicerit non ledetur à morte ſecūda ideſt inferuali pœ
Accidia cum ſuis na.Vltime gentis dux eſt etheus:qui interpretatur ſtu
por vel formido,etiam eſt accidia,quæ facit hominē
ſtupidum & formidantem opera virtutis.Huius exer
cit⁹ eſt rediū boni, torpor circa prēcepta,deſperatio,
diffidentia,euagatio mētis circa illicita,puſillanimi=
tas,malitia,dilatio,ſegnities,ignorantia,inquietudo,
inconſtantia,ocioſitas,verboſitas,murmur,taciturni
tas mala,grauedo ſomnolentia,negligētia, omiſsio,



ingratitudo, indeuotio, languor, tedium vitę, impe
ditio bonorum, impenitentia. Omnia iſta vincenda
ſunt per donū fortitudinis,de qua Grego.ait. Iuſto=
rum fortitudo eſt carnem vincere: propriis volupta=
tibus contraire,delectationē vitę præſentis extingue
re,huius mundi aſpera pro æternis præmiis amare,ꝓ
ſperitatis blandimenta contemnere,aduerſitatis me=
tum,cordis audacia ſuperare,reproborū fortitudo eſt
tranſitoria ſine ceſſatione deligere,contra flagella ip
ſius conditoris inſenſibiliter perdurare, ab amore re
rum temporalium nec aduerſitate quieſcere,ad inanē
gloriam etiā cum detrimento peruenire, malitiæ ar=
gumenta acquirere, bonorū vitam nō ſolum verbis,
& morib⁹ ſed etiam gladiis impugnare, in ſemetipſis
ſpem ponere,iniquitatem ſemper ſine vllo pœniten=
tiæ deſiderio perpetrare.Peccatores ergo mutent for
titudinem vt vltimā gentem deiicere valeant: nam
dominus dicit. In prælio gradiar ſuper vineam meā.
Sic prælianti dabitur illa vltima victoria de qua dici Eſa.27.a
tur.Qui vicerit dabo illi ſedere mecum in throno. Apoc.3.

¶ Tertia pars vbi plantatio vineæ.

¶ Nunc in ſecuritate poſitis reſtat plantare vineam:
quorū vites vt ait Chryſoſtomus, virtutes ſunt, ſi ſu=
perbiam eieciſti planta humilitatem: ne illa pullulet.
Hęc vitis humilitatis tres propagines habeat,vt te hu ge.40.b
milies & maiori: & equali & minori.Secūda vitis ele
moſina ſit,quæ quaſi vitis fructificat in cœlo,& in ter Eccleſ.
ra.Tertia vitis caſtitas eſt quæ dicitur agreſtis qa ama 24.c.
ra eſt in principio,vt fuit puero Heliſei, donec farina 4. Reg.
adueniat ideſt maior puritas. Quarta vitis charitas 4.g.
eſt,quæ ait.Ego ſum vitis vera, & vos omnes reſpe=
ctu mei:palmites eſtis.Quinta vitis eſt abſtinētia,ad Iob.15.a.
quā dixit propheta quod vir iuſtus applicet carnem

Gene. ſuam. Ad vitem, ò fili mi aſinam ſuam. Sexta huius vi
49.b. neæ vitis manſuetudo eſt, de qua dici poteſt. Locuta
Iudi. 9.b ſunt ligna ad vitem, veni & impera nobis. Omnes em̄
mite & manſuetis regem volunt iuxta illud. Corri=
piat me iuſtus cum miſericordia &c. Septima vitis di=
Ps. 117.a. ligentia eſt, de qua dici valet. Vxor tua ſicut vitis abū=
dans in lateribus domus tuæ. Fœlix qui contrahit ma
trimonium cū tali vxore ſcilicet diligentia, quia in fi
liis bonorū operum: & racemis abundās erit. Eya er=
go & vos qui ꝑfectiores eſtis, attendite, ꝙ vt ait Ri=
chardus. Diuerſe vocationes ſunt diuerſi ac diſpares
Varia ho gradus profect⁹, hora prima venit Ieſus in templum
ra vineæ animæ & docet: hora tertia ſpiritusſanct⁹ mittitur, ho
eſt vari⁹ ra ſexta ſitit Ieſus in cruce: & petit à Samaritana aquā,
ꝑfectus. hora nona Ieſus expirauit: & Petrus & Iohannes aſcē
dunt in templum orare ſanantes claudū: hora vndeci
ma ad quietē cordis noſtri ſepelitur chriſt⁹ vt poſtea
denarius perfectionis integre detur animæ ſic aucte,
& creſcenti vſq; ad perfectam diem hic per gratiam
& in futuro per gloriam quam mihi & vobis &c.

DOMINICA IN SEXAGESIMA SER
mo viceſimusſecundus literalis de ſemine ac terra ma
la: & quomō poſsit fieri bona & de effectu. THEMA
Exiit qui ſeminat ſeminare. Luce. 8.a.

¶ Inuocatio ad virginem.

PRimum quod agricola requirit ad ſeminandū
eſt terra optima, & ſic ille celeſtis & diuin⁹ ſa
tor (ſpiritum ſanctū dico) quando voluit ſemi
Ager ſpi nare verbū dei, quod dicitur in ſcriptura omne ſemē
ritusſan= verum: terrā optimā exquiſiuit quæ eſt Maria, in qua
cti eſt ſemen qđ eſt verbū dei, ſpiritū ſanctū dico ſeminaſſe,
Maria. quia eius opere conceptū ſine dubitatione credimus,



nec hāc ſimilem credas ſeminatori terreno quia hic
nullum fuit inſtrumentum, nulla vis humana, ſed ſolo
verbo conceptū, & ſeminatum eſt verbū dei. Maria
dixit vt cōciperet, ecce ancilla dn̄i ſpiritusſanctus ait,
producat terra herbam virētem in genere ſuo. Nos ma
ter noſtra ſiccos producit ſine virore gratiæ, ſed her=
ba virens & lignū viride chriſtus eſt conceptus nō in
genere holerum niſi in genere noſtro. quia noſtri ſi=
milis effectus eſt, palea noſtræ mortalitatis inductus
deus: & quoniā licitum eſt ſecundū legem ſpicas col
ligere pauperibus & in agro Mariæ multe ſuperſunt
ex tanta & tam optima meſſe, quam optima terra at=
tulit, exemplo ſancte mulieris Ruth eamus ad agrum
viri Booz hoc eſt ſpiritusſancti pro gratię ſpica, quam
humiliati & dicentes aue colligere oportet.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Sicut plurime turbe ad erant Ieſu, & ex multis ciui
tatibus, ſic inerat eis diuerſitas voluntatū. Erant enim
multarū (vt aiunt) matrū filii, quod filius dei luce cla
rius ac euidenter inſpiciens, declaratiuam ponit para
bolam, qua differentiā audientium expreſſit in ſex ter Sex par=
ræ partibus, prima ſpinis plena & hæc mala, ſecunda tes ſemi=
petroſa, & hæc peior, tertia iuxta viā, & hæc peſsima. nis.
Alia autem pars terræ optima dicitur quæ etiā tripar
tita eſt, quia aliud ſemen trigeſimum fecit fructū bo=
num, aliud ſexageſimum & meliorem: aliud centeſi=
mum & optimū. Quanuis hæc iuxta triplicem mun= Mat. 13.b
diſtatum bonum & malum ſcilicet ſecularem, clerica
lem, & religioſum deſcribi potuiſſent, ſatis erit ad prę
ſens iuxta euangelium procedere, vbi Chriſti Ieſu ex
poſitio myſterii regni celeſtis vocatur & ſecrete eſt
apoſtolis enodata ab ipſa veritate, a qua & aducta eſt:
vnde exemplo Gregorii aliorumq; ſanctorum non

addam quicquam verbis illius ſed moneam expoſita,
Diuiſio. & intacta diſcutiam. In prima parte agam de ſemine
in altera de terra ad quam exiit ſeminator.

¶ Prima pars.

Cur parabolice loquitur.

¶ Non immerito mirantur diſcipuli, & quęrunt à ma
giſtro, cur in parabolis loquatur, breuius enim veri=
tas poterat propalari, ſed non vtilius, nam gemme ſo
lent filo mandari, ne perdantur & ſic dei verba ſolent
terrenis comparationibus adaptari, ne à memoria ca
dant. Dicunt eñ aliqui ideo Christum parabolice lo
cutum, vt malis larens myſteriũ minorem pœnam in=
tulerit qm̃ dicere poſſunt cum Paulo, Veniam conſe=
cutus ſum quia ignorans feci. Et etiã ex parabola prę
mium occaſionaliter accreſcit iuſtis, qui vt abſcondi
ta producant in lucẽ, ſolicitius ſapientiã indagari co=
nantur memores illius dicti, quaſi is qui arat & is qui
cauat accede ad illam, & hui⁹ qui mane vigilauerint
ad me, inuenient me. Nam vigiles requirit ſapientia
inquiſitores & non huius ſeculi, qui videntes non vi=
dent, & intelligentes non intelligunt, dum ad interio
rem ſenſum nõ perueniunt: in eis quæ foris ſunt detẽ=
ti diuina ergo ſapiẽtia & quo ad malos & quo ad bo
nos miſericorditer fecit taliter ſe contemperans ꝙ ea
boni non carerent, & malis celeretur quia ipſamet
ſapientia ait. Vbi nõ eſt auditus nõ effundas ſermonẽ
ſcilicet explanatum & clarũ: vnde mali homines (vt
infra referam) aures audiendi id eſt intelligendi nõ ha
bent, quamuis ſapientia Chriſtus in plateis clamitat
id eſt in parabolis quarũ prima qua ad turbas prædi=
Quomõ axit ſeminare multipliciter
cat eſt hæc. Exiit q ſeminat &c. vbi inuitur ꝙ ſemina
tor iſte diuinus ſemp ſeminat & ſemper exit ex quo
eſt, & qui ſeminat in abſcondito exit in publico ſemi
nare. Ex illo egreſſu dierum æternitatis quo à patre



exit, in angelis ſeminat eſſe naturę ignorantibus ipſis
atque dicentibus. Ipſe fecit & non ipſi nos. Poſtmodũ
etiam in eis ſeminauit verbũ dei, quia angeli dicũtur
audientes verbum illius: & faciunt verbũ eius ad au=
diendam vocẽ ſermonum eius. Dum ſecundo egreſ
ſus eſt à cœlo, & venit in Bethleem hoc eſt in Mariam
domũ panis celici non ſolũ in ea ſeminauit ſe, ſed ſta=
tim geſtiuit ex illa ſeminare ſuper mõtana iudeæ ver=
bum dei in Iohanne & parentibus eius & egreſſus in
de ſecrete, & nocte per angelos ſeminat in paſtorib⁹
publice autem in magis, vñ vtriq; veniunt vt videant
hoc verbum dei quod factũ eſt. Exit etiam inde vt ſe
minet verbũ dei ſecrete in tẽplo, & publice in Egy=
pto, ſed qm̃ dictum eſt ei: mane ſemina ſemẽ tuum &
veſpere non ceſſet manus tua. Ad literam præſentis
euangelii ipſemet aperiens os ſuum ſeminare diſpo=
ſuit verbum dei & etiã exiit & ſeminauit antequã exi
ret, & poſtea: vñ qui ſeminat, exit ſeminare. Opus erat Varia
quòd exiret Chriſtus ad mundũ qui iam multis retro egreſsio
annis latuerat: vnde & apoſtoli dicebant ei. Dñe oſtẽ dei.
de teipſum mundo. Exit Chriſtus etiam à ſe dum in=
uiſibilia dei viſibilibus parabolis induit, & arcana ſe
cretorum in publicũ prodiit, & ſe rudibus coaptat au
ditoribus velut mater dum puerulo blanditur & lo=
quitur quæ nondũ ad plenum verba format, ſed pro
modulo infantis. Ad terrenos terrenis vtitur compa
rationibus, nõ ſiderum nec ſignorũ celeſtium. Exiit
etiam à ſe nimio amore & clamore prædicans, ac ſi ſe
totum transfundat in monitionẽ: & zelum atq; profe
ctum animarũ audientium ſermonẽ eius feruentiſsi=
mum. Neceſſe eſt ꝙ exeat ſeminator, quamuis decen
tius eſſet vt nos ad eum exeuntes iremus: quia ſcriptũ Deuter.
eſt. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de do 33.a.

ctrina illius. Tamẽ quia peccatores ab eo egreſsi ſunt
vt alter Cain qui ait. Egrediamur foras. Cumq; eſſent
in agro interfecit fratrem ſuum Abel. Et ait dominus
ad Cain. Vbi eſt frater tuus Abel? qui reſpondit. Ne-
ſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? dixitq; ad
eum dominus, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui
Abel clamat ad me de terra. Nunc ergo maledictus
eris ſuper terrã, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſan-
peccator guinem fratris tui de manu tua: cum operatus fueris
quilibet eam nõ dabit tibi fructus ſuos. Egreſſuſq; Cain à fa-
eſt Cain. cie dñi habitauit profugus in terra ad orientalem pla
Ge.4.b. gam Eden. Cain interpretatur poſſeſſus & eſt pecca-
tor qui poſsidetur à demone, cuius ſeruus efficitur
dum peccat. & in eius redigitur poteſtatem; immo ex
tũc raperetur, & ſuffocaretur ab eo, vt viri ſarre quos
vt in Thobia legitur. Demon ſuffocauit, & ſuffoca-
ret quemlibet peccatorẽ niſi ſpeciali prohibitione
impediretur à deo, qđ ſenſit Cain: dũ ait dño. Omnis
qui inueniet me interficiet me cui ait deus. Nõ ita fiet
Prou.24 Hic ergo Cain egreditur foras per campos licentię,
4.Re.9. vt non ſit pratum per quod non tranſeat, ſi in agrum
Qualis mundi peruenit, quia dicitur plenus vrticis. Hic eſt
ager mũ ager Naboth vbi comedunt canes Hiezabel ideſt tẽ-
di. tationes animam. In hoc ſunt mordaces vipere detra
Hie.14. ctorũ, vt ait Hieremi. Et huius agricole ſunt cõfuſi co
ram deo, quia ager mundi ſiccus eſt & ſine herba, im-
mo in eo ſunt occiſi gladio, nõ verbi dei ſed diaboli
per blaſphemiã. In hoc agro laborat filius ſenior de
quo reddit laſſus Eſau vt vẽdat primogenita de quo
Ezec.7. Ezech. ait. Qui in agro eſt morietur. In hoc agro pec
Peccans cator fratricidiũ ꝑpetrat, & quaſi deicidiũ vt ait Bern.
Chriſtũ Nã Abel interpretatur anhelitꝰ, & eſt ſpiritus oris no
occidit. ſtri Chriſtus, quem interficimus peccãdo iuxta illud



Pauli. Iterum crucifigentes filium dei & infra ſimile
ſubiungens ait. Si irritã quis faciens legẽ Moyſi ſine Heb.6.b
vlla miſeratione duobus vel tribꝰ teſtibus moritᷣ quã- heb.10.e
to magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiũ
dei cõculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutũ duxe
rit, in quo ſanctificatus eſt: & ſpiritui gratiæ contu-
meliã fecerit? hæc omnia deus ad Cain dixit dum ait
Vbi eſt Abel frater tuus? q. d. vbi Chriſtꝰ anhelitus tuꝰ
& animę tuę vita, q ſe dignatus eſt fratrem tuũ facere?
Cain ſe non eſſe cuſtodẽ fratris reſpondit, cum dicat
apoſtolus. Depoſitũ. i. Chriſtum cuſtodi: vt ſerpẽs pru
dens caput: nam portamus theſaurũ Chriſtũ in vaſis fi
ctilibus cordium carnaliũ quę frangi non dñt per pec
catum, quia tunc ſanguis fratris noſtri Chriſti clamat
ad patrẽ de terra corporis noſtri: vt vindicet ſanguinẽ
ſuum q effuſus eſt: vt amplius hic clamor intelligatur
vide quod qñ ſeruum tot talẽtis emiſti, & fugã iniit,
vel forte obiit dicere à ſoles: tot mihi talentis ſtabat,
& hoc dicitᷣ ſuſpirio & ſingulto, quia ſanguine animę
cõparaſti eũ, & fies preciũ perditum, qđ & facit Chri
ſtus dum ait: q̃ vtilitas in ſanguine meo ſi deſcẽdero
in corruptionẽ? ergo chriſtiane da chriſto preciũ ma
gnũ ſanguinis ſui, ſi alienari vis: qa ſanguis eius exqui
ritur: & pena imponitᷣ tibi dũ dicitur. Maledictus eris
ſup terrã: alia. ſ. vel ſimili maledictione ite maledicti.
Et cũ operatus fueris eã per opa de genere bonorũ, ſi
manes in peccato vel ꝓreatu vel pro volũtate peccã
di non dabit tibi fructꝰ ſuos dignos pœnitẽtię, niſi ce
leſtis agricola exeat miſericorditer ſubueniẽs, q exire
dicitur dũ ad malos verbũ ſeminis iacit: vñ qui quoti
die ſeminat in bonis: exit ſeminare inter impios q̃ ve
nit pctõres ſaluos facere ꝑ verbũ ſuũ, qđ ſemini cõpa
rat & non dicit quale ſit hoc ſemẽ qm̃ omniũ ſeminũ

Semē cur eſt verbū dei. proprietates habet verbum dei à quo facta ſunt omnia: quædã ſemina medicinalia ſunt: & deus miſit verbum ſuum & ſanauit eos ſcilicet in ſacramentis Semē agrū purgat: quia vbi plura ſemina ſunt minus ſpinę abūdant: & ſic verbum dei purgat cor à malis cogitationibus, immo & peccatis quia in verbo virtutis ſuæ purgationē peccatorum facit deus quo portare dicitur omnia: quia quicquid boni habemus à verbo dei ꝓuenit, ſicut à ſemine tota ſeges. qd habet ager qñ ſemine caret? certe nihil boni & multū mali: vnde homo qui verbo dei caret: nec ei aures velox ad audiendum aperit, nil gloriæ ſperet, poſtquã hyems vitæ huius tranſierit. Semina in domibus nō fructificant, niſi terræ applicētur: ſic verba dei in codicibus niſi ea cordi applicueris periugem meditationē: vnde Dauid. In corde meo abſcondi eloquia tua: & quaſi fructum

Iohã.6. ſubiunxit: vt nō peccem tibi. Semen habet virtutē attractiuam, ſi ſic verbū dei totum mundū poſt deū abiſrefecit: & Petrum qui ait. Dñe quo ibimus quia verba vitæ æterne habes? Semen habet virtutē aſſimilatiuam, ſic & verbū dei: quia eos dixit deos ad quos ſer

Iohã.10. mo dei factus eſt: vñ per verbum dei incarnatū facti ſumus, ſic per verbum creatū regeneramur maxime in baptiſmo, vbi accedit verbum ad elementū, & fit ſacramentum. In verbo creato vident beati omnia quæ ad ſuam pertinent gloriã, & in verbo creato vident viatores quæ ad ſuam pertinent ſalutē: videant tamen prædicatores ꝙ prius ſemen manu accipitur quam ſeminetur: vñ illud præcipiant manu operationis ſicut ipſe Ieſus qui prius cœpit facere quam docere. Iam ergo libēter audite verbum dei rebelles: quia per illud venire poteſtis ad ipſum verbum quod eſt in principio apud deum, & deus erat verbum, vnde ſicut deus non acceptat perſonas: ſic nec eius verbum quod ſeminatur & prædicatur omni creaturæ & omni terræ, ſcilicet quæ eſt iuxta viam, & habet petram & habet ſpinas, vbi tria mundi principalia vitia notātur. Iam ergo de rationali terra nobis agendum ſupereſt, qui tripliciter caliſicata dicitur, erat enim iuxta viam, & erat petroſa, & ſpinis plena.



¶ Secunda pars.

¶ In via notatur luxuria, in petra ſuperbia, in ſpinis notatur auaritia. Nec arbitreris hoc à Chriſti expoſitione deuiare: nam in expoſitione prime partis ſemenis ait. Venit diabolus & tollit verbum de corde eorū ne credētes ſalui fiant quod omni peccato conuenit: & in declaratione ſecundę partis ſeminis ait. Cū gaudio ſuſcipiunt verbum, ſed radices nō habent; & ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt, quod etiam omni peccato conuenit: vñ in his nō peccatum ipſum ſed modū quo peccatur declarat. Tum in expoſitione ſequenti ſigillatim omnia tria vitia tetigit dum ait. Hi ſunt qui audierunt & à ſolicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ &c. vbi ſolicitudinem ſuperbiam vocat, nam ambitio ſolicita eſt quæ ſunt mundi. Auaritiam notat in diuitiis ſuffocantibꝰ verbum. Luxuriã in voluptatibus: de his ergo tribus oportet loqui vt euangelium proſequamur, & primo de luxuria quæ dicta eſt via, qua verbū dei conculcatur & tollitur per diabolum à corde luxurioſi. Forte miraris cur luxuria dicitur via, cum vt plurimum, qui hoc malū agit odiat lucem, & perpetret illud in occulto iuxta illud. Conſidero vecordē iuuenem, qui tranſit per plateā iuxta angulum, & prope viā domus illiꝰ graditur in obſcuro adueſperaſcente die in noctis tenebris & caligine &c. hoc peccatum ideo viam dico

Triplex terra mala.

Tria vitia.

prou.7.b

Luxuria eſt via.

quia per illud venerunt omnes in hunc mundum, ſen
ſus enim & cogitatio hominis prona ſunt ad hoc ma
lum ab adoleſcentia ſua: de hac via vniuerſe carnis di
Pſa.19.d. citur. Inquinate ſunt viæ illius in omni tempore aufe
runtur iudicia tua à facie eius. Quocunq; it luxurio-
ſus de luxuria cogitat: & in quacunq; actione imagi-
natur eam: vnde bene dicuntur omnes vię eius inqui
nate, & omni tempore, per quæ verbũ dei tollitur: vn
de ideo dixit. Auferuntur iudicia tua à facie eius. Per
viam ergo intellige cor hominis deditum peccato lu
xuriæ, quia ſicut via publica omnibus patet ita cor lu
xurioſi patet omnibus cogitationibus immundis oc
currentibus, & nulle cogitationi immunde reſiſtit,
ſed eas ſibi procurat: & quando occurrerint delecta-
tur in eis, inſtar meretricis ſe omnibus exponens, cui
Hiere. 3. increpando & ſubſanando dicitur. In viis ſedebas,
& expectabas eos quaſi latro in ſolitudine, poluiſti
terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis: ſic
ergo expectat & ſuſcipit quaſcunq; cogitationes im-
Eſa. 5. mundas & poluitur in eis: vñ per Eſa. dicitur. Poſuiſti
vt terram corpus tuum & quaſi viam tranſeuntibus:
ſic ergo ſemen quod cecidit in via: quia nõ eſt occul
tatum in terra conculcatur: & ob defectum clauſure
Iob.19.b periit: de quo Iob conqueſtus ait. Simul venerunt la-
trones eius & fecerunt ſibi viam per me & obſede-
runt in giro tabernaculum meum. Latrones dei qui
ſemen dei furantur demones ſunt qui ſimul dicuntur
venire quia ex omnibus luxuriæ ſpeciebus hominem
in cuſtoditum tentant per quem viam faciunt etiam
ad alios decipiendos: cuius cor tritum eſt. Taberna-
culum corporis eius dicitur obſeſſum vndiq; ob ni-
miam luxuriæ paſsionem in eo ex multis occaſioni-
bus motã. Sit ergo nimia verecundia tibi, qui noluiſti



erubeſcere, nam nihil deteſtabilius quam quòd veniat
diabolus, & tollat verbũ de corde tuo, & illud tritum
habeat & cõculcet, quod maxime fit in luxurię pecca
to quia de eo dicitur. Eos qui cõiugia ita ſuſcipiũt, vt
ſuæ libidini vacent ſicut equus & mulus quibus non
eſt intellectus in eos habet poteſtatem demoniũ, quã
to magis in alios? venit ergo demon ad cor tuum: &
tollit verbũ quia in eo habet poteſtatem: quam ei das
dum aſsiduis luxuriæ cogitationibus vacas. Ne tran- Reme-
ſeat tantum malum ſine remedio quia terra iuxta viã dia luxu
remedium habet, ne viatores intrent, & primo ſole- riæ.
mus ei ſepem apponere vel macceriem ſeu parietem,
vel foſſam facere inter viam & hæreditatem & his
modis poterit cor tuum à luxuria protegi, ne id ledat
hoc vitiũ quamuis ſit iuxta illud, quia caro dormit, &
luxuria eſt in ſinu tuo: à quo debes cor qđ ſecus eam
eſt cuſtodire. Scriptum eſt enim. Sepiam viam tuam Oſee,2,b
ſpinis & ſepiam eam maceria. Viam diximus cor lu-
xurioſum, quod ſi ſpinis corone Chriſti Ieſu circun-
darentur ſecurum erit: quia cogitatio paſsionis dei
multum per omnem modum valet contra luxuriam.
Quis enim carnem ſuã non ſeruabit mundam videns
Chriſti carnem pro ea tantũ afflictam, & laborãtem
in iniquitatibus noſtris? Maceria ſeu paries ſit vigi-
lans cuſtodia occaſionum: vnde non ſolum debes à
luxuria ſeruare cor tuum: ſed ab eius occaſione: quia
ſcriptum eſt. Tanquam à facie colubri fuge peccatũ
& fornicationẽ, & mulierculas, & colloquia turpia,
& ſuſpectã ſocietatem. Tertio foſſa fiat cordi per
diſciplinam & pœnitentiam iuxta illud apoſtoli. Ca-
ſtigo corpus meum &c. nam caſtitas ſine caſtiga-
tione non acquiritur. Dum ergo ieiunas, & abſtrahis
à vino carnẽ tuã foſſam facis cordi tuo, vt in eo ſeruet

ſemen dei. Solent quoque agricole arare etiam viam
ipſam, ſi per ſuam tranſit hæreditatem, & ſic ſemina-
tur via quæ etiam fructũ reddit, ſi prędictis cuſtodiis
ſeruetur adhibita diligentia, & ſic aratro crucis pote
ris cor tuum arare: iuxta illud. Cõuertimini ad me in
toto corde veſtro in ieiunio & plãctu, & fletu, & ſcin
Superbia dite corda veſtra & non veſtimenta veſtra. Alia terra
eſt petro dicitur petroſa & eſt cor ſuperbũ de quo dicitur. Cor
ſa. eius indurabitur quaſi lapis. Superbus eſt populo ſuo
iob. 41. c lapis offenſionis & petra ſcandali, quia omnium pe-
des offendit, dum rixe crebreſcũt & lites per eum qui
litigioſus eſt, & deriſor. Lapis hic in montẽ magnum
creſcit ſi de monte præſumptionis tollitur ſine mani-
bus qñ homo male meritus carens manibus operum
bonorum, per ſolã ſuperbiam eleuatur ad magnã di-
gnitatem vt alios ꝑcutiat, quemadmodũ figurate vi-
Dan. 2. e. dit Daniel. In petra ergo ſuperbiæ non permanet ver
bum dei, quia non habet humorem ideſt humilitatẽ,
quæ dicitur ab humo, ignorat eñ ſuperbus, quòd ho
mo ſit ſimilis nobis paſſibilis, & ideo fit immobilis &
inflexus quaſi lapis: durus & obſtinatus. Hic ſuſcipere
dicitur cum gaudio verbũ: quia ſermonem curioſum
aliquando deſiderat audire, non vt ſe corrigat ſed va
nam gloriã incurrat: vñ in tempore tentationis quã-
do ira eius tentat animum: tũc recedit à radice propo
ſiti debilis, & ab inualida cõſtantia, quam tepide na-
remedia tuerat in ſermone apud ſe. Et hæc terra remedium ha
ſuperbiæ bet, ſi cultor eius vigilans fuerit: nam vt ait Iob. Ti-
iob. 41. c mebunt angeli & territi purgabuntur: ꝙ ſi etiam de
mones contremiſcunt, & deſinunt ab ira, & derelin-
quunt furorem ob dei metũ, quanto magis homuntio
qui habitat domũ luteam: qui terrenũ habet funda-
mentum? Primum ergo huius terræ petroſe remediũ



ſit oratio deuota quia deus ait. Dabo eis cor vnum, & eze. xi. d.
ſpiritum nouũ tribuam in viſceribus eorum: auferã
cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ,
vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſto-
diant, faciantq; ea, & ſint mihi in populum & ego ſim
eis in deum, quorũ autem cor poſt offendicula & abo
minationes ſuas ambulat: horum viã in capite ſuo po
nam dicit dñs deus. Secundum remediũ eſt timor dei
quia malleo moliuntur lapides & ideo dixit deus, ꝙ
ſuper caput duri cordis ponet viam eius, quia poten-
tes potenter tormenta ſuſtinebũt: & alibi dicitur. Qui
in altum mittit lapidẽ ſuper eius caput cadet & plaga
doloſa, doloſi diuidet vulnera. Vnde ſi dei iuſtitiam
punitiuam times, tumor & duritia ſuperbiæ moleſcet,
quia ipſa eſt malleus vniuerſe terræ petroſe. Et ſi ſan-
guis hirci frãgitur adamas, & in paſſione Chriſti Pe
treſciſſe ſunt, ibi contemplare humilitatem agni im-
maculati, & tunc concipies ſemen dei. Vbi nota ꝙ prę
cipue propter aque defectũ periit ſemen, quia nõ ha
bebat humorẽ, vnde cum cor tuũ habuerit humorẽ
lachrymarum creſcet in ſemen verbi & ſi lachrymas
cupis, exemplo Moyſi percute bis ſilicem cordis tui,
& fluent aque largiſſime, ideſt duplici conſideratio-
ne attendens qualiter per ſuperbiam cœlum perdidi-
ſti cum lucifero: & infernum acquiſiſti cum eo.
¶ Aliud cecidit in terrã ſpinoſam, & eſt cor auari ſpi- Auaritia
nis ideſt curis diuitiarum occupatũ, de quibus ait Iob ſpinoſa
Eſſe ſub ſentibus diuitias computabant filii ſtultorũ. eſt.
Hæ quæ dicuntur diuitiæ, non ſunt diuitiæ niſi in cõ- Iob. 30.
putatione noſtra, qui ſepe fallimur, & ideo fallacia di
uitiarum (vt ait alius euangeliſta) Suffocat verbũ: vn-
de vt ait Paulus. Si vere diuites eſſe cupitis, veras di-
uitias amate, quia hæ quæ videntur potius fallunt, &

cruciant quam repleant theſaurum, & dirent poſſeſſo
Eccl'. 5. b rem ſuum: vnde Eccleſiaſt. ait Auarus nõ implebitur
pecuniis: & qui amat diuitias fructũ non capiat ex eis
vbi multe ſunt opes, multi qui comedant eas, & quid
prodeſt poſſeſſori niſi q᷈ cernit diuitias oculis ſuis?
dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parum ſiue multũ co=
medat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.
Ecce qualiter fallaces ſunt diuitię, quia cor nõ implẽt.
& quia ex eo quod amantur nõ dant fructum, & mul
ti alii eas comedũt, & nil aliud afficiũt niſi oculos, qui
accidentibus delectãtur. Et vltimo peius quidẽ dor=
mit qui plus habet, & pauperes ſomnũ mortis dulci=
ter captant. Nõ autem diuites quia. O mors quã ama=
ra eſt memoria tua homini habenti pacẽ in ſubſtan=
tiis ſuis. Diuitię dicuntur ſpinę, quia demon ſicut ve=
nator inter ſpinas diuitiarũ laqueos nobis peccatorũ
1. Timo. 6. b. parat: vnde Paulus. Habentes alimenta, & quibus te=
gamur his contenti ſimus: nam qui volunt diuites fie
ri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, &
in deſideria multa etiam inutilia: & nociua quæ mer
gunt homines in interitum & perditionem. Radix
enim omniũ malorum eſt cupiditas, quam quidã ap=
petentes errauerũt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus
Auaritie remedia. multis: tu autẽ homo dei hæc fuge. Terra ſpinoſa du=
pliciter ſubuenitur. Primo igne, ſecũdo ligone, vt era
dicentur: vñ ſi in terrenis diuitiis celeſtes contempla=
tus fueris & illarũ amore exarſeris: has igne cõbures,
quando pro dei amore pauperibus dederis. Si autem
vt ad altiora conſcendas, reliqueris eas, velut ligone
eas eradicaſti à corde tuo, quod eis non apponas, ſed
deo & verbo eius, quo pauperes euangelizat, ille qui
vt pauperes euangelizaret miſſus eſt. Audiamus er=
go fratres verbum dei humiliter & caſte, & pauperes



ſpiritu ſimus, vt fructũ plurimum afferat verbum dei,
alium trigeſimũ, alium ſexageſimũ, alium centeſimũ,
qui fiet ſi audientes verbũ retinuerimus illud. Sed nõ
omnes habent aures audiendi, quæ verbum retinent,
vt fructum afferant in patientia. Vbi nota ꝙ auditus
fit ex duplici aere ſicut viſus duplici lumine ſcilicet Aures audiendi quæ ſint.
naturali intus, & naturali extra: quæ iunguntur in or=
gano oculi: & ſic auditus ex connaturali aere quem
vermem vocant, & ex ſono extra: & ſic ſpiritualis au
ditus ex duplici fide. ſ. infuſa quæ eſt intus aliqualiter
inclinans & acquiſita, quę venit ab extra dum eis quę
fidei ſunt, inſiſtimus. Qui ergo habet aures animæ fi=
de informatas audiat verbum dei, quia ſcriptum eſt
quod non effundamus, aut ſermonem perdamus, vbi
non eſt auditus. Multi habent aures, ſed non audiendi
verbũ dei: ſimiles magnis canibus qui habent aures
deiectas & ex parte ſuperiori ne audiant celeſtia clau
ſas, & ex parte inferiori ꝓ terrenis apertas, vacantes
in foro fabulis, & in curia vaniloquio: tales habẽt au=
res tamen non audiendi quia non audiunt, quãuis vi
deatur eis ꝙ audiant, quia nihil eſt ꝙ ſonat. In repeti=
tiõe verbi cupiditas rei notatur: ideo qui habet aures
audiendi audiãt, quia ſicut cibus eſuriem requirit, ſic
verbum dei cupidum poſcit auditorem: vnde dici=
tur ꝙ concupiſcentia ſapientiæ deducit in regnũ per
petuum. i. in expoſitionẽ ſacre ſcripturę, quæ vocatur
in euangelio miſterium regni dei, notũ apoſtolis: nã
ipſa met ſcriptura dicitur regnum dei ibi. Auferetur à
vobis regnũ dei: & tradetur gentibus. Sicut dum fa=
meſcimus retinemus cibum, ſic dum verbum dei cu= Verbum retine.
pide audimus illud mẽte ſeruamus: vt fructificet. Se=
men in agro multa ſuffert, ſcilicet turbinem, gelu, &
niuem, ſic bonus verbi auditor, quæcunq; tribulatio

occurrat verbum retineat: ſi fructum deſiderat, nam
multi ſunt vaſa lignea vini male ligata, quę liquorē
puriorē emittunt, feces retinentes fabularū. Et etiā
contigit aliquod verbum dici in ſermone minus be=
ne, qđ mordaces ſeruāt, meliora obliuioni tradētes,
ſimiles muſcis & canib⁹ macelli, qui deterioribus ad=
herent & fedis carnibus. Lutherani etiam in libris ſan
ctis non quærunt niſi deteriora: relinquentes bona,
nec enim retinent niſi feces antiquorū, in quibus er=
rores ſuos fundant. Alii ſunt in ſermone, vt oua ad
ignē qui pro tunc guttas lachrymarū ſudant: & ab eo
elongati frigeſcunt. Sed alii ſunt vt vina ꝓbantes, nō
vt emant: ſed vt aliis referant iudicium ſuū ac ſi con=
cionator cēſores vocaſſet, & nō factores verbi. Nō
ſic fratres ſed verbum in patientia veſtra retineatis,
quæ vobis neceſſaria eſt vti & prædicātibus de quib⁹
dicit. Bene patiētes erūt, vt annūcient. Verbū dei retē=
tū pullulat in bona cogitatiōe, ſpicā facit in bona lo
cutiōe fructificat in bona opatione. 1. vt. 30. 2. vt. 60.
3. vt. 100. Primus numerus ptinet ad incipientes: ſecū
dus ad ꝓficiētes: tertius ad pfectos, vel vt aiunt ſancti
doctores ad vxoratos, viduas & virgines. Vel ad ſe=
lacures, clericos & religioſos, immo & in vnoquoq;
homine hūc triplicē fructū inuenire poſſes, dum tria
præcipua vota ſeruat ſcilicet caſtitatem & obedien=
tiam, & paupertatē euangelicam. Et aliter quia ſi le=
gem naturę ſeruas trigeſimū fructum habes: ſi legem
ſcriptā quæ ſtat in duabus tabulis decalogi habes fru
ctum ſexageſimū. Si legem gratię addentem conſilia
cuſtodis, tunc habes fructū centeſimū: & hi tres fru
ctus ad triplicem animæ potentiam poſſunt pertine=
re dum habueris memoriā recollectam per ſpem qui
eſt primus, & intellectum illuminatum per fidem qui

Terræ bonæ multi=plex ter=narium.



eſt ſecundus: & voluntatem inflammatam per chari
tatem qui eſt tertius. Et hos tres fructus habent beati
in cœlo nam viſio dei eſt primus, & huius viſionis tē=
tio eſt ſecūdus: & harū fruitio eſt vltimus fructus glo
rię qui cētesimus dicit, quia perfectiſſimus erit nobis
ſi tamē hic prius habemus fructum trigeſimum con=
tritionis, & ſexageſimum confeſsionis, & centeſimū
ſatiſfactionis: vt eadem menſura triplici additione
poſtea detur in ſinu noſtro plena, coagitata & refer=
ta: hic per gratiam præuenientem concomitātem &
ſubſequentem, & in futuro per harum gloriam quæ
erit intra nos, & extra nos, & ſupra nos: ad quam nos
perducat cum confeſſoribus, virginibus, et martyri=
bus Ieſus noſter qui cum patre &c.

¶ VIGESIMVS TERTIVS SERMO PV
rificationis Mariæ habitus altera die poſt ſexageſi=
mam: quo feſtum hoc celebratum eſt. THEMA.

Quod autem in terram bonam hi ſunt qui corde
bono et optimo audientes verbum retinent,
& fructū afferunt in patientia. Luc. 8. a.

¶ Inuocatio ad virginem.

PLagati et pauperes ad eccleſiæ ianuam conue
nire ſolent: vt ab ingredientibus elemoſinam
accipiant: et maxime alacres fiunt, ſcientes ad
miſſam fore venturē pręcelſe dignitatis perſonam,
à qua alquid magni ſe accepturos arbitrātur. Cum er
go ita pauperes ſimus: q apoſtolus aſſerat nos inſuffi
cientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis:
ac perinde nec loqui aut efficere. Inſuper et à planta
pedis vſq; ad verticem capitis nos dicat Eſaias vulne
ratos: impotentes calcare terrena, et aſpicere celeſtia.
Duplex igitur nobis ineſt malum paupertatis, ſcilicet

Subuentio marię

**Inopia noſtra nimia eſt**

& infirmitatis: quod ambobus oculis flẽdum eſt. Nam ſi ſolum pauperes eſſemus, labor excluderet egeſtatẽ, quia labor improbus omnia vincit, ſed infirmitas labori obſtat, & impedimentũ præſtat: vnde nimis coarctati cogimur mendicare. Fœlix tñ neceſſitas maxime hodie cũ regina cœli ad miſſam incedit: ad miſſam inquam quia idẽ oblatura eſt in templi altare, qđ ſacerdos in miſſa: & ſicut nec tũc pauperes qui ad ſpecioſam portam templi ſedebant vacuos dimiſit: ſed largitiori elemoſina præuenit: ſic hodie illius oblationem recolentes duplici ſeu ampliori gratia condonabit: ſi tamen ei nos offeramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Heſterna die fratres chariſſimi ſemina quæ perierunt diſſeruimus: nunc autem de ſemine qđ eſt ipſum verbum dei agendum eſt: quod ortum multum attulit fructum. Et quoniam in terra optima carnis Mariæ ſeminatum eſt vbi eius ſpiritus & anima verbum auditum retinuerunt plures mẽſes corde & corpore, & iam natum templo afferunt, vt ſiſterent eum domino: ideo ait thema. Quod autẽ &c.

**Diuiſio.**

¶ Due partes erũt ſermoni. Prima de terra ſeminata. Secunda de fructu templo allato per manus Mariæ.

¶ Prima pars.

¶ Nemo indignum arbitretur Mariæ terram vocari, quia ex ipſa naſcimur, mouemur & ſumus, immo & paſcimur, quiq; terrigene & filii hominũ: vñ in ſacra pagina mater omnium dicitur terra, etiam hæc mala ex qua nati ſumus, Maria vero terra bona eſt, quæ malis conditionibus in euangelio poſitis caret, nec enĩ

**Maria eſt terra bona.**

eſt iuxta viam, quia cum ei per angelum tranſmitteretur verbũ dei dicitur Gabriel ingreſſus ad eã, quæ quidem in penetralibus erat: vbi nulli hominum patebat



acceſſus ſed ſolis angelis de quibus indomita virgo & perterrita fuit: ex eo quod ſpeciem gerebat humanam. Non ſicut noſtræ ſcalide virgines per cancellos & feneſtras proſpicientes: immo & ſedentes ad ianuam vt panes venales cupientes vt mercator accedat. Secundo terra noſtra petris rixarum caruit: quoniam rixoſa mulier virum de domo etiam propria expellere dicitur: Maria vero attraxit ſpõſum Ioſeph volentem eam dimittere. Caruit etiã Maria ſpinis peccatorum: nec enĩ ſpinas & tribulos potuit germinare, quæ deum paritura erat. Sed vt ait anſelmus oportet quod inter ſpinas & à ſpinis remota alatur & formetur non ſuffocata, nec tacta ab eis vt caſtanea & vt lilium inter ſpinas ſine ſpinis. Eſt etiã terra melior qñ habet tres conditiones bone terræ quarum prima eſt nigredo, nigra quidẽ terra panẽ afferre dicitur, nigredo autem in Maria humilitas eſt: nigredo autẽ ex multo ſole prouenire ſolet, & in Maria humilitas ex multa dei participatione: vñ ipſa ait. Nolite me conſiderare q fuſca ſim, quia decolorauit me ſol: ſi creature pulchritudo deo referatur: tñ deterior apparebit quantum deus ipſe clarior videbitur, & ille tũc amplius in nobis magificabitur: idcirco Maria dixit. Magnificat anima mea dñm: & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuę. Aĩa & ſpiritus Mariæ audiẽtes & retinẽtes verbum dei in illo ſalutari ſuo nũc exultant, de quo poſtea Simeõ dixit. Nunc dimittis ſeruũ tuum dñe ſecundũ verbũ tuũ in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Secunda melioris terræ cõditio eſt, q inueniatur dulcis ad os applicata & madefacta, quia tunc citius deguſtatur. O quam ad plenum in Maria hæc inuenitur conditio, quæ tota dulcis ait. Spiritus enim meus ſuper

**Maria eſt terra melior.**

mel dulcis,et hæreditas mea ſuper mel et fauum. Hæ
reditas ſua pacifice poſſeſſa caro ſua eſt, madida qui
dē ab illo qui ait. Ecce ego declinabo ſuper ipſam
quaſi fluuiū pacis,& quaſi.t.i.melle ſuauiſsimo. Vtinā
hanc terram comederemus cunctis diebus vitæ no=
ſtræ,vt bone indolis pueri. Tertia melioris terræ con
ditio eſt,vt ait Virgilius:ꝙ ſi in ea fiat foſſa, & implea
tur aqua abundare debet, ſi cito ſiccatur mala eſt ter
ra:ſi permanet plena, foſſa bona eſt terra ſi aliquantu
lum per tempus abundet aqua in foſſa ſatis bona iu=
dicatur terra illa. O beatiſsima virgo quia tibi dici=
Eccleſia. tur. In omnibus operibus tuis pręcellens eſto: ne de=
33.c. deris maculā in gloriam tuā. Nulla macula fuit ideſt
nullus defectus in Mariæ operibus qm̄ in quocunqꝫ
opere etiam cōſilii abundauit:nam ſi conſilium datur
caſtitatis illa virginitatem addit: opus quidem ſuper
erogationis. Si eſt conſiliū paupertatis illa pauperri=
ma fuit. Si eſt conſiliū obedientiæ nō ſolum ipſa obe=
diuit maiori ideſt filio dei ſeruiens ei die ac nocte,im
mo & Ioſeph equali:& inferiori Helizabeth. In om
nibus ergo beata virgo præcellens fuit,quia virgini
tatem habuit conſecratā deo,obedientiam immedia
tam ei,paupertatē tam ſublimem ꝙ ea nos omnes di=
tauit. Vt ſanctos ditaret pauper effecta eſt. Tres itidē
ſunt optime terrę conditiones videlicet quòd omnes
afferat fructus trigeſimū, ſexageſimum, centeſimū:
nil amplius debet optima terra:immo nec vlla eſt q̄
hunc afferat fructū præter Mariam: quæ habet trige
Fructus ſimum fructū quia coniugata fuit,ſexageſimum quia
Mariç tri vidua mortuo Ioſeph: centeſimū quia virgo fuit. Sed
plex eſt. hos fructus quo ad ſe forte dicetis cōputandos fore,
quo ad nos tamen ſterilis iudicatur,neutiqꝫ,immo &
quo ad nos eos abūdantiores habuit:nam attulit qui



dem nobis carnem Chriſti quæ eſt fructus trigeſimus
& eius animam pariter, quæ eſt fructus ſexageſimus,
& deitatem Chriſti quæ eſt fructus centeſimus. Ter=
ra hæc fratres dedit & fructū ſuum: dedit & fructum
noſtrū. Quid de te virgo referam, quæ hodie preci=
pue omnes prædictas conditiones:vel earū plures ha
buiſti:nam ſi male terræ conditiones exterius oſten=
dis hoc melius & tibi & nobis eſt. Hodie Maria inuia Maria ꝑ
& deſerta in publicum exit ad mediū templi. Et petrā ſe fert ma
angularem pro nouo templo conſtruendo defert: & le terræ
ſpinas in cōceptione ſenſiſſe videtur oſtendere, dum cōditio=
ad purificationē prodiit,nos arguens immundos qui nes ſed
purificari dedignamur, ſed reuera hodie nigra ideſt eſt opti=
humilis & ferax hæc terra oſtenditur, & dulcis dum ma.
affert ad templum fructū deſideratum cunctis genti=
bus:oſtenditur etiā abundans & in virginitate deife=
ra,& in obedientia dum legi paret:cui non tenetur.
Hodie triplicem deniqꝫ fructum affert: quia triplicis
ſubſtantiæ filiū præſentauit. Nūc ad puerū. O infantu
le talis terræ fructus:vbi nobis in virgine inuia via fa
ctus es: ſine petris nobis factus es petra firmiſsima,
ſine ſpinis aptitudinem aſſumpſiſti, vt ſpinis ꝓ no=
bis coronari patiaris. In hac terra nigra niger factus
es vt coruus, ſaltim in hominū reputatione qa exina=
nitus & minoratꝰ. In hac terra dulci dulciſsimus &
piiſſimꝰ etiā naturaliter factꝰ es,& in miſericordia abū
dantiſsimus, in hac tam feraci deniqꝫ terra nobis diui
tias attuliſti meritorum pœnitentiæ vt triginta, iuſti=
tiæ vt ſexaginta: contemplationis vt centū. Nec mi=
remini fratres ꝙ talem nobis afferat fructū Maria ter
ra noſtra:quia dominus qui dedit benignitatem ſpi= Hier.2.d
ritus ſancti fuit ſeminator eius qui ait. Ego plātaui in Chriſtus
te omne ſemen verum. Ibi verbum dei in Maria ſe= eſt ſemē.

minatum dicitur omne ſemen verum, quia omnium
ſeminum vtilitatem habet & virtutem. Tres precipue
ſunt excellentiæ ſeminũ, prima quia ſunt ſanatiua, nã
ſeminibus nos medici curant: ſic vel ſic diſpoſitis. Se
cundo ſunt illuminatiua, nam ex aliquibus ſeminibꝰ
oleum educitur quo illuminamur, & linimur. Tertio
eis ditiſsimus fit mundus: nam opes & mundi gloria
ex ſeminibus oritur dum nimis abundant. Has tres
excellentias ſemen ortum in terra noſtra habet teſte
Simeone, qui quo ad primam ait. Viderunt oculi mei
ſalutare tuũ ò Maria. Quo ad ſecundam dixit. Quod
paraſti ante faciem omniũ populorum, lumen ad re-
uelationem gentiũ. Quo ad reliquam ſubiungit. Et
gloriam plebis tuæ Iſrael. Nec miremini fratres ꝙ ſe
mẽ dei & verbũ dei tali terra & à tãto agricola ſemi
nato hæc efficiat, quia de primo ſcriptũ eſt. Miſit ver
bum ſuũ & ſanauit eos. De ſecundo autem dicitur. Lu
cetis ſicut luminaria in mundo verbũ vitæ continen
Phi.2.d. tes ad gloriã. De tertio ſcribitur. Verbum autem dñi
Act.12.d crescebat & multiplicabatur. Ex eo igitur quòd tam
frugifera eſt terra noſtra figuratur in illa de qua dici-
Gen.2.c. tur. Nomẽ primi fluuii phiſon: ipſe eſt qui circuit om-
nem terrã Euilath vbi naſcitur aurum: & aurũ terre il
lius optimum eſt: ibiq; inuenitur bdelliũ & lapis oni-
chinꝰ. Hęc terra Euilath prima laudatur in diuina ſcri
ptura & in multis extollitur nõ ob aliud niſi quia ma-
maria eſt terra Euilath. trem dei ſignat: nam euilath interpretatur annunciãs
illi ſiue parturiens, & eſt Maria quæ partui ſuo optato
penuriã noſtram nunciauit. Vñ cum Maria oſculaba
tur filium ingerebat ei penuriam omniũ creaturarum
& plus hominum pro quibus ad illius brachia deue-
nerat; immo & in cœlo idẽ quotidie facit dicens. Fili
viuũ non habent, aut ſalutem ſiue pacẽ aut pluuiam,



pro quibus ei vbera interponit offerens ſe pro nobis:
vt ait Bernardus. Hæc ergo terra optima primo lau-
datur à paradiſi propinquitate: ſi prius ſit irrigua hoc
ideo eſt quia propinquior inuenitur paradiſo diuino:
à quo in eã flumen influit phiſon quod interpretatur:
multitudo, ſcilicet gratiarũ ei collata inexplicabilis
nobis immo ipſe deus non eas explicat dum ait. Ecce
odor filii mei ſicut odor agri pleni. Plenꝰ eſt ager iſte
gurgite àque immenſe, fluente impetu de libano dei
tatis. Nec huius fluminis abundantia terrã deſtruit: ſed
fecundiorem reddit. Nec immerito dicitur, ꝙ omnẽ
terram illam circuit fluuius iſte, in nobis enim maior
fere pars ſterilis inuenitur, nec vnquã ſanctus fuit, qui
ſaltim in parte ſterilis minime fuerit præter Mariam,
in cuius inferiori gleba ſeminatum verbum dei tri-
plex attulit incrementum vt tactum eſt in figura, vbi
dicitur quòd aurũ terræ virgineæ optimum eſt, caro
videlicet Chriſti ibi nata, quæ paſsionibus deſtinata
& malleis plagarũ impreſsionem accepit, quibus em
pti ſumus precio magno. Secundo inuenitur ibi bdel
liũ quæ eſt arbor aromatica animã Chriſti repreſen
tans, quæ in plateis mũdi aromatizans dedit per do-
ctrinam ſuauitatẽ odoris. Et quotidie per orationem
aſcẽdebat ſicut virgula fumi vniuerſi pulueris pigmẽ
tarii. Ibi deniq; etiã inuentus eſt lapis onychinus qui
eſt admodũ vnguis, vbi Chriſti deitas deſignatur, quę
admodum vnguis humanitati inſedit, cui nimio vni
tur amore. Merito igitur terra bona melior & optima
dicitur Maria, quia pater eius Dauid in Pſalmo de ea
intulit deo. Viſitaſti terram (ideo bona eſt) & inebria ꝑs.64.b.
ſti eam (ideo melior) multiplicaſti locupletare eam
(ideo optima) & tante bonitatis aſsignans cauſam
ſubiunxit. Flumen dei (quod ſcilicet in Mariã influit)

repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniam
ita eſt præparatio eius. Videte ergo qualiter de terra
virginea paſcuntur animæ noſtræ, in qua eſca vniuer
ſorum per flumen dei paratur. Vidimus ergo de ter=
ra & de ſemine.

¶Secunda pars vbi eſt alter ſermo.

¶Nunc videamus qualiter per manus Mariæ fructus
adducitur templo, iuxta id. Fructum afferunt in pa=
tientia. Nullomodo credendum eſt Maria ſine patien
Patiĕtia tia ſibi neceſſaria ad templum veniſſe ſicut nec pater
Mariȩ. Abrahã ad montem moria oblaturus & iugulaturus
filium ſuper ligna cõpoſita. Gemebunda ſecum attu=
lit mater dei volatilia offerĕda cum filio, & pro filio.
Aues ille gemitus ꝓ cantu habent. Euntes igitur ibãt
Maria & Ioſeph & flebant in auibus triſtitiã ſuſpican
tes: ſciebãt enim ꝙ oblatio illa non erat neceſsitatis,
qm̃ de chriſto ſcriptũ eſt. Frater nõ redimet, redimet
p̃s.48.d. homo qui non dabit deo placationĕ ſuã: & preciũ re
demptionis animæ ſuæ. Frater, ideſt in delicto parti=
ceps non redemit nos, ſed Chriſtus qui ſe non rede=
mit, nec pro ſe aliquid obtulit, niſi in ſignũ, quamuis
dicatur. Obtulerũt pro eo dño par turturũ aut duos
pullos columbarũ. Duas aues pro eo domino præſen
tant gemibundas in ſignum ꝙ nos à duplici vȩ libe
rat: primo à væ culpe in pullis columbarũ: & ſecundo
à væ pœnæ in turture: tamen hoc fit duplici chriſti ge
Eſa.53.a. mitu ſpirituali videlicet & corporali, animȩ & corpo
ris: quia duplici contritione pro nobis contritus eſt.
Hoc igitur Maria cogitans ſciens filiũ ſuum virũ do
lorum quo ad animã, & ſcientem infirmitatĕ paſsio=
nis quo ad corpus patientia protecta templũ adiuit
prȩparans animã ſuam ad ea quȩ propheta ille Simeõ
prænunciaturus erat: qui dum accepit puerum pro=



phetare cœpit factus ab illo. Veluti organorum magi
ſter qui quamuis ordinatiſsimum reddit ſonũ adiuua
tur à puero flatũ miniſtrante ſicut & Helizabeth, quæ
à puero ſpiritu ſancto plena agebatur: vt mira de ma
tre dei eructaret. Sic ergo iſte ſpiritu pueri afflatus ait.
Nunc dimittis ſeruum tuum domine: ſecũdum ver
bum tuum in pace &c. Secundũ verbum tuũ inquit,
nam ei promiſerat deus quòd minime moreretur do
nec videret Chriſtum: vnde detentus erat ad promiſ=
ſam viſionĕ à multis regibus & prophetis deſideratã,
quã nunc oſtenſa ſe dimitti poſcit in pace: quod ſibi
conceſſum denuncians ait. Nunc dimittis ſeruũ tuum Luc.2.d.
dñe puer in pace. Maria autem videns ꝙ iam ſenex cu
piebat mori ait ei. Memor eſto domine patris noſtri
Dauid qui ait. Non moriar ſed viuã: & narrabo ope= p̃s.117.b.
ra domini. Tibi verbũ ſalutis huius miſſum eſt quod
fecit dñs & oſtendit tibi: vt enarres mirabilia eius, no Maria ſe
li pater deficere puer tibi vires adminiſtrabit, & vitã nem hor
Si vt ipſe ais iam dei ſalutare vidiſti, fugiat mors à te: tatur vt
tali percepta medicina. Nunc tĕpus viuendi eſt, quia viuat.
viuit dominus & miſertus eſt nobis: fias obſecro cum
puero puer: vt ei ſeruias ſicut & nos. His ipſe ſenex
ſic reſpõdit. O mater gemibũda velut turtur ſola re=
linquenda es in paſsionis guerra, ego iam decrepitus
in pace mori volo leuioris pugne curſum adeptus, ti
bi maior manet de diabolo triumphus. In duello paſ
ſionis huius pueri omnes ſuccũbent prȩter turturĕ,
qm̃ ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionĕ
multorũ in Iſrael, & in ſignũ cui contradicetur: & tuã
ipſiꝰ animã pertrãſibit gladius. O mater pietatis paciĕ
tia tibi amplior neceſſaria eſt, donec tranſeat iniqui=
tas. Ecce poſitum dico filiũ tuum, non tñ à quo ponĕ=
dus eſt nec vbi, quoniã à multis ponetur, & multipli=

cabitur in pluribus locis. Poſitus eſt in brachiis tuis in
ruinam innocētium puerorum & in reſurrectionem
multorū contra eum: taliter ꝙ deniq; aperte ponetur
velut ſignum cui cōtradicetur à multis. Reſurgent fi
lii impii aduerſus dn̄m & aduerſus Chriſtum eius. Et
tota perinde vita ſua hic ponetur in mundi medio ve
lut ruina impiorū, & reſurrectio iuſtorum, cadent mi
lia hinc, & decē milia à dextris eius donec mors ap
propinquet, vbi etiā iuſti cadent de cœlo fidei, & iſte
ponetur in terra in ſignū cui per plures blaſphemias
contradicetur, ſicut ſignū deniq; ad ſagittas. Et tunc
tuam animā, quæ eſt ipſius pertrāſibit gladius paſſio
nis eius: & lancea quā ſenties in corpore ſuo iam de=
functo, vbi per amorē tua erit anima, vt quæ Chriſti
ſunt ſentias cū eo, qn̄ etiam gladius acutus lingue im
piorum conuitiabitur Chriſtū, Mariæ animam pene=
trans. Nec opus eſt (inquit Simeon) vt puerū redimas
quinq; ſiclis vt cetere matres facere ſolent, ipſe enim
Numeri quinq; plagis quas in corpore paſſurus eſt redimet Iſ=
5. & 18. rael. Hic aduerte (vt ait Claudius) quòd euangeliſta
prætermittit in hoc euangelio id quod de ipſo maſcu
lo quinq; ſiclis argenti redimendo in ea ipſa lege ex=
preſſum eſt, & conſulto quidē hæc tacuiſſe arbitror,
ea em̄ erat legis illius ſanctio, vt præter eos qui ex Le
Chriſtus uitico genere erant, cæteri primi partus deo cōſecra
non redi rentur, non tn̄ in templo ſacerdotibus relinquebātur
mitur. neq; ad ipſius templi miniſteriū dedicabantur, ſed pe
cunia ſe à ſacerdotibus redimebant quinq;. ſ. ſiclis ar
genteis. Tn̄ quia ſaluator noſter non ex Leuitico ſed
regio genere foret, at vero quia ſacerdos in ęternū à
deo cōſtitutus eſt, vt latius, ꝓbat Paulus in epiſtola ad
Hebreos, ideo nō legitur pecunia redēptus à dei ob
ſequio in templo, toto quippe vitæ ſuæ tempore in tē



plo corporis ſui deo patri ex forma ſerui acceptabile
obſequium prēſtitit. Deo autem per omnia paruiſſe in
illo templo de quo ait. Soluite templum hoc, & in tri
bus dieb⁹ reedificabo illud: & facta eius & dicta om
nia cōteſtantur. Ecce igitur qualiter Chriſtus nō eſt à
matre redemptus, ex eo ꝙ ponendus erat in ſignū cru
cis: vbi illam ſuſtinuit contraditionem de qua Paulus
ait. Curramus ad propoſitū nobis certamen, à ſpicien Heb. 12. a
tes in autorem fidei & conſummatorē Ieſum, qui pro
poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione con=
tēpta: atq; in dextera dei ſedet: recogitate em̄ eum qui
talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum
contradictionem: vt non fatigemini animis veſtris
deficientes, nondū enim vſq; ad ſanguinem reſiſtiſtis
aduerſus peccatū. Vſq; ad ſanguinem reſiſtit Chriſtus Sanguis
impiis & peccatis, quem quinquies effudit pro quinq; Chriſti
ſiclis, primo in circuncisione, ſecundo in horti ora= qnquies
tione, tertio in flagellatione, quarto in coronatione effundit.
ſpinea, quinto in crucifixione, vbi redemptio copio=
ſa conſummata eſt. Iuſte igitur Simeon ſpiritus ſancti
habitaculum prædicatur, qui ex eo ꝙ puerum acce=
pit in vlnas ſuas, ilico ſciuit ponendum in vlnas cru=
cis: & Mariam matrē eius iuxta eum: vnde prædicta
verba (vt ait Lucas) ad ſolam mariam retulit, cui de=
tegit ſui, & pueri baiulati paſſionem & guerrā, & an=
tequam veniat tempus eius in pace ab angelis prædi
cata abire deſiderans ait. Nunc ſtatim dn̄e dimittis. i.
dimittere digneris ſeruum tuum hactenus corporis
carcere detentum in pace præſenti: quia futurum bel= Chriſtus
lum quo aduerſus te Iudas accepturus eſt cohortem ponitur
cum facibus & armis ſuſtinere non potero, quin ipſe in ſignū.
ſuccumbā. In te puer qui es pax nr̄a: & in fide tua mo
ri volo recepto iam oſculo ſancto patris ęterni, qd̄ pe

tebat ſponſa. Nunc & nos ô fratres chariſsimi in pe=
ctoris pace dimitti poſtulate à ſeculi negotio & pec=
cato abſolutos: quia vſqꝫ hodie chriſtus in ſignum po
nitur certiſsimũ, ac patentiſsimum: quo & pœniten
tes ad diſciplinam reuocantur: & proficientes in via
adiuuantur: & perfecti reficiuntur atqꝫ fruuntur, per
quod inſuper & in quo præterita recogitamꝰ, præſen
tia cognoſcimus, futura contẽplamur, quo itẽ via mõ
ſtratur, viator dirigit̃, animatur & adiuuat̃, & merces
oſtẽdit̃ quo ducimur, agnoſcimur, recipimur, in quo
deitas cernitur, humilitas exprimitur, & omnia crea=
ta præterita ſimul & futura videntur & præſentia: à
quo trahimur in quo viuimus: & ad quod tendimus.
Item eſt ſignum ſagittantiũ, vexillum pugnantium, &
brauium currentiũ. Et omne quod quocunqꝫ ſigno
monſtrari aut effici ad hominum ſalutẽ poteſt, ſolus
hic oſtendit, & præſtat. Et ſicuti bonis eſt gaudio ma
gno, vti magis ſtella fuit, ſic reprobis terrori, quia tur
Pſal. 64. babuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos
à ſignis tuis Ieſu. Sed vnuſquiſqꝫ ne ſibi contradicat,
nec huic ſigno repugnet quia & à malis chriſtianis
Pſal. ſicut & à iudeis ſecurus euadet dum patri ait. Eripies
Chriſtus me de contradictionibus populi. Olim contradictũ
contradi fuit illius maieſtati, & doctrine, & mãdatis, & volun
citur. tati, immo & hodie ſic etiã fit: nã ſuperbi Chriſti ma=
ieſtati contradicunt, qui ideo yronice vocantur dii.
Dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Ab hæreti=
cis lutheranis eius doctrina contradicitur, qui ſemi=
ne diuerſo ſeminãt agrum ſcripturæ ſenſu videlicet
bono & malo: dogmate ſuo & non ſuo, Cæteris mã=
datis contradicunt peccatores, qui & ſi chriſtiani vo=
cantur, nõ vt chriſtiani operantur, fatentur Chriſtum
verbis, operibus autem negant, vbi contradictio vi



detur implicata. Nos igitur cum ſimus mali: & volun
tas Chriſti bona beneplacens & perfecta, tota ſeculĩ
die ait chriſtus. Expandi manus meas ad populum nõ
credentem, ſed contradicentem mihi. Non ſic fra=
tres ſed in cordis vlnas Chriſtum recipientes facia=
mus omnes volũtates eius viribus & poſſe: vt in tem=
plo gloriæ præſentemur. Amen.

¶DOMINICA IN QVINQVAGESI=
ma de deſcenſu peccatoris: & aſcenſu Chriſti.
ſermo viceſimuſquartus. THEMA.
Conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per
prophetas de filio hominis. Luce. 8.
¶Inuocatio ad virginem.

HAec eſt maxima virtus charitatis qđ ſine ea
ſcripturæ adimpleri non poſſunt nec expo=
ni: vnde ait Paulus in epiſtola. Si linguis ho
minum, ſcilicet philoſophorum & angelorum loqua
mur, dempta charitate nulli placebit ſermo, nulliuſqꝫ Sermonĩ
animæ aures afficeret: quamuis corporeo auditui tu= Mariæ
multum redderet. Vt ergo loquamur ad cor Hieruſa charitas
lem nõ ſolum opus eſt gratia ſermonũ, quæ gratis da ſubuenit
ta dicitur, quam etiã philoſophi habuerunt & rethori
ci, & multi hereticorum lutheranorũ qui loquuntur
ſublimia gloriãtes ſed qm̄ charitatẽ non poſſederũt:
propterea perierunt. Si ergo vt fructum plurimũ affe
ramus, tam neceſſaria eſt charitas, eã inquirere opor=
tet, non ſolum vt ipſe loquar, ſed vt & vos audiatis,
quoniã ſi inutile eſt ſine ea loqui, inutilius erit abſque
ea audire quia neceſſarior eſt auditori quam loquen
ti: quia omne qđ recipitur per modũ recipiẽtis recipi
tur. Vt patet in ſtomacho. Et qm̄ hęc charitas eſt in ma
ria tã abũde, ꝙ in amorẽ videat̃ cõuerſa: eſt eñ adeo

amatrix dei quòd dicat. Anima mea liquefacta eſt, dũ dilectus locutus eſt. Ecce ex vtraq; parte charitatem, quia diligens dilectus loquitur tam feruide, quòd animam, ideſt animalitatem dilecte totam vertet in ſpiritum amoris diuini. Si Maria liquefacta eſt in amore: fluidus erit eius amor, & ad nos vſque percurret. Quod ſi ita non eſſet, minime ipſa caneret. Ego mater pulchre dilectionis & magnitudinis. Vnde ſi ipſa eſt mater, & nos filii ad eam recurrentes genibus flexis dicamus Aue Maria.

¶ Expoſitio euangelii.

¶ Cum Chriſtus aſcenderet à Galilea in Hieruſalem attulit ſecũ duodecim apoſtolos (& vt aſſolet) loquũtur in via, de eo qd' in termino fiet, vtinam & nos dũ iter agimus vtilia loquamur, ſed dominus it ad patiendum, & vt prouocet pullos ſuos ad idẽ narrat eis paſſionem ſuam, nõ caſu euenturam, ſed per prophetas de filio Ade prænunciatã. Nec omnium prophetarum auctoritas, nec ſigillata magiſtri narratio, eis ſenſum paſſioni aperuit: quia non intelligebant quæ dicebantur. Tãtus eorum viſceribus dominice vitæ inerat amor, ꝙ eiuſdem mortẽ prædicatã nullatenus capere poterant, nec intelligere, qm̃ intellectus ſequitur affectum: & hinc eſt ꝙ nimis vitam amantes de morte nõ cogitant, nec audire volunt huius ſermonẽ

Cur apoſtoli non capiunt Chriſtũ de morte loquentẽ

Et ad hoc facit Chriſti diuinitas, quam credentes apoſtoli, arbitrati ſunt non viſurum corruptionem corpus tali balſamo præuentũ nec mortem hominẽ deificatum & forte etiam credebant, ꝙ ſpiritualiter venirent intelligenda, quæ dicebat, ſicut & alia quæ ab eo audierant. Vel forte nõ intelligunt ex eo ꝙ quinq; verbis perſtrinxit omnia quæ paſſurus erat. ſ. tradetur, illudetur, flagellabitur, conſpuetur, occidetur. In



hac ergo Chriſti locutione: & apoſtolorum ignorantia qua ceci erant venitur ad hierico: vbi cecus audit ſtrepitum in hoc acutior apoſtolis quia & ſi ignoraret quid hoc eſſet, interrogat, & dicitur ei: ꝙ Ieſus Nazarenus tranſit. Quo audito reuixit & ait. En dies quem expectabã: en plantatio roſe in Hierico, ex quo bonus odor & fama eſt mihi audita. Ergo Ieſu fili dauid miſerere mei, qui cunctorum miſereris, miſerere mei inopis, ceci & infirmi. Increpatur à præeuntibus, qui vtinam clamarent, vt ipſe qui vt vocem increpantium ſuperaret, acrius clamat, nam cum malediceretur nõ maledicebat, ſed audiri cupiebat. Ieſus autem increpato propter eum condolens iam non tranſit eũ: ſed tranſierat increpantes ſine cauſa. Et per eoſdem iuſſit illum adduci ad ſe: oſtendens in hoc ꝙ maledicti mẽtientes ad ipſum nos ducũt ſi ſuſtinemꝰ: & in bono firmius ſtamus. Quid (ergo ait Ieſus) tibi vis faciã? Ecce aperta largitatis ianua, cui antea increpantes, ora claudere nitebantur. In corde ſuo orãs Chriſto dixerat cecus. Si inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuũ: (Gen.18.a) & ideo miſere clamabat: tamen increpatur vt taceat, & dñs iam loqui iubet, vt altius tertio clamet. Domine vt videam. O cece quantũ videt anima tua: quæ virtute venientis experta ab eo tale poſtulat manus. Dñe à te non pecuniam peto: nõ vindictã expoſtulo, nõ honorem, ſed quia mihi oculos dediſti, condeſcende: & eis viſum prebe. Domine qui es lux mundi: vt videã exoro. Videte fratres deſideriũ ceci. quantũ videat, quantumq; bonum inſpexerit cũ petat inſtrumentum, quo frui poſſit, & tendere in eum, quẽ deſiderant angeli proſpicere. Reſpice homo, & vide lumen cœli, non angelũ vt Thobias cũ piſcis felle ſanatus, ſed fide & miſericordia vide magni cõſilii an-

gelum:reſpice creatorem tuũ ac redemptorem. Quis
dicere valebit qualiter deum magnificauerit iſte cũ
per tres horas Thobias poſtquam in humana ſpecie
angelũ vidit extaſim paſſus ſit? Euelli non potuit iſte
cecus à Chriſto, ſed eum ſequebatur, ac plebẽ horta⸗
tur dicens. Magnificate dñm mecum &c. vſq; accedi
te ad deum & illuminamini & facies veſtræ non con
Diuiſio. fundentur increpationem ſuſtinentes. ¶ Tria puncta
erunt in ſermone. In primo agam de Adam. In ſecun
do de quolibet peccatore. In tertio de Chriſto.

¶ Prima pars.

¶ Multa myſteria inculcãtur in hoc euangelio, in hac
ſpica multa conduntur grana: quia figuratur in hoc
negocio humani generis cecitas, & cecitas gentilis
populi, & cecitas patrũ limbi carentes viſione dei, &
cecitas mentis, & iudaice prauitatis, ſed precipue agã
in ſermone de cecitate Ade, per Chriſtum curata, vbi
& nos curabimũr & quilibet peccator. Cũ dicat Pau
lus q; quæ à deo ſunt, ordinata ſunt, & dicat propheta
Zach.13. in perſona Chriſti. Adam exemplũ meũ ab adoleſcẽ
tia mea: videam⁹ ea quę ſunt in exemplo & ei ordine
mus, quę ſunt in hoc euãgelio, vbi vtrunq; inuenies,
nam cũ primus homo aſcẽdere Hieroſolymã niteret̃,
cecidit in hierico p tot mala, q̃ in hoc euãgelio ſunt:
vñ Hieroſolyma interpretat̃ viſio cõſummata. Viſio
nẽ quippe habuit homo dũ creat⁹ eſt, nõ ſolũ per ſpe
culũ creaturarũ, vt ſanctiſsimus quiſq; ſed per ſpeciẽ
infuſam deitatis ſecundũ Scotum, tñ ipſe cupiens eſſe
ſicut dii ideſt ſicut angeli, quæ vident deum ſicuti eſt,
nitebatur aſcendere Hieroſolymã ideſt viſionẽ con
ſummatam, & cũ neſciret aſcendere corruit in Hieri
co, ideſt in defectum, quoniã ablatum eſt ab eo qđ
videbatur habere. Sed videamus quouſq; deſcende⸗



rit: quia ſicut multum aſcendere voluit, ſic errata via Traditur
multum deſcendit, ita vt traditus ſit gentibus hoc eſt Adam &
demonibus qñ ius in hominem quaſi in ſeruũ habue peccator
runt. Hi dicuntur gentes apoſtatrices quæ receſſerũt Eze.2.b.
à deo. Traditi ſumus vt emptitii iuxta id. Gratis venũ Eſa.5.a.
dati eſtis. Vere gratis quia ꝓ vno pomo vetito: ideo Iudi.16.e
alibi ei dicitur. Vendidiſti populum tuum ſine precio.
Hæc traditio ſignatur in Sanſone, quẽ Dalila tradidit
philiſteis: qui eum erectis oculis vinctũ tenent. Dalila
interpretatur ramus eius: & eſt Eua ex Ade coſta ſum
pta. Sanſon interpretatur ibi dormiens ſcilicet in gre
mio Eue, quæ ei blandiebatur, vt eũ traderet per blan
ditias, philiſteis ideſt demonibus ita vt dicere valeat
homo. Dñe poſſederũt nos domini abſq; te. Dum prę
latis ſubiicimur etiam malis vt Dauid Sauli, tũc poſsi
dent nos dñi, ſed cum deo, quia propter eũ ſubiecti ſu
mus, ſed dum demon te poſsidet eſt hæc poſseſsio
abſq; deo & ideo peſsima. Item traditus eſt gentib⁹
quãdo anima quæ antea dominabatur ſenſibus & car
ni ſuæ iam ſic eſt tradita vt dicatur. Oculus meus de⸗
predatus eſt animam meã. De carne autem dicitur. Vi
deo aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽ
tis meæ: & captiuantem me in legẽ peccati: & non qđ
volo bonum hoc ago: ſed quod nolo malũ hoc facio
Optime hæc traditio ſignata eſt in omni captiuitate,
tam babilonica quã Egyptiaca, vbi gentes domina⸗
te ſunt Iſrael. Iuſte eñ permiſſus eſt ſui carere poteſta
te, qui poteſtatẽ ſibi traditam inique tranſcendere vo
luit. Secundus gradus quo deſcendit homo, eſt illuſio
quia dicitur. Tradetur gentibus & illudetur. O quam Illuditur
illuſus eſt, cui cum promitteret hoſtis dei ſcientiã & ſi homo.
militudinem, dedit ignorantiã & diſsimilitudinẽ iux
ta id. Homo cum in honore eſſet non intellexit, com

paratus eſt iumentis inſipientibus:& ſimilis factus eſt
illis. Honorabilis valde erat ſtatus innocẽtiæ quo eſt
homo conditus:& præſertim mulier nõ intellexit ca
lidioris ſerpentis illuſionẽ:qua relicti ſunt ſimiles iu=
mentis nõ quibuſcunq; ſed inſipientibus, volũtas im=
munda manſit vt iumentorũ:& intellectus inſipiens re=
z.Reg. manſit. Hæc illuſio ſignata eſt in Ioab qui ſimulans ſe
zo.c. velle oſculari amaſam, tenuit manu dextra mentum
eius:& occidit eum in dolo. Ioab interpretatur pater
nitas quia eſt pater omnium iniquorũ demon, amaſa
dicitur populũ tollens: quia pater Adã nos abſtulit à
deo:& hũc voluit oſculari demon qñ blãdis verbis
decepit eum per mulierẽ arma diaboli. Taliter igitur
illuſus eſt pater Adam vt clamare poſsit. Lumbi mei
repleti ſunt illuſionibus:& non eſt ſanitas in carne
mea. Plenos vtiq; habuit lumbos illuſionibus Adam
quia quotquot in eius lumbis fuimus per rationem ſe
minalẽ in eo illuſi ſumus. Nec vlla fuit ſanitas in car=
ne eius, ſed tota humani generis maſſa corrupta eſt:&
infecta vbi apparet ꝙ non habet locum opinio magi
ſtri ſententiarũ tenentis quòd in lumbis Ade fuit re=
ſeruata quædã portio pro Criſti humanitate forman=
Flagella da. Tertius gradus deſcenſionis Ade fuit, quia flagel
tur. latus eſt:& hoc omnibꝰ pœnis quas ei dñs inflixit pro
pter peccatum. Audi flagella ei data per iuſtitiam dei
Gen.3.c. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes
ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos ger=
minabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vul=
tus tui viſceris pane tuo, donec reuertaris in terram
de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem re=
uerteris. Ecce multa flagella peccatoris, ſic eliodo=
z.Mach. rus flagellatus eſt, volens templum Hieruſalem ſpo=
3.c. liare:& vix præcibus oniæ ſacerdotis vita eſt ſibi &



ſalus reddita. De his ergo flagellis dicitur. Flagella Eſa.16.b.
eius vſq; ad Iazer peruenerunt ideſt vſque ad adiu=
torem Chriſtum: qui mala pœnæ eius ſuſcepit. Quar
tus gradus deſcenſionis noſtri parentis eſt, quia con Cõſpuit.
ſputus inuenitur: vnde nota quod facies conſpui ſo=
let, & in ſaliua notatur verbum, quia de ore per lin=
guam procedit. Facies ergo hominis erat noticia,
quam de deo habebat, & hæc notitia per verbũ demo
nis deturpata eſt. & pene abolita, & obſcurata, ita vt
non ſit ei iam ſpecies, neq; decor vnde merito ſepara
tus eſt à deo, donec plenitudo & conſummatio tẽpo
ris veniret: immo vſq; hodie eſt homo rubore ſuffoſ=
ſus vſq; ad octauam etiam ætatem mundi domino di Nume.
cente. Si pater eius ſpuiſſet in faciem eius, nonne de= 12.b.
bet ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? & equidẽ
omnis peccator patrem & imitatorem habet diabo=
lum. Merito cõſputus manet homo, quia ipſe cõſpuit
deum, qñ in ipſum culpam reiecit dicens. Mulier quã
dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.
Vltimus gradus deiectionis eſt occiſio, quæ notatur Occidit.
ibi, in qua hora comederis ex eo morte morieris, vbi
reduplicatio verbi mortem duplicem ſignat. Nam in
ſtatu innocẽtię ſi relinqueretur homo, ibi moreretur,
non tamen duplici morte vt poſt peccatum.

¶ Secunda pars.

¶ Hæc omnia non ſolum primus incurrit homo, ſed
etiam omnis qui peccat, qui etiam vult Hieroſoly=
mam aſcendere, & ruit, dum vt ſua quieſcat paſsio,
perpetrat mala complens appetitum ſuum quo ex=
pleto ſe quieſcere putat. Vnde Dionyſius de diuinis
nominibus, capite ſecundo ait. Mali quique perexi=
guis quibuſdam pacifici deſiderii ſimulachris de=
tinentur, dum perturbationibus variis aguntur:

Aſcēſus iniqui eſt caſus: & pax eius eſt bellū.

quaſi imperite deſiderant ſiſtere, & arbitrantur ſe pacem habere, ſi ſemper fluentibus voluptatibus hauriendis inſiſtant, perturbanturqꝫ, ſi eis quæ ſeipſis fruſtrentur. Hi volunt ad pacē aſcendere, & in maiorem huius defectum ruunt, velut in hierico, quia in vitiis non quieſcit, ſed irritatur appetitus vñ viſcera fatui dicuntur quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis cogitatus illius, quia nunquã ſiſtit, & videtur, ꝙ conqueratur, eo quòd nunquam dixit: ſufficit. Vnde irati dicere aſſolent. Vindicabo me de ipſis inimicis meis: & conquieſcet furor meus. Luxurioſi dicunt. Voluptatē optatam explebo, melius eſt fornicari quam vri. Ambitioſi dicūt. Obtēta dignitate & officio, ſedebo, nec vltra perquiram. Auarus ait, Vtinã impleantur horrea mea ſaturitate: ne vnquam laborē vltra ſub ſole. Inuidus ait. Si omnes equales eſſent, nemo torqueretur de aliena felicitate. Gule deditus ait. O ſi ſaltim ſemel ventrē meum impleã tali cibo, vt ſaciatus ceſſet appetitus. Piger ait. O ſi dormãi vſqꝫ ad miſſam pro oculis meis, qui nunquã ſomno vel ſemel ſatiantur.

Eccl. 33.a.

Cadit in hierico peccator

Sic vnuſquiſqꝫ cupit implere ventrem ſuū, ignorans qualiter actꝰ generet habitū: aptitudiniqꝫ foueat. Nã quolibet vitio dato in te: locus fit maior ad ſimile. Nõ implet loculū pecunia, ſed ampliat, quia creſcit amor nummi, quantū ipſa pecunia creſcit. Dignitas & officium non ſatiſfaciunt, nec imperium, qm̃ amplius habens plura quærit etiam ex omni vitio, ne ergo des aque tuæ ideſt luxuriæ exitum. Nec facias viam amplam ſemite anguſte iræ tuæ, eam exercendo. Sepeliatur in te & ſtringe ſtomachum tuū: quia cibus parcus nutrit corpus, & non grauat animam, nimius autē grauat corpus, & famem pro altero die futuro generat: vnde putans aſcēdere Hieroſolymam ruit in hierico.



Traditur peccator

¶Videamus ergo qualiter peccator traditur gētibus illuditur, flagellatur, conſpuitur, & occiditur. De primo dicit Gregorius ꝙ peccatum, quando per pœnitētiam non delectur mox ad aliud trahit. Vnde cū peccas funibꝰ peccatorum tuorū conſtringeris: ne te poſſis liberare iuxta illud. Dedit me dñs in manus: de quibus non potero ſurgere. Vnde captiuus es, ò peccator & taliter quòd teipſum, tu redimere non potes, nec te ſolo à peccato ſurgere taliter irretitus es. Nec ideo cares libertate: ſed eſt in ea languor. Item de ſecundo: illuditur peccator, dum ei pro temporali delectatione tollitur æterna fruitio & pro lenticula ſupplantator ei abſtulit legitimam: & primogenita ſua, & adhuc paruipendit: ꝙ primogenita vendidiſſet, ſed ad benedictionem paternalē, qua dicitur. Venite benedicti patris mei: videbis illuſionem diaboli. Quis vnquã crederet: quod pro cõcupiſcentia mulieris: vel pro fornicatione perdit peccator, patris æterni hæreditatem, & benedictionē ſuam, niſi hoc ſcriptura diceret, & figuraſſet, quãuis ipſe nunc paruipendat: illuditur ergo peccator amplius: quia non ſolū primogenita tolluntur ab eo, ſed etiã eduliū delectationis ſuæ quia tranſit etiam mundus & concupiſcentia eius: & mundanorū gaudium, quod eſt inſtar puncti quia ferè nil habet exiſtētiæ. Vñ melius venderes cœlum ꝓ minimo denario, nec eſſet ita culpabile, quam ſi illud pro ſuperbia alii peccato, vendidiſſes, qa peccatū nihil eſt: ſed pura priuatio recti. Nummus autem aliquid eſt. O quanta illuſio minus quã lenticula vendere cœlum & perdere dei filiationē. O quam ſe ſentiūt illuſos qui vſqꝫ hodie clamant. Quid nobis profuit ſuperbia vitæ aut diuitiarū iactantia quid contulit nobis: omnia illa tranſierunt tanquam vmbra: quæ ve-

Illuditur peccator Ge.25.d.

ſtigium non relinquit. O nos miſeros, qui adhuc illud ſuſtinemus libenter: cũ quotidie mundi deceptiones experiamur: qui cũ promittat vitam, dat mortẽ, diuitias, & dat penuriã, fauorẽ & dat cõtrouerſias, gaudium & dat triſtitiã. De tertio autem peccator flagellatur, dum ipſum peccatũ non perpetrat ſine verme, conſcientiã rodẽte: nam fere nullus eſt qui dicere poſſit. Nunquã reprehẽdit me cor meũ in omni vita mea. Flagellat ergo peccans, dũ vt ait Augu. eſt ſibi pœna vnuſquiſq; peccator, & à ſeipſo in operib⁹ manuũ ſuarum comprehenſus eſt peccator, & flagellatur, dum timet infamiã & dei iuditium. Item flagellatur dum peccat quia nec peccata facile acquirunt. Sunt enim peccatores martyres diaboli, & fere plus patiuntur multi ꝓ eo quã iuſti pro deo: vñ flagellari dicitur qa laborat in acquirendo, qm̃ cum ſolicitudine acquiruntur mundana cum timore poſſidentur: cũ dolore & triſtitia perduntur. Quarto cõſpuitur: dum angelis dei exprobrabilis redditur qui à peccatore cõperto faciẽ auertunt: non fugientes ſtercora. Cõſpuitur peccator dum imago dei, peccato fedata denigratur ſup carbones, vñ animæ dicitur peccatrici. Abominabilẽ feciſti decorẽ tuum. Irẽ conſpuitur facies eius dum notitia dei cecatur in eo: vnde Bernar. in ſermone. 38. Super cantica apoſtolus dicit ꝙ ignorantiã dei quidã habent. Ego autem dico omnes ignorare deũ qui nolunt conuerti ad eum: neq; enim ob aliud ꝓculdubio renuunt, niſi quia grauem & ſeuerum imaginantur, qui pius eſt durum & implacabilẽ, qui miſericors eſt, ferreum & terribilẽ qui amabilis eſt, & mentitur iniquitas ſibi, formãs ſibi ydolum ꝓ deo, ꝙ non eſt ipſe, reuera vides ergo: ꝙ dum mentitur iniquitas ſibi ſuã turpat. &.q. conſpui faciem: ita ſane. Sed vltimo ſe

Flagellatur peccator.

Conſpuitur peccator.



occidit peccator quia talibus dicitur. In peccato veſtro moriemini non ſolum in pecato Ade ſed veſtro quanuis ipſe nõ peccaret, vnde peccator eſt incartatus ad mortẽ late ſententiæ cõtra eum, nõ ſolum em̃ moritur anima peccantis, & priuatur vita gratię quia ei dicitur imaginẽ habes ꝙ viuas & mortuus es: ſed ſe indignũ reddit vita naturali, & vt plurimũ minus viuit peccator quam iuſtus, quia viri doloſi non dimidiabunt dies ſuos: & hoc eſt quia minor ei adhibitẽ angelorum cuſtodia: & ſanctorũ ſuffragiũ orationis.

Occidit peccator

¶ Tertia pars.

¶ Viſo ergo qualiter cadimus: opus eſt vt tertio diere ſurgamus. i. tertia lege non naturæ nec ſcripturæ, ſed gratiæ, & per illũ reſurgere oportet, per quẽ gratia & veritas facta eſt Ieſum Chriſtũ qui ex quo ſe humiliauit, & exinaniuit, ſumpſit duodecim diſcipulos ſuos, hoc eſt omnes prædeſtinatos, ac portauit in humeris ſuæ miſericordiæ, vt eos perduceret in Hieruſalẽ, & cœpit aſcendere quo nos deſcendimus, omnia ſuſtinens ꝓpter electos: vt ſalutẽ conſequantur, quæ dicta ſunt ꝑ prophetas de eo quæ in illis quinq; verbis quo ad penalia reſoluũtur. Primo traditus eſt gẽtibus vt nos à demonibus & peccatis liberaret. De hoc primo dicitur. Longe feciſti notos meos à me: poſuerũt me abominationẽ ſibi: traditus ſum & nõ egrediebar oculi mei languerunt pra inopia. Lõge facti ſunt iudeià Chriſto in fide, qa ei nullã adhibent. In vita, qm̃ aiunt. Diſſimilis eſt operib⁹ noſtris. In doctrina, quia nõ docuit vt phariſei, ſed quaſi poteſtatem habens, & ideo ſamaritanũ vocãt quaſi alienũ à ſecta eorum, & aiunt. Quæ doctrina eſt hæc noua? Longe in amore: quia grauis erat eis ad videndũ ex inuidia, quia etiã Pilatus ſcit: quod ex inuidia tradunt eum pontifices.

Aſcẽſus chriſti vt reſurgamus.

Ps. 87. b.

Traditio Chriſti.

Itẽ longe in cõuictu,nã nolebãt,non ſolũ eius con
uerſationẽ,ſed ſi quis eũ confiteretur extra ſynago
gã fieret,vñ eũ poſuerũt abominationẽ ſibi,intantũ
qđ traditus ſit Pila.& gẽtibus:vñ nõ parũ ſceleratũ
xp̃m putauerũt,quẽ ipſi corrigere noluerũt,nec ſecũ
dũ ſuã legẽ ſolã iudicare:ſed etiã ſcđm legẽ Roma.
Vñ qñ aliquis eſt morte plectẽdus eũ tradit eccleſia
brachio ſeculari vt iudei Chriſtũ,quẽ traditũ pſequi
nõ ceſſant, ſed cõſtanter inſtãt,ſed xp̃s dicit qđ non
egrediebat̃,cũ in horto egreſſus ad eos dicat. Quẽ
quæritis?Sed intelligit̃ de egreſſu ire:q̃ facit feruere
colerã, & in geſtus ſeu voces egredi:tñ xp̃s quaſi
agnus, nõ quilibet ſed manſuetus,aliqñ eñ magna
erit ira agni,ſed tũc fuit mãſuetus,q portat̃ ad victi
mã deuote & cũ gaudio.Vbi nota qđ in paſſiõe nil
aliud precipue xp̃s cogitat,niſi victimã ſuã: qua ſe
pro nr̃a ſalute deuouit.Et ſi pertinax duritia eorũ oc
currebat animo,tunc fiebat,qđ ſequit̃.Oculi mei lã
guerũt præ inopia.ſ.ſenſus & cõſilii eorum, vt patet
qñ flet ſup Hieruſa.dicẽs,Si cognouiſſes & tu. Et ò
quotiẽs volui cõgregare filios tuos ſub alas & no
luiſti. Tradit̃ ergo vt extraneus:& vt ſamarita. putã
tes eũ indignũ:vt iudicaret̃ ſcđm ſanctã legẽ ipſo
rũ.Et ſic proiiciũt hæredẽ extra vineã patris ſui hoc
Illuſio Chriſti. eſt extra legẽ. De illuſione aũt xp̃i dicit̃: qđ iudei
in domo Cayphe velarũt faciẽ eius: & palmas in
faciẽ & colũ dãtes aiunt.Prophetiza xp̃e,quis eſt q
te percuſsit,& alia vilia.Sed ipſi ꝓphete fiũt actu,qa
denotãt,quod faciẽ Chriſti videre non merẽtur,nec
poterãt ſine cõfuſione aſpicere faciei ſerenitatẽ: &
ideo eã velãt ne videãt.Et denotãt qđ deitatis ſe-
creta nõ omnibus patent.Velatus Moyſes docuit fi
lios Iſrael legẽ:ſic Chriſt⁹ qñ opere docet legẽ ſuã·



Sed illi nõ audẽt tangere montẽ:hic aũt qa nõ legẽ
amoris das te tangi ꝑmittis,optans velatores tuos
in cœlo gloria cooperiri.O ceci qa xp̃m nõ videtis, Aba.1.b.
velamẽ habentes ſup cor durũ:viri ergo federis tui
dñe illuſerũt tibi.Quæ illuſio figurat̃ in Dauid corã
achis.Sed nota quòd ſepe xp̃s illuſus eſt, primo hic,
& hæc figurat̃ in Sãſone ceco & illuſo à mľtitudine
philiſtinorũ:ſed xp̃s nũc opertos habet oculos.Scđo
illuſus eſt corã Hærode,& ſic eſt Dauid corã Achis
rege.Tertio illuſus eſt corã iudeis:veſte purpurea,et
ſic eſt Noe corã filiis ſuis. Quarto illuſus eſt in cruce
vbi dicit̃ ei.Vah q deſtruis templũ dei &c.& ſic eſt il 4. Reg.
luſus Heliſeus à puerili caterua dicentiũ.Aſcẽde cal 1.d.
ue.i.ſine prophetica inſpiratione,vbi ſanctitas erat
Nazarenorũ,q caput in raſum habẽt,ſed duo vrſi ve
niũt cõtra hos:q ſunt Titus & Veſp. Illuſus eſt ergo
xp̃s vt illuderet draconẽ,quẽ formauerat ad illudẽ
dũ ei.Et dũ tacet ipſe illudet illuſores. ¶ Tertio xp̃s
flagellat̃,qñ apprehẽdit Pyla. Ieſum,& flagellauit: Flagellatio Chriſti.
in tñ quod à plãta pedis, qua ſuũ calcat ſanguinẽ,
vſq; ad verticẽ capitis:euulſis capillis nõ eſt in eo ſa
nitas,ſed vulnus,liuor & plaga tumẽs vñ ipſe cõque
ſtus ait.Fui flagellatus tota die:& caſtigatio mea in
matutinis.Quãuis vt aliqui probare nitunt̃, bis dñs Pſa.72.b
ſit flagellatus,nõ tñ per totũ diẽ paſsionis ſuæ;bene
quidẽ quod in matutinis eũ Cayphas flagellauerit,
& Pila.hora tertia,non aũt tota die,ſed attẽde,qđ
tota ætas mũdi vnus dicit̃ dies: q̊ vinea dñi collit̃:
cuius nũc nouiſſima hora eſt:dũ ergo ꝓ tota mũdi
etate, & pro omniũ peccatis flagellat̃ ait.Fui flagel ps.34.c.
latus tota die:& etiã in matutinis mũdi pro primis
parẽtibus.Quod clari⁹ innuit cũ ait.Aduerſum me
letati ſunt:& cõuenerũt:cõgregata ſunt ſup me fla-

gella:& ignorauit ſcilicet cauſam in meipſo. Nõ ſolũ
iudei,ſed & quicunq; peccatores letantur etiã aduer
ſum chriſtũ in rebus peſsimis,quia riſus noſter dolore
eius miſcetur vt purgetur,& cõuenimus contra eũ,&
Iob.30.b flagella noſtra cõgregata ſunt ſuper eum:qm̃ diſcipli
Cõſpuit na pacis noſtre ſuper eũ. Quarto eſt cõſputus,& hoc
Chriſtus opprobriũ tam fedũ apparet ꝙ etiam qui illud inge=
runt aliquid ſuſtinere videntur:vñ dicitur. Abominã
tur me,lõge fugiunt à me & faciẽ meã conſpuere nõ
verentur. Vbi nota ꝙ homo qui repudiabat mulierẽ,
Deu.25.c ab ea ſpuendus erat dicẽte. Sic fiet homini qui nõ ædi
ficat domũ fratris ſui. Vñ iudei putãtes ꝙ chriſtus nol
let ſinagogã & templum ædificare ſpuunt in eũ,quaſi
repudiantes ſpõſum: ſed quia ipſe eccleſiã meliorem
Eſa.50.c ſponſam tunc elegit ait. Faciẽ meã nõ auerti ab incre
pantibus & cõſpuentibus in me: & ideo nõ ſum cõfu
ſus. Quod amat nõ cõfundit. Vbi attende ꝙ ſicut hic
Chriſtus nõ auertit faciẽ,ſic nec in vllo tormento,qa
omnia voluntarie ꝑtulit. Sed qui aliã nimis dilectam
accepturus eſſet vxorẽ, nõ cõfunderetur ſpui à feda,
immo gloriaretur & diceret ei. Ecce ꝓpter te ſuſtinui
opprobriũ,operuit confuſio faciẽ meã,extraneus fa=
ctus ſum fratrib⁹ meis,& peregrinus filiis matris meę,
Ps.68.b. qm̃ zelus domus tuæ comedit me. Ecce anima quali=
ter tuus amor fecit,vt chriſtus ꝓpter te conſpueretur
& gaudet repudiari à fratribus vt fiat ſpõſus tuus. Vl
Mors timum terribile qđ ꝓ te paſſus eſt dñs Ieſus. O anima
Chriſti. mea fuit mors,quia ille qui vt te in ſuperna Hieruſalẽ
aſſumeret, humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem
crucis ait. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ,quan=
uis Chriſti paſsio mare magnũ & ſpacioſum fuerit.
Pro termino habet mortem. Et quoniã nos obimus
mortibus frequenter,ille autem ſemel,nec vltra illi



mors dominabitur,voluit eſſe tribus diebus ſub mor
tis imperio,vt à triplici morte tertia die reſurgẽs nos
liberaret,in cuius figura tres mortuos viuus ſuſcita=
uit,in domo primũ,& ad ianuam ciuitatis ſecundũ,&
tertiũ feridam, qm̃ aliquando moritur anima in do=
mo cõſcientiæ,ſecrete peccato conſenciens,aliqñ ad
ianuã oris verbũ peccati effertur, & aliqñ opere per=
petrat,qđ manet in eſſe. His igitur quinq; verbis ſeu
dictis ſanantur defectus cecitatis noſtræ, qui ſunt in
hierico,per hos ingreſſus nobis appropinquare vo=
luit Chriſtus Ieſus filius Dauid,quia vt dicitur in tho Paſsio
bia,eius fel quæ eſt paſsio valet ad vngendos oculos Chriſti
intellectus & affectus,ſi eñ paſsionẽ dñi intuitus fue= ad nos.
ris,& meditatus cũ corde tuo,inuenies ibi qualiter nõ Thobie.
ſolum quinquies,ſed ſeptuageſies ſepties ſubuenit ce 6.a.
citati noſtre. Vñ ò dñe Ieſu qui pro me tradi voluiſti
vt extraneus quatenus me ad patriã paradiſi perduce
res, qui cruci affix⁹ ais. Hodie mecũ eris in paradiſo.
Flagellari voluiſti vt reus: quatenus me vere reum in
nocentem redderes. Illudi voluiſti vt ſtultus,quate=
nus me ſenſatum tuis penis faceres. Conſpui voluiſti
vt immundus: quatenus me ab omni macula ablue=
res. Sanguinem fluentem in terrã ſudaſti, vt me terre
num hominem ſanguine calido foueres: & ad fructũ
vitę mortuum animares. Oſculũ iude recepiſti,vt mi
hi patrẽ placares,& angelos,& vt blanditias mũdi in
abſintiũ mihi cõuertas. Ligat⁹ es,vt me ſoluas,& col
ligatiões impietatis tollas à me. Falſos teſtes admi=
ſiſti,vt veros à me iuſte excluderes,q in multis offen
di. Velat⁹ es,vt à me auferas mẽtis caliginẽ quã per
peccatũ incurri. Negari à dilecto ꝑmiſiſti,vt ipſe in
te ſolo habeã fiduciã. Pecunia pretii quo appretiatus
eſt, agrũ emi pro peregrinis voluiſti,qa mihi pere=

grino eccleſiã tuo ſanguine acquiſiſti. Iudicib⁹ præ
ſentatus es, vt ipſe abſq; tremore dei aſpectib⁹ præ=
ſenter in iudicio ſoluẽdus. Siluiſti interrogat⁹ vt elo
qa mea improba purgarent̃, & me ſilẽtiũ in pſecutio
nib⁹ doceres. Spoliatus es, vt à me veterẽ amoueres *Paſsiõis*
hominẽ & te nouũ indueres. Falſo es honoratus, vt *actus ſi=*
me in regno tuo corones veraciter. Arũdinẽ vacuã *ne paſſus*
tenuiſti, vt ſolida & æterna ſceptra donares. Pro me
ſententiã pertuliſti vt electis diceres. Venite benedi
cti. Inter latrones pepẽdiſti, vt me q ſi videbã furẽ
currebã cũ eo, inter angelos collocares, ex quo mi=
hi innocẽdũ inſinuas, & me capite inclinato vocas,
vt ſim tecũ in padiſo. Venite ergo fratres aſcenda=
mus in Hieruſalẽ, p ſcalã paſsiõis ſuæ: q hucuſq; per
præcipitia paſsionis noſtræ deſcendimus: lapſiq; ſu=
mus. Ecce ſcala paradiſi, per quã & angeli aſcendunt
Ecce ei dñs eſt innixus, vt nos aſſumat ſecum, neq; em̃
ſine eius auxilio aſcendere poterit peccator grauatus
malis, pondere iniquitatũ præſſus. Ecce dominica in
quinquageſima remiſsionem ſignat peccatorũ: reſi=
piſcamus & redeamus ad priſtinũ dominũ deum no=
ſtrum. Nam tali anno poſſeſsio reſtituta erat: & ſeruus
liber euaſerat. Nũc ſi hactenus ſeruiuimus peccato li
beri iam ſimus iuſtitiæ, dicamus cum ceco Pſalmum
miſerere mei deus q ponit̃ quinqageſi. loco ex eo ꝙ
remiſsionẽ denotat ex quo ille qui ad Ieſum adduci
iubet̃ petitionẽ formauit, docens nos finẽ dare pia
culis, & initiare iuſtitiã. Fac duas partes tm̃ in priori
age de peccatoris deſcenſu: in poſteriori de Chriſti
aſcẽſu. Vtrunq; figurat̃ in euãgelio præſenti, dũ dici
tur. Ecce aſcendimus hieroſolymã, peccator vt aſcẽ
dat, cadit, quia dũ immeritus nitit̃ aſcendere hieroſo
lymã, cadit in babylonẽ. Eieciſti eos dũ eleuarentur.



## ¶SERMO VICESIMVSQVINTVS IN feria cinerum. THEMA.

Memento homo quia puluis es: & in
puluerem reuerteris. Geneſis. 3. c.

¶Inuocatio ad virginem.

POſtquam deus decreuit ci
neres noſtros accipere: no
luit eos ab aliis manibus
niſi virgineis aptari ſibi:
vnde filius dei vt eos reci
peret, ei ſe reuerenter hu=
miliauit, quia ipſe in viſce
rib⁹ eius flectit genua. Vbi
pater ęternus gloriã ſuam
ideſt filium ſuũ in puluerem noſtræ mortalitatis re
degit, quando ibi eũ noſtra carne veſtiuit iuxta id. *Pſal. 7. b.*
Glorirã meam in puluerẽ deducat. Vbi trãſlatio Hie
ronimi habet, gloriam meã in puluerem collocet. *Maria*
Maria filium dei in puluerẽ mortis collocauit quã *dat cine=*
do eũ fecit mortalẽ, dans ei cineres ſuæ carnis, quos *rem filio*
ipſe tantum extimat ꝙ nõ ſolũ eos in capite ſuo ha *dei.*
bet, ſed velut iactanter ſe eis coronatum oſtendit *Cãt. 3. d.*
dicens. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salo
lomonẽ, in diademate quo coronauit eũ mater ſua
in die deſponſationis illius, & in die leticiæ cordis
eius. His cineribus letatus eſt filius dei in die incar
nationis ſuæ: qñ in vtero virginis in ſponſam duxit
naturam humanã: dyademate mortalitatis circunda
tus iuxta quod thema ingerimus & dicentes. Me=
mento homo &c. Sed quare? Quia hoc multũ eſt no
bis proficuũ. Nam deus nobis promittit coronam *Eſa. 61. a.*
pro cinere, nõ certe alio, niſi ꝓ cinere illo, quem ei
Maria dedit, quia meritis ſuæ mortis omnes coro=

namur, non per aliam manum, niſi femine, quæ eum coronauit: quoniam vt ait Bern. quicquid deus. Nos habere voluit, hoc per manus Mariæ tranſire diſpoſuit, quod ſi ita eſt, ad eam genibus flexis recurrentes pro cinere ſacro gratiæ ſue, dicamus. Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Thematis ſententia, dei præceptū eſt vbi & ſi pulueris iubemur reminiſci, tamen non dicitur quis puluis ſit iſte. Et mater noſtra eccleſia cum ſint pulueres terræ ex quibus fiunt ciniphes in regno Egipti, & ſint pulueres pigmentarii, ex quibus fit timiama: & ſint pulueres vitule rufe qui ſanctificant inquinatos (con pluresq; alii) ſolum cinerū puluere nos conſpergit in hac feria, quæ cinerum vocatur, qua reminiſci iubemur quia cinis ſumus & in cinerem conuertendi. De quo ad præſens erit ſermo, in cuius prima pte de malo agā cinere, in ſecūdo vero de bono cinere tractabo.

Multiplex puluis.

Diuiſio.

¶ Cum multiplex ſit lex matris noſtræ: quam audire iubemur te homo ipſe non ſimplex ſed compoſitus ſit & varius opere precium eſt inquirere qualiter verba huius cerimoniæ veniunt intelligenda, eccleſia romana dicit. Memento homo quia puluis es & in puluerem reuerteris. Alie autem particulares eccleſiæ dicunt. Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris. Et idem eſt ſenſus, quia dum dicit puluerē, & ponit cinerem, pronunciat nomen generis, & ponens cinerem, quam ſpeciem ingerat, delucidat, memento igitur homo quia puluis cinereus es, in quem te reuerti oportet. Si verba ſcrutentur mira inueniuntur, & ſic oportet, quia dei ore primo dicta ſunt primo homini. Cinis ergo reuertetur in cinerem: vnde memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris. Quando per figuram ſinedoches pars pro

Pro. i. b.

Gen. 3. c.



toto accipitur, opus eſt, vt maior pars explicati vera ſit, vt patet in triduo mortis domini. Cum homo ex partibus conſtet, & vilior ac pars minima eius ſit caro hæc tam parua eſt quod nil facit ad eſſentiam hominis: ſi volumus tenere cum magiſtro. 2. diſti. 30. quod tota ueritas corporum humanorū deſcendit ab Adā, ita quod in veritatem humanæ naturæ nihil præter hoc tranſit extrinſecum. Tenet & iſte q᷑ anima exuta à corpore ſit perſona. 3. diſtin. 5. immo ſecundū Hugonem & Albertum magnum forma eſt tota eſſentia hominis, quanuis in hoc non teneantur à ſcoto in tertio diſtin. 22. & ſecundum illos cinis corporis qđ nos multum colimus nil facit ad eſſe hominis, & dato q᷑ faceret, ſcimus quia parum facit, q̄m magis nos facit anima quā corpus, quo brutis aſsimulamur, & ſecundum illud, reminiſci non poſſumus quia caro non ꝓdeſt quicquam. Nec etiā ſecundū corpus cinis ſumus actu ſed aptitudine. Vn̄ ſi ad corpus verba referri debent quia dici debuit cinis fuiſti, & in cinerem reuerteris, & hoc nullū in ſe miſterium habet, cū pueri hoc ſciant: qui & ſolent nimis confricare manus tempore caloris & dicere, viſis quæ ibi cauſantur. Ecce qualiter terra ſumus & cinis. vn̄ ſic & ante peccatum dici poterat homini quia cinis es & in cinerem reuerteris, quanuis de ligno vitæ edas, ſi non fueris à deo antea in cœlum aſſumptus, & hoc nō erat dedecus homini, ſed proprietas conditionis humane ſicut eſſe riſibile: iam ergo aduerte q᷑ alius concupiſcētiæ ignis preceſsit in homine qui & animam ipſam combuſsit quia cinis combuſtionem deſignat. pro quo nota q᷑ creator ipſe deus ignis conſumens ſcilicet ſacrificia eſt, nō elemento conſtās, nec fomentis indigens, nec cinerem reddens: ſed eſt ignis abſolutiſsimus in ſua deu. 4. d

æternitate permanens in cuius ſpecie ſpiritus ſan-
ctus viſus eſt conſtat ergo hic diuinus ignis in ſe
omni imperfectione ſemota, qui dum ſuã imaginẽ
creat, non alibi melius quam in igne relucere de-
creuit. Et ob id igneos creauit ſpiritus: de quibus
in Pſalm. dicitur. Qui facit angelos ſuos ſpiritus &
miniſtros ſuos ignem vrentẽ. Spiritus eſt nomẽ na
turæ, & angelus nomen officii: & quãuis dicantur.
Angeli Seraphin ignes vrentes quia ſunt ardẽtes & incen-
ſũt ignis. dentes, tñ hoc omnibus (& ſi non ita excellenter) cõ
uenit quia nemo eorũ eſt, qui non ardeat amore, &
in cendat miniſterio interiori ꝑ actus hierarchicos,
quos etiam infimus ordo: ſaltem erga animas in ter
ra exercet. Omnes igitur angeli ignei dicũtur, & in
equis igneis ſepe figurãtur, vt eſt videre in libris re
gum. His deus ſpiritibus tñ contulit bonũ perfectę
naturę totqꝫ accumulauit dona, ꝙ inde ſuperbirę auſi
ſunt indeqꝫ præſumere: vñ in gratiarum actiones ꝓ
rumpere debuiſſent, quam ob rem conquerẽs crea-
tor ait: filios enutriui, & exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerũt
Eſa. 1. a. me. Enutriui donis: exaltaui gratiis & ſpreuerũt me,
nam qui horũ principatum tenebat nõ curans iam
de igne amoris dei, quo accenſus in medio lapidũ
Eſa. 14. ignitorum ambularat, nec de ipſo deo mencionẽ fa
cit, ſed eum relinquens, & in contrariũ tranſiens ait.
Ponã ſedem meã in lateribus aquilonis vbi magis
frigiditas viget, & cũ eo refrigerata eſt caritas mul
torum, qui de igneis facti ſunt tenebroſi: ideo ſignã
Gen 1. a. tur vt ait Auguſtinus in illis tenebris, de quibus di
citur. Diuiſit lucem à tenebris. Quãdo deus dixit fiat
lux, angelicam creauit naturã. Sed tertia pars facta
eſt tenebroſa propter ſuperbiam donorũ naturaliũ:
& ideo deus vt horum impleret ruinas. Spiritus, &



animas iuſtorum creare decreuit, qui etiã ignei ſunt:
nam de homine paſsibili ſimile nobis dicitur. Ille Iohã. 2. f.
erat lucerna ardens & lucens: nec ſolũ ignis iſte arde- anima iu
bat intus per caritatem indeſinentẽ quo ad amorem ſti eſt ig-
dei, ſed extra lucebat bono exemplo quo ad proximi nis.
amorem. Quilibet ergo ſpiritus iuſti hominis ignis
dicitur. habet eñ igneas ꝓprietates prçſertim quo ad
hoc: ꝙ nunquam dicit ſufficit. Sicut qui combuſtibili
non ſatiatur: vñ rex duodecim tribuum Iſrael, qui ſu
per ſenes intellexit: videns ſe adhuc famelicũ ait. Sa-
tiabor cum apparuerit gloria tua. Sicut ignis nõ quie Pſal. 16.
ſcit dum eſt infra ſed ſemper nititur ſurſum aſcende-
re: ſic mens iuſti. Vnde Chryſoſt. ait. Inuadat nos ſa-
cra quædam ambitio vt mediocribus non contenti,
anhelemus ad ſumma, dum ergo mens iuſti eſt ſeipſa
robuſtior, & vadit quotidie ꝓficiens atqꝫ ſubcreſcẽs,
igneam ſeruat naturam ſpiritus. Vñ ſecundum ſcotũ
angelus & anima ſunt eiuſdem capacitatis paſsiue, 3. d. 13.
quæ nunquã dicit ſufficit, niſi in termino & in gloria
vbi vt ait ſcotus anima fertur in deum ſub ratione in-
finiti: quamuis nõ valeat infinitum cõprehendere. Nã
vt ait Nicolaus de Cuſa: ſi deum anima cõprehende
ret: iam nõ beatificaretur in eo: qm̃ aliud optaret. Dũ
ergo deus animas creauit igneas, cinere corporis eas
inuoluit: vt melius ſeruarentur: nã cinis calidus ignẽ
conſeruat. Et ſic anima ob corporis humilitatem ſer
uatur. Ne ergo anima noſtra per ſuperbiam intume-
ſceret, vnita eſt cinereo corpori: vñ dicitur de primo
homine. Fecit deus hominẽ de limo terræ. Vel vt in
hebraico habetur, de puluere terræ, & inſpirauit in fa
ciem eius ſpiraculũ vitæ: ignis eſt altior cæteris tri- Sublimi
bus elementis: & ideo dicitur homo factus vt præſit tas homi
piſcibus maris, quo ad aquam, & beſtiis terræ quo ad nis.

ſecundum elementum, & volatibus celi quo ad ae-
rem. Vnde excelſior erat homo. Sed ſpiritualiter in-
telligendo ſic erat conſtitutus, vt prieſſet, & præueni
ret motus luxuriæ fluide, qui ſunt aquę peſces, & præ
ueniret motus auaritiæ, qui ſunt beſtiæ terrenę, & mo
tus ſuperbiæ, qui ſunt aues & cogitationes in cœlo
animæ volantes. Sic ergo erat homo in ſphera ſupe-
riori velut ignis nil extraneum in ſe creans niſi cor ar
In homine morit̃ ignis. dens dum ſibi loquebatur deus in via vitæ, ſed dum
inordinate aſcendere voluit per peccatum, hic ignis
extinctus eſt flatu ſerpentis, & etiam anima redacta
eſt in cinerem. Nam ſanctus Abraham deo dixit. Lo-
quar ad dñm meum: cum ſim puluis & cinis. Quo ad
corpus ſum puluis, quo ad animam vero cinis, taliter
ꝙ vix in ea maneat ſcintilla rationis, quæ ſepe non
inuenitur, quia nõ ſemper ratio deprecatur actualiter
ad optima: tota natura noſtra in cinerem peccati con
uerſa eſt, præter Mariam matrem dei, quæ ignis diui
ni cooperturą erat flammam, vt faceret veluti panẽ
ſub cinericium: veſtiens cinere ſuæ carnis ignẽ deita
Anima peccatrix eſt cinis. tis. De hac ergo ait origenes. Quæ neq; ſerpentis per
ſuaſione decepta: nec eius venenoſis afflatibus infe-
cta. Flatu ergo ſerpentis extinctus videtur ignis ani-
me noſtræ, quo deus ab ea expulſus eſt & mãſit ignea
anima: iam cinerea. Si corpus abſq; anima, non eſt ni
ſi cinis, qualis remanet anima abſq; deo, q per igneã
caritatem eã animabat, vt operationes ſuas vitales,
quæ ad vitam æternã ducebant: exterceret? Similitu-
do dei quæ per charitatem fit nullo modo manet in
anima peccãte. Dum deus ignis caritas adeſt animæ,
conſumit animę mala. Sed dũ abeſt, anima cõſumitur
rediturq; in cinerem, pręter igniculũ ſindereſis, qui in
malis ſopitus manet. Reſidet ergo anima ſine deo



ſicut ignis abſq; calore & leuitate ſine quibus opera-
tionem ſuam exequi non valet, ſed pene in cinerẽ re-
uertitur, iuxta id. Cinis eſt enim cor eius & terra ſu- Nota.
peruacua ſpes illius, & luto vilior vita eius, qm̃ igno-
rauit qui ſe finxit: & qui inſpirauit illi animã quæ ope
ratur & qui inſufflauit ei ſpiritum vitæ. Ecce qualiter
cor peccatoris cinis eſt, non ſolũ corpus, ſed anima,
quia cor pro anima accipitur ibi. Cor meum & caro
mea exultauerunt in deũ viuum. Habet quippe anima
peccatoris ad integrũ cineris conditiones, qa eſt mol cinis anime eſt mollis & loris, diſiuncus & mali co-amarus.
lis vt cinis, & molles, vt ait Paulus regnũ dei non poſ
ſidebunt: ſed violenti. De hac mollitiæ dicitur. Senſus
& cogitatio hominis prona ſunt ad malũ ab adole-
ſcentia ſua. Non ſolum caro eſt prona ad malum, ſed
ſenſus & cogitatio ab adoleſcentia, quando incipit
rationis vſus, & hoc quia cinis ſumus: qui facile Re-
cipit quæcunq; veſtigia colubri et latronum qui fece Gen. 8. b
runt ſibi viam per me. Spargiturq; omni vento tenta-
tionis: quod flens Hieremias ait. Quomodo obſcura Tre. 1. b.
tum eſt aurum, mutatus eſt color optimꝰ: diſperſi ſunt
lapides ſanctuarii in capita omnium platearum? Au-
rum igneũ habet colorem: qui optimus dicitur quia
ſicut in ſole ſunt omnium virtutes vnite: ſic in igneo
colore lucis eſt decor vniuerſi, quod ſine luce fuſcũ
manet. Vilior cæteris eſt color cineris, & vilis facta
eſt anima peccatoris: intantum vt ei dicatur. Deni-
grata eſt facies tua ſuper carbones. Nam dum ignis à
facie dei exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Velut
prune ardentes ſunt animæ, ſancte: peccatrices deni
grate & mutate in colorem prauum & diſperſe facili
ter in capita ſeptem ſcilicet vitiorũ principalium quę
per plateas amplas ſignantur: vbi non eſt arcta via
quæ ducit ad vitã, ſed ampla quæ ducit ad perdictio-

nem. Item cinis quanuis iunctus ſit & collectus, ſem
per diuiſus eſt: quoniam nunquã fit vnum: niſi aqua
vniantur pulueres: & ſic peccatores nec ad alios,
nec ad ſe fiunt vnũ: de quibus dicitur. Diuiſum eſt cor
Oſee.10.a eorum: propterea interierunt. Diuiſum à ꝓximo, à fra
tre, & à vicino, ab vxore à bono cõſilio, & ratione, &
deo: & propterea interierũt. Itẽ cinis amarus eſt & etiã
peccator carens deuotione, cuius conſcientia caret
bono teſtimonio: & amaricatus eſt venter eius ideſt
memoria. Igitur ò peccator memento: ꝙ cinis es &
in cinerem reuerteris, ſed quorſum hæc? Si cinis ſum,
tam vilis & miſer, heu me quid faciam? Quid à cine-
re petitur. O mi deus ſtipulã ſiccam perſequeris? quẽ
perſequeris rex Iſrael: quem perſequeris? canẽ mor-
tuum: & pulicem vnũ: ſicut perſequitur perdix in mõ-
tibus? Quid inde dñe ſi meminerimus iniquitatũ no-
Repre- ſtrarũ antiquarũ quis nõ deficiet recogitans tibi vitã
hẽſio dei ſuã? Sed nota qđ qñ deus homini improbat improba
non con & carpit errata, & mala noſtra reuocat ad memoriã
fundit. nr̃am, hoc nõ facit vt nos cõfundat, ſed vt nos redu-
cat, & vt reſipiſcamus: vñ carpi à deo, & improbari,
laudari quidẽ eſt: qđ minime inter homines valet in
ueniri. Iam ergo quando deus ait. Memento quia ci
nis es tu poteris ei reſpondere. Ergo dñe ſi cinis ſum:
quid ſine tuo auxilio poſſum? Si oſtendis debilitatẽ
præſta fauorem: & ita fiet quod patet in Dauid, quia
Pſa.29.d quando dixit, nunquid cõfitebitur tibi puluis: aut anũ
ciabit veritatẽ tuam. Satim addit dñs, & miſertus eſt
mei, dominus factus eſt adiutor meus conuertiſti plã
ctum meũ in gaudium mihi &c. Habetur ergo ꝙ hæc
cõfuſio eſt adducens gloriã vnde ſcriptum eſt, quòd
Eſa.61.a deus dabit coronã pro cinere. Nota & etiam quod à
cinere aliquid petitur. Valet enim multum facere, qm̃



ſi tranſeat aqua per cinerem: fit lixiuium mundatoriũ.
Quo faciem tuam lauari iubet euangeliũ. Ergo vn-
gere caput cinere eſt peccata ad mentẽ humiliter re
uocare, damna ergo ex peccato peccatum: & trãſeat
aqua lacrimarum per cinerẽ peccatorum tuorũ & va
lebit ad emundationem tuã. Nec eſt quis ſe abſcondat
ab hoc, quia & iuſti iuſtitias menſtruatas habentes ſu
pleãt etiã lachrimis quod deeſt in bonitate: & ſic fiet
purificatio eorũ. Iuſtis ergo vt iuſtiores fiant, & pec-
catoribus vt iuſtificentur: proderit cinerum recorda
tio. Omnibus em̃ dicitur in euangelio, cũ ieiunas vn-
ge caput tuum: & faciẽ tuam laua. Cum ieiunas in-
quam à peccato: qm̃ nemo fructuoſe recordatur pec-
catorum ſuorũ: niſi ea reiecerit à volũtate & vſu: ideo
cum ieiunas à peccatis cinere ideſt eorũ memoria pie
contritus vnge deuote mentem tuã: iam ſpiritualiter
ſolũmodo & ad celeſtia deferendo eorũ damna, re-
cogita quæ perperã egiſti, nam vſq; ad verticem ca-
pitis vulnerauerunt te: verumtñ eorum vnguento ſa
naberis. Contere peccata tua: ita vt fiant ſicut cinis
qui facile deletur: & dum lachrime aduenerint, faciẽ
animę lauabis: ita vt rex concupiſcat mundiciã tuam.
Sic ergo peccatũ membratim ſecundum omnia ma-
la quæ induxit tibi, cogitetur, & fiat cinis, & iam ad-
de lachrimas, & valebit tibi hoc pro cibo & lauacro:
qualiter figuratur in Exo. vbi dicitur. 32. Arripienſq;
vitulum &c. vſq; ex eo potum filiis Iſrael: amarũ cer-
te: ſicut lixiuium &c. expone totum.

## ¶SERMO VICESIMVS SEXTVS CI-
## nerum ſub thema præcedente.

Inuocatio ad Mariam ex qua fit cinis filio dei.

CIneres ſancti quos capitibus recipimus, non ex quibuſcunque lignis fiunt, ſed ex lignis benedictis: anno præterito reſeruatis ex lignis oliuarum, quibus in proceſsione ramorum dominum letanter accepimus obuiantes ei. Sed quæ obſecro eſt hæc oliua, ex qua fiunt cineres ad gloriæ dominum ſuſcipiendum: niſi beata virgo Maria, cum qua dominum ſuſcipimus, & cuius cineres dominus recepit vt per eos et iam nos ipſos acciperet? vnde per Mariã omnes deum recepimus: & ipſe per eam omnes nos recipere dignatus eſt. Et quomodo? ſuſcipiẽdo equidem cineres eius: ſicut cineres oliue benedicte: vnde ſuſceptio hęc fuit in cauſa, vt nos deũ reciperemus, & ab eo pariter ipſi reciperemur. Et hoc totum pertinet ad oliuam, quæ olim teſte Yſidoro portabatur in ſignum pacis: vnde columba videns diluuium reuocari: deumq; iam hominibus pacatum, in huius federis ſignũ, detulit ad Noe ramum oliue, & ab eo gratanter ſuſcipitur. Qui ergo in ore ſuo per orationem detulerit Mariam ad ipſum deum, credat ſe bene recipiẽdum, nam ex quo ab ea ipſe recepit cineres ſuos, decreuit propter eam quoſcunq; recipere in reconciliationẽ peccatores. Sed qualiter obſecro diſpoſiti erãt cineres illi? certe per ignem ſpiritus ſancti, qui fuit ſacriſta & ſacerdos vteri virginalis in quo per amoris ignem ardentiſsimum redegit in cineres humilitatis Mariam quoniam ad hoc angelus dixit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. ſ. tanquã ſuper ligna cõcremanda in holocauſto: & tu ipſa dum te videbis accenſam, & in cinerem humilitatis redactam clamabis: ecce ancilla domini. q. d. ecce domini cinis paratus ei: vnde nil ſupereſt, niſi vt fiat matri ſecundum verbum tuum; tunc ſane ex cœlo deſcendens filius dei genua

Deum ſuſcipimus & ab eo ſuſcipimus Mariam.

Ge. 8. c.

Mariæ humilitas eſt cinis dei.



flectit in vtero matris: vbi cineres humilitatis ſuſcepit quibus poſtea glorioſus aparuit dicens nobis inuitãdis, diſcite à me: quia mitis ſum & humilis corde. Si ergo beata virgo filio dei pręſtitit cineres, nõne opere precium erit eam deprecari: vt capitibus noſtris imponat ſaltem ſuam adiutricem manum, vt mentes noſtræ gratiam valeant percipere? Antiquitus omnes qui mundandi erant ad locum cinerum mittebãtur: quo (ad emundationem filiorum Iſrael) cineres vacce cõbuſte ſeruabantur, nos igitur eamus ad matrem dei pro gratia ſermonis acquirenda: quam vt obtineamus ei aue præſentemus.

Leu. numeri. 19.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ In alio ſermone vidiſtis fratres qualiter cinis ſumus malus quidem, ſicut erat ille de quo dicitur. Tollite plenas manus cineres de camino &c. vſq; factaq; ſunt vlcera veſicarum turgentium in hominibus & iumentis. i. in animabus & corporibus. In hoc malo cinere: vt ait Augu. peccata egyptiorum deſignantur qui proiicitur in altum: qm̃ rebelles fuerant cõtra dominum, in camino autem ex quo cinis calidus eſt acceptus, fornax concupiſcentiæ deſignatur: vbi combuſti ſunt innocentes ideſt boni cogitatus & bona ꝓpoſita: & ſancte inſpirationes ad nihilũ redacte. In iſto camino coquebantur lateres: quo præmebantur filii Iſrael, quia mali mores generãtur in concupiſcẽtia carnis & etiam cor fit lapideum: immo & omnia membra noſtra igni turpi comburuntur in camino concupiſcentiæ poſtea vero nihil inuenimus niſi cinerem malum veſicam faciei generantem de quo ait Paulus. Quem fructum habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis? Reſponde cum magis Pharaonis illud Dauid. Confuſio faciei meę operuit me.

¶ De bonis cineribus agam ſuper thema præcedens.
Memento, quia cinis es, & in cinerem reuerteris, ci=
nis in cinerem. Nec repetitio inutilis videatur: quia
Duplex eſt cinis malus, & cinis bonus. Cinis vitule: cinis bo=
cinis bo nus eſt qñ inquinatos ſanctificat. Cinis altaris vbi ar
nus. det ignis nutritus à ſacerdotibus bonus eſt, & conſe=
cratus quando caro tua crematur in operibus pœni=
tentiæ dicens cum Iob. 16. capi. Operui cinere carnẽ
meam ideſt carnalia operui pœnitentia. Et anima ſi in
altis ſanctis & cogitationibus verſata fuerit: & ac=
cenſa primo in ſpiritu iudicii. Deinde in ſpiritu ardo
ris tunc bonus cinis es de malis cineribus iam dixi=
mus. De bonis autẽ in quos conuerteris, quid reſtat,
niſi ꝙ quando quis caſtitatis amore macerat carnẽ
ſuam, abdicat venerea nec operi procreandi filios in
ſiſtit, ſua cuncta diſtrahens pauperibus elargitur, tũc
iam incipit bonus cinis vitule immolate dum immo
las hoſtiã deo viuentem nõ mundo, ſanctam deo pla
centem: non carni & ſanguini quibus non eſt in hac
parte acquieſcendũ: ſed humilibus conſentiendum vt
te exinanitũ reddas: & non rapias honorem alienum
Leui. 6. b ſed tuũ ſpernas, & tũc velut cinis ſacrificii dei viui bo
nus videberis à ſacerdotibus ideſt angelis, qui ho=
Cinis rum cinerum curã gerunt. Si anima incenſa fuerit, &
ſanctus. timiama oferre voluerit: quod ex multo puluere odo
rifero conſtat, tunc ſanctis cogitationibus inſiſtet, &
interiori deuotioni, cui aderit ſacerdos in æternum
Chriſtus ſubiiciens ligna, ideſt beneficia ſua, & inſtru
menta paſsionis ſuæ: quibus ignis non alienus incen=
ditur & nutritur ab eo qui ignẽ venit mittere in ter=
ram cordis noſtri, quod eſt altare ſuũ: vbi nõ vult niſi
vt intus ardeat amor eius in nobis: in quo cremabi=
tur timiama ſanctarum cogitationum ſubtiliter ſicut



puluis tritus: ex quo igne ſanctiſsimus cinis ſuper erit
dũ te ipſum pro ipſo filio dei exponẽdum decreueris
& dices, cupio ego diſſolui, & eſſe cum Chriſto, quis
ergo me liberabit à corpore mortis huius? Educ de
carcere animã meam ad confitendũ nomini tuo, me
etenim expectant iuſti donec retribuas mihi. Ecce ci
nis altaris ecce timiama odoriferum ſub altare cœli,
vbi ſunt animæ interfectorũ propter verbum dei di=
centis. Venite benedicti patris mei &c. quod verbũ
ſemper ſonat in aures deuotorũ. Si ergo fuiſti cinis So
dome fetide, memento quam peſsimus es, & in cine=
rem vitule reuertere per pœnitentiam: & vitule nõ ſa
ginate ſed macerate. Nã malus cinis ſpargi & diſper
gi ſolet ne memoria eius remaneat: & bonus ſerua=
tur in loco mundiſsimo. Vitula ergo caro noſtra eſt:
& anima eſt timiama in altari cordis offerenda ſan=
cto puluere conſperſa, qui nõ cecat, ſed illuminat ocu
los mentis, nam cinis gladios eliminat, & elucidat,
ſic ergo coquetur ad purum ſcoria noſtra, & ſedebit
deus in nobis conflans, & emundans argentũ, & pur
gabit filios Leui: qui ſunt opera iuſtorum. Nec ſuffi=
cit emundatio, quæ eſt ſeparatio precioſi à vili, niſi ad
datur purgatio quæ eſt munda: mũdiora reddere qm̃
dominus ait. Colliget autem vir mundus cineres vac Nũ. 19. b.
ce & effundet eos extra caſtra in loco puriſsimo: vt Figuram
ſint multitudini filiorũ Iſrael in cuſtodiam, & in aquã paſsiõis
aſperſionis: quia pro peccato vacca combuſta eſt. Ti chriſti Ie
miama eſt mentis cõtemplatio, & cinis vitule carnis ſu & pœ=
eſt maceratio in pœnitentia, & pro vtroq; hæc figura nitentiæ.
ꝓderit nobis & vt potiora dicamus: nota ꝙ timiama
offeres & puluerem minutiſsimũ redolentem: qñ ea
quæ Chriſti ſunt miſteria contemplatus fueris: nam ci
nerem benedictum ſuper caput ſuſcipis: quo munda

riſin mortis Chriſti memoriam, vbi attende religio=
nem victime: quam conſtituit dominus: vt adducant
ſcilicet filii Iſrael vaccam rufam ætatis integre ad
Eleazarum, & hæc omni macula careat: iugumque
minime portauerit. Et ille publice extra caſtra eam
immolet comburens pellem, carnem, & ſanguinem
& fimum: lignum quoq; cedrinum & yſopum coc=
cumq; bis tinctum cum ea: & hoc faciens immundus
erit vſq; ad veſperã vacca eſt Chriſti humanitas apta
labori & ſacrificio & fecunda. Rufa autem dicitur
propter ſanguineum ſudorem: qui eam tinxit in hor=
to: dum paſceret herbas terræ: & tribulos & ſpinas
Ade. Hanc tradiderant filii Iſrael ex horto ad Cay= cayphas
pham qui eſt Eleazarus. Nã hic interpretatur dei ad= eſt elea=
iutorium. Et Cayphas deum adiuuit prophetando in zarus.
conſilio, quamuis hoc à ſemetipſo non dixit: vnde nõ
dicitur dei adiutor ſed adiutorium quo ignarus di=
uini conſilii præſtitit. Hic Chriſtum extra portã & ca
ſtra Hieruſalem duxit. Vnde Pilatus ait. Gens tua &
pontifices tui tradiderunt te mihi. Et in hoc ꝙ pellis
& caro & ſanguinis & fimus dicuntur cõburi: nota=
tur ꝙ omnia quæ Chriſti erãt extinguere voluerunt
eradicantes eũ totũ integrum de terra viuentiũ: tali=
ter ꝙ nomen eius nõ memoraretur amplius. Sed in hoc
nobis vocatis ſanctis alia maior virtus innuitur, quia
ſecundũ Auguſt. in hoc ſignificatum eſt ꝙ non ſolũ
ſubſtantia mortalis corporis Chriſti quæ cõmemora
tione pellis & carniũ intimata eſt: ſed etiam cõtume=
lia & abiectio plebis, quæ in ſtercore ſignatur conuer
tantur in gloriam, quam combuſtionis flamma ſigni
ficat. Sed in fimo ſignatur eſuries, & laſsitudo, & qui
cunq; carnis defectus, quia Chriſto abiiciendus erat
nobis tamen ad emundationem nimis profuit. Et vt



ait Greg. infirmitates carnis eius cremantur: quia per
diſpoſitionem ſpiritus ſancti intelligi debent. Hæc er
go vacca ætatis integre ideſt operationis perfecte
eſt ſine macula peccati & ſine iugo male inclinatio=
nis, nam pronitas ad malũ, eſt graue iugum ſuper fi=
lios Adam, quia ab eo hoc habent iugũ impoſitum.
Per hoc autẽ ꝙ in cõbuſtione vacce ponebatur lignũ
cedrinum, hiſopus & coccus, ſignantur tres perſone
cũ Chriſto paſſe, due per compaſsionẽ mentis, & ter=
tia per cõpaſsionem carnis. Prima fuit maria domina
noſtra, per yſopũ quæ eſt humilis herba ſignata, quia
fuit tam humilis ꝙ ex cruce reſpexit dñs humilitatẽ
ancillæ ſuæ, quæ humiliauit ſemetipſam vſq; ad cru=
cem: ſecunda perſona eſt Iohannes qui ſignatur per
cedrum arborẽ nimis altam, quia ipſe tunc nimis ele=
uatus eſt, Chriſti latus aſpiciens, ex quo ſacramẽta ab
eo intellecta fluxerunt. Tertia perſona fuit latro chri
ſtum confitens in cruce, qui ſignatur per coccum bis
tinctum, quia Chriſto compatiebatur mente dicens.
Hic autem nihil mali fecit. Et cũ chriſto patiebatur in
corpore concrucifixus iuxta eum. Ecce igitur quali=
ter aſſociata crematur vacca in ara crucis. Vir mun=
dus colligat cineres eius quę vſq; hodie remanent in
eccleſia quia pro peccato noſtro vacca combuſta eſt.
De Chriſti cineribus ait Auguſtinus. Congreget ho=
mo mundus cinerem iuuence reliquias ſcilicet inter= Lu. 24. f.
fectionis & cõbuſtionis. ſ. famã quæ ſecuta eſt paſsio
nem: & reſurrectionẽ Chriſti quia ſunt reliquie homi
ni pacifico. Cinis erat Chriſti mors quia velut mor=
tuus ab infidelibus condemnabatur, & tamen munda
bat: quia reſurrexiſſe à fidelibus credebatur. In loco Cinis paſ
mundo iubentur cineres collocari, qui eſt cor deuo= ſionis
tum: vbi ſpiritualiter mortẽ chriſti nũciamus, donec Chriſti.

veniat:ibi ex ſanctis cogitationibus fit timiama ex-
tra caſtra ideſt extra tumultũ mundane vitæ:nam ex-
trn portam ſaltim mente egredi oportet. Hi cineres
dicuntur eſſe in cuſtodiã noſtram, quia niſi Chriſtus
pro nobis paſſus reliquiſſet nobis exemplum quo ſal
tim cogitando armaremur:ſimiles Sodome & Go-
morre fuiſſemus. Vel locus mundiſsimus vbi cineres
ferendi ſunt eſt locus iuditii vbi purgabit deus ad vn
guem areã ſuam, & illuc defert cineres chriſti, qui co
gitat qualiter ibi redditurus eſt vſuram receptorũ bo
norum vbi reddemus nouiſsimũ quadrantem. Fac er
go anima mea expiationis aquam ex Chriſti cineri-
bus flens paſsionẽ eius, & mortem ſi purgari deſide-
ras, quia cineres eius ſeruantur ad expiationem tuã,
nec ſolum ad expiationẽ ſed vt inquinatos ſanctifi-
cent, quia plus & multo amplius valet aqua, quæ tran
ſiit per Chriſti cineres (hoc eſt) dolores & mortem &
vulnera ſua, quãſi pro peccatis tuis fleres. Vnum eſt ꝙ
nunc dificultatem attulit ſcilicet quod ferens cineres
hos reddebat immundus ex contactu eorum; ꝓ quo
notat gloſſa ꝙ dupliciter contrahitur immunditia,
videlicet vno modo ex immunditia rei tacte:& ſic
tangens mortuũ reddebatur immundus. Alio modo
ex indignitate tangẽtis, ſicut ſi laicus tangeret cali-
cem conſecratũ, peccaret & hoc modo colligentes
cineres hos redduntur immundi:vñ vir mundus iu-
betur colligere cineres paſsionis Chriſti & hoc red-
det illum immundũ, quia nõ ſumus ita feruidi in hoc
nec deuoti:& ideo addere oportet alium cinerẽ pœ-
nitentiæ noſtræ:de quo ſi aliquid tactum eſt nunc iux
ta prædictam hyſtoriã. Moraliter reliqua tãgamus.
Hodie mater eccleſia cinerem capiti noſtro imponit
& vult quod deſcendat in barbam & vſq; ad oram ve



ſtimenti:vt poſt quadrageſimam lauet pedes noſtros
& etiam manus & caput ſi opus fuerit. Cinis ergo pœ
nitentiam ſignat:quia Iob ait. Ago pœnitentiam in fa
uilla & cinere. Caput mentis intentio eſt per quod to
tum corpus regitur: & eſt melior pars hominis quia
intentio prædominatur in corpore actionis noſtræ.
Et vt nos Chriſtus doceret ſemper rectam & ad bo-
num habere intentionẽ, caput habet ad dexteram in-
clinatum in cruce quapropter ſemper habere conue
nit oculũ, & vultum ad equitatem, vt ſi erratũ fece-
ris opus, dicas cum Paulo. Veniã cõſecutus ſum: quia
ignorans feci. Iam ergo caput eſt intentio, cinis autẽ
pœnitentia, quæ debet eſſe per totam quadrageſimã
in intentione noſtra, dum per totum penitere debe-
mus:vbi attende ꝙ non ſolum eſt pœnitentia quã ſa-
cerdos imponit, ſecundum ſcotũ, ſed etiam pena quã
tu patienter acceptas oblata pro peccatis tuis. Iuſtus
vir & mundus agat pœnitentiam, ſi minus reuerenter
tractauit diuina, quia ex hoc immunditiam incurrit,
adducat vaccam carnis ſuæ ſacerdoti, & bono exer-
titio, & pellem mundane cõuerſationis adurat ſciens
quoniam caro & ſanguis regnũ dei non poſsidebũt,
eas abdica, & trade ſacrificio pœnitentiæ cum fimo
imperfectionũ tuarum, & vt rectius fiat iunge cedrũ
quæ eſt alta, & exaltata ſpes vbi non ſunt fures. Et iun
ge hyſopum herbã purgationis, quæ eſt fides purgãs
intellectum à phantaſmatibus, & vltimo trad de ſacri
fitio coccum bis tinctũ, hoc eſt duplicem caritatem
dei & proximi, quę ardens in te ſanctum cinerẽ faciet
vere humilitatis, quæ eſt ad cuſtodiam filiorũ Iſrael
ideſt operum tuorum quia cuſtos virtutum eſt humi-
litas:qm̃ vt ait Gregorius qui ſine ea virtutes congre
gat. q. qui puluerem in ventum portat, qui vnde fer-

Cinis pe nitẽtiæ.

Humili- tas nota- tur in ci- nere.

re aliquid cernitur inde cecatur deterius, quia cinis
humilitatis in imo ſeruatur ſecurius, & in loco mun=
diſsimo ponitur humilitas qñ collocatur in nouiſsi=
mo, & tunc ſecurior eſt humilis, quãdo eſt humilior:
quia tunc citius dicitur ei ab inuitãte deo. Amice aſcẽ
Ps.112.a. de ſuperius, & erit tibi gloria iuxta id. Quis ſicut do=
minus deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpi
cit in cœlo & in terra: ſuſcitans à terra inopẽ & de ſter
core erigens pauperẽ vt collocet eum cũ principibꝰ.
Ecce qualiter exaltat deus eos qui veraciter cinerem
ſe reputant, nec hoc parũ eſt ei, in hoc enim dñs & deꝰ
noſter confitetur ſe eſſe qui in altis tronis reſidens in
cœlo, reſpicit humilia eccleſiæ ſuę, quę eſt domus pul
Domus ueris & figuli vbi loquitur ipſe. Si in celo deus nõ niſi
figuli eſt humilia angelorũ agmina reſpexit: deponens ſuper=
humili= bos quid faciet in terra? Si angeli per humilitatẽ pla=
tas. cuerunt ei intm̃ vt eos altos faceret, & ſedes ſuas qua
liter nos eum poterimus ꝓmereri? Non aliter poteris
inter eiuſdẽ cœli principes collocari, niſi per eã humi
litatem qua ipſi principes eſſe meruerunt, quia quan=
do depoſuit potentes de ſede, exaltauit humiles, qui
mitis & humilis corde non dedignatur in terra etiam
corporis noſtri eſſe ſicut in cœlo animę: ſi tamẽ vbiq;
fiat voluntas eius quæ eſt vt non ſimus alta ſapientes
ſed humilibus conſentientes, nam oportet animam
eſſe humilem in ſui reputatione, & corpus in ſua exer
citatione, vt ſint humiles opere & veritate, veritate
extimationis, & opere actionis: & ſic anima ſuſcitabi
tur à terra, quia terrena habitatio deprimit eã: & cor=
pus à ſtercore carnalitatis vt ſimus in cœlo ſicut ange
li dei, qui per humilitatem ab initio placuerũt ſibi, &
nunc etiam coram eo tremunt poteſtates: & patriar=
che mittunt coronas ſuas ante thronum dei. Si ergo



In cœlo tanta viget humilitas: cur homuntio non re=
cordaris, quod puluis es, & in puluerem reuerteris?
cur non magnifacis humilitatem? cur non ponis eam
ſuper caput tuũ? cur non eam adoras? an forte igno=
ras precium eius? hæc eſt quæ fiducialiter etiam deo
loquitur dicens. Argentum & aurum non eſt mihi,
quod autem habeo ſcilicet cinerem vilitatis: hunc ti=
bi do. Benedicendos hæc paruulos ſuos Chriſto ad=
ducebat: qui ꝓpter eam amplexabatur eos dicẽs. Ta=
lium eſt regnum cœlorũ: & niſi conuerſi fueritis &c.
Confuſio eſt hæc adducens gloriam: teſte Salomo=
ne: quia hæc adduxit è cœlo deũ. Digitus ſpiritus ſan
cti: propter hanc ſcribit in terra, quia comunicat do=
na ſua ſe terram cognoſcenti. Electorũ ratio eſt hæc
virtus: qm̃ humilis Iob ait. Qui ſe humiliauerit: erit in
gloria. figuli domus: vbi loquitur deus, quia cum ſim
plicibus ſermocinatio eius. Granum ſinapis quod cre
ſcit ſuper omnia olera, quia cætere virtutes deſeruiũt
humilitati. Eamq; magnificãt & tacent in conſpectu
eius: vt magis luceat. Hæc eſt Heſter: quæ præ cæteris
laudatur à rege, & interpretatur abſcondita: quia hu
militas vt radix Ieſſe debet abſcondi in terra vilitatis
humane: vt fructificet. Inuocat abyſſus virtutis huius
abyſſum miſericordiæ dei non ore ſuo, quia loqui nõ Pręconia
præſumit, ſed ore Chriſti ideſt in voce chataractarũ humilita
ſuarum: nam eius vulnera & ſanguis melius loquitur tis ad al=
pro magis humilibus. Lazarum hæc promeruit ſuſci= phabetũ.
tandum: pro nobis namq; dicit domine iam fetet: in
fetore humilitatis glorificatus eſt filius dei. Matrem
dei hæc virtus decorauit: ita vt eam deus reſpiceret
concupiſcens hunc decorem ſuum. Nigredo amabi=
lis eſt humilitas: non ab alio quam à ſole iuſtitiæ cau=
ſata; vnde pulcherrime ait ſponſa. Quia decolorauit

meſol. Humilitas quidem plurimum ambulat ad ſolem. Oleo gratiæ facit hæc virtus impleri vaſa præſumptione vacua. Prolem virtutis: quæ hæreditet gloriam præſtat in valle mambre id eſt in abiectione propria, vt patet in Abraham. Quæ etiã, à turbine ſuperbie protegit q̃m humilis in foſſa humo latet: dum infima ſua præ oculis habet. Refugium eſt cunctorũ errantium, humiliter dicẽtium, peccatores te rogamus audi nos. Sede gloriæ ſuos exaltat: depoſitis ſuperbis quibus reſiſtit. Turtur eſt hæc: cuius vox deum delectat: ſi audiatur in terra noſtra, quia humilitas ſemper de profundis loquitur: neſciens ambulare in mirabilus ſuper ſe: nec volare. Vacuum altare ſibi iuſſerat fieri deus: hæc autẽ euacuat cor humanũ: vt capiat deũ Chriſti hora, vt præmiet ſiue dona tribuat, humilitas eſt: quæ ait vinum nõ habent. Si ergo nil tibi contulit Chriſtus, nondũ venit hæc hora miſerendi eius ydriẽ nondum implentur vino niſi aqua id eſt ſpiritus noſtri humilitate, ex qua deus vinũ gloriẽ facit, Zache⁹ quia ſtatura puſill⁹ inſpicit à Ieſu: qui in humiles figit oculos, qui & ponit in theſauris abyſſos id eſt humiles quibus pro cinere humilitatis dat coronam gloriæ: quam mihi & vobis præſtet Ieſus amen. ¶ In. 3. parte alphabeti noſtri apud literam. u. reperies de humilitate plura.

¶ SERMO VICESIMVS SEPTIMVS FEriæ ſextæ poſt cineres de amore inimicorum vbi & exponitur vtiliter ac ſubtiliter litera euangelii. THEMA.

I. Tim. 4. c. Pietas ad omnia valet.

¶ Inuocatio ad virginem.



SI deus ipſe ſemper benedictus ſic amator eſt vt etiam inimicos diligat de amicis nulla erit dubietas, quin amati erunt: ita vt dicatur de eis. Oculi domini diligẽtes ſe. Quid amplius dici potuit? nam comuniter dicitur, ꝙ oculi inſpiciunt eos, quib⁹ bene volunt, & hoc videtur ſumptũ ex illo: oculi domini ſuper timentes ſe, quia reſpicit, & ſeruat illos ac ſi oculos haberet ſuper eos. Sed altius eſt, & excelentius ꝙ oculi domini ſint diligentes ſe. Alibi dictũ eſt, quod qui tangit amicos dei ſic tranſgreditur, ac ſi tãgeret pupillã ipſam oculorũ eius, ſed nunc abſolute dicitur: oculi dñi diligentes ſe. Si in tantũ dilecti ſunt amici, vt dei oculi dicantur, quid de matre ſua dicet ille, qui amator eſt forme illius? quid referet de illa qui eam amauit & exquiſiuit à iuuẽtute ſua? Si illi ſunt oculi dei: hæc erit corona eius, cui etiam ſubditus eſt Ieſus vt matri: cuius imperiũ ſignatur in Berſabee quæ tronum habet ad dexterã filii, & in omnibus fili⁹ Mariæ pluſquam Salomon eſt, qui dicit fas non eſſe faciem matris auertere, vnde nunc adoniam oportet imitari: qui matrem regis adiit vt petitionem per eã daret filio ſed vt ipſa pro nobis oret: eam exoremus dicentes Aue Maria.

*Maria eſt plus dilecta.* Ecclef. 34. b.

*Za. re. z. c*

¶ Argumentum dicendorum.

¶ In hoc euangelio dominus Ieſus monere & perſuadere nititur nobis paternam erga inimicos charitatem: qua nihil rarius apud nos, qui vix amicos diligimus, & quanuis ſuammet propalare potuiſſet qui cum inimici eſſemus pro nobis mori voluit: alti⁹ nos voluit eleuare ſciens ꝙ nihil difficilius in vita humana quam inimicos diligere: q̃m nil repugnantius quã amor & odium quia & amititia & inimititia contraria ſunt: inimicus nocet, ferox eſt & inſultat, amor nõ

*amor inimicorũ altior eſt*

tendit in hæc. Si enim amor vt cõmuniter dicitur ſem
per deſcendit: impoſsibilis videtur eius aſcenſus ad
inimicos: quibus ei clauſa eſt ianua. Nã amor actiuus
parum graditur ſolus qm̃ amor petit amorem: niſi eũ
adiuuetur minime tendit in alterũ, niſi talionem ſpe=
ret: vnde quando odium conuenit, fugit amor, & ter
ga vertit, ſed his thema reſpondit: ꝙ pietas ad omnia
valet & omnia vincit quamuis non ſenſualitas: vñ vt
notat Chryſo. Sicut non concupiſces dictũ eſt ad ani
mam nõ ad carnem: ſic diligite inimicos veſtros quia
eos caro nõ poteſt diligere: anima autẽ poteſt. Vnde
qñ triſtaris viſo inimico: ſi ei malum nõ cupis: anima
eum diligit: caro non diligit, quia non valet ex eo ꝙ
impia ſit: animæ autem pietas ad omnia valet, qḋ vi=
Diuiſio. debimus in euangelio præſenti, vbi agitur de amore
quem ad inimicos ſuos habet deus: & de eo quẽ nos
Pſal. 1. ad eoſdem tenemur habere. ¶ Defectũ rei debet ſup=
plere factor eius, patet in artifice qui deficientem fe=
cit veſtem: quã ideo perficere tenetur: ac reparare, pa
tet & in homine qui eſt opus dei, de quo ait deꝰ. Ego
Eſa. 46. b. feci, & ego feram, patet & in lege væteri defectum
habente. Ergo cum Chriſti benignitas & pietas pa=
Imperfectio eſt nõ amare inimicos. tris veniret vt legem impleret, noluit hunc ſinum im
perfectionis eius vacuum relinquere, ſed vt noſtra
abundet iuſtitia, pluſquam ſcribarum & phariſeo=
rum, ait, audiſtis &c. nil frequentius oportet prædi=
care quam dilectionem inimicorum: quia in terra ini
micorum habitamus vbi etiam inimici hominis do=
meſtici eius: nec eſt in fratre habenda fiducia. Si anti=
quis dictum erat: vt odirent inimicum: ille eſt (vt ait
Origenes) de quo dicitur: inimititias ponam inter te
& mulierem &c. quæ ſent ẽtia ab Adam poſteris trad
dita, & deinde nõ bene intellecta: vigebat etiam tem



pore Chriſti qui eundem diabolum vocauit inimi=
cum dicens. Dum dormirent homines: inimicus ho=
mo ſuperſeminauit zizania: tñ ſed a perte nos vult in
ducere, & obligare, vt inimicos diligamus, quia eius
pietas ad omnia ſe extendit. Et quamuis multiplices
ſint inimici hominis: nunc de hominibus inimicis lo
quitur Chriſtus dum ait. Ego autem dico vobis. Nũc
ipſe filius dei legiſlator qui in lapides ſcripſit legem
væterem, eam innouat, implens defectum qui tacue
rat manifeſtam inimici dilectionem, immo dixerat. Deu. 7. a
Cum introduxerit te deus tuus in terram, quam datu=
rus eſt tibi: delebis gentes multas. Non inibis cum eis
fedus, nec miſereberis earum nec ſotiabis cum eis cõ
iugia. Hæc promiſſa ſunt populo infirmo vt ait Aug.
Ne commiſti inter gentes diſcant opera earum. Sed
nunc deus neminem volens perire, hæc ab apoſtolis
relegat, nec vult eos gladium eximere: vt eum de=
fendant. Nunc gladio verbi dei: & amore totum vult
capere mundum: & apoſtolos mittit vt vulpes Sanſo
nis ad incendendum orbem: quibus ait. Ego autem
dico vobis quaſi dicat. Ne excidat hoc à memoria.
Sed recedant vetera rudimenta legis væteris: maio=
res maiora quærite diligite corde inimicos veſtros. Ratio diligendi inimicos
Carere non poteſtis inimicis qui eſtis ſicut oues inter
lupos. Sed vos diligite inimicos veſtros, & tũc facile
erit ferre mundi pericula, quando perfecta charitas
veſtra foras mittet timorem, quia ſi inimicos ama=
ueritis nihil formidabitis. Vbiq; terrarum pergere de
betis: nec eſt aliud impedimentum niſi multitudo ini=
micorum, ſed ne ſalus humana impediatur, diligite
inimicos veſtros, quia quod diligitur, non egre fer=
tur, cum amanti nihil ſit difficile. Sed, ò domine cum
dilectio cordis inuiſibilis ſit quid inimicis proderit

adhoc vt credant & conuertantur? immo nec deſi=
nent inimicari, quia parum valet amor abſconditus,
Eccle. 14.c. & theſaurus inuiſus: de quibus dicitur. Quæ vtilitas
in vtriſq;? quibus addit dñs. Benefacite his qui ode=
Ex.20.d. runt vos vt ſcilicet benefacientes obmuteſcere facia
tis inſipientiũ hominum ignõratiã. Nam ſaltim ope=
ribus viſibilibus experientia compertis credent. Nõ
enim decet diſcipulos veritatis amorem fictũ: ſed cha
ritas ſine emulatione vlla vt diligant opere & verita
te. Intus ſit veritas, extra ſit opus veritatis quia culpa
biliores ſunt amititiam deturpãtes quam pecuniam.
Nec amori ocioſo credendũ eſt, quia ſi ceſat iam nõ
eſt amor. Domine quamuis ita ſit, nihil hęc proderunt
inimicis, quia ſcriptum eſt. Dederunt mihi mala pro
bonis: odiũ pro dilectione mea. Si horum finis eſt lu=
cratio inimici, & hæc non ſequitur, ad quid tñ cona=
ri debemus, ſi non emendantur? Quibus addit domi=,
nus. Orate pro perſequẽtibus & calumniantibus vos
vt eos deus conuertat ad bonũ, vt auferat cor lapideũ
de carne eorum, & det eis cor carneũ, & videant &
confundantur, & conuertantur à via ſua mala.

Triplex amor inimicorũ. ¶Si ergo ipſi tria vobis fecerint odiũ cordis perſecu
tionem operis, calumniã oris, vos econtra diligitte,
benefacite orate pro eis, quia ſic oportet impleri om
nem iuſticiam, & contraria contrariis curari, quia de
vobis dicitur. Bene patientes erunt vt annuncient:
multiplicabunť in ſenecta vberi. Non ſolũ oportet pa
tientes eſſe ſed bene patientes reddendo oppoſita ac
ceptis, vt annuncietis exemplo, qđ prædicaturi eſtis
verbo, quia doctrina viri per patientiam noſcitur, &
ſic multiplicabimini, propulſato bello, oblita repulſa,
ſed obuiate cõuitio cum beneficio & odio & amore.
¶Domine deus quid propter tantum opus dabis no



bis? ecce reputati ſumus ab inimicis ſicut oues occi= Præmiũ dilectionis inimicorum.
ſionis, ecce propter te mortificamur ab eis tota die,
quid ergo erit nobis? ſequitur in euangelio. Vt ſitis
filii patris veſtri qui in cœlis eſt. O dignitas maxima,
ò res miranda hic nota ꝙ melior filiatio poſt natura
lem eſt quæ acquiritur per imitationem. Si ergo eſſe
gener regis magnum iudicat dauid? quid cenſendum
eſt, & ſentiendum de hac deifica filiatione? Si rem ma
iorem dixiſſet nobis Chriſtus, debuiſſemus facere, vt
eſſemus filii patris celeſtis à quo cuncta bona nobis
proueniũt. Ipſe dedit mihi cor, & vult vt eo diligam Cur diligas inimicum.
inimicum meum: quia imago illius eſt. Ipſe dedit ma
nus ad operandũ: & vult vt ei inſeruiam quia proxi=
mus meus eſt. Ipſe dedit mihi linguam: & vult vt illa
oret pro inimico meo; qm̃ adhuc aptus eſt ad conſe=
quendum vitã æternam, & dum pro eo orauero, ora
tio mea in ſinũ meum conuertetur, quia nulla exaudi
bilior oratio, quam ea quæ pro inimicis fit, quoniam
iuſſa eſt, & dum pro inimico oramus: pro nobis im=
petramus qui in multis offendimus omnes. Sicut ve=
lis tecũ fieri, fac tu cum illo: qm̃ infirmus ſemper de=
bet curari donec viuit. Dum vixerit inimicus tuus cu
rabilis eſt ab infirmitate rancòris: curari autem non
poteſt niſi per amorem: qui eſt medela optima: ergo
dilige inimicos tuos: vt curẽtur. Si occurrens animal
inimici tui teneris per legem illud ad eũ reducere:
quanto amplius debes inimicũ tuum qui eſt animal
rationale dei: ad ipſum per amorẽ perducere? & etiã
inimicus tuus filius dei eſt: quanuis conſumpſerit ſub
ſtantiam dilectionis ſuæ erga te, & veſcatur por cinis
cibis. Si ergo tu es filius ſenior & ſanior, duc per amo
rem infirmum ad patrẽ vt mederi poſsit, & etiam tu
aliquo opere bono interea cura eum & ipſum patrẽ

exora: vt miſereatur filii ſui quanuis alienati & inue=
terati. Nec dilationem hæc oratio accipiet quia ideo
ſequitur in euangelio. Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper
[Trinus deus diligit inimicos.] bonos & malos &c. ¶ Hic iam vult dei filius oſtende
re qualiter pater hanc amandi legem impleat vt eum
imitemur quia dicit, & facit prius: nec eius maieſtas
dedignatur amare, quod dignatus eſt creare. Reſar=
cire vult imaginẽ: quam condidit. Primo nota ꝙ hic
inducimur ad inimicorum amorẽ: exemplo totius tri
nitatis conformiter ad tria quæ eis preſtare debemus.
Pater celeſtis expreſſe ponitur eos diligere: & nunc
celeſtis vocatur: quia ad celeſtia eos diligit. Et etiam
quia peregrinarum impreſsionum per odium non
eſt ſuſceptiuus. Ergo pater noſter: pater orbis terra=
rum, rex vniuerſæ creaturæ: omnium creator natura
liter diligit omnia quæ fecit, & nihil odit niſi pecca=
tum. Filius dei dicitur ſol: qui ortus eſt nobis vt cale=
faciat tepiditatẽ noſtram, & viã oſtendat qua reuerta
mur ad patrem, tñ dicit ꝙ pater eũ oriri fecit, quia ſic
pater diligit mundum etiã totum vt filiũ ſuum vnige
[Pſa. 67. b] nitum daret. Spiritus ſanctꝰ dicitur pluuia quia vbiqꝫ
diffunditur, & dicitur pluuia voluntaria, quia per mo
dum volũtatis ꝓcedit à patre & filio. Si tripliciter iuſ
ſit deus vt amaremus inimicos, ecce beata trinitas
vnus deus tripliciter eos amat. Pater ex paternali &
cordiali affectu. Filius ex opere redemptionis: ſpiri=
[amor eſt ſol.] tus ſanctus orat pro perſequentibus & calumnianti=
bus ſe: quia poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabi
libꝰ: & adiuuat infirmitatẽ noſtrã, & nos orat qđ cõ
uertamur ad ipſum, quia benignꝰ & miſericors eſt, &
præſtabilis ſup malicia. Sed ſi ad ſolum patrẽ quæ di=
cta ſunt referas, ſolem ſuũ dices amorẽ ſuũ: ſed ne pu
tes hunc amorem ſolummodo naturaliter fieri: vel



habitualiter: dicit quòd hunc ſolem ipſe oriri facit, dũ
etiam actu peccatores amat: nã deus ipſe puriſsimus
actus eſt, qui in ſole amoris ponit tabernaculum ſuũ,
& ibi valde amans dicitur, quia tanquam ſpõſus amo
re feruens procedit tam generaliter, quòd non eſt qui
ſe abſcondat à calore eius: cuius calor feruor amo=
ris eſt. In generalitate ſolis extentio amoris dei nota=
tur, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Ecce amor
intrinſecus, qui etiam patet ex diffinitione amoris,
nam amor eſt velle alicui bonum, & deus ſe etiam
peccatoribus vult: alioquin non eis dediſſet filium
ſuum. Ad hunc actũ ſaltim priuatiue quilibet chriſtia
nus tenetur habitualiter erga inimicos propulſo om
ni odio & cordiali rancore: ita vt in corde tuo nihil
ſit quo velis inimicum tuum æterno bono priuari, nã
ſi deus ipſe te donat, non ſit nequam oculus tuus eo
quod ipſe bonus eſt. Comparatur etiam amor dei ſo
li, quia ſol minime ledi poteſt, nec vnquam eclipſatur
in ſe quibuſcunqꝫ nubibꝰ interpoſitis: & ſic dei amor
nunquã leditur. Nulla iniuria deo illata, eius extingit [Nõ leditur ſol amoris inimicorũ.]
omnino amorẽ: immo aliquomõ accẽditur, quia tũc
cõqueritur dicẽs. Me derelinquerũt fontẽ aque viue,
& foderunt ſibi ciſternas diſsipatas. Ecce qualiter nõ
ſe dicit offenſum, ſed derelictum. Nõ de iniuria cauſa
tur, ſed ꝙ diſiſtat amari. Et ſi peccata inimicorũ eius
diuiſerunt inter deũ & ipſos, non ceſſat eius amor no
bis remedia quærere, qm̃ apud ipſum non eſt traſmu
tatio: nec in eius ſole eſt viciſsitudinis obumbratio.
Vtinam & nos tanti patris exemplum ſequeremur
fratres mei: ne ſol occidat amoris ſuper iracundiam
noſtram, ſed audiamus Dauid: immo deum per Da= [Pſal.]
uid dicentem. Inquire pacem & perſequere eam. Ab
ſtulit pacem ferox inimicus, tu autem inquire eam,

renuit ipſe, tu perſequere pacem, infeſta eum, impor=
tunus eſto ei: vt det pacem tibi. Non eum perſequaris
ſed pacem ruptã, donec reformetur quia radius amo
ris diluit peccatorum nubes, ꝙ amplius dei amor fa=
cit iuxta id Pauli. Ignoras quòd benignitas dei ad pe
nitentiam te adduxit? vtinam nõ amor attraheret ini
micos noſtros ad amicitiã, ſicut terreos & humidos
vapores: quos ſol ſua vi multum eleuat. Itidem amor
ſoli confertur qui acerba dulcia reddit poma ſuo ca
lore viuido. Si ſol eſt amor, calor eius beneficiũ eius
eſt, deus autem inimicos benefitiis domat: qui tran=
ſit quotidie benefaciendo malefacientibus. Nulla er
go fratres diuinior cõcertatio quã inimicos benefi=
cio vincere. Ecce noſter deus qui cum poſsit cuiuſli=
bet inimici ſui animam & corpus perdere in gehennã
in profundũ laci: patiens & multe miſericordiæ non
ſolum expectat, vt miſereatur noſtri, ſed condonat im
merita: dat etiam non petita. Adiicit ad ſtaturã no=
ſtram, nos creat & noſtra eius amor, nobis etiam re=
luctantibus: & blaſphemãtibus eum. Sol quoq; dici=
tur oculus mundi: vbi notatur ꝙ dei amor cecus non
eſt, ſed cognoſcitiuꝰ & actu intelligens: vñ ſimul ini=
micum ſuũ intelligit & amat, & ſic ſcit & amat quæ=
libet beneficia, quæ cuilibet impartitur: ita ꝙ noſcat
& actu intelligat amorem quo amat & quẽlibet ſin=
gulariter quem diligit: ac ſingula beneficia diſtincte
quæ donat atq; donabit. Eſt em̃ intellectus purus deꝰ
agere autem cõſequitur eſſe rei: quare intelligit amo
rem ſuũ & actum. Noſcit etiã ſingulos quibus donat
aut quos amat cuius amarę eſt etiam noſſe. Et vt Au=
guſtinus dicit. Sicut vnum ſimul totũ perfecte conſi=
derat: ſic ſingula quęlibet ac diuerſa perfecte ſimul to
taque conſpicit viſus eius. O ſi nos fratres mei hoc

Acerba facit dulcia ſol amoris.

Sol amoris etiam oculus dei eſt.



imitemur, ſed ve nobis quia nulla acrior, nec amarior
cogitatio animum noſtrũ pulſat quam inimici. Nulla
viſio inquietior: nulla confabulatio ingratior ſe no=
bis offert. Quis vnquam ferret ſemper ſuũ inimicum
præ oculis inſiſtere ſibi? quis eum in domo ſua pa=
tietur? ſi eis benefacimus: nolumus eos videre: ſi eos
forte amamus (niſi mentiatur iniquitas ſibi) nolumus
eis loqui. O ſancte pater qui in domo tua quæ eſt ec=
cleſia inimicos vides, corã te aſtant, in te mouentur,
viuunt & ſunt, nunquã eos obliuioni trades & ſuper
eos ſolem amoris tui oriri facis. Non ſolũ ergo pater
noſter inimicos diligit, benefacit eis, & orat eos vt
ſaluos ſe faciant in monte gloriæ, ſed pluit ſuper eos:
acſi iuſtorum facta haberent. Immo pluit vt iuſtificẽ=
tur. Cui vnquam baptiſmi aquã denegat, qui non ſo=
lum minime eſt acceptor perſonarum, ſed pluit etiam
dona ſecretiſsima ſuper iuſtos & iniuſtos, velut ſuper ꝑs.71.a.
terrã & vellus Gedeonis? Iuſti ſunt terra benedicta
quibus aqua prodeſt, vt fructum plurimum afferant.
Iniuſti vellus ſunt molles & infructuoſi, qui vtinam
eſſent ſicut lana munda dealbati gratia dei, aſcenden ꝑs.134.b
tes de multiplici lauacro: eis ab amore diuino præ=
parato. Fulgura deus in pluuiam facit inimicis ſuis,
dum ſententię rigorem detinet: ne adhuc inimicos
ſuos feriat. ¶ In eo quod ex euangelio ſequitur vult
Chriſtus oſtendere, quam parui ſit meriti, ea tria quæ
dixit amicis exhibere ſcilicet dilectionem, beneficen
tiam & orationem, nec ab his meritum excludit. Sed
quia vt plurimum naturaliter amicos diligimus & eis
benefacimus & ſalutamus fratres noſtros, & cum in
natura non ſit meritũ, ſed in gratia: ideo ait. Si enim di
ligitis &c. Non ſolũ peccatores ſe diligentes diligũt,
& iuuant & ſalutant. Sed fere & animalia hoc facere

Pluuia donorũ ſuper iniuſtos.

videntur. Eſtote ergo perfecti nõ ſicut publicani ſed ſicut pater veſter celeſtis. Quamuis fratres aliosue amicos ex charitate diligere perfectionis ſit: tamen quia naturaliter fieri aſſolet. Chriſtus paternam perfectionē in amore inimicorũ ponit, vbi non attingit natura, quæ ledentem fugit: immo odit: vnde qñ inimicos diligis ſola charitas operatur, & opus ipſum difficilius eſt: & ipſe amor à difficiliori amplius retardatur conaturq; natura, vt in cõtrarium tendat, ideo patrem celeſtē nobis Chriſtus oſtendit, ad quem violenti aſcendunt, vnde arbitror, quod inimicos diligere eſt genꝰ martirii: & in hoc caſu fortis eſt vt mors dilectio: & dura vt infernus emulatio talium cariſmatum meliorum & perfectorum: vñ vt ait ſeneca, multũ addicit ſibi virtus laceſſita. Et quia naturalis amor in ima fluenter ruit: & ſine aliqua vi impenditur: charitas autem ad amicos ordinata per planum incedit, & per agrum floridum, ſed ad inimicos arcta eſt via & ad cœlum vſq; protenſa vbi non ſine ſcala (vt dicitur) aſcendere valemus, ergo vt faciamus, ſecundum exemplar amoris monſtratum eſt: ſequitur in euangelio. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Iuſtitia noſtra amor ipſe eſt, qui animas iuſtas reddit, & in quo fundatur omnis lex iuſtitiæ, tamen in hoc caſu locum non habet amor coram hominibus, qui non dicunt eſſe iuſtitiam: niſi vbi ſimilia ſimilibus compenſantur, & cum inimici odium inferũt, locum apud homines habet quod dictũ eſt antiquis ſcilicet odio habebis inimicum tuum. Sed noua lex & chriſtianus qui in nouitate ſpiritus & in dilectione ambulare debet iuxta id. Qui ſpiritu dei aguntur, hi filii dei ſunt.

[Iuſtitia noſtra apud patrem eſt amor.]



Hic non ponit iuſtitiam ſuam ideſt amorem ſuum erga inimicum coram hominibus, vt videatur, & iudicetur ab eis, ſed mente aſcēdit ad patrem celeſtem & ait. Pater peccaui in cœlũ & coram te, & lucratus ſum te inimicum gratis, tu tamen monſtrans te eſſe patrē, non eſt oblitus, quod es pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, ideo inimicum me dilexiſti, amaſti, vocaſti, benefeciſti, hanc vicem tibi impēdere teneor: & hunc vltimatum amorem ſcilicet qđ inimicum ipſe diligam, quia cum creſcunt recepta, creſcit receptorum debitum. Tu ipſe nunquam inimicus es, oſtende ergo quem elegeris cui talem amorem, quem tibi debeo impendam ſcilicet amorē inimicorum: ad qđ ait deus. Diligite inimicos veſtros propter me. Ecce iuſtitia noſtra apud patrē noſtrum ſcilicet ꝗ diligam inimicũ, quia prior ipſe me inimicum dilexit, quòd ei dimittã hanc noxiam: quia mihi [Gen. 50.] multo amplius dimiſſum eſt. Indigno pepercit pater indigno inimico parcam & ipſe, & iuſtum eſt gratis dare, quod adhoc gratis recepi, nolo frangere pontem venie per quem ad deum tranſiui: maneat pons per quem tranſeat inimicus. Ecce ergo qualiter inimicorum amor iuſtitia eſt apud deum & patrem, cui talia in ſe vel in ſuis me oportet præparare: qualia ab ipſo recepi. Non cures ergo videri ab hominibus qui non diuinam, ſed humanam iuſtitiam quærunt, tibi de vindicta proloquētes, vt exardeſcat ſicut ignis ira tua, quibus ipſe reſponde. Homo homini ſeruat iram, & à deo quæret medelam? in hominem ſimilem [Eccleſ. 28.a.] ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecabitur? Ipſe dum caro ſit reſeruat iram: & propitiationem petit à deo? quis exorabit pro peccatis ipſius? Memento nouiſſimorum & deſine ini-

micari: memorare timorem dei & non iraſcaris proximo tuo. Cum ergo qui vindicari vult: à deo inueniet vindictam non eſt hominũ iuſtitia quęrenda, ſed patris volentis pacem filiorũ: & nota quod id quod vocatur reſpectu dei noſtri iuſtitia: vocatur reſpectu hominum miſericordia: de qua ſubditur in hoc euangelio. Cũ ergo facis elemoſinã &c. nulla melior elemoſina quam delinquenti errata dimittere: & quanuis teneatur quilibet inimico elemoſinã impẽdere in caſu extreme neceſsitatis, & eũ iuuare vt mortẽ euadat, & eũ docere, ſi nõ habet aliũ inſtruẽtẽ de neceſſariis ad ſalutẽ animæ: tñ elemoſina quã inimico cõmuniter dari debet venia eſt: de qua dicit. Dimitte proximo tuo nocenti te, & deprecãti tibi peccata ſoluẽtur. Ecce quale centuplũ accipies, quia deprecãti tibi peccata ſoluentur. Dimittis peccanti in te: ecce quã parũ, ſed deprecanti tibi, qui peccaſti in deũ peccata ſoluẽtur: etiã ſi ſint ſicut arena maris. Hęc elemoſina faciẽda eſt de celario cordis, & etiam aliam, ſi volueris, de celario domus tuę: ſicut Ioſeph fratribus ſuis qui eum vendiderunt Iſmaelitis: quos de vtraq; elemoſina prouiſit: & hoc propter reuerentiam patris eorum de quo narrantur ei à fratribus hęc. Pater tuus pręcepit nobis antequã moreretur: vt hęc tibi verbis illius diceremus. Obſecro: vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorũ: & peccati atq; malicię quam exercuerunt in te, nos quoq; oramus, vt ſeruo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Ecce qualiter fratribus ſuis peſsimis Ioſeph propter patrẽ iniquitatẽ dimittit: quod Chriſtus in hoc euangelio, nobis voluit commendare dũ dicit: q; turba non ſit ante nos: qua in ſinagogis ad diuina ſacrificia homines congregabantur. Cum ergo hoc ſacrificium dimittendi peccata inimico facis, nõ

Eccleſi. 30.a.
Elemoſina amoris.
Eccleſi. 38.a.
Ge. 50.c.



id facias laude humana, ſed cogita quòd patri tuo dimittis iniquitatem, quam inimici exercuerunt in te. Alioquin ſi id facis propter homines: vt te honorent recepiſti mercedem tuã: quia vt ait Hieronimus, non virtus ſed cauſa virtutis apud deum mercedẽ habet. Si vis ergo q; pater tuus qui eſt in abſcondito cordis & intentionis tuæ reddat tibi, neſciat ſiniſtra tua, quæ eſt gloria mundi, quæ dormit in ſinu tuo, à qua te obſeruare debes, hæc ſenſualitas neſciat, nõli eius accipere in tanta re conſilium ſed dextere, illam amputa hæc operetur opus dei, quæ eſt fides charitate formata. Patrẽ ſequere animæ non corporis, & loquere bona inimico tuo, vt refrigeretur iuxta id. Nonne ardorem refrigerabit ros: ſic verbum melius quam datum. Cum inimicum ſalutas, deum adoras, & vtriuſq; ardorem iratum extinguis, quoniam pietas ad omnia valet: promiſsionem habens vitæ gratiæ quæ nũc eſt, & futuræ quæ erit in gloria: ad quam nos perducat Ieſus Amen.

Eccleſ. 18.b.

## ¶DOMINICE PRIME QVADRAGESIME ſermo. 28. de ignorantia praua Demonis iuxta euangelium. THEMA.

Surrexit interea rex nouus ſuper Egyptũ qui ignorat Ioſeph. Exod. 1. b.

¶Inuocatio ad virginem.

QVanuis dicatur quòd omnis Egyptus ſubdita, immo & tributaria fuerit Pharaoni: & ideo merito non ſolum reſpectu filiorum Iſrael, ſed etiã propter egyptios (vt notat origenes) dicatur domus ſeruitutis: tñ terram ſcimus ſacerdotalem fuiſſe à captiuitate immunem, quia ex ea oriundus erat Chriſtus ſacerdos in æternum, qui eam ſibi

Immunitas marię

cõſecrauerat ante ſecula. Si ergo ſacerdos & rex chriſtus omnes liberare venerat: iuxta id. Si filius vos liberauerit, veri liberi eſtis, quanto putas liberiorem fore matrem eius, in cuius mortali corpore nunquam regnauit peccatum? quotidie nos experimur aliam legem ſeruitutis in membris noſtris captiuantem nos in legem peccati: ſed terra ſecerdotis magni nulla lege tenebatur quoniam in Egypto duplex erat lex, prima contra Egyptios: qui tenebantur quintam partem regi dare, ſecunda contra hebreos quam quidẽ arbitror acerbiorem, quia aduene erant in terra non ſua: vnde & ſe & ſua ſubiacuiſſe puto ſeruituti. & iuxta hanc duplicem legem eſt duplex malum in nobis animæ & corporis: vtrunq; enim amplectitur peccatum originale: & vtrunq; fecit & ſubiugat. Depredatum eſt enim animam meam, & adurit carnem meam ſub Egyptiaca ſeruitute: ſed terra ſacerdotalis Maria nullo tenetur vinculo, cui quintam partem dedit & in qua laterem igne ſpiritusſancti decoctum fecit, quo eccleſia fundatur: vnde propterea munda ſeruatur. Quia non regnauit peccatum in mortali corpore ſuo, & anima eius magnificat dominũ, qui eam totã liberauit: vt libera eſſet iuſticiæ quæ ait. In viis iuſticiæ ambulaui. Prima via eſt immunitas animæ, ſecunda immunitas corporis vtrunq; enim gratia occupat quia ſtatim quo eam angelus vidit totam occupatã à gratia ex hoc eam ſalutauit: nos admonens vt ad eã pro gratia obtinenda recurramus dicendo Aue.

¶Argumentum dicendorum.

Regnũ quo antiquius eſt melius. ¶Reges & vina eodẽ modo probanda veniunt, nam quo antiquiores, dicuntur meliores, non ſolũ quo ad ætatẽ, quia væ terræ cuius rex puer eſt. ſ. ſenſu ſed quo ad lineam regiam, qua propagantur, & quo ad regni durationem: vnde dicitur de deo. Regnum tuum regnum omnium ſeculorum. Seculũ vt aiunt, ſpacium eſt quinquaginta annnorum: & quoniã ex quo factus eſt mundus, nunquã defuit in eo qui coditorem mundi cognoſceret, & adoraret, nec deficiet vſq; ad iudicium: ideo eius regnũ dicitur omniũ ſeculorum. Sed interea dum eſt regnum dei in terra, quod eſt eccleſia: nam in Egypto mundo ſcilicet eſt regnum dei, quanuis non ſit de hoc mundo: vt Pilato dictũ eſt. In terea ergo dũ regnũ dei peregrinatur in terra, ſurgit arroganter nouus rex nõ ſolum ſuper filios ſuperbiæ egyptios ſcilicet demones principes tenebrarũ ſed regnare vult ſuper omne q; eſt in egypto: & fieri princeps mundi huius. vnde oſtendens in hoc euangelio omnia regna mundi: ait. Hæc mihi tradita ſunt: & cui volo do illa. Iſte ergo nouus rex ignorabat noſtrũ ioſeph: qui eſt antiquus rex cui demon collatus recens dicitur quia iſte rex noſter ab æterno regnat cũ patre deo: & antequã conciperetur eſt ei promiſſum regnũ Dauid patris eius, qui etiam natus eſt rex, & obiit in cruce rex iudeorũ morte regnum confirmans. Hic & opere & nomine eſt verus rex, quia ſemine & frumento ſuæ doctrinæ, vt alter Ioſeph, mundũ ſubiugat voluntariæ, & ideo vocatur lingua egyptiaca ſaluator mundi: lingua namq; celeſti vocatur deus filius dei, ſed hic, in egypto frequentius vocatur ſaluator mũdi. Iſte ergo tam verꝰ ac rex antiquus ignorabatur à nouo rege Pharaone qui interpretatur vindicans & eſt demon, qui cupiẽs in cœlo regnare ſuper aſtra dei, nõ valuit & cadens inde: nunc ſe in terra vindicare vult regnando ſuper Egyptũ non tñ ex deo quia ignorabat Ioſeph, q vere tranſfert regna atq; cõſtituit reges. Et quia ſolum Ioſeph & ſuos timet: ideo ſcire nititur

Chriſtus eſt rex.

an ipſe ſit qui regnaturus eſt ſuper Iſrael: vt ſe cautius ab eo caueat ad ſecurius regnandũ ſuper Egyptũ. De duobus ergo iuxta thema in ſermonibus agã. In primo de ignorãtia demonis: in ſcd'o de mõ quo regnat

Diuiſio.

Prima ps ¶ Cum in hoc euangelio dicatur: quòd Chriſtus ductus ſit ab ipſo ſpiritu qui manſerat ſuper eum, ductus inquã: vt tentetur à diabolo, & ad eum tentator acceſſerit: & tentatio ſit experimentũ ſumere de ignorantia & Chriſto demon tentatiuam fecerit per argumenta: nunc congruit de eius ignorantia agere: quæ quo ad præſens fundatur in Chriſti occultatione. Admodum enim occultus deſcendit Ioſeph in Egyptum & tam diſsimulatus: & tam media nocte ingreſſus eſt Egypti vt promiſerat filius dei: ꝙ nouus rex etiã inueteratꝰ malitia ignorauerit: nec mirum quia ſcriptũ eſt. Semitam ignorauit auis, quanuis ſit ipſe callidior cunctis animãtibus terrę. Filius dei venit animatus de cœlo: & ſuper omnes eſt: & à celantibus ſe abſcondit conſiliũ aduentus ſui. Nullus hominũ poteſt ſcire conſilium dei: & ſolus demon callidior nobis ſcrutatur illud. Tñ ſi ſecundum Augu. ipſe Lucifer tentator eius fuit: & vt ait Gui. pa. inter demones quia maior eſt in malitia eſt etiam maioris ignorantiæ: qui intellectus ſequitur affectũ prauum. Et cum lucifer malitia maior ſit ſequitur ꝙ ignorantiſsimus eſt. Nec militat hoc cõtra Dionyſium: qui aſſerit naturalia in demonibus remanſiſſe integra, quia in hoc nõ innuit niſi ꝙ deus ipſe ea non minorauit, aut deturpauit, & tamen omne peccatũ aliquo modo eſt contra naturam, & eam deturpat ſuper carbones per malos habitus, & cum omnis malus ſit ignorans: ſequitur ꝙ magis malus amplius ignorabit. Vnde Origenes põderans quòd demon confitebatur Chriſtum eſſe filium dei dicens.

Ignorantia diaboli.

Iob.28.b



Veniſti ante tempus torquere nos ait. Conſidera qđ minor in malitia nouerit ſaluatorem, qui vero maior eſt in ſcelere & malitia, eo ipſo quo in malo maior eſt, impeditur noſſe Chriſtum filiũ dei veniſſe. Sed attende quòd quãuis malitia vt ait ſcruptura cecum faciat peccatorem: quo dicitur. Trãſlatus eſt ne malicia mutaret intellectum eius alias quidẽ taliter inſtat ei, & eũ ſolicitat, ꝙ faciat eum multa cõiectare, & ſcire, vt patet in luthero, & aliis hereticis, quibus ipſe callidior ad calliditatem apperuit viam. Vñ dicitur Sapientes ſunt vt faciant mala. Iam ergo ex malitia, quæ multa docet mala, & ex rei magnitudine demon ſuſpicatus eſt aduentum ſuperioris ſe, quia tñ negotium non potuit ita abſcondi: quin ſigna aliqua viderentur. Nã demon memor erat paſtorum & magorũ, Simeonis & Anne, ac diſputationis in templo, quę ſupra curſum puri hominis videbãtur tñ tũc ſiluit: qa nulla viderat ampliꝰ opa xpi: qui latuit deinde vſq; ad annos triginta: cuius ætatis erat Ioſeph qñ eductꝰ a carcere magnificatus eſt in Egypto. Sic xp̃s in quo ad integrũ completa eſt figura, noluit à vita infima exire nec publice honorari vſq; dum triginta eſſet annorũ: vt res matura videret. Tunc vt alter Ioſeph triticũ cepit animarum in horreo eccleſiæ congregare cum ventilabro prædicationis, & factum eſt ei: hoc quod dicitur de Ioſeph. Tulitq; anulum de manu ſua: & dedit in manu eius, veſtiuitq; eum ſtolla biſsina, & collo torquẽ auream circumpoſuit: fecitq; eum aſcẽdere ſuper currum ſuum ſecum clamante precone, vt omnes corã eo genu flecterent: & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſe terræ Egypti. In anulo regio poteſtas patris data Chriſto velut ſub anulo piſcatoris deſignatur, quæ tanta eſt vt cœlos aperire poſsit quibuſcunq;: qa ideo

Chriſtus eſt Ioſeph.

Ge.41.c.

cœli in Iordane aperti ſunt ſuper eum. In veſtitu biſ-
ſine ſtolle ſignatur ſpiritus ſancti abundãtiſſima gra
tia quam alba columba præfigurat: & hęc gratia non
datur pro ſe quia ad ſummũ habet, ſed ꝓ ſuis, & ideo
dicitur ꝙ manſit ſuper eum vt ſcilicet alii cõmunica-
retur. Datur in ſuper torques quę eſt eccleſia qua chri
Eſa. 22. ſtus ornatur vt dicit Eſaias. Cui iubetur vt ipſum au-
diat. Item eũ ſedere ſecum fecit rex deus in curru ſuo
hoc eſt in eſſentia qua eſt ſimul cũ patre, quę dicit̃ cur
rus glorię chriſti, & ideo vocatur filiꝰ dilectus in quo
ſibi pater complacuit. In curru Ioſeph eſt ſecundus à
rege, quia filius in eſſentia, eſt ſecundus à patre. Præ-
co clamans eſt Iohannes qui tot præconia intonuit
Chriſto, vt etiã eius diſcipuli ſequerẽtur Chriſtũ reli-
cto Iohanne. Imo & pater ipſe Chriſti preco fuit, qa
in chriſti cõmendatione vox de cœlo facta eſt. Sic er
go innouata ſigna, & mirabilia immutata videns de
mon, ignorat an xp̄s ſit filius dei, quia hoc dato indu
iere. 17. b bitanter, ſcit impleri a ꝓpheti illa, qua de ipſo dicitur.
Perdix fouit quæ nõ peperit, fecit diuitias & nõ in iu
dicio, in dimidio dierũ ſuorũ derelinquet eas, & in no
uiſſimo ſuo erit inſipiẽs. Perdix vt dicunt gloſſe oua
aliena fouit, & nutrit, educẽs pullos q naturali inſtin-
ctu eã relinquũt: & matrẽ naturalẽ ſequunt̃ educti, ſic
demon peccatores dei facturas nutrierat: & totã gen
tilitatem vſqꝫ ad chriſti aduentũ poſſederat, viribꝰ &
poſſe omnia nutriens, & fouens: tñ q̃ñ ea quæ omniũ
bonorũ mater eſt ſapientia, xp̄s dedit in plateis mũdi
vocẽ ſuã, pręd icãs penitentiã & appropinquari regnũ
cælorũ: relicta eſt ꝑdix ab eis quos nutrierat. Vñ dicit̃
in Pſal, Ciuitates eorum. ſ. demonũ deſtruxiſti. Quia
ydolis reiectis ibi iam colit̃ chriſtus, diuitię autẽ quas
demon fecerat, ipſi ſunt peccatores: quos vẽdicat ſibi



Et dicuntur non eſſe in iuditio: quia tunc fiunt demo
nis quando relinquunt rationis iuditium: & memoriã
iudicii dei iuxta illud. Aufers iudicia dei à facie eorũ.
Has diuitias & mundi gloriam in dimidio dierũ ſuo
rum derelicturus erat, vbi attende, quòd ſi hos dies
ad Chriſtum referas, vita humana communiter ſtat
in. 70. annis: quorũ dimidium ſunt. 35. quo tempore
Chriſtus iuit ad portas inferi ſpoliandi: iuxta id. In di
midio dierum meorũ vadam ad portas inferi. Nam
tunc erat Chriſtus. 35. annorũ: quia tribus annis & di-
midium p̄dicauit ſuper triginta: & iuxta decẽ mẽſes
fuit in ventre Mariæ à primo inſtãti homo: vñ ab eo
quia ex tunc vir fuit, computa dies eius & inuenies ꝙ
ſpoliat infernũ cum eſt fere. 35. annorum. Dicitur vl-
traꝙ demon in nouiſſimo ſuo erit inſipiẽs & nouiſſi
mum eius eſt q̃ñ facit vltimũ potentiæ ſuæ, quo facto
contra Chriſtũ adeo inſipiẽs manſit: ꝙ ei valeat dici.
Cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. Cani demo- Oſee. 7.
nis ſunt experimẽta eius ad decipiendũ probata. Mul
tos deiecerat his tentamentis quibus Chriſtũ aggre-
ditur: tñ ignorans manſit. Iam ergo poſtquã Chriſtus
à iordane aſcendit homo tota trinitate aſſociatus, de
ſertum petiit: vñ incipit euangeliũ. Tunc ductꝰ eſt Ie
ſus in deſertum &c. Nũc ad literã nota, ꝙ Chriſtus nõ
inuaditur à tentatore, niſi eſuriens, quia neminẽ de-
mon tentat niſi occaſione accepta. Nec chriſtũ hacte
nus tentarat: quia cũ in faciẽ ei Chriſtus reſtiterat, fu-
giebat ab eo iuxta id. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vo
bis. Sed vt ei locum accedẽdi daret, nimis voluit eſu-
rire: qa demon nimis afflictos inuadit. Scimus ꝙ puer
amalechite, dominũ ſuum fame compulſus negauit:
dũ ab eo deſertus eſt. Et Eſau paruo edulio progeni-
ta vendidit: & ꝓpter parum mellis ſententiam mortis

hominis corſciri poteſt.

Ionathas incurrit. Poſtquam ergo ieiunat. 40. diebus & tot noctibus eſuriit, & memor demon illius dictir, cum eſurierit inimicus tuus ciba illum, accedens (qui hactenus fugerat) lapidibus onuſtus ait dño. Si filius dei &c. Dic inquit quaſi ipſe deus quia ipſe dixit & facta ſunt omnia. Non ignorat demon ꝙ Chriſtus ſit filius dei adoptiuus: quia hoc facile valet ſciri, cum corda hominū manifeſta ſint prudentibus: ſicut in aqua vultus clarent proſpicientium. Et ex fructibus cognoſcantur homines: & per foramen oris pateat arcanum cordis. Et ab occurſu faciei ſuæ cognoſcatur ſenſatus. Quærit ergo demon an Chriſtus ſit filius dei patri conſubſtantialis, quia ſcit patrē non eſſe ſterilem. Tamen dic tu demon, ſi diuinus filius dei eſuriet, qui dat eſcam omni carni quid eſſet nobis: nonne periremus fame? Diuinus filius dei eſurire non poteſt, ſed humanus, vel humanatus, qm̄ ſciebat tentator ꝙ talis futura erat vnio humanitatis ad verbum, quòd ibi fameſcere poſſet filius dei iam ergo ſcire demon cupit, an homo quem eſurire cernit, vnitus ſit filio dei verbo æterno ypoſtatice. Pro hac ergo ignorantia intulit Chriſto ſi filius dei es &c. Sed vt meminerimus ignorantias eius dicamus ei. Hoc quod ſcire cupis nonne melius ſcies dicēs Chriſto. Si filius dei es ſubſtentare in verbo cui vniris? Nam ſi efficientia eſt in verbo verbi: cur non erit in ipſo verbo? Quid opus eſt vt dicat? ſi velit? Melius eſt vt abſq; pane tranſeat, quam quod eū ex lapidibꝰ faciat: ideo ingereri. Si filius dei es, non eſurias, neq; ſitias iterum. Sed vt amplius arguam te, & ſtatuā contra faciem tuā inſipientiam tuā, quid conſequentię habet, ſi filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant? Eſto quòd fecerit de tuis lapidibus panem: nam ſi ob hoc crederes crede



quoq; filium dei fuiſſe Moyſem qui fecit mirabilia in Egypto, diuiſit mare rubrū in diuiſiones: eduxit aquā de petra. Et Ioſue qui aperuit iordanem, ſolem detinuit: proſtrauit funditus muros hierico. Crede etiam filium dei Heliā, qui mortuum ſuſcitauit, pluuiā poſt tot annos impetrauit & ignem de cœlo. Crede ſimiliter filium dei Heliſeū: qui plura fecit miracula. Sed forte reſpondebis: ꝙ iſti hæc fecerunt implorātes dei auxilium, & tu vis, quod Chriſtus poteſtatiue hoc faciat, & ideo iubes, vt dicat ſolūmō quia ꝑ verbū facta ſunt oīa, ſed hæc eſt tua peior demētia, qa intra cor ſuum orare poterit, ꝙ tibi nullo mō patet: vñ in ſilētio poterit orare, ſicut orabat Moyſes: qñ ei tacenti dixit deus. Quid clamas ad me? nam deſideriū pauperum exaudiuit dñs, non ſolū videtur ignorantia demonis de Chriſto, ſed quod ignoranter tentatiua argumenta proponat pro quo tñ aduerte, quòd tot tentationes in hac prima inculcat, quot lapides Chriſto monſtrat, & taliter reſpondit ille, qui cōprehendit ſapientes in aſtutia ſua, ꝙ vnica ſententia ſatis facit omnibus. Seriatim autē procedamus, & iā quo ad primū ſcire eſt, ꝙ ſatis ſapienter interrogat demon, quia niſi Chriſtus fregiſſet argumentū ſuum, ipſe ſciret in tentum. Pro quo aduerte prius quòd nil contra demonē facit: quæ ex noſtro diximus contra eū. Nam ſi amplius eſt vitam ſine cibo agere: hoc nō releuat demonis ignorantiam erga Chriſtū quia cū ipſe cupiat ſcire vtrum Chriſtus ſit filius dei, & omnē efficientiam poſsibilē haberi in humanitate, habeat tota trinitas, vt diximus, ſicut & in alia quacunq; re ad extra: ſequitur ꝙ ſigillatim de filiatione nihil ſciret. Nō ergo demon ignorat poſſe Chriſtū ſuam ſine cibo ſubſtentare humanitatē, ſed ex illo nullum argumentum ipſe

Miracula per ſe neminē probant deum.

poteratſumere,nec ideo conſequens eſt, aliquẽ filiũ
dei eſſe,ſi per multos annos etiã cum diuini verbi ad
iutorio ſine cibo conſeruetur,quia hæc verbi efficiẽ
tia & præſeruatio à fame nõ ita requirit hypoſtaticã
vnionem,vt illã verbum p̃ſeruationem facere nõ poſ
ſet:niſi in humanitate ſibi vnita. Omnẽ nanq; effitien
tiam quã verbũ in humanitate Chriſti habuit,aut ha
bere potuit omnẽ actionem illã habere potuit,quan=
uis ei vnita nõ eſſet.Sicut de facto illam pater aut ſpi
ritus ſanctus habuit,cui non erat vnita, & ideo ex illa
tali famis carentia non potuit comiicere an filius dei
eſſet.Et vltra hoc ſcias,ꝙ plus eſt in Chriſto lapides
panẽ facere,quã ꝑ totam vitã nõ comedere,quia hoc
ſecundum nõ eſt in chriſto niſi deſitio vel ceſſatio mi
raculi,nam diſpenſatiue comedebat,qui vnitus erat
deo:in quo ſolo viuunt ſancti in cœlo ſine cibo. Ad
illud autem de miraculis ſanctorum quę nõ eos filios
dei concludunt,dicitꝰ ꝙ magis facit ad probationem
alicuius veritatis intentio qua ſit miraculũ,quã ipſum
Intentio miraculi multum probat. miraculum.Quẽ admodum.Hieronimo teſte.Plꝰ fa=
cit apud deũ cauſa virtutis quam ipſa virtus:vñ mini
mum miraculũ verum factũ pro confirmatione ali=
cuius veritatis eam indubitanter concludit,aliter deũ
ſe teſtẽ falſitatis adhibebit & ideo ob miracula chri=
ſti iudei tenebãtur credere eum eſſe filiũ dei,quia ad=
hoc confirmandũ: & illa intentione fiebant: vñ aie=
bat. Opera quæ ego facio:ipſa teſtimonium ꝑhibent
Iudei tenebãtur credere Chriſtũ deum. de me,& teſtimoniũ perhibet de me pater: qui in me
manens ipſe facit opera. Iam ergo miracula quæ=
cunq; non oſtendunt aliquem filiũ dei,quia non ea in
tentione fiunt.Sciens ergo demõ hanc theologiã be
ne ait.Si filius dei es,dic vt lapides iſti panes fiant.Et
eſt ſenſus,in teſtimoniũ huius veritatis,ꝙ tu es filiꝰ de



dic vt lapides iſti panes fiant.Si ergo Chriſtus de lapi
dibus oſtẽſis,panes faceret,non cõcluderet nec ꝓba=
ret ſe eſſe deũ:ſed hoc facere hac intentione:vt oſten
datur miraculo veritas filiationis: optime ꝓbaretur
filius dei maxime apud demonẽ,qui qđ ipſe non fece
rit:bñ nouit dei poteſtate factum.Sed verſe ſunt ei(vt
ait Iob)lapides fundę.i. malitiæ in ſtipulã,quia xp̃o Iob.41.
cum eis nõ nocuit:nec intentũ concluſit. Non eſt enĩ d.
conſiliũ contra dñm.Vt ergo videas qualiter chriſtus
lapidẽ fruſtratus eſt:vide quid reſpõdeat ei. Nõ in ſo=
lo &c.vſq; ore dei.Hoc reſponſum dedit ei:& comu
niter aiunt poſtille ꝙ voluit dicere chriſtus potiorẽ eſ
ſe cibũ mentis quã ventris:alimentoq; animę inſiſten
dũ & non corporis,qa cũ homo cõſtet ex duplici na
tura.ſ.corporea & ſpirituali,& ſpiritualis ſit potior,ei
potius eſt indulgendũ.Hæc dicunt cõmuniter ſuper
xp̃i reſponſum,quæ nec ad ꝓpoſitũ faciunt quãuis ve
ra ſint,nec os demonis opprimerẽt,nec talis ſenſus eſt
dignus chriſto,quo ad p̃ſens,nam ſi hoc dicere voluiſ
ſet:ſtatim demõ replicaret ſic.Bene noui ꝙ potior eſt Abſtinẽtia moderata iuuat imo derata nocet.
cibus mẽtis quam vẽtris,nec aliud aſſero,ſed notũ eſt,
ꝙ vt rationabile ſit obſequiũ veſtrũ, oportet parce &
cum gratiarũ actione cibũ ſumere corporis vt mens
valeat orationi vacare. Ipſe nõ diſſuadeo orationẽ,
ſed cum hoc ſuadeo refectionẽ,nec talem ꝙ ſpiritua
lia impedire valeat,ſed iuuare,quia initiũ vitæ homi Eccleſi.
nis panis & aqua,etiã initiũ vitæ ſpiritualis,vbi in pa= 29.d.
ne & aqua incipientes ieiunare ſolent. Si ipſe tibi ſua
derem:ꝙ nunquã à comedẽdo vacares,nec cura car=
nis in deſideriis ceſſaret,bene quidẽ reſpondiſſes,qđ
non in ſolo pane viuit homo &c.ſed vt melius viuas,
conſulo ne pereas fame ꝙ panes facias ex lapidibus,
& adeſt aqua in fonte ſanato ab heliſeo, quã deuore

bibere potes. Vnde ſecundum Cyprianum quaſi cõ=
patiens Chriſto demon ſubuenire periclicanti naturę
hortatur, vt obaudientem ſibi reddat obnoxiũ, & ſe
de compaſsionis ſpetie reddat acceptũ, quanuis mul
ti ex neceſsitate faciunt virtutem, tñ plures in neceſ=
ſitate deficiunt, & ſic demon cogitauit, ꝙ Chriſtus ne
ceſsitate compulſus obediret ei ne fame periret. Sed
maluit Chriſtus incidere in manus dei, quam in con=
ſilium demonis: & ideo ait. Nõ in ſolo pane &c. Hic
aliquid dicunt: ꝙ demon Chriſtũ cognouerat, & quia
credidit poſt paſsionem ęius perdere regnũ mundi,
voluit Chriſto dicere. Fac vt lapides iſti id eſt corda
iudeorum panes fiant id eſt mollia, ne lapidẽt te, neq;
cruci affigant. Nam ſi hoc faciunt perdam ego re=
gnum meum. Et reſpondit Chriſtus, non in ſolo pa=
ne hoc. i. molli tractu viuit homo hic quem vides, ſed
om̃i verbo &c. vſq; dei: id eſt oportet impleri ſcriptu=
ras, quia iota vnum, aut vnus apex non præteribit à
lege donec omnia fiant. Sed hoc non mihi arridet: vñ
pro vera declaratione nota, ꝙ ſupponebat tentator
deum non poſſe alere hominẽ niſi comuni cibo, quo
vtuntur homines ſub forma comeſtibili, tñ Chriſtus
inſinuat, ꝙ deo om̃ia poſsibilia immo & facilia ſunt:
vbi aduerte quòd Chriſtus contra peruerſos nunquã
adducit auctoritatem niſi in ſenſu literali: nec niſi in
tali ſenſu debet adduci contra alienos: vnde Deut. 8.
dicitur. Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni qđ
egreditur de ore dñi: & loquitur ad filios Iſrael dicẽs.
Afflixit te penuria & dedit cibum manna quod igno
rabas, vt oſtenderet tibi: ꝙ non in ſolo pane &c. nam
deus in deſerto populum aluit manna: quo nunc pur
gantur egroti, & nullo modo poteſt comedi longo
tempore: tamen eo viuere fecit Iſraelitas. Totus na=



turæ curſus in tranſmutationibus poſitus eſt, certum
eſt enim ꝙ nos terram comedimus, tamen prius ver=
titur in panem, & aquã bibimus pluuialem, ſed prius
conuertitur in vinum, qñ per vitis radices prodiit in
vuas, & ſic demon hac trãſmutatione voluit vti chri=
ſtum ſubito facta, vt ſe aleret, non attendens ꝙ facile
deo eſſet alere homines etiam ipſis lapidibus, qui vẽ=
ro paſcit coruum: & ſtructio carbones ignitos come
dit. Putabat ergo demon ꝙ ſicut natura non poteſt
præbere hominibus lapides comeſtibiles: niſi eas in
agro prius cõuertat in panes diuerſis mutationibus,
ſic Chriſtus nollet vti lapidibus ad eſum, qui hoc poſ
ſibile fore deo: reſpõdit. Vnde aduerte ꝙ literalis ſen=
ſus verborum Chriſti ſecundum abulenſem ſuper
Matth. eſt iſte. Homo nõ viuit in ſolo pane, ſed in om
ni alia re: qua eũ viuere iuſſerit, ac nutriri deus, cum
ergo deus ſuos alere poſsit lapidibus, ſi ego ſum filius
dei, lapidibus ipſis cibari potero. Non ſine miſterio
Chriſtus non mutato ſenſu ſcripturæ mutauit verba
nam illic dicitur in omni quod egreditur de ore do=
mini: ipſe autem dixit in omni verbo quod procedit,
vbi non vertitur ſententia ſed conuenientius aptatur
ſpecialiter alicui: nam verbum in ſcriptura accipitur Eſa.39.b
ſepe pro quacunq; re, vt qñ dixit Ezechias, ꝙ non fuit
verbum, quod non oſtenderit nuntiis Babilonis. Et
proprius accipitur verbũ pro ipſo filio dei: vñ Chri=
ſtus ſententialiter dixit tentatori, quòd homo poteſt
ali in omni re quam dñs locutus fuerit, vt comedat ta
liter ꝙ vis alendi & nutriendi hominem magis inni=
tatur in dei iuſsione & locutione de illa, quã in ipſa=
met rę. Et cum hoc voluit addere ly verbo & mutare
ly egreditur in ly procedit, vt ſibi poſſet conuenire
ad vnguem ſententia illa, ſed ſtando in primo, fregit

Chriſtus demonis argnmentum,illud euetens,& ſer=
penti draconiq; illudens,docuit vitare ambages volũ
tatis humane,& totum dei præcepto committere,qui
omnia quæcunq; voluit fecit in cœlo & in terra & in
omnibus abiſsis. Et planius dixit. Si ipſe filius dei ſum
nihil vetat lapides edere: nec ſolo pane viuere co=
gor. Non ergo in ſolo pane id eſt in ſua diſpoſitione
viuit homo,quia incerte ſunt ꝓudentię noſtrę,ſed vi
uit optime in omni verbo,eũ diſponente:qđ ad ho=
minẽ dirigendũ in omnibus procedit de ore dei, cui
nõ attendunt illi,de quibꝰ ipſe conqueriť dicens. Os
Secundꝰ lapis eſt pertina= cia diab. meũ non interrogaſtis.¶ Alio lapide voluit demõ ꝑ=
cutere chriſtũ.ſ.ſua pertinaci voluntate, optans vt ſe
proderet:tñ ipſe xp̃s in eadẽ ſententia dixit,quis ipſe
eſſet:& tunc allegorice eſt ſenſus:homo iſte quẽ eſu
rire cernis:nõ in ſolo pane viuit naturali, ſed in omni
verbo ſubſtãtiali quod ab æterno ꝓcedit de ore dei
patris:quia verbum illius eſt. Suppoſitatus eſt homo
quẽ vides in omni verbo.i. in illo verbo per qđ fa=
cta ſunt omnia. Vñ ly omni denotat perfectionem ſi=
cut qñ dicitur,time deũ & mandata eius ſerua,hoc eſt
Ecclesi. 12.d. omnis homo.i.faciens hoc habet perfectionẽ inte=
gram. Caro chriſti, etiam dicitur omnia caro,ibi,vbi
ait Maria. Ego quaſi nebula tegi omnem carnẽ,& ſic
verbũ dei dicitur omne verbũ,quia ꝑ illud omnia ha
bent eſſe:quod eſt omniũ contentiuũ. Vñ quia chriſtꝰ
vixit vita diuina,de hoc reſpõdit demoni,quaſi dice
ret,ꝙ mirum eſſet,quòd comedebat: qñ ſi mo yſes pa
ſtus eſt.40.diebus cõſortio ſermonis domini, cur nõ
ſemper paſci potuit Chriſtus vnione verbi, quod eſt
Tertiꝰ lapis eſt deſperatio. panis viuus:& viuere facit in æternũ.¶ Tertius lapis
demonis cõtra xp̃m fuit deſperatio, nã de impatiẽtia
eum lapidibꝰ tentauit,qa repreſentans lapides,clarũ



eſt quòd opere dicebat ei. Iam multũ ieiunaſti, & ec=
ce cibus tibi à deò præparatus.ſ.lapides,quos tu vide
ſi in panem potes cõuertere:alioquin nõ porcorũ ſed
nec demonũ edulium habes: tanta deo eſt cura de te
Simile eſt illud ꝓphete. Vanus eſt qui ſeruit deo, & ꝙ mala.3.d
emolumentum,quia cuſtodimus præcepta eius, & qa
ambulauimus triſtes coram dño exercituũ:ergo nunc
beatos dicimus arrogantes ſiquidẽ ædificati ſunt fa=
cientes impietatem:& tentauerunt deũ & ſalui facti
ſunt. Huic lapidi peſsimo reſpondit Chriſtus:ꝙ non
viuit homo tranſitoria cõſolatione quæ eſt panis mẽ
dacii,ſed in lege dei,& in omni lege dei vt nec iota
vnũ,aut vnus apex prætereat, donec omnia fiãt pro
pter amorem illius, à quo procedit,vt faciunt filii, &
nõ propter mercedem tantũ vt mercennarii:qui nũc
abundant panibus. Vbi nota quod celeſtia bona dicũ
tur ex ore dei procedere,quia illa ſepe ſuadet:terrena
autem quia diſſuadet nõ ita procedere dicũtur. Re=
pete ſemꝑ quomodo adhuc dato tam ꝓfundo reſpõ
ſo rex nouus ignorat Ioſeph,qñ inſipiens remãſit de
mon.¶ Quartus lapis, quẽ Chriſto demõ intulit ſpiri Quartus lapis eſt cor pec= catoris.
tualiter eſt cor peccatoris(ſecundũ Orige.) quia ipſe
hominũ corda lapidea & dure ceruicis fecerat,& vult
videre,qd Chriſtus ſentiat de hoc:an poſsit inter di
cendũ & prædicandũ talia corda in panes propoſitio
nis deo cõuertere, qđ eſt opus filii dei,qui de lapidi=
bꝰ iſtis faciet filios Abrahæ. Vult ergo videre,an xp̃s
ei cõtrarius,ſit maioris virtutis in moliẽdo corda ho
minum; quã demon indurando. Et etiã huic lapidi
aptatur Chriſti reſpõſum qa nõ in ſolo pane doctrine
viuit homo,quãuis ſacra ſit doctrina,ſed ab ore dei
ꝓcedit ſecrete aliud verbũ mirabilius,cuius venas &
monitus ſuſurrii eius audiuit auris mea, & audiã qđ

loquatur in me dominus deus loquens ad cor Hieruſalem: nam dum Chriſtus ipſe mundo prædicat, etiã malos ab intus aliquo modo ad ſe quidẽ traxit, quia ipſi aiũt. Vſquequo animas noſtras tollis, ſi tu es chriſtus dic nobis palã. Qui ergo habet doctrinam panẽ fractum paruulis habet. Sed niſi vim verbi & gratiam adminiſtret dñs: non viuet homo audiẽs in ſolo pane: beatus ergo cui dicitur. Dabitur pluuia gratiæ ſemini tuo id eſt doctrine vbicunq; ſeminaueris. Nõ ergo Chriſtus in ſolo pane doctrine hominem traxit ad ſe, vt philoſophi, ſed vltra hoc adiecit quædã vim verbo, & ſic verbum ſuũ erat omne verbum omnem ſufficientiã habens. Ergo ait Chriſtus. O demon non in ſolo pane ſcientię viuit homo, vt tu qui multa ſcis & calles: ſed recipit verbum dei omni genũ, & omni virtute refertum, quod tu reſpuis contentus lapidib⁹ inſipidis mendatiorum, & erroribus falſitatis, quia es pater mendatii. ¶ Quintus lapis gula eſt vt communiter dicitur de quo vbiq; multa reperies. ¶ Sextus autẽ lapis eſſe poteſt demonum aggregatio, de quib⁹ ironice dicitur Chriſto. Si filius dei es dic vt lapides hoc eſt demones obſtinati panes molles fiant, quos Chriſtus renuit conuertere, quia iam damnati ſunt in ignẽ æternum. Noluit ergo Chriſtus primũ miraculum ad eius ſuggeſtionem facere, vt in nouiſſimo ſuo demõ eſſet inſipiens: tam ante Chriſti aduentum quã poſt. Et noluit, quia primum miraculũ ad orationem Mariæ fieri debuit, & non hic, quia aqua legis prius mutari debuit in vinum euangelii, quã lapides gentilitatis in panem Chriſti conuertendi, qñ poſtea hoc per apoſtolos fieri debuit: qui aiunt. Ecce conuertimur ad gentes Attende q; Chriſtus fecit contrarium diabolo, nam ille voluit lapides in panem fieri, & Chri-

Quintus lapis eſt gula.



ſtus panem conuertit in lapides, quoniam ſcriptura panis eſt quæ frangi debet paruulis per varias expoſitiones: hunc panẽ Chriſtus conuertit in lapidem: qñ demonem auctoritate ſcripturæ percuſſit. Prudentia eius vt ait Iob, percuſſit ſuperbum, nõ potentia quia hic Chriſtus non inquantũ deus: ſed inquantum homo vincit. Quam vincendi artem primus docuit dux noſter per totum hoc euangeliũ: quod nos facere debemus: vt in pugna erudiamur: vnde Gregorius. Tentatus à diabolo dñs ſacri eloqui præcepta reſpondit, & qui tentatorem ſuũ mergere in abyſſum poterat, virtutẽ ſuæ potentię non oſtendit, quatenus nobis pberet exemplum: vt quotiens à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. ¶ Attende ergo tibi ô peccator quia etiam nunc demon lapides oſtendit, quos mollitos vult te comedere, ſicut ipſe qui terrã comedit cũctis diebus vitæ ſuæ durante ſcilicet mundo vnde vt ait Chryſoſtomus qui peccatũ conuertit in vſum: lapides conuertit in panẽ. Ideo peccata dicimus lapides quia mala inſipidaq; ſunt palato ſano, demõ ergo vult vt tu dicas id eſt iudices ſaporoſa per errorẽ decept⁹, qđ poſtea doleas ad te reuerſus. Non ſis vt pueri terram comedentes, quia infirmi ſunt nec tibi credas, ſanos perquire quid ſentiant de lapidibus peccatorum ſuorũ. Interroga temperatos, quid de luxuria ſentiãt, quid de gula, ne tu dicas contra caput tuum, & lapidem conuertas in panẽ, quoniam dum retines odium fratris in corde, dũ aliena domi reſeruas, dum concubinam poſſides, dum inuidie indulges dum vaccas comeſationibus, dum animæ tuæ curam negligis, lapides conuertis in panem: quia peccatũ conuertis in vſum. Ne viuas in hoc pane quia mors tibi eſt: ſed in

Sextus lapis eſt peccatũ.

ſeptimus lapis eſt iuſticia.

omni verbo gloriæ dei. ¶Solent etiam peccatores ingerere hæc verba præconi verbi dei, optantes, vt lapides rephenſionum fiant panes ideſt verba blanda, nec eñ volunt audire comminationes ſeuere iuſticiæ, aut minas iudicii dei, ſed panes ideſt promiſſa miſericordiæ, ac rationes indulgentiæ, tñ veriſsimum eſt, ꝙ homo non viuit, dum viator eſt, in ſolo pane miſericordiæ, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei.i. tam in verbo iuſticie quã miſericordiæ, ideo alternatim panem & lapidẽ debemus populo ꝓpinare, vñ tabule lapidee & manna ſunt ſimul in archa cũ illa virga de qua dicitur. Virga directiõis: virga regni tui. Cauete igitur, ne quis vos ſeducat pane mendacii & promiſsionibus vanis, quia & in iudicio dei erunt lapis & panis: nam lapidea verba ſunt illa, ite maledicti, & velut panes ſunt illa: venite benedicti &c. Primus ergo lapis ideſt prima tentatio fuit ſuperbiæ: vnde ait. Dic vt &c. Dic ſicut deꝰ qui dixit: & facta ſunt Secũda tentatio fuit gule. Tertia deſperationis. Quarta potentiæ. Quinta ſapientiæ. Sexta peccati. Septima vero adulationis vt adularetur peccatoribus, miſericordiam tñ eis prædicando, ne tot cõminationes vibraret in eos: Chriſtus autem lapidibus ſuis demonẽ percuſsit. Tamen ſi diuitibus huius ſeculi habentibus magnas domos lapideas loqueretur demon, vt eas in panes elemoſine conuerterent: bene eſſet eis quia obtinerent gloriam Amen.

## ¶SVPER THEMA PRECEDENS SERMO. 29. De duabus reliquis tentationibus, & de noſtris iuxta euangelium: & iuxta figuram præaſſumptam.

¶Inuocatio ad virginem.



Exo. 1.

MAter Moyſi legitur filium ſuũ expoſuiſſe curſui fluĩs, quem fere iam naufragiũ patientem filia regis eripit, & à mortis ſententia liberum reddit, & nutrit, donec iam grandeuꝰ efficitur & cognominatus filius filiæ Pharaonis Quilibet noſtrum ſpiritualiter intelligẽdo ipſe Moyſes puer eſt, quia ex quo nati immo & concepti ſumus expelimur peccato ab ipſa natura matre nr̃a, & mergimur culpe originali. Dum à vulua ꝓgredimur deorſum currimus ad vitia rarus eſt qui ad altiora virtutũ aſpiret. Quis poteſt à fluctibus tentationũ exire? quis diabolum Pharaonem vincere? quis eius iugum malarum inclinationum fugere? quis totam ſuam familiam & deſideria ſalubriter educere ab eius importuno imperio? nemo quippe niſi à filia non regis ſed dei adiutus: quia de ea dicitur. Filiæ Tyri in muneribꝰ vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Diues eſt qui idoneus vt eam oret inuenitur: & ditior fiet cum eam fuerit deprecatus. Sed filia Pharaonis non miſereretur prophete niſi eius audiſſet eiulatus, & ideo vt nos audiat & miſereatur noſtri Maria primogenita dei clamemus ad eam in muneribus ſalutationis angelice dicendo. Aue Maria.

Maria eripit.

¶Argumentum dicendorum.

¶Nunc in ſecũdo ſermone videre eſt, qualiter nouus rex ſuper egyptũ regnet: totumq; mundũ poſsideat, vel ſubiugare nitatur: & qm̃ Chriſtus in mundũ venit quanuis eñ mundus nõ cognouit, ideo quia demõ eſt contra dñm ſemper, voluit non ſolũ tangere Chriſtũ dñm probamentis ſed aduerſus eũ ſe armans etiã ſup ipſum chriſtũ voluit regnare qm̃ ſcriptũ eſt ꝙ extollit demon ſup omne qđ dicit deus. Et ꝑmiſſum eſt ei prelium facere etiã contra ꝑſonam xp̃i: vt innoteſceret

tentatur ſuperbia eius ad timendum & Chriſti humilitas ad
Chriſtus imitandum, & nos potentiam timeremus in demone:
ob ſeptē. & patientiam imitaremur in chriſto. Item vt vires de
monis in Chriſto eneruarentur: vt ait Gregorius, ne
tantum vigerent contra nos. Quarto, vt tentatus per
omnia omnibꝰ ſimilis eſſet. Quinto vt ex eis quę paſ=
ſus eſſet diſceret miſereri expertus malorum vñ non
habemus pontificem qui neſciat infirmitatibus com
pati. Sexto vt victoria capitis membris valeret. Vlti=
mo vt demon merito perderet in Chriſto quod iuſte
poſſidebat in nobis: qm̄ volens mittere falcē in meſ=
ſem alienam, ſuæ perdidit facultatem (vt ait magiſter
ſententiarum) vñ peccatores dimiſit propterea quòd
iuſtum iuſtorũ inuaſit ſegregaũ à peccatoribus. In
prima parte ſermonis videbis quomodo Chriſtum
Diuiſio. voluit ſuo imperio ſubiugare. In ſecunda quomodo
Prima eius membra. ¶ Viſa prima tentatione aduerte nunc
pars. ꝙ voluit Chriſtus locum dare diabolo, ei leuiter re=
ſpondēdo, taliter ꝙ non intelligeret reſponſum, quã=
uis non eſſet reſponſione dignus, ſed indignatione
ſancta vincendus, vel ſpiritu furoris ſiue labiorũ chri
ſti proiiciēdus in tenebras exteriores, tñ paulatim vo
luit Chriſtus agere cum eo: vt nil ſciret demon. Vnde
Cyprianus. Nil certitudinis ſeductor extorſit, ſed du
biis in certuſq; dimiſſus eſt: nec obtinuit vt ſe prode
ret Chriſtus miraculo. Sic ergo demon in cecitate ꝑ
manens calidiora tentamenta perquirit, & vt chriſtũ
ſubiugaret: eum in vanã gloriam voluit erigere de
præterita victoria, putans quē gula non vincerat, va
na gloria ſuperari: quia vt ait Cyprianus. Experien=
vana glo tia rerum didiſcerat: & in multis probauerat vitiorũ
ria eſt p̄= victores ſepe nugis laudationũ corruptos, & cogna=
cipitium tum propinquumq; eſſe virtutibus malum adulationis



Contra hoc malũ nos armat ſcriptura dicens. In die Eccleſi.
honoris tui ne extollaris id eſt in deuotione vel victo 11.a.
ria vitiorum ne appareat cornuta facies tua, eo quòd
dñs tibi ſit locutus nam in loco cinerum iuſſit deus Exod.
proiici veſiculam inflatam gutturis & plumas: ne vo 34.c.
latum incipias vanæ gloriæ attollere. Memorans er= Leui. 40
go demon ꝙ Saul poſt victoriã voluit honorari à Sa 1.Reg.
muele coram populo aſſumpſit Chriſtum in Hieruſa 15.f.
lem. Non ſine tremore legendũ eſt. Aſſumpſit eum
diabolus qui factus eſt vt nullũ timeret. Quid faciet
de nobis qñ ſic Chriſtũ voluit ſubiugare? væ, væ, væ,
terræ, quia deſcēdit diabolus ad vos cum ira magna
ſciens quia modicũ tempus habet. Magna equidem
ira eius, & amara valde, & amariſſima in pace noſtra,
qui ſine demonis inuaſione putamus tranſigere vitã
noſtram cũ talia de Chriſto capite noſtro legamus ad
cautelam noſtrã: vt ſimus pauidi. Iam ergo de modo
quo chriſtum aſſumpſit diabolus: dubium eſt. Cypria
nus enim dicit ꝙ imaginarie ductꝰ eſt ſicut Ezechiel
ſuper flumen cobar. Alii cum Auguſtino dicũt quòd Quomo
eum manu ad manũ duxit in forma humana perſiſtēs do Chri
& dicens ei. Veni quia in eccleſiis benedicendus eſt ſtus duci
dñs, & ob id pergamus ad templũ. Chryſoſtomus au tur in pi=
tem dicit & Ieronimus eum per aera ductũ quòd & naculum
magis credo, nam ſepe ſancti viri volare ſibi viden=
tur & etiã corpus contemplantium ſepe ſolet à terra
eleuari. Et etiam hoc de aliquibus ſanctis legitur, hoc
ergo genere tentamenti Chriſto illudere voluit, per
aera ducens in templũ, ſpirituali ſine ficto volatu quē
ſpiritus ſanctus per terrã duxerat in deſertum. Et vt ait
Hieronimus. Neceſſitatem putauit demon dñi volũ=
tatem, quia ſua artē eum ducebat & vt ait Chryſoſto.
ingerebat demon Chriſto ꝙ ab omnibus videbatur

volare,tamen ipſe Chriſtus ſecretius faciebat vt à ne
mine videretur. Vñ demõ vt rex hay non timuit ag=
gredi verũ Ioſue ignorans inſidias ſibi parari.ſ. deita
tis:& ſic victus eſt. Dũ ergo Chriſtũ ferebat: ei ſubge
rebat. Sanctus es:& beatus quia vide qualiter angeli
deducunt te. Et deniq; ſtatuit eum ſupra pinaculũ tẽ=
pli ſiue cathedram,à qua multos deiecerat,& eum ve
luti ſupra legem & prophetas collocat. Et vt ait Ori=
genes. Chriſtus quodam modo loquebatur intra ſe
dicens. Duc quo vis,tenta vt placet:inuenies me in
omnibus fortiorem. Statuto autem ſuadet inde ſe præ
cipitem dare. Vt oſtendat quòd ad hoc eleuat vt deii
ciat nec aliud vult quãdo applaudit:niſi mordere. ait
ergo. *Si filius dei es* &c. Si multum confidis in eo de
quo dixiſti,quòd in eius verbo viuit homo: non mo=
rieris. *Mitte te deorſum:quia angelis ſuis* &c. Preco in
malos eſt iſte,qui per ſcalam honoris homines aſcen
dere facit,vt eos poſtea deiiciat:ſubſtracta ſcala ꝓſpe
ritatis. Non ob aliud primis parentibus promiſit, qđ
futuri eſſent ſicut dii niſi vt eos compares iumento=
rum faceret. Igitur,ò demon eiecisti eos: dum eleua=
rentur & etiam nos. Sed dic tentator,nonne certius
ſcires:quòd volebas dicendo ei. *Si filius dei es* celum
aſcende: quam mitte te deorſum? nullo modo vole=
bat demon quòd Chriſtus cœlum aſcenderet. Timẽs
ne Chriſtus faceret vere,quod ipſe illudẽs ſuadebat.
Et cum angelos eum recepturos promiſit:vt notat
Orige. Voluit minuere gloriam ſaluatoris:dicens ꝙ
egeret angelorum miniſterio,ne offenderetur:cũ po
tius ſit ecõtra. Et ſi forte alibi ſimile in ſcriptura repe=
ritur,debet intelligi,ꝙ tollent eũ in manibus,tanquã
deum honorandũ,non autem tanquã ſeruum adiuuã
dum,quia quãuis ſe minuerit paulominus ab angelis,



tanto melior eis eſt per gratiam effectus quanto diffe
rentius præ illis nomen habet. Ideo cecidit deorſum
lucifer:qa nõ eſt vſus chriſti auxilio. Et ideo ſerui chri
ſti angelos iudicabũt. Chriſtus noluit ſe deorſum mit
tere & paſſus eſt ſe duci à demone:quia vt ait raban⁹
ad diaboli vel alterius mali inſtinctũ bene poſſumus
altiorem vitã ſequi,non autẽ deteriorem: vñ bene eſt
ꝙ annuncietur Chriſtus in nobis:ſiue per occaſionẽ.
Et hoc ait ne tu dubites altiora ſequi:fugiẽs demonis
ſubgeſtionem & putãs tibi velle illudere,ſed tu eũ illu
de ſequens meliora vota,nõ tamẽ poſtea recedas qm̃
filii Iſrael exierunt Egyptum ipſis egyptiis eos com=
pellentibus,& poſtea noluerunt reuerti,etiã vocati,
& illis arma ſumentibus contra eos. Sic ergo ſanctis
etiam demones ſeruiunt,dum eos tentant,quia occa
ſionaliter in altum eos ducunt: & conſulunt altiora à
quibus poſtea nequeunt eos euellere. Malos ad ma=
lum duxit demon in altũ & male: & bonos ad bonũ
& bene:vñ nil boni poteſt demon impedire quia ad
noſtros deſeruit,ꝓfectus ſolum ſuggerit,qa debilis (vt
ait Hieronymus) eſt hoſtis non vincit niſi volentem.
Dum ergo in bonis tuis vis ab hominibus laudari de
orſum te mittis,deiicis intentionem tuã,& dum præ=
dicator populo placet,& non deo: deorſum ſe ꝓiicit.
Potuit demon chriſtũ ducere ad pinaculũ: & ei dice=
re. Ecce qualiter pro tẽpli vtilitate huc ꝑ angelos du=
ctus es. Et non potuit illũ deiicere: quia nullo modo
tibi nocebit niſi tu volueris noceri. Ne ergo cauſeris
nec in eum culpam tuã reiicias: quia nil mali tibi face
re poteſt. ¶ Videns ergo demon quòd ſic non valuit
Chriſtum ſubiugare:tertium perquirit modum & ad
ſe rediens memorat ſui caſus cauſam notans quòd
quando ipſe voluit in teſtamenti montem aſcendere,

Conſiliũ etiã mali accipe ſi promo=net:aliter non.

Tertia tẽtatio.

&ſuper aſtra dei ſedem collocare: tunc cecidit tanquam fulgur. Cum ergo Ieſus iſte: nunc in terra cæteros antecellat, ſicut tunc ego in cœlo, ſimilitudo perſonarum ſimilem caſum inducet: appoſita ſimili occaſione: ſi non deſit ſolicitudo mea. Hoc ergo baculo ſuffultus: iterū aſſumit Ieſum in montem &c. Dic reliquum euangelii. Cū demon Chriſto voluit mundū oſtendere vt propoſito ſibi gaudio, certior redderetur de promiſſo: & per viſum inuitaretur ad aliud. Tunc eum arbitror duxiſſe ad montem nebo, quia ex eo moriturus Moyſes vidit terram ꝓmiſſionis. Sed aduerte ꝙ per viſum demon allicit hominē. Vnde ait Iob: in oculis ſuis quaſi hamo capiet eum, depredans animā hominis. Bene ſuadere, & promitere poterat demon mundū inuiſum Chriſto, ſed ſcit ꝙ non frangit cor quod non videtur: vnde merito noluit videre Alexander filias darii regis ne victor vinceretur ab

Oculi Chriſti. eis. Sed, ô dñe Ieſu quibus oculis mundum deſpexiſti perditum? noſtri oculi leduntur videntes precioſa, ſed non tui ob dei viſionē: quæ præcioſor eſt cunctis opibus. Et oculi faciei tuæ multum conformes ſunt oculis mentis omnia cernentis. Nos miſeri oculos habentes plenos adulterii: oculis rapimur nil videntes niſi concupiſcentes: oculi autem tui oculi medicātis ſunt non inficientis, vt mei, qui omnia immunda reddunt Oculi Chriſti figurātur in Moyſe de quo dicitur. Nō caligat ocul⁹ Moyſi, quia oculus Chriſti ſimplex fuit: nec concupiſcētia caligauit. Non caligauit ratio qa

Deu.34. non prædominata eī paſſio. Oculus ſingulariter dicitur, non quia luſcus erat: ſed quia non habuit chriſtus oculum ſcandalizantē ſe quem eruere deberet: vt cū vno oculo vitā intraret. Dum ſunt in mōte nebo chriſtus & Moyſes ex parte gaudēt, & ex parte flent. Gaudent quia vident terram promiſſam iam reſtitutioni propinquam: flent quia eā adhuc vident inimico traditam. Dimiſſa ergo iam filiationis quæſtione nō curat, an ſit filius dei ſed aperte ſe prodiit demon: vidēs ꝙ noluit ſe prodere Chriſtus, cui iam in monte nebo ſtanti, ait ſecundum Origenē. Ideo veniſti, vt aduerſum me dimices, & tollas ſubiectos, nolo contendas, nolo nitaris, ne habeas vllam in certando moleſtiam, vnum ſolū præcor: vt omnia tibi cedant. Procidens adora me, & accipe ex nunc omnia quæ vides, mundum & gloriā eius: vbi poteris tuum exercere zelum & ſcientiā. Pone leges: ſtatuta cōde. Indignum eſt tm̄ doctorem & inſigniū operum patratorē ignobili ſcemate obumbrari. Magnanimū magna decent, oblata ergo accipe, & pro tanto munere gratias age. Procidens adora tanti culminis largitorem: hic nota qđ pluſpeccauit nunc demon quam olim in cœlo, cū voluit equari deo, quia nunc non ſolū equari voluit, ſed adorari, & coli ab illo cui ſimilis voluit eſſe: vñ miratus Cyprianus de audatia demonis ait. Inſaniſsime ſathan qua fronte, qua lingua, auſus eſt dicere ſaluatori, vt ante te qui ſtat immobilis caderet, & te damnatum ipſe qui te dānauerat adoraret? qđ deſperate ſperaſti? an filium dei putabas poſſe tecū apoſtatem fieri? ſi de mundo viſibili te iactas habere dominiū, & de eis quæ in eo aguntur, nec cœli nec terrę tu conditor, nec horum aliquid tu diſponis. Sed vt ait poeta polliticus diues, quilibet eſſe poteſt. Tñ ſi aliquid poteſt demon in eis qui regnant, & non ex deo, hoc Chriſtus noluit ab eo recipere: & ratio eſt vt ait Origen. Quia ſaluator vult regnare, & omnes habere ſubiectos, vt ſeruiant iuſtitiæ veritati, cæteriſq; virtutibus vt abſq; labore regnet. Nec ſic vt ipſe regnetur à diabolo: vñ

aít ſcriptum eſt.Dñm deum tuum adorabis & illi ſoli
ſeruies.Quaſi dicat,hos propterea volo mihi ſubie-
ctos:vt dñm deum adorent & ipſi ſoli ſeruiant. Hæc
eſt cupido regni mei:tu autem vade ſcilicet retro me
morans in quanta gloria conditus fuiſti:& in quantã
miſeriam cecidiſti:nolens adorare dominũ deum tuũ.
Vel vade ſubaudi ſecundum Hieronymũ,in ignem
æternũ,in quo verbo finem ponit ei,eũ tentandi vſq;
ad tempus ſcilicet paſsionis,vbi ꝑ vindicta huius miſ
ſionis in ignẽ,Chriſtum fecit crucẽ aſcendere,per os
ſuorum clamans.Crucifige crucifige eũ. Nunc ange
li acceſſerunt qui receſſerant vt bello darent locũ,&
tentatori auſum veniendi,& ne videret chriſtus eorũ
viciſſe auxilio.Nunc accedunt angeli nõ deſcenden
tes de cœlo recenter,quia ex quo natus eſt; cũ eo man
ſerant:vt miniſtrarẽt ei.Non dicit quot erãt,quia mi
lia millium miniſtrabant ei. Nota ꝙ poſt victoriã ve-
niunt angeli aplaudentes,ꝙ eorum vicerat inimicũ
ſolus:quem etiã ipſi omnes in prælio magno quod fa
ctum eſt in cœlo,vix vincerant. Angeli obuiant Ia-
cob:vt confortatus vincat Eſau.Sed nunc poſt victo
Gen.32. riam accedũt Chriſto victori. Non dicitur quæ mini
Miniſte- ſtraſſent ei,ſed cõtemplari poteris,ꝙ cõtraria diabo
ria ange lo miniſtrarũt Chriſto, in quo eſt triplex ſubſtantia.ſ.
lorum. corporis & ſpiritualis animæ & deitatis, primę ſubſtã
tiæ:cibos miniſtrant paratos à Maria non lapides dia
boli. Nec mirum ꝙ cibaria chriſto miniſtrentur poſt
Reg.19. ieiunium:qui ea Heliæ miniſtrarunt:vt ieiunaſſet. Tã
amici ſunt ieiuniorum angeli quòd illud ſuadẽt Tho
biæ & vt ieiunemus vires & cibos miniſtrãnt, vt pa-
tet in Helia,& ne deficiant ieiunantes defert cibaria
Chriſto.Secundæ ſubſtãtiæ Chriſti ſcilicet animæ mi
niſtrant victoriæ laudes congratulãtes Chriſto, & di



centes:domine niſi in ſanguine agni animati nos in
cœlo vt elephantes,minime victoriam tanti inimici
obtinuiſſemus,quem ipſe ſolus nũc quo ad omnia vi
ctum habes,quia in te non habet quicquã nec concu
piſcentiã carnis in deſerto.nec ſuperbiã vitæ in tem-
plo: nec concupiſcentiã oculorũ in monte.Vere nũc
ſcimus,ꝙ non in ſpiritu ſuperbiæ dñs,nec in igne aua
ritię,nec in cõmotione carnali delitiarũ vt vidit,ꝓphe
ta,ſed in ſibilo aure tenuis quo potẽter dixiſti:vade ſa
thana.Nunc ſapientia tua dñe non inuenitur in terra
ſuauiter viuentiũ,ſed in deſerto ſicco:nec in mari quę 3.Reg.
eſt elata ſuperbia ambitione feruens quia non te de- 19.b.
orſum mittis:nec inuenitur nunc in abyſſo auaritiæ, iob.28.b
quia non eſt tecum. Si ergo letati ſunt angeli coram
Chriſto ſicut qui letantur in meſſe ſicut exultant vi-
ctores capta præda,qñ diuidunt ſpolia ſcilicet chri-
ſti.Huius laudis inuitatio ad angelos eſt in Pſalmo.
102.ab eo loco dominus in cœlo vſq; in finem pſalmi.
Sic ergo tollunt angeli in manibus Chriſtum vt exal
tent opera eius & ipſum tanquam dñm, ex eo ꝙ per
humilitatẽ,qua vicit diabolũ ſe miſit deorſum:& nũc
impletur in eo id Iob. Qui ſe humiliauerit erit in glo
ria ſcilicet victoriæ. Tertiæ ſubſtãtiæ.ſ. deitatis mini
ſtrant adorationem,quã ſibi demon poſcebat,& non
cadentes,ſed mittentes coronas ſuas hunc deum ado
rant,viuentem in ſecula ſeculorũ:immo eleuãtur mi-
rabiliter in contemplatione adorando Chriſtũ, quia
adoratio eſt eleuatio mentis in deum: vñ deum ado-
rare,eſt aſcendere,& demonem adorare: eſt cadere.
De hoc miniſterio dicitur in Pſal.102.qui ponis nubẽ
ideſt orationẽ aſcenſum tuum:q ambulas ſuper pẽnas
ventorũ.i.angelorũ:qui facis angelos tuos ſpiritus:&
miniſtros tuos ignẽ vrentem.Latria precipue ſtatim

amore vrente ideſt vrgente & viuido quia vt ait Pau
Secunda pars vbi eſt alter ſermo. lus charitas chriſti vrget nos. ¶ Nunc in ſecunda par
te, videndum eſt qualiter membra Chriſti ſubiugare
nitatur: qd' mire ſcribitur in primo capitulo Exodi:
vbi thema reperi: cui conſequenter adiungitur. Et ait
ad populũ ſuum &c. Narra totũ capitulum. Pro cuius
morali ſenſu conformiter ad præſens euangeliũ ad=
uerte: ꝙ demon dicitur nouus rex quia ſemper noua
quærit: vnde Hierony. ſuper illud: væ terræ cuius rex
Eccleſi. 10.c. puer eſt ait. Væ terræ cuius rex diabolus eſt, qui ſem=
per nouarum rerũ cupidus. Hic rex nouus terræ qui
ſe de mundi dominio iactat, dicitur Pharao: qui inter
pretatur diſsipans ſcilicet omnia quæ ſunt Chriſti: &
ideo alibi dicitur. Cuius nomẽ exterminans, quia om
nia eradicare, euellere, & diſsipare conatur: & ideo
ait ad populum ſuũ. Ad Chriſtum ſolus tentator ac=
ceſsit princeps tenebrarum harũ: ſed contra nos con=
cilium congregat populi ſui: vt populus populum ſu
peret. Populus eius ſunt filii huius ſeculi, & peccato=
res filii ſuperbię, & vitia delitieq;, & alii demones, atq;
omnes heretici, populus eius ſunt: quorum omnium
ipſe eſt rex & caput: qm̃ omnia iſta ei voluntarie tra=
dita ſunt. Ad iſtum populũ ſuum validũ ait. Ecce po=
pulus Iſrael multus & fortior nobis eſt. Iſrael inter=
pretatur videns deũ: & eſt Chriſtus qui facie ad faciẽ
deum videt, quo in cruce mortuo, vt grano frumen=
ti multus acreuit fructus, qui vſq; hodie germinat: vñ
à fructu frumenti dicuntur fideles multiplicati, quia
ex merito Chriſti meſsis multa eccleſiæ dilatatur. Sed
attende ꝙ fortiores ſe, nos dicit demon & ſuis: tamen
vtinam non mentiretur: vtinã boni non eſſent ſicut
racemi, in autumno rari ſicci & deſiccati ſed tanta eſt
diaboli inuidia quòd parum acrementum noſtrũ pu=



tat multum ex eo quòd nullum vellet. Et ideo ait ſuis Opreſſio
venite ſapienter opprimamus eum, ne forte multipli diaboli.
cetur, & ſi ingruerit contra nos bellũ addatur inimi=
cis noſtris: expugnatiſq; nobis egrediatur de terra. Ve
nite inquit vt facto impetu vnanimiter ſimus contra
vnanimes, & opprimamus eum, opprimamus os eius
ne confiteatur, & cor ne conteratur, & manus ne ſatis
faciat, & membra & ſenſus ne faciant: nec cogitent
quæ recta ſunt. Oprimamus eũ ſapienter etiã per au=
thoritates ſcripturæ: vt nunc fecit demon Chriſto.
Sed ſapientia diaboli eſt vt faciat malum: & illud cõ=
ſulat callide & aſtute & caute: aperte & palliate. Opri per luthe
mit etiam nos corporaliter & ſpiritualiter ne multi= rum.
plicemur numero alios conuertendo: vel merito vir
tutes augendo vt bona opera. Opprimere ergo nos
nititur: vt exorte ſpine ſuffocent triticum. Et ratio hu
ius oppreſsionis eſt timor belli ingruentis pro nobis
& contra demones: ſed quæ acies ordinata ad nos ve
nire poteſt contra hos malignos ſpiritus? neſcio aliã
niſi ſit iſta de qua dicitur in euãgelio. Acceſſerunt an
geli & miniſtrabant ei. His enim rex noſter manda=
uit de nobis: ita vt ſi opus fuerit in manibus tollant
nos: ne ad lapides demonis offendantur pedes noſtri.
Addamur ergo his contra demones dimicantibus, ſi
vincere cupimus: puritatem angelicam imitemur. Ti
met iſte ignarus & nouus rex, ne egrediamur de terra
angelis aſſociati, ſicut ille cui dicitur. Egredere de ter
ra tua &c. ſed nos exuamur imaginem terreni, nec in
eius ditione maneamus hoc autem timens ſequitur.
Præpoſuit eis magiſtros operũ: vt affligerent eos one
ribus. Magiſtri malorum ſunt principaliũ vitiorum
rectores, vt vrgeant, & doceant opera carnis. Cõmix ꝑs.105.f.
ti ſunt inter gentes & didiſcerũt opera eorum. Onera

conſcientias grauantia ſunt ſeculi negotia, & ſollicitudines quæ animam affligunt turbatam & diuiſam erga plurima. ¶ Nūc videamus quas vrbes magiſtri faciunt ædificari Pharaoni qui tres iuſſit fieri, quibus etiam tenebantur Iſraelite, nam erant cuſtodiende: vnde contra ipſos ſunt ædificia & fortalitia diaboli: hoc eſt tria principalia vitia quæ in hoc euāgelio voluit imponere Chriſto. Prima vrbs dicitur phiton q̄ interpretatur oris perſuaſio: ſiue bucella eorū quæ eſt gula: quam perſuaſit demon Chriſto. Et quia in gula intelligitur omnis voluptas: ideo etiam interpretatur dilatatio eorum: qm̄ in gula vitia & peccatores dilatantur ad luxuriā, & ad alia mala: qa ideo primo tentati ſunt de gula chriſtus & adā: vt citius in alia vitia ꝓlaborentur. Sed gula ſolū eſt oris perſuaſio, quia ſolū in ea delectatur palatum & non alia mēbra: imo aliis membris nocet: vñ gula eſt minoris delectationis cæteris vitiis, & magis occaſionaliter nocet: & ideo interpretatur phiton bucella eorū ſcilicet vitiorum. Hæc fuit bucella Eſau & iude & de hac dicitur. Omnis labor hominis in ore eius: qm̄ omne quod lucratur comedit: & vtinam nō plus. Sed guloſorum etiā omnis labor futurꝰ erit in ore: vt patet in diuite epulone epulante quotidie ſplēdide: cuius lingua ardet quia poſt prandiū ad murmur cita erat. Ex his ſequitur ꝙ in prādio cautius te ſeruare debes à noxiis: quia tunc vitia omnia reuiuiſcunt. Secunda vrbs dicitur rameſſes, & interpretatur cōfractus à tinea: & eſt auarus quia ſatis cōfractus eſt q cadit corā ydolo auaritiæ, quę eſt ydolorū ſeruitus. Tinea cōcupiſcentiæ eſt in auaro quę eū intus demolliť, vt cadat, & confractꝰ ruit: diabolumq; adorat. Hoc ſolū intereſt à gentiliū ydolatria & auari ꝙ illi in longa forma ydolū habent: & iſte in rotunda

*Gula.* *Eccl.6.c* *Auritia.*



numorum. Et attende quòd quo magis auarus aſcendit in excelſam poſſeſſionem, eo profundius cadit, & confractior redditur, quia tinea eius maior quę eſt cupiditas radix omniū malorum: vñ Eſaias ait. Subter te ſternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes. Intus eſt tinea & cupiditas habendi & auri ſacra fames: quæ ſemper dicit affer affer. Poſtea in inferno operietur vermibus: quoniā eiſdem curis affligetur, & acrius ſub eis cadet: qui nūc eſt ſupra vñ dicitur ſub te erit appetitus eius: ſed in inferno erit ſuper te quo eris oppreſſus à diabolo: & ideo ait Dauid. Diues cū obierit non ſumet omnia, nec deſcendet cū eo gloria domus eius. Bene quidē nō ſumet omnia, ſed aliqua, hoc eſt de diuitiis curas & cōcupiſcentias: & de vitiis affligentia non delectātia ſumet. Gloria nō deſcēdet, ſed ignobilitas & miſeria vt totaliter ſit inglorꝰ. ¶ Vt legit origi. rex Egypti iubet etiā fieri ſibi ciuitas ſolis, quæ falſo nomine ſupbia ſpiritualis eſt, vbi ſe transfigurat demon in angelū lucis: vt patet in hoc euangelio quando Chriſto apparuit in pinaculo tēpli angelica figura veſtitus, & de angelis loquens: & vt ſe chriſtus mittat deorſum per falſam humilitatē, vt ab aliis laudetur, & velut manibus angelicis per applauſum: & extollentiam ſublimetur. Nec immerito ſpiritualis ſuperbia quæ deum tentat, ciuitas ſolis vocatur, quia ſicut ſol cætera excedit aſtra: ſic talis putat in manibus angelicis ſuper aſtra dei, quæ ſunt ſancti, exaltari hominum reputatione. Qui ergo nequiter ſe humiliat, ad diaboli ſugeſtionē & interiora eius plena ſunt dolo, ædificat Pharaoni falſo nomine ciuitatem ſolis: quæ eſt ſuperbia ſpiritualis quam vſq; hodie flagitat, demōꝰ in eccleſia dei: & in pinaculo doctrine: his operibus occupatos demon tenet chriſtianos: vtin

*Superbia eſt ciuitas ſolis.* *Eccleſi. 19.d.*

eis exerceat iram ſuam magnam quia ſi Chriſtum fal
lere non potuit, nos fallendos ſperat & ſolicitat. Sed
de bonis & iuſtis chriſti fidelibus ſequitur: quanto op
primebant eos: tanto magis multiplicabantur, & cre
ſcebant. Quia quo magis in bonis viciorum occaſio
nes creſcunt: ipſi magis increſcunt vñ ait Paulus. Cũ
infirmor, tunc fortior ſum, virtus in infirmitate perfi=
citur: & ratio huius incrementi eſt maius dei auxiliũ,
quod patet in hoc euangelio qñ dicitur: quòd angeli
acceſſerunt Chriſto: vt inuatur ꝙ iuxta nos ſi viriliter
agimus ſunt angeli quoniã & agonizanti Chriſto ap
paret angelus, quia non deeſt dei auxilium tribulatis,
ſed ſuccurrit placatus qui hodie pro nobis eſurire &
tentari acriter voluit. Quod ſequitur, in hac figura
eſt de odio & inuidia & illuſione quibus animas no=
ſtras ad amaritudinem afflictionis perducunt demo=
nes: qa eccleſia oppreſſa eſt amaritudine. Cætera au=
tem ſunt opera dura & ſeruitia, de quibus ait Orige.
Per ſeculum te diſcurrere facit demon: maris & terræ
elementa pro cupiditate turbare, forũ litibus pulſare,
& pro exiguo terræ ceſpite, ꝓpinquos iurgiis fatiga=
re, caſtitati inſidiari, decipere innocentiam, domi fe=
da, foris crudelia, intra conſcientiam flagitioſa comit
tere. In huiuſmodi ſcito te regi nouo militare: quod
eſt mundi huius ſpiritu agi. Hæc ſunt opera dura luti
& lateris. Sed alia rex maliuolus machinatur, quia ob
ſtetrices adducit contra nos: vt necent maſculos, fe=
minaſq; reſeruent. Vbi attende ꝙ non ſolum vult rex
iſte ſua ſibi inſeruire, ſed alia, quia etiam bona ſibi tra
dita putat. Vnde due obſtetrices duo ſunt teſtamenta
quæ pro ſe adducit. Prima vocatur ſefora, quæ inter
prætatur tuba: & eſt lex vſa tubis & data bucina. Alte
ra dicitur phua, & interpretatur apparẽs ſcilicet clare



quæ eſt lex euangelica, non vt tuba rauce ſonans, ſed
apparuit iam in ea, quod latebat in figuris. Sic ergo
demon ſcripturas vocat pro ſe: vt hodie fecit contra
Chriſtum ea ſadducẽs. His ſcripturis iubet maſculos
necare: dum naſcuntur ideſt vitare opera virtutum in
ipſo initio: quod fit qñ demon adducit tibi aliquam
auctoritatẽ, vt vites bonum, faciaſq; malum, & ſi at=
tendis, eam falſo vel truncatam adducit: vt Chriſto
hodie. Et nota ꝙ iſte obſtetrices dicuntur hebreorũ
non egyptiorum: quia non eſt opus vt demon obſce
nas paginas moneat ſed ſanctas vt eas peruertat, qđ
& facit per hereticos lutheranos hodie. Sed timẽt iſte
obſtetrices deum ideſt timorẽ docent. Et ad ſe iterũ
vocat eas rex de eis conquerens. Sed reſpondẽt quia
hebreæ ſciunt obſtetricare qm̃ naturaliter inſerta eſt
nobis ſcientia dei, qua etiam bonũ à malo diſtingue=
re valemus: vt ante malam perſuaſionem ſiue occur=
ſum, pariamus in opere bonũ propoſitum conceptũ
in corde. Et deus obſtetricibus facit domos ideſt ec=
cleſias: quibus doctrine ſancte leguntur. Et domus
ſunt conſcientiæ quibus ſeruantur. Iubet vltimo rex
populo ſuo in flumen proiicere pueros ideſt ſecula=
ribus curis dare virtutes, vt ſuffocentur, & flumen
eſt magnum periculum: quod dicunt mali imminere
bonis inceptis minando, ſed contra hæc omnia dic
vade ſathana: veni Chriſte Ieſu da nobis hic gratiã,
& in futuro gloriam qui cum patre &c.

Lutherꝰ abutitur duobus teſtamentis.

¶SERMO. XXX. SECVNDE DOMI=
cæ quadrageſimæ ex euangelio miſtice. THEMA.
Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri
& Sydonis. Matth. 15. c.
¶Inuocatio ad virginem.

DVm Chananea Chriſtum exoratum habere vellet vocauit eum filium Dauid nos autem Mariam ex oratã cupientes, cuius filiam dicemus eam? procul dubio ipſius Dauid per generationem, qui vocat eam in Pſalmo, filiã non humana teneritudine, ſed ſpe chriſti ex ea naſcitur: vnde, ꝓpterea

maria eſt filius Dauid & dei

dixit in ſpiritui ei. Audi filia. ſ. angelum, & vide. ſ. quem paritura es ideo inclina nuncio aurẽ tuam præſtans aſſenſum. Tñ quia huius filię ꝑtus ſublimis erat, valde potius diuinus quã humanus: addidit ipſe Dauid. Et obliuiſcere populum tuũ, & domũ patris tui. Maria videtur oblita populi ſui, dum vocatur mater dei, quia contemplamur eã extra terminos noſtros, & extra domũ patris ſui, qđ ipſe Dauid pręnoſcens, dixit dum ſubiũxit. Cõcupiuit rex decorem tuũ (rex inquã cœli) qm̃ ipſe eſt dominus deus tuus: & adorabunt eũ Ecce quomodo beata virgo tanto ſublimata honore, omnium inferiorũ videtur oblita, dum cernit filiũ ſuum adorari, & etiam ſeipſam: quoniam propterea ſequitur in eodẽ loco. Filię Tyri in muneribus vultũ tuum deprecabuntur: filię inquam nõ pauce aut qualeſcunq; ſed omnes diuites plebis. Inter filias Tyri Chananea ditior erat in fide: quæ quidem ſi tunc temporis pręſens eſſet Maria potius clamaret poſt eam, quam poſt apoſtolos. Et in muneribus labiorũ deprecaretur vultum virginis. Qñ aliud non eſt ad manũ,

Quibus laudibus Maria eſt exorãda.

loco muneris laudes ſolemus impendere, laudes autem Mariæ quoad pręſens hęc ſint: q. iam vix aut nũquã vocetur filia Dauid, ſed filia primogenita dei ante omnem creaturã honorata, & filia Sion, fuit namq; in Siõ habitatio eius ideſt in arce & in turre altiſſima, ſicut decet filiam principis: quatenus omni diligentia & ſolicitudine cuſtodiretur. Hęc eſt celſitudo cõtemplationis: nam Sion ſpeculatio interpretatur: de qua ſapiens ait. Filia patris abſcondita eſt: vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnum. De hac abſconſione dicitur in Pſalmo. Abſcondes eos in abſcõdito faciei tuę ideſt vbi nullus intuetur niſi facies tua, ò deus, qui delectatur in pulchritudine huius filię tuę abſcõdite plꝰ quam olim Aſſuerus in Heſter venuſtate, quę etiã abſcondita interpretatur: q. autem deus in Marię decore ſibi ſoli noto delectetur: patet per illud canticorũ. Pulchra es amica mea ſuauis & decora ſicut Hieruſalem. Sublima verba ſunt iſta: quibus puchrã ſuauẽ & honoratam matrẽ Hieruſalem celeſtẽ deus vocat mariam, hęc ſunt munera laudum, quibus eius vultũ deprecantes gratiam obtinere poterimus: ſi ei quoque genibus flexis offeramus Aue Maria.

Eccleſi. 42.b.

Can. 6.a.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ In pręſenti euãgelio innuitur: ac depingitur dei aduentus in animam iuſti eum cupientis, ideo baptiſta Iohannes aut Gabriel angelus, aut alius ex prophetis enarraturus deberet aduenire: aut expertus aliquis & ſciens qualiter ſponſus animæ recipi debet, qualiterq; obuiare oportet ei: nam & eius aduentus & animæ obuiario agitur in pręſentiarum: de quibus & ego diſſeram oſtendens quomodo ad animam in anguſtiis detentam venit deus, eam conſolaturus. De cætero autem oſtendam quemadmodum ipſam exire decet obuiam ſalutari ſuo, vt diues deus prior, & pauper anima poſterior ſibi inuicẽ obuient feliciter.

Expertꝰ debet loqui.

Diuiſio.

Altera pars.

¶ Vt ait beatus Dyoniſius: in rerum creatione deus exceſsit, & à ſe egreſſus eſt, quaſi extra ſeipſum factus, qđ quidem mirabile eſt, ac vix poteſt intelligi, nam quo deꝰ ibit, ſi egrediatur à ſe? quo inueniet quietẽ: ſi ſeipſum tranſgrediatur? Si Dyoniſius dicat q. deus exceſsit ſe

In hominum redemptione, credemus ei quia tunc ſe exinaniuit & quodam modo egreſſus videbatur à ſua maieſtate. Verbum infinitũ eſt abreuiatum ſuper terrã: & ita videbatur egreſſus à ſua magnitudine. Tunc manibus impiorũ ſe reliquit, ac ſi à diuina eſſet egreſſus fortitudine, tunc temporis ſit velut leproſus: & ſic iudicatur alienus à ſua pulchritudine: tñ in creatione minime fit ab aliquo iſtorũ alienus: ideoq; non videt̃ egreſſus à ſe. Tñ aduertẽdũ eſt: q; dupliciter deus præter alios modos egredi põt: altero dãdo notitiã ſui altero autẽ amorẽ. In mundi creatione deus notitiã ſui exhibuit. in mundi autẽ minoris iuſtificatione amorem. Exiuit ergo deus à ſe, quia & ſi infinitus ſit, tamẽ creato mundo relucere dignatus eſt, vbi non erat, relucere dignatus eſt in omnibus creaturis. Ignorabãtur atributa dei, quia in ſe tenebat ea: mundo autẽ cõdito, extendit ſe deus, & in ſole poſuit tabernaculum ſuum & ita ſe aperuit: vt pſalmographus dicat. Cœli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firma. Dies diei eructat verbũ & nox nocti indicat ſcientiã: ſcilicet dei. Nulla creatura ignorantior eſt nocte, quæ ipſius ignorantiæ figurã tenet: attamẽ ſcientiam dei nobis indicat, qui diuiſit ſapienter lucẽ à tenebris: & lucem vocauit diẽ: & tenebras noctem. Et hæc vſq; hodie perſeuerant. Modo etiam altero deus egreditur à ſe qñ amorem ſui exhibet, cuius eodem Dyoniſio teſte hæc eſt proprietas: vt amantẽ ſui iuris eſſe non ſinat, ſed eũ transferat in amatum, quod equidẽ fecit amor in deo: & facit. Hunc namq; amoris gradum apoſtolus comendans ait. Eſtote imitatores dei, ſicut filii chariſsimi: & ambulate in dilectione. Sicut & chriſt⁹ dilexit nos: & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ & hoſtiam deo in adorem ſuauitatis. Hæc olim fecit Chriſtus: ſed nunquid ceſſat? nũquid non idem facit in altari quotidie? nonne quotidie fit in manibus noſtris hoſtia pro peccatis noſtris? nonne patri eum offerimus? quod autem offertur, offerentis dicitur: & ad fructũ ſuum immolat illud vel in peccati remiſsionem: vel in gratiarũ actionem, vel ad aliam neceſsitatẽ, qua præmitur repellendam, dũ enim affligimur patri filiũ offerimus, quia ſicut olim puer datus eſt nobis, vt eo patrem placaremus: ſic nũc glorioſus datur nobis Chriſtus ſpiritualiter & ſacramentaliter: vt eo patrẽ reddamus nobis propitium. Ecce igitur quomodo noſtri iuris eſt filius dei p amorem tranſlatus ad nos, noſtris deſeruiens profectibus, de cuius tranſlatione ac fructu incipit euangelium. Egreſſus Ieſus receſsit. Duo hæc verba ſignificantia motum deſignant velocitatẽ venientis, qñ amor deſidiam neſcit maxime iſtius de quo dicitur. Omnib⁹ mobilibus mobilior eſt ſapientia: & ſequitur. Per nationes in animas ſanctas transfert amicos dei: & prophetas conſtituit. Ne piger filius dei putetur ad ſe trãſferendum in eos: qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt ſancti: dicitur mobilior cunctis mobilibus id eſt iuſtis & peccatoribus non confirmatis. Damnati & beati ſunt iam in ſtatu ſuo ſtabiliti: viatores tñ vix in eodẽ ſtatu permanent: dicente Salomone. Septies enim cadet iuſtus, & reſurget: impii autẽ corruent in malum. Septies dixit, vt omnes caſus includeret quos, quoniã ſunt incerti: numero vniuerſitatis expreſsit. Impios autem corruere dixit: quia ſemper in deterius cadũt. Illi ſurgunt de malo in bono, aut de virtute in virtutẽ, hi autẽ de malo in peius ruunt: deus autẽ paratus eſt vtriſq; conſentanea præſtare: ideoq; omnibus mobilior eſt eius ſapientia. Sciat ergo peccator quod nec

Margin notes: Dupliciter egreditur de⁹ — Pſ.18.a. — Sapi.7.d. — Mobilitas dei & noſtra. — Prouer. 24.b.

vnum verbum fatur occioſum: quin iuſticia dei mu-
tetur acrius in eum, & pari forma ſciat vir iuſtus, ꝙ
nec vnam bonã cogitationem aſſumit, quin eadẽ iu-
ſticia promoueat eum in melius: ne capillus de capite
ſuo pereat: vñ propterea dicitur eius ſapientia cunctis
mobilior. Nimis ergo velox egreſſus Ieſus ſeceſsit in
partes Tyri & Sydonis. Nemo hucuſq; in duos termi
nos eodẽ egreſſu viuit: Ieſus autem in ambas dicitur
ſecedere partes: quãuis nobis ſit impoſsibilius quam
Eccleſi. duobus dñis ſeruire. ¶ Hic Ieſu in vtrunq; profectus
34.a. ad prædictã velocitatem eius facit. Sed hoc eſt diſcri
Memo- minis, quia velocior eſt ad ſubueniendum iuſtis, quã
ria infe- ad peccatores puniendos: vñ vt ait Dyonſius, quaſi
ſtatur. nolens recedit à nobis deus: & caput vertit reuocari
deſiderans. Ille autem due partes in quas Ieſus ſeceſ-
ſit eandẽ animã iuſti reſpiciunt, quæ habet regiones
ſuas: ideoq; velocior chriſtus egreſſus in illas ſeceſsit.
Tyrus ergo interpretatur anguſtia, & eſt memoria
noſtra, quæ dum oramus anguſtiat: & cruciat nos iux
Intelle- ta quod ait ſapiens. Sicut parturientis cor tuũ phanta-
ctus fide ſias patitur, niſi ab altiſsimo fuerit emiſſa viſitatio, ne
nauigat. dederis in illis cor tuũ. Ad hoc etiã facit, ꝙ cum qui-
dam philoſophus gloriaretur: dicens alteri ſe artem
memorandi repperiſſe: reſpondit ei. Ego autem ſoli
citus quæro artem obliuiſcendi: ne me tot ſcibilia p-
turbent. Hic erat platonicus: & iſti vacabãt contem-
plationi veritatis ſeparate tam ꝓfunde, vt raptus pa-
terentur, hæc igitur phantaſie ſunt aues irruentes in
ſacrificiũ Abrahæ: quas ipſe ſolicitus abigebat, ſic &
tu abige impertinentes cogitationes: dum oras: ne la
cerent animã tuã. Altera ciuitas dicitur Sydon interp̄
tatur nauis iudicii, & eſt noſter intellectꝰ, quo ꝑ argu
menta pia: & rationes nauigantes ad portum iudicii



& veritatis debemus peruenire, ſi tamen auſtro flante
nauigamus ideſt fide, non aquilone opinionum, qm̃
deꝰ ab auſtro veniet & ab aquilone incepit malũ dum Abac.3.
Eua vertit in dubium, ꝙ ſibi deꝰ aſſertiue dixerat: illa
vero ambigua dixit: ne forte moriamur. Propter hoc
dixit ſpiritus ſanctus in canticis. Surge aquilo, veni au Cant.
ſter, perfla hortũ meum, & fluent aromata illius: hortꝰ
terreſtris paradiſi nõ aquilone opinionũ deberet agi,
vt flagrantiam emitteret, ſed fide verbo dei ſuffulta,
quę ad cœli portum feliciter perducit. Iam ergo ecce
nunc dies ſalutis: quia egreſſus eſt Ieſus in ſalutẽ ani-
mæ cupientis illum qui quidẽ ſicut quãdo rigore vti
tur, manet integer in ſe, à peccatoribꝰ lõge factus, ita
qñ miſericordia vti placet egreditur prior ad memo-
riam & intellectũ noſtrũ, vt cogitemus quę recta ſunt
& nauis intellectꝰ noſtri nõ iam poma.i. negocia mũ
di portet, ſed iudicium dei, taliter ꝙ ſecuri dicamꝰ cũ
Dauid. Feci iudicium & iuſtitiã, nẽ tradas me calum Pſal.
niantibus me. In toto anni circulo adire deũ nolumꝰ
nunc autem ipſe ad oues ſuas egreditur, nosq; vocat,
quoniã Paulus dixit. An ignorãs ꝙ benignitas dei ad
pœnitentiam te adduxit? Cũ ergo fratres memoriã
noſtram ſubierit cogitatio bona ſcitote ꝙ donum dei
eſt. quia nõn ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid ex no
bis, tanquam ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo
eſt. Dum autẽ iudicas vitam tuã, ac dinumeras quę fe
ciſti: & tanquam redditurus rationẽ villicationis tuæ
ambulas triſtis, ac timoratus ſcito deum egreſſum ad
te, ſcito ꝙ tetigit cor tuum, ſcito quòd vult ad ſe reuo
care vitam tuam: oportet vt expeditus egrediaris ad
illum qm̃ propterea ſequitur in euãgelio, & ecce mu
lier chananea &c. ¶ Hoc ſpectat ad nos: qm̃ ad ani- Altera
mã noſtrã erudiendã ꝑtinet: quę ſi (vt chananea fecit) pars.

fecerit: viuet. Fœlix anima, quæ obuiam Chriſto exi=
re ſatagit, nam ſunt aliqui dormitātes, aliqui dormiē=
tes, qui ſomno grauantur cum Petro, ea hora qua do
minus venit ad eos: ideoq; ab ipſo dño increpantur
omnes: qui ait. Ecce ego ſto ad oſtiū, & pulſo, ſi quis
Apo. 3. d mihi aperuerit &c. Ego (inquit) ſto ad oſtium, ego
Stat deus cui ianua claudi nō deberet, ego qui feſtinātér eſſem
ad ianuā quærendus: ego cui via eſſet paranda: quia ſcriptum
pigris. eſt. Parate vias domini, rectas facite ſemitas eius, nō
ſolum viā aut ſemitam vnā, ſed vias plures: & ſemi=
tas excogitatas deberet omnis homo mihi apperire:
nunquam deeſſet occaſio veniendi ad eum, & cum
hoc debuiſſet fieri: ecce ego ſto ad aſtiū. Sto (inquit)
cui angeli ſunt ſedes, & tronos habeo ſpiritus celeſtes
cui ſaltem deberet ad ianuā ſedes poni: vt expectarē
ad miſerendum eiſq; indulgendum. Nec ſolum ſto,
ſed pulſo, nec adhuc aperitur mihi: nec adhuc locus
exhibetur. Certe fratres mei neſcio quid cenſeam de
Ione. 1. b nobis, niſi quòd de iona fugace, cui dictum eſt. Quid
tu ſopore deprimeris: ſurge & inuoca deū tuum, ſi for
te recogitet deus de nobis, ne pereamus, quilibet pec
cator eſt huic ſimilis, nam iſte deum fugiebat: ac dor=
Dormit miebat. Videte repugnantiā, videte ineptiam pecca=
peccator toris, deū fugit, ac dormit cum potius deo deberet ob
uiare, ac vigilare, qm̄ media nocte clamor factus eſt,
ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Iſte chananeā nō
imitabatur, quæ operata eſt iuxta nomen ſuum: inter=
pretatur eñ contrita: aut recte reſpondens. Hæc eſt
voluntas noſtra quæ dum conteritur ſola recte deo
reſpōdet per illa duo priora quæ iam vidimus in prio
ri ſermonis parte. Iam ergo ſola bona voluntas inter
alia deo recte reſpondet: nam in aliis deo per circun=
loquium reſpondetur, quia ſi deus mihi parcit, ego



non parco ei: ſed proximo propter eum. Si deus mihi
dona dederit, ego non dabo ei, ſed pauperi propter Solus a=
eum, at tamen ſi me amauerit, immediate ac directe re mor re=
ſpondere teneor, vñ propterea in canticis ſcribitur. cte reſpō
Recti diligūt te, ò deus, qui diligēres te diligis. Egre dit.
ditur ergo qui prior dilexit nos, & præoccupat eos,
qui ſe concupiſcunt, & foribus aſsidet quærentiū ſe
ideſt memoriæ & intellectui, ad oſtium pulſans ideſt Duplex
perſuadens voluntati, vt ſe diligentē & inuitantem, egreſſus
ac præuenientē diligat: vt fecerat ille qui dixit. Dili= animæ.
gamus deum, qm̄ prior dilexit nos. Hic aduerte qualì
ter anima viri iuſti egreditur fines illos Tyri & Sydo
nis ſcilicet memoriā & intellectū per exceſſum amo
ris: dum ſcilicet igne charitatis in corde flagrante ex
tra ſe agitur, excedens terminos ſuos, vt lac dum igni
ſuper poſitum, ac bulliens vaſis metas egreditur. Hic
exceſſus aut egreſsio: quę tm̄ ab amore prouenit, ſolū
prorumpit in laudem venientis dei, quem anima iubi
lo ſuſcipit: vt eſt videre tipice apud Lucā dicentem.
Loquente Ieſu ad turbas extollens vocē quædam
mulier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te porta= voluntas
uit: & vbera quæ ſuxiſti. Turbe ſunt memoria & in= eſt mu=
tellectus cum variis actibus ſuis, & aliis potentiis, quę lier de
ad eos pertinent. Hic primo loquitur Ieſus, ac ſugge turba.
rit pietatem ſuā, & aduentum ingerit, tamen quæ præ
cæteris eū recipit eſt mulier de turba ſcilicet voluntas
prædictis vicina, quæ vocem ideſt amorē extollit, dū
plus amat, quam intelligit, plus deſiderat, quā explica
re ſciat, plus cupit quam capit, immo plus iam tenet
quā valeat ſuſtinere: quapropter amore compulſa, ꝓ=
clamat. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ
ſuxiſti. Quaſi voluntas amore flagrans dicat. Iam te=
neo te, iam veniſti dilecte mi ad me, nō meis meritis,

quia ego non portare potui tantum bonum:ſed bea=
tus ille venter charitatis tuæ ac viſcerũ miſericordiæ
tuæ,in quibus viſitaſti nos oriens ex alto,qa ſupra nos
eſt aduẽtus tu⁹. Et beata ſunt vbera,quę ſuxiſti,qa vix
lac poſſumus dare venienti:vix pauca merita & tene
ra ingerere valemus tibi: tñ erunt beata ſi tu accepta=
ueris ea quæ iã(vt videtur)ſuxiſti,quia veniſti,noſq;
ſuſpenſos tenes.Hæc verba optime chananeæ.ſ.accẽ
ſe ac feruide voluntatis extra intellectũ & memoriã
formantur qm̃ à finibus illis egreſſa loquitur deo in
ſpiritu:cui & cantat eccleſia. Cui omne cor patet:&
omnis volũtas loquitur.Sola voluntas loquebatur:cũ
dicebat. Dilectus meus mihi & ego illi.In his duob⁹
verbis voluntatis,tota lex Chriſti pendet & prophe=
te,quia verba voluntatis,ſunt ſimilia verbo æterno:
quod cum ſit vnum omnia dicit. Voluntati etiã deus
reſpondit,cum dixit,fiat tibi ſicut vis:quaſi dicat cla=
morem amoris audiui potius quã oris:& ei primo re=
ſpondeo:ꝙ fiat tibi ſicut vis. Loquamur nunc de alio
egreſſu animæ afflicte,qualis erat hæc mulier cha=
nanea:quæ ꝑ filiã & pro filia nimis cruciabatᷓ dicens.
Miſerere mei fili Dauid:filia mea male à demonio ve
xatur. Eſt vexatio demonis,ideoq; mala,& eſt vexatio
Eſa.18.c. à deo:ideoq; bona:de altera dixit Eſa.Vexatio dat in
tellectũ.Hæc bona eſt,& panis vitę & intellectus dici
Vexatio poteſt qñquidẽ acuit intellectũ. Vexatio cõtritionis,
cõtritio= qua chananea interpretatur cõtrita,illuminat intelle
nis bona ctũ vt peccata diiudicet:ne(vt inquit pau.)à dño iudi
cetur.Vbi eſt ergo lutherus negãs cõtritionis fructũ:
nullos ditiores in Chriſto vidi,quã eos qui à ꝓpria cõ
tritione vexabãtur quia vexatio.i.dolor de peccatis,
dat intellectũ, & operatur triſticiã (vt inquit Paulus)
quæ ſecundũ deũ eſt:ideoq; vexatio dei.i.ad deũ agẽs



dici poteſt. Altera eſt vexatio mala ex parte radicis,
quia mota à demonio,tamen ex parte finis poteſt fie=
ri bona,ſi ea vt calcaribus vtamur ad pergendum in
deum,quemadmodũ chananeam feciſſe legimus.De
hac ergo vexatione ait chananea. Miſerere mei fili
Dauid &c.vexatio hæc demoniaca præſertim eſt illa
quam ex parte demonis filiã.i.carnem vexãtis inſur=
gere cognoſcimus.Hęc animã torquet male.i.ad ma
lum agit eã:vt pariter ruat & carnis tentatione anima
quoq; teneatur,& ſic filia confundat matrẽ ſuam:quã
inſtinctu & actione demonis iam moleſtat,dum libi
dinem carnis patitur. Qm̃ propheta dixit.Filia cõſur Micha.
get aduerſus matrem ſuam. Animæ filia dicitur caro: 7.b.
quia eã debet vt mater bene morigerare,ac ſubiicere Vexatio
ſibi melius quã Lya ſubiecit Dinam filiã ſuã aliquan= carnis
tulum vagã:qua filius emor abuſus eſt in contumeliã mala eſt.
dom⁹ patris ſui.Iam ergo qñ filia ſurgit aduerſus ma Ge.34.a
trem.i.naturaliter mouetur caro cõtra rationẽ,pro eo
ꝙ prona eſt ad malum.Si tm̃ naturaliter hic mot⁹ fiat,
dicitur filia ſurgere contra matrem: tamen tũc facili
ter ſubici poteſt,& corrigi tota difficultas eſt,qñ con
ſurgit id eſt ſimul cum demone: ab eoq; acta inſurgit
aduerſus matrẽ:habet em̃ poteſtatem demon in car=
nem noſtrã,quam & ſi blãdiciis & luxu aut ſuauitate
agat,hoc totũ viri iuſti putans vexationem:immo &
carnales motus iudicãt mortis animę ſagittas:ideoq;
proclamant dicentes. Miſerere mei fili Dauid &c.hic
aduerte ꝙ chananea etiã interpretatur recte affligẽs:
& in hoc innuitur primũ remedium huius mali,do=
cemurq;:vt abſtrahentes à carnibus & vino carnẽ no
ſtram affligamus eam, ſi tamen adhuc vexatur (quia
demõ minime deſiſtit) exeamus à Tyro & Sydone in
Chriſtũ,cuius carnis cogitatio valet contra libidinẽ.

remedia luxuriæ. Ille igitur à Tyro & Sydone in Chriſtum recipiendũ vadit, qui nil aliud cogitat, nec intendit, niſi quomodo puritatem Chriſti habeat præ oculis reiectis omnino carnalibus phantaſiis: quæ aliqñ vexant & carnem & animã noſtram. Tertio autẽ poſtquam Chriſti purietatem fuerit cõtemplatus: ad orationẽ conuertitur dicens. Miſerere mei fili Dauid &c. Oratio enim valet contra ignem luxuriæ: qm̃ beatus criſantus cũ in carcere conſtitutus carnis tentationẽ ac eius vexationem ſentiret: conuerſus ad ipſum deũ dixit. Exurge dñe in adiutorium mihi. Quis itaq̃ pugnã à diabolo exercitatam vincere præualet: niſi pro eo fuerit tua dextera dimicata? errat: qui ſe putat caſtitatẽ perfectam ſuis viſibus obtinere: niſi tuo imbre fuerit extincta flamma libidinis. Hæc ille. Colligamus ergo remedia luxuriæ, primũ vt recte affligas carnem tuã: ſecũdum vt egrediaris ab intellectu & memoria, vbi carnalis filia demoratur, quæ ſepe inducit phantaſias immundas: qm̃ caro quæ corrumpitur agrauat animam & deprimit ſenſum multa cogitantem. Quibus impoſito ſilentio eundũ eſt tertio obuiam Chriſto meditando eius puritatem, quarto autẽ oratio fiat ſpecialis ad caſtitem obtinẽdã: quinto autem oportet nunquam obliuiſci, ꝙ tentaris & quòd probaris, quia multum confert ſanitati, præ oculis habere infirmitatem quam pateris: vt cautius à noxiis caueas. Sicut etiam multũ victoriæ confert memoria pugne, ſcito te eſſe in campo certaminis, & tunc fortius te munies. Sepe igitur memoreris te in tentatione poſitũ eſſe, vt faciebat ille: qui vexatam filiam ſentiens dicebat. Video aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Ac iterum dicebat. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathane: qui me collaphizet. Meliora verba quæ hãc tentationem patiens dicere poteris ſunt hæc. Miſerere mei fili Dauid &c. cum autẽ hęc ingeminans ſepe oraueris: adhuc eueniet tibi qđ ſequitur in euangelio ſcilicet. Non reſpondit ei verbum. Tunc deus non reſpondit: qñ nos pati permittit vnde propheta conqueſtus dicebat. Vſquequo domine clamabo: & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens: & non ſaluabis? quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborẽ: videre prędam & iniuſtitiã cõtra me? quare reſpicis contemptores: & taces cõculcante impio iuſtiorem ſe? prędam videt contra ſe: qui patitur inſultum carnaliũ motuũ, qui velis nolis, aliquid voluntatis rapiunt; quæ vim aliquantulum patitur. Reſpicit deus contemptores idest permittit carnales motus: qui rationis imperiũ contemnunt. Tandem ipſo ſcilicet corpore aliquãdo cõculcante ſpiritum iuſtiorem ſe, deus tacet: quia non reſpondit ei verbũ. Tunc temporis anima recte affligens ſe alloquitur viros ꝓbos dei amicos, & ſciſcitatur ab eis, an ſimilia paſsi fuerint, enarrans quæ patitur ipſa, ſicut verſimile eſt chananeam apoſtolis narraſſe: vt viſa latius eius calamitate: obnixius pro ea intercederent. Clamat ergo vir tentatus poſt apoſtolos: qñ inquirit: an heroici viri talia paſsi ſint: & reperit ꝙ beatus Hieronymus adhuc in eremo exiſtens macerans carnem ſuã: aliquando ſe cogitabat eſſe inter choros puellarũ Rome: in quo ſola (ipſo teſtante) libidinis incendia bulliebant etiam corpore caſtigato. Quid ergo nõ miramur fratres: cum non in heremo ſed in mundo ſimus? cũ vix carni diſciplinam inferamus? cũ vix fugiamus cõſortia ſuſpecta? cum vix fugiamus nos ipſos? Sane quidẽ tales ſumus, quòd ſi etiã ſancti pro nobis orent aut dicant, dimitte eam quia clamat poſt nos, audiẽt deum

Abac. 1. a

Deꝰ nos pati ſinit.

Imitatio ſcti Hieronymi.

dicentem. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt
domus Iſrael. In his verbis innuitur alia tentatio ma-
ior: quę inuadere ſolet viros (vti dicim⁹) tẽtatos. Qui
ſe motibus carnis immundis plenos cernentes dubi-

Deſperatio cadit in tentatos.

tant, an ſint oues Chriſti, an ſint in ſtatu ſalutis an ſint
obliuioni traditi, an veniant inter hedos, & nõ inter
oues cõputandi, nã oues ſuas deus audit, & audit ab
eis, qui vt bonus paſtor nõ reliquit eas veniẽte lupo. i.
diabolica tentatione ingruẽte. Dubitat ergo vir à ſpi
ritu immundo luxuriæ vexatus, an ſit ex illis, de quib⁹
dicitur. Peccatores deus nõ audit. Inter hos tentatio
num fluctus, qui chananeã imitatur, orationibus in-
ſtat: qm̃ propterea ſequitur in euangelio. At illa venit:
& adorauit eũ dicens. Dñe adiuua me. Venire ad chri
ſtum eſt eũ veracius emulari, & lucrari cũ tentatione
prouentũ, quia ſicut nauis cum vento venit ad portũ,
& ſicut helias cũ turbine aſcendit: ſic vir, ꝓbus dum tẽ
tatur proficit: quoniam Gregorius ait. Mala quæ hic
nos præmunt: ad deum nos ire compellunt. Dum etiã
dicit, adiuua me, aliquam gratiam peculiarem petit,
qua caro ſedari valeat: & vexationem diaboli euade
re: tamen reſpondetur ei. Non eſt bonum ſumere pa-
nem filiorum: & mittere canibus. Hoc bene fatetur
chananea dum reſpondit. Etiam dñe ideſt, verum te-
net: nam propterea & catelli edunt nõ panem filiorũ,
ſed dum filii comedunt: ipſi ſub menſa dñorum ſuorũ
ideſt filiorum edũt micas: quæ manus euadunt bono

Panis eſt conſolatio ſpiritus.

rũ filiorũ. In hoc reſpõſo moderatrix fuit chananea
dicti Ieſu, quæ & ſi conceſsit illud addidit: ꝙ quanuis
non detur canibus panis filiorũ: dimittuntur eis mice
cadentes è menſa. Hic aduerte, ꝙ ſpiritus & animæ
iuſtorum ſunt filii dei: canes autem ſunt viri luxuriæ
dediti, catelli ſunt, viri caſti, panis eſt gratia ſpiritua-



lis: mica eſt particula eius. Panis ergo gratiæ ſpiritua
lis non canibus luxuriæ datur, tamen dum filiis ideſt
viris bonis & optimis impartitur gratia iſta: vt Bo-
nauentura notat, ſolet extendi aliqua reliquia in cor
pus: & in carnem deſtinari. Ponit exemplum de domi
nis, qui & ſi bonos aut precioſos cibos non ſolent ex
hibere ſeruis ſuis, tñ poſtquam ſunt ſaturi, deſinunt ꝓ
ſeruis reliquũ, ſic ſpiritu gratiam recipiente, cadit mi-
ca, quæ catello ideſt corpori puro impẽditur, quã (vt
ſuperius vidiſti) imbrẽ vocauit ſanctus Criſantus ad
extinguendum flamam libidinis. Viſo ergo tam opti
mo ac prudenter moderato reſponſo ait Chriſtus. O
mulier magna eſt fides tua. Ideſt quãuis mulier ſis, ma
gna petis: qm̃ imaginem future beatitudinis poſtu-
las, in qua redũdante animæ gloria in corpus, fiet glo

Victoria cõtra carnem.

rioſum, & ſic tu vis, vt animæ gratia in corpus redun
det: ad hoc vt ſit ei pacatum & ſubditum. Magna er-
go petis, ego etiam magna dare noui: propterea fiat
tibi ſicut vis. Ecce quomodo deus paret voci homi-
nis: quanuis cum Ioſue petat in cœlo animæ ſolẽ de-
tineri, vt ſiccentur paludes, & humetationes ad opti-
nendam victoriam cõtra Gabaon, quod interpreta-
tur eleuatio iniquitatis, & eſt luxurię motus, qua caro
quæ mortificata eſſe deberet: erigitur. Tamen verus

Ioſue 10.c.

ſanctuſq; Ioſue per ſtationem conſolationis in anima
victoriam obtinet, nec deinceps manet ſecurus, qm̃
cuſtodiri fecit qnq; reges: donec poneret pedes ſuos
ſuper colla eorum. Quinq; mali reges ſunt quinq; ſen
ſus carnis luxuriæ deſeruientes, qui ſupeditandi ſunt.
Pedes animæ ſunt boni affect⁹, quos ponere decet ſu
per ſenſus corporis: quoniam altiora deſiderãtes, po-
tiorem victoriã obtinebimus, hic per gratiã & in fu-
turo per gloriam, quam mihi. Si autem alium ſermo-

nem doctum & vtilem volueris faciliter condere, lege Pſal. 6o. Qui incipit exaudi deus orationem meã &c. eſt enim oratio Chananeæ, quia tunc tẽporis beatus Dauid Chananeæ ſumpſit animũ ibi ergo in toto Pſal. depictũ inuenies totum euangelium præſens.

¶ SERMO. XXXI. SECVNDE DOMInice quadrageſime de oratione: qua mulier Chananea omnia quæ voluit obtinuit. THEMA.

Propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi. Luc. 11. b.

¶ Inuocatio ad virginem.

VT ait Ioſephus de bello iudaico: tanta ducibus auctoritas dari ſolebat: ꝙ ſine duce non ſolum erat romanis dedecus prçliari, ſed etiã vincere. Magis dedecus fore arbitror ſine duce orare quam prçliari, aliquando enĩ abſq; duce fit victoria in bello, non tamẽ in oratione nam dux orationis plus & verius præit laborans, quam dux prælii, ideo non ſolum dedecus, ſed neceſſitas eſt, vt proferamus ſcutum orationis, prius Mariam ducẽ huius rei orare, quæ non ſolũ ductrix noſtra eſt, ſed apoſtolorum: de quibus dicitur. Erant perſeuerantes in oratione cum Maria matre Ieſu, qui dixerat illis. Pater veſter celeſtis de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Hunc tamen obtinere non poterant: niſi vnanimiter cum Maria orarent, quę dicitur hic merito mater Ieſu, quia Ieſum in eorum cordibus formare cupiebant, hoc tamen non poterat ſine gratia ſpiritus ſancti, ſine qua nec eum in ſe conceperat: ideo neceſſarium video pro hac impetranda genibus flexis ductricem noſtram prçuenire ei offerentes. Aue Maria.

Oratio=nis dux eſt maria

¶ Argumentum dicendorum.



¶ Si euangelium introrſus inſpicias, improbitatem felicem chananeæ laudabis: propter quam multi in hac dominica tractant de oratione oſtendentes quomodo habuit hæc omnes requiſitas optime orationis conditiones: ego autem in prima parte de valore orationis: in ſecunda de eius inſtitutione agam.

¶ Nature donum videtur oratio, quia cõmune eſt omnibus ſectis & religionibus deos ſuos petere ſibi neceſſaria: eoſq; interpellare pro quacunq; indigentia ſubleuanda, & ſic apparet contra naturalẽ inclinationem fuiſſe decretum illud, in quo ſatrape & principes regni darii conſtituerunt vt per. 3o. dies nemo à quocunq; deo aliquid peteret. Et ſic lex iniqua hæc, bona caſtigatione punitur, nam quia eam ſenatores fecerant: vt Danielem frequenter obſecrantem deũ ſuum punirent captum in illa, qui quanuis ob id miſſus fuerit in lacum leonũ propter orationem deus ſuus quẽ orauerat cuſtodiuit eũ ab ore leonum, qm̃ ad eandem recurrit, & ſic viuus reperitur inter feras ipſas à rege dario, qui reperta iniquitate & inuidia ſenatorũ, eos in lacum miſit: qui ſtatim antequã ex toto caderent deuorati ſunt. Tam innatũ ac naturale eſt omnibꝰ à diis ſuis omnia petere ꝙ etiam ſi lignum aut ladidem adorant ab eiſdem ſuffragantur omnia, vitam, ſalutem, pacem & bona fortune: vnde ſapiens eos irridens ait. Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, & ꝓ ſanitate infirmum ydolũ deprecatur, & pro vita rogat mortuũ, & pro adiutorio inutilem inuocat, & pro mittere petit ab eo qui ambulare non poteſt, & de acquirendo & operando: & omniũ rerum euentu petit ab eo qui in oĩbus eſt inutilis. Non irridet ſapiens petitionem, quia hæc naturalis eſt, & dictamen recte rationis, ſed quod fiat, cui non decet, vnde non eſt pec=

Prima pars.
Oratio eſt donũ naturæ.
Dan. 6.

Sapien. 13. d.

catum in petitione ſed in applicatione: immo pecca=
tum videtur contra naturam non formare petitionē
ad deum, quia omnibus commune eſt rogare deos
ſuos: & cum diuerſiſsimode antiqui ſapientes ſeculi
de diuinitate ſenſerint, cui ſit oratio, hinc eſt quòd de
oratione etiam non idem ſenſerunt: ſed fere quot ca
Opinio= pita tot ſenſus. ¶ Quidam philoſophi, quos epicureos
nes circa vocant, euanuerunt in cogitationibus ſuis, atq; dixe=
orationē runt apud deum non eſſe prouidentiam, circa (in=
quiunt) cardines cœli ambulat nec noſtra conſide=
rat, nam putauerunt, ꝙ diuinus vileſceret intellectus,
ſi ad hominum miſerias deſcenderet: & hæc infima
noſſet. Hii nullum dixerunt fructum orationis, immo
in vanum & fruſtra orationem fieri: quibus dicemus
Iob.22.c illud Iob. Quaſi nil poſsit facere omnipotens æſtima
bant eum, cum ille impleſſet domos eorum bonis,
quorum ſententia procul ſit à me. Vbi aduerte ꝙ cum
omnia poſsit deus, etiam minima quæq; intelligit nō
mendicans à rebus ſed in ſeipſo: & ſi peccata noſtra
per orationem purganda in nobis intelligat, nō ideo
immunda eſt notitia eius, quia ſicut radius ſolis mun=
diſsime immunda luſtrat. Cū ergo deus domos nr̄as
impleuerit bonis, ſententia illorum longe ſit à nobis,
qui nullū refugium habemus niſi orationem. Epicu=
reis anumerandi veniunt multi chriſtiani ex nomine
tm̄, qui non ſolum veluti modice fidei dubitant, dum
orant, ſed ita longe ſunt ab oratione, ꝙ ſe tempus per
Alia opi dere putant ꝓceſsionibus impenſum. ¶ Sapiētes egy
nio. ptiorum tantā vim putarunt ineſſe orationibus, vt
ſtulte crederent ſuis præculis & ſacrificiis deū mutari
quibus & aliqui aſſentiunt chriſtiani adducētes illud
Auguſtini. Nouit deus mutare ſententiā, ſi tu noueris
mutare vitam. Et propheta dixit in perſona dei. *Si*



pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locu=
tus ſum aduerſus eā agā & ego pœnitentiā ſuper ma
lo quod cogitaui, vt facerem ei, & ſubito loquar de
gente & de regno, vt ædificem, & plantē illud. ¶ Stoi *Alia opi*
ci autem neſcierunt aptare deo ꝓuidentiam & immu *nio.*
tabilitatem, quin dicerēt omnia de neceſſitate venire
& per conſequens inanes eſſe preces noſtras, quia fru
ſtra quis rogat, ꝙ nulla vi poteſt immutari: de his & ſi
milibus cōqueritur dn̄s per prophetam dicentē. Dixi mala.3.d
ſtis, vanus eſt, q ſeruit deo, & qd' emolumentum quia
cuſtodiuim⁹ precepta eius, & quia ambulauim⁹ triſtes
corā deo exercituū? ergo nūc beatos dicimus arrogā
tes. Alii vt recitat Gerſon in ſermone oŕonis tenuerūt *Alia opi*
ꝙ oratio virtutem acciperet ab influentia & radiatio *nio.*
ne celeſti cui opinioni adhærent nigromantici, qui
ſub tali vel tali ſigno pronuntiant carmina corde peſ
ſimo. Et hii ſigna cœli deos putauerūt. ¶ Begardi (vt *Alia opi*
recitat Durandus in.4.diſtin.5.quæſtio.1.) dixerunt *nio.*
non eſſe vocaliter orandum, ſed in quadam libertate
ſpiritus deo omnia cōmittendo. Alii aſſerunt nō per=
tinere ad diuinā liberalitatē egere noſtris precibus, vt
daret aliquid ꝓpter eas q̄ a teſte Seneca nil carius emi
tur quā qd' precibus emitur. Ac ſi daret dona ſua de⁹
vt precium equiualens orationi. Alii putant: ꝙ fruſtra Alia opi
rogēt peccatores, immo dicunt, ꝙ indignationē dei nio.
promerentur audentes loqui ei, qui odio habet pec=
catores. Nec deſunt lutherani, qui dicant orationes
eccleſiæ polutas per ſimoniam, ideoq; non bene pla
centes deo. Horum omnium errores & ignoran=
tias volui vobis recitare potius quam explicare, vt
ab eis caueatis ſcientes, quòd multum valet depreca=
tio iuſti aſsidua, immo & peccatoris ſi nihil dubitans,
perſeuerat: quia vt ait Thema ad minus propter

In probitatem eius, dabit illi deus petitionem labio-
rum ſuorũ: vt autem reſolutiſsimã pariter & veriſsi-
Cur ſit oratio. mam ſcias de oratione ſententiã, aduerte, quòd quē-
admodum de⁹ ſine pluuia poteſt ad perfectũ ſegetes
ducere, & ſine tua ſolicitudine terram fecundare: ſic
abſq; oratione noſtra cuncta poterat elargiri. Et quē
admodum nõ ex operibus iuſticie quæ fecimus nos,
ſed ſecundum ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit: vult
tamen vt cooperemur nos: vt facientibus quod in ſe
eſt: deus det gratiam. Operariis prēmia reddi iuſsit nõ
autē occioſis cũ tñ incipit à nouiſsimis & à min⁹ labo
rantib⁹, bene oſtēdit, ꝙ nõ ex operib⁹ iuſticie: ſed ex li
beralitate ſua mere gratis denariũ dari promiſit. Qui
ergo ſine aqua & ſole: ſed ſolo verbo poterat fecun-
dare terram: ſine oratione poterat cuncta tribuere.
Cauſe ſecunde ordinate ſunt erga nos per diuinam
diſpoſitionē, à quibus non eſt oratio aliena: ſed prin-
cipalior. Vt viuamus: cibum ordinauit deus: qui nos
poterat ſine cibo viuos multis annis ſeruare, tñ vult
quòd mediũ ſit cibatio: qui certis mediis cũcta diſpo
nit. Non ergo ſunt ſeparanda vota ſanctorũ, nec ora
tiones ab vniuerſali ordine cauſarum, licet ſit hęc dif
ferentia, quod in igne eſt virtus formalis ad producē
dum calorem, & in aqua ad impediendum: non tñ
eſt ſimilis virtus formalis in oratione noſtra: ſed eſt
verior & efficatior virtus ei correſpõdens in deo, qui
poſitis conditionibus requiſitis: verius concurrit ad
id ꝙ petitur virtute ſua, quam concurrat eũ igne ad
Virt⁹ orationis generalis eſt. calefaciendũ, aut cum aqua ad refrigerendum ſe eñ
obligatum fecit: quando dixit. Petite & accipietis.
Vnde ſicut naturaliter ſolent homines neceſſaria fa-
cere, ſic eadem ſancti fecerunt oratione ſua exarſit
Nu. 11. a. ignis, adducis aquam, vt eum extinguat, ſed ſanctus



propheta orauit: & abſorptus eſt ignis extintuſq;: ne
extrema caſtrorum concremaret. Eſt ciuitas inimico
rum rebellis, & ſe dare non vult: adducuntur machi-
namenta lapides mittentia, vt muros deſtruant & tur
res: ſancti tamen hoc efficiunt oratione: quia cũ cla-
mar & populus dñi vociferatione maxima, muri ieri Ioſu. 6. d
cho funditus corruerunt per ſacerdotum orationē.
Vis ire vltra mare, nauem inquiris, ſed cum populus
dei ire vellet ad promiſsionis terram, mare dat lo-
cum eis, iter præbens populo terræ. Egentes pane ter
ram ſcindunt, grana proiiciunt, & metunt tamen me
liorem panē ſancti oratione obtinuerunt in deſerto.
Dum ambulas nocte viam lumine indigens, facullã
quęris: tñ hoc iuſti precibus obtinent in calũna ignis.
Languentes peccatores medicinas inquirunt: ſed ſan
cti oratione præbent ſalutem. Concluditur ergo ꝙ
oratio virtutem habet ſecundarum cauſarũ, non ta-
men ſibi inherētem: ſed deo ad quem per orationem
iuſtorũ mens aſcendit. Et quia hæc virtus non eſt for
maliter in oratione ſed in deo: ideo eſt inſtrumentum
ad oppoſita, quia ad omnia illa eſt virtus vna in deo:
vt oſtenditur in exemplo Helię: qui oratione fecit ne
plueret & poſt eadem oratione fecit pluuiam deſcen
dere. Et ſicut ei valuit, vt deſcenderet aqua de cœlo,
ſic etiam vt deſcenderet ignis in gentē peccatricem
volentem eũ capere. Et ſic omnes cauſe inferiores di
cuntur obedire orationi iuſtorum: immo & deus ipſe
obedit voci hominis orantis. Cuncte igitur creaturę
parent orationi, quia eius virtute vt dictum eſt mutã
tur: & ad voluntatem diſponuntur oratis. Sed for-
te dicetis ꝙ erga iuſtos hæc omnia fiunt: non autem
erga peccatores: iuxta id. Longe eſt dñs ab impiis &
orationes iuſtorum exaudiet. Et alibi dicitur. Qui de- Pro. 15. d.

Pro.28.b clinat aures ſuas, ne audiat legem oratio eius erit exe
crabilis. Quid ergo dicemꝰ: nūqd peccatores ab hac
petitione ſeparãdi veniūt, ipſi renuerūt effectualiter
legẽ dei audire: & ſic deꝰ ab illis auertet aures ſuas. hic
nota ꝙ quãuis pctõres in actu vel reatu peccati manẽ
tes deus non exaudiat in eis, quæ ad vitã faciunt ſem=
piternam, quia hoc niſi præmiſſa contritione non fit,
audit tamen eos in aliis petitionibus, ſi fidem adhi=
beant, ſaltim vt granum ſinapis, quæ ſufficeret mon=
tem cuiuſcunqꝫ tribulationis magne transferre ab eis,
etiam ſi fides mortua ſit, nam talem habuit fidem ille
Mat.9.f. de quo apoſtoli Chriſto dixerunt. Magiſter vidimus
quendam in tuo nomine eiicientẽ demonia: qui non
ſequitur nos. Ecce iſte peccator non ſequens Chri=
ſtum, tamen quæcunqꝫ petebat in eius nomine, obti=
Mar.7.d nebat, ſicut & illi de quibus ipſe Chriſtus ait. Multi di
cent mihi in illa die, domine dñe nonne in nomine
tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eieci
mus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tūc
Mat.21.c confitebor illis quia nūquam noui vos. Ex his etiam
peccatoribus dico illud Chriſti dictum. Omnia quæ
petieritis in oratione credentes accipietis, quia omnia
poſſibilia ſunt credenti. Hæc non dixi, vt peccatori=
bus laxarem habenas, ſed vt fidei vires oſtenderẽ, quę
etiam leproſos ingratos ſanat: & mortuis mirabilia fa
cit. Quod ſi ita eſt vt probauimus, quid faciet viua? ò
peccator ſi veluti rana in lacu adhuc manens in pecca
tis, propter perſeuerantiam & fidem etiam mortuam
tantum poteſt vox tua, vt montes transferat, quid fa=
ceres fide viua & caritate feruidus? timendum tamen
eſt, quia nec mortuam fidem forte habemus, ſed viuã
incredulitatem omnia dubitantes. Tñ ſi perſeuera=
mus vt ait thema ſaltim ꝓpter improbitatẽ dabit no



bis deus petitionem cordis noſtri, vt euidenter patet Secunda
in chananea: dic euangelium. ¶ Nunc attende ꝙ pec pars.
catorum preces non dicuntur proprie orationes, quã Oratio
uis petitiones dici valeant, de oratione autem teneas neceſſa=
quòd eſt medium optimum inſtitutum à deo ad obti ria eſt.
nenda bona ſua, & à deo neceſſarium, quod ſine eo
nullus adultus ſaluari queat iuxta illud Auguſt. in de
eccleſiaſticis dogmatibus qdˢ & notat Durandus in
4.d.15.q.12. Dicit ergo auguſt. Nullum credimus ad
ſalutem venire niſi deo inuitante, nullum inuitatũ ni=
ſi deo auxiliante ſalutem ſuã operari: nullum niſi orã
tem auxilium promereri. Nec ſolum animarum ſalus
fit per orationem, ſed omnium operum dei media=
trix eſt, exceptis operibus dei ad intra, & prima rerũ
creatione, quæ oratione non ſunt peracta, omnia ta=
men alia per orationis interuentum deus effecit, quẽ
admodum per ſolem inferiora cuncta gubernat. Per
orationem conſeruatus eſt mundus per eam ſancti
obtinuerunt incarnationem filii dei, & deniqꝫ per eã
redemptus eſt mundus: & per eam implebitur cœlũ.
Optime orationem veluti omnium medium optimũ
deus ad omnia profuturum inſtituit: qua mediante
ſua diuina voluntas impleretur in nobis. Decuit enim
actum nobiliorem nobilioris potentiæ & libere, qui
eſt oratio ſumere, & eum medium facere effectuum
nobiliorum. Prima ergo ratio propter quam deus Omnia
inſtituit orationem tanquam medium eſt: vt & ipſe diſponũ
deus diſponeretur ad donandum: & nos ad recipien tur per
dum. Diſpoſitio in deo difficilis videtur, cum ab omne
æterno eodem modo permaneat, ſed diſponitur ad ouem.
retribuendum cum vere cognoſcitur: iuxta id. Si ſci=
res donum dei, & quis eſt qui dicit tibi da mihi bi=
bere. Eo quippe facto ꝙ orãs deũ diceris cognoſcere

quia nos adoramus: quod ſcimus. Et fateris omnipotentiam eius: quia ſunt opere ipſo dicis. Domine poteſt me mundare: quis enim impotentem & talem creditum vnquam oraret? item dum oras fateris in deo ſcientiã omniũ, quia fruſtra quis ſurdo aut gnaro loqueretur, ſed quia credimus deum cordiũ ſcrutatorẽ eum aliqñ ſolo corde oramus. Dum deniq; oras, fateris deum clementẽ: quia nemo implacabilem oraret. Ecce aliqualiter diſponitur deus per orationem, immo & nos diſponit oratio, vt valeamus dei dona recipere, ad quę primo requiritur vacuitas, quia qui minoratur recipit, & dum oras actualiter, confiteris indigentiam & imperfectũ tuum nemo eñ petit quod ipſe ſibi præſtare poteſt. Ideo enim dicitur Chriſtus oraſſet vt homo, quia eius humana voluntas non erat de ſe efficax ad omne volitum, quia in ſolo deo potentia executiua non diſtinguitur à volitiua. In oratione quidem valde humiliatur liberũ arbitrium, vbi confitemur nos & ſi liberos, tñ impotentes & egentes gratia dei, & ſic per hanc cognitionem diſponitur noſter intellectus: ne ſe ignoret. Diſponitur itidẽ voluntas per eleuationem mentis in deũ, quæ fit in oratione: nam omnis qui petit nouo actu dirigit animũ in benefactorẽ ſuum, ex quo precipue diffinitionẽ ſumit oratio quæ ſecundum damaſcenum eſt eleuatio mentis in deũ: prꝗterquã in beatis qui noua oratione orare poſſunt pro nobis ſine noua mentis eleuatione qđ Chriſtus dũ erat viator fecit. Oratio ergo in beatis eſt noua explicatio voluntatis: vt ait durandus in tertio diſtinctione decimaſeptima quæſtione ſecunda. Diſponitur etiam memoria per orationẽ, quæ dũ orare vult cogitationes reiicit vt orationi intendere valeat & deo. Totam deniq; animam diſponi ſcias



per orationem, quia tunc agit ſecundum ſuperiorem eius portionem. Ad rationem enim & non ad ſenſualitatem pertinet oratio (vt ait Durandus in. 3. diſtin. 17. quæſt. 2.) quia ad ſolam eã pertinet tendere in deũ. Et ita dicit ꝙ oratio Chriſti in horto erat oratio portionis ſuperioris, & rationis ſaltim vt proponentis, licet dicatur oratio ſenſualitatis tanquam eius pro quo proponebatur. Habes igitur quòd ad vltimum diſponitur anima per orationem: quia tunc nobilioris potentiæ actus exercetur in nobiliorẽ obiectum ſuum: & omnes animæ vires occupantur in eo. Item ſecunda ratio inſtitute orationis eſt ſumma dei liberalitas quæ nil propinquius dationi ſuę inuenit quam petitionẽ noſtram: vt enim daret petitionẽ: iuſsit fieri orationem. Nec eñ dat quia petimus, ſed vult vt petamus, quia dat, nam prior eſt datio eius quã petitio noſtra quia ideo pręoccupat: qui ſe concupiſcunt. Attende nimis, ꝙ non dat, quia petis, ſed quie illa dat, tu petere debes: eum qui dat omnibus afluenter. Tertio iuſsit nos orare: vt auſum daret adeundi tantum deũ quis enim petere: auderet niſi ipſe peteret & iuberet? Heſter in primo conuiuio non auſa eſt petere aſſuerũ quæ in corde ſuo decreuerat: donec ſecundo conuiuio irritatur vt petat quæcunq; voluerit. Neceſsitas noſtra primum cõuiuium eſt, quo nos inuitat deus, vt liberari petamus, ſed nec ob hoc præſertim petendũ eſt, ſed pro gloria dei quæ dando augetur. Qui enim nimis noſtam deſiderat amicitiam, & eſſe nobiſcum delitias reputat: vt haberemus cum eo familiaritatem, quam parit mutua collocutio, orationem inſtituit eamq; quotidie petit fieri: & ad hoc has calamitates permittit euenire. Quarto inſtituit orationem, vt ampliori eum extollamus laude, honoratiorq; in no-

Liberilitas dei.

bis fit cum experti fuerimus, quod inuocatus exaudit nos: vnde propter hoc dicitur animæ. Voca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Omnia enim caſui tribuerentur, & non dei prouidentiæ, ſi darentur ſine orationis medio: nec putaremus deo curæ eſſe de nobis. Quinto deus inſtituit orationem vt eũ excitantes, ſeu adiuuantes mereamur id quod ipſe nobis deſtinauit dare: de laboribus enĩ noſtris manducare glorioſum eſt. Vñ voluit vt eum oraremus vt ſic aliquomodo mereremur neceſſaria recipere. Hic aduerte, quod ipſa petitio ſola donũ dei eſt, certum quippe habe, ꝙ duplicia recipit, qui petit, quam ille qui ſibi vl detur ſine petitione obtinuiſſe donũ, hic non tenet verum ꝙ nil carius emitur, quam quod prece emitur ſed econtra, quia ſola deprecatio donum dei eſt, & non parum, quia ſatis eſt potuiſſe rogare, voluit nos orare, vt ſemitam faceremus prægnanti largitioni ſuæ, & ei locum daremus in nobis. Sexto ob multam miſericordiam ſuam inſtituit orationem, vt eſſet omnium neceſsitatum medium facillimum, & quilibet dicere valeat illud Pſal. Apud me oratio mea deo vitæ meæ. Tecum habes oblationẽ dignam deo, nec eſt qui ea careat, aut vllo precio eſt cõparanda, ſed ſpes tua in ſinu tuo eſt & in corde tuo naſcitᷣ oratio, ita vt de orationis præcepto dicere valeamus cuicunq; animę, mã-

deu.30.c datum quod pręcipio tibi hodie non ſupra te eſt, neq; procul poſitũ, nec in cœlo ſitum, vt poſsis dicere, quis noſtrũ valet ad celum cõſcendere, vt defferat illud ad nos, vt audiamus atq; opere compleamus, neq; trans mare poſitũ vt cauſeris & dicas, qs è nobis poterit trãsfretare mare, & illud ad nos vſq; deferre, vt poſsimus audire & facere qđ preceptũ eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo: & in corde tuo vt facias illud.



Ecce igitur orationis ſermo eſt in ore & corde noſtro, quem deus audire deſiderat, vt ſonet vox veſtra in auribus ſuis, imo & angeli & amici noſtri cæteriq; ſancti auſcultant nos. O beata oratio quia tu es ſumꝰ aromatum afficiens nares dei: tu es clamor qui tacendo ipſum deum importune vocas, vt diuinũ præſtet auxilium: tu es doctrina dei, quia ipſe magiſter tuus effectus eſt, vt te homines doceret in terra: & es dulcis vox ſponſe auribus ſponſi: tu es chriſti exercitium qui te opere exercuit, & in officium aſſumpſit filiorũ dei cõcentus: gemitum habes pro cantu vt columba mitiſsima: tu es chriſtiana humilitas, quæ nil ex nobis habere proclamas niſi per te. Tu incenſum directum deo, & legatus à latere cordis rogans ea quæ pacis ſunt: & cunctorum viuentium mater orphanorum clamantium, pater noſter qui es in cœlis, quid plura? Tu beata oratio nubes ideſt ſanctos penetras clamãs poſt eos, vſq; dum ad deũ peruenias: tu es pauperum oblatio angelicis manibus defferenda deo perſonas non acceptas, ſed voluntates diſpoſitas, quæcunq; iuſte petis accipis, & ſi quæris, inuenis eum qui ſoli tibi ſe offert. Repulſam ignoras quia humilium & manſuetorũ ſemper deprecatio placet: ſicut Heſter Aſſuero. Tu ſcala es veri Iacob: & cuiuſcunq; peregrini, & ſtimulus quo ſpiritus ſanctus noſtrum agitat ſpiritum vt poſtulet. Tu es turibulum aureum, & vitulus labiorum quo placatur deus, deũ vincis, nec eum ſinis iraſci cõtra nos, quia es zelus comedens cor eius, tu deniq; es templum à quo non deberemus recedere, vt cum anna vidua mereremur puerum Chriſtum ſuſcipere, & cum chananea eum iam iudicem ſuperare, hic per gratiam, & in futuro per gloriam: quam mihi &c.

Oratio-nis præ-conia.

## SERMO. XXXII. SECVNDE DOMInice quadrageſime prædicatus tempore famis: quo populus orationi inſtabat. THEMA. Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis: pulſate & aperietur vobis. Luc.z.b.

¶ Inuocatio ad virginem.

Oratio- nis cõdi- tiones due. FElix illa Iudith vt oſtenderet, cur deus non au
dierat filios Iſrael in afflictione poſitos, noſq;
moneret qualiter petendum eſſet, ad ipſum
deum conuerſa dixit. Humilium & manſuetorum
Iudi.9.d ſemper tibi placuit deprecatio. Non ſolum ipſa humi
lis deprecatio deo placet: ſed humilitas ſola viua ora
Exo. 27. tio eſt coram eo qui dixit. Non ſolidum ſed inane &
concauum intrinſecus facietis altare. O ſi haberemus
cor humile: quia illud eſſet concauum ad recipiendū
Pſal.24. dei gratiam interius. Manſuetudo autem nimis etiā
orationi confert, quia dñs diriget manſuetos in iudi-
cio, docebit mites vias ſuas, vt ſciant ipſum depreca-
ri, & quia hæc duo in Maria dei genitrice viguerunt
ſupra modū, ideo eſt ad depræcandū facilis. Fuit equi
dē humilis in ꝓſperitate, mãſueta vero in aduerſitate
nã in his duob⁹ præſertim egem⁹ diuino p̃ſidio: ne vi
delicet proſperitas nos eleuet in mirabilibus ſuper
nos quemadmodū non eleuata eſt Maria quando ei
maternitas ab angelo nunciatur. Egemus etiam dei
ſuccurſu in preſſuris ne nos deiiciant: quemadmodū
non deiecta eſt Maria. Sed ſtetit iuxta crucem intrepi
dia: vnde ob ea duo quæ diximus nunquam eius deus
fruſtratur orationem: ad eam ergo ſecuri accedentes
pro gratia impetranda offeramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

Luc.11.a. ¶ Nulla petitio ſic accepta fuit Chriſto & grata vt il-
la qua dictū eſt ei. Domine doce nos orare. Ideo ſta-



tim reſpondit. Cum oratis: dicite. Pater noſter &c. &
poſuit etiā exemplū anxie petēis amici ſubiūgens. Et
ego dico vobis petite & dabit̃ &c. vnigeniti dei qui
eſt in ſinu patris verba ſūt iſta ſciētia p̃ris ad nos viſce
ra pietatis & miæ: vñ vt ad plenū ſciantur, ea in prima
ſermonis parte ad vos referam: in ſecunda autem ad
perſonas diuinas eritq; in comitatu noſtro chananea
orationis magiſtra: quæ opere nobis ingerit verba
thematis. ¶ Tria in præaſſumptis verbis notantur nō Diuiſio.
ſine triplici myſterio, iubet enim primo ꝙ petamus, prima
ſecundo quòd quæramus, tertio ꝙ pulſemus, ſic enim pars.
qualiter orandū ex initio capituli huius primo do-
cuit verbis petere dicendo, pater noſter, ſecundo ami
cum quærere vt panes daret: tertio ad eius oſtium pul
ſare. Sed aduerte ꝙ à deo non eſt petendum ſolo ore
veluti ab homine petere ſolemus heſitantes corde qa
iſte nihil obtinebit, immo ſi heſitas de te dicetur, q̃r
tentator dei ſis: propter quod ait ſapiens. Ante oratio Eccl.18.
nem præpara animã tuam, & noli eſſe quaſi homo qui
tentat deum. Deum tentas, ſi poſt petitionē etiam ina
nem & vacuã non primo cõtemptus manes ſicut an-
tea: vnde omnibus petitionibus addendum arbitror,
fiat voluntas tua: vel fiat mihi ſecundum verbū tuum
ſicut Maria & Chriſtus fecerunt & tunc audiemus cū
chananea fiat tibi ſicut vis, duplici calamo forman-
da eſt petitio ad deum ſcilicet corde & ore, quia vo-
luntatem timentiū ſe faciet: & deprecationem eorū 1. Reg.1.
exaudiet deus. Prius voluntatem reſpicit, quam exau Affectus
diat deprecationem, quia precipua vox ad deū eſt af eſt preci
fectus: vnde anna loquebatur de corde ſuo. Et Moy pua vox
ſi tacenti dicitur. Quid clamas ad me? & rex Dauid ait oratiõis.
Inuenit ſeruus tuus cor ſuum: vt oraret te. Igitur qui 2.Reg.7
petere iure cupit ab ſcrutante corda ex corde oret,

ex affectu petat vt chananea. De multis autem dici
poteſt. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret,
quanuis non veniat diabolus, vt rollat verbum ora
tionis de corde eorum, qui extra peccatum manent,
præire non ceſſant peruerſe cogitationes, q̃ orationẽ
Ecclesi. 10.a. ſeparant à corde: increpantes illud vt taceat. Quem=
admodum enim morientes muſce perdunt ſuauita=
tem vnguenti, inutilemq; illud faciunt, ſic volatiles
cogitationes execrabilem orationem efficiunt, ſi eas
minime reiicias. Si cogitatio inutilis inutilem reddit
petitionem cordis tui, quid facient verba occioſa, &
murmur quę in proceſsione & in choro loquũtur ho
mines infruniti animo & irreuerenti? videte ergo fra
tres ꝙ petitiones v<sup></sup>ſtræ digne innoteſcant apud deũ
ne labiis eum honoretis, & cordibus noxia loquami=
ni, quia deus agnitor cordis eſt: vnde qui bonam ore
profert orationem, & malã habet in animo cogita=
tionem, veluti contraria allegantẽ audiri non debet.
Et aduerte etiam ꝙ quanuis petitionẽ tuam ſacerdo=
tes & angeli deferant in cœlũ, tunc te oportet atten=
tiori corde orare: quia inaduertentem deus nõ audit.
Vnde ait Augu. ſuper id. Intende orationi meæ. In=
tendenti deus intendit. Nec ſolum oportet petere ſed
quærere, ille petit qui ex corde orat, quęrit autem qui
orationi addit operationẽ iuxta illud pſalmite. Deum
exquiſiui manibus meis, nocte contra eũ, & non ſum
Tripliciter quærimus. deceptus. ¶ Tripliciter aliqua res quæri ſolet vel vir=
ga vel cane vel manu. Pueri caſtaneas virga inter fo=
lia quærunt, & ſic ſunt illi qui fide mortua veluti vir=
ga ſicca deum ſe quærere putant, quia chriſtiani dicũ
tur. Alii ſola intellectus indagine exquirunt eũ, quali
ter ſolet quæri perdix in montibus. Hii cũ deũ cogno
uiſſent, nõ tanquam deum glorificauerũt, aut gratias



egerunt. Hii omnes decepti ſunt, quia euanuerunt in
cogitationibus ſuis cecis, ſed qui manibus ſuis ideſt
operibus propriis deum quærunt non ſunt decepti.
Nocte inquit contra eum, quia cũ Moyſes manus ſci
licet opera leuat, intus ſecrete orat contra Amalech.
Et cõtra ipſum deum aliqñ eſt oratio, quæ rigori eius
obuiat ipſe etenim ait. Quæſiui virum, qui haret op=
poſitus contra me pro terra, ne diſsiparem eam. Et ali
bi conqueſtus ait. Nõ eſt qui ſurgat: & teneat me. Ma
nibus ergo quæramus deum, vt deſiderabilia in arca
quæri ſolent: veluti chananea eum quæſiuit. Quæ à
ſeipſa migrans in Chriſtum tranſiuit. Sed hic animad
uerte ꝙ in hoc ſecundo myſterio concurrit totũ qd'
eſt in primo de petitione: & amplius iuxta illud. Aſcẽ
dit clamor eorum ad deũ ab operibus & audiuit ge=
mitum eorum, clamor ab operibus, quæ tacendo cla Exod. 2.
mant aſcendit, & gemitus à corde, nam qui operatur
hac intentione, vt exaudiat deus petitionem eius
gemere non deſinit laborando, & ſic duplici exaudi=
tione dignus eſt, quia dabitur ſibi & optatũ inueniet,
datione & inuentione potitus. Petitio ergo non ſuffi
cit, niſi adſit inquiſitio: quia tumultu carminũ noſtro=
rum deus moleſtatus ait. Qui vocatis me domine do Luc. 6. d.
mine: & non facitis quæ dico? Fruſtra ſe vocari dicit,
quanuis corde & ore dicamus domine domine, niſi
prædictis opus digne ſeruitutis addat. ¶ In tertio mi
ſterio dicitur, ꝙ pulſemus, vbi perſeuerantia cõmenda
tur, quæ ſola exaudiri promeruit, quia ꝓpter improbi
tatem. i. importunitatem illius quæ perſeuerauit pul Luc. 11. b
ſans: impleta eſt petio eius. Et etiã vidua ab iniquo iu
dice obtinuit, quod volebat, nõ aliter quam pſeuerã=
do. Sic beatus Petrus de carcere libaratus eſt, qa ora= Act. 12. a.
tio fiebat ſine intermiſsiõe ab eccleſia ad deũ pro eo.

Iac.5.d. quia vt ait Iacobus multum valet deprecatio iuſti aſ-
Iudi.18.c ſidua, vt exemplariter patet in beata chananea: quæ apoſtolis ceſſantibus adhuc ipſa perſiſtebat feruenter Nec enim tepide in pulſatione ſpacioſa perſeuerandum eſt iuxta illud. Surgite eamus, nolite negligere, nolite ceſſare, eamus, & poſsideamus. Ac ſi ſtatim aperiendum eſſet tibi, pulſare debes, hoc eſt indeſinenter perſeuerare iuxta conſiliũ dicentis. Tenebit iuſtus viã ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. Via iuſti oratio eſt, qua mens ad deũ aſcendit, quæ vt perſeueranter aſcendat mundis manibus ideſt bonis operibus, addas conſtantiam, quæ eſt fortitudo, etiã contra deum præualens, nam & regnũ cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Figura præteriit in Iacob, qui vſq; mane lucratus cum deo, & contra eũ dicitur fortis: vt extorquens benedictionem. Nos fratres mei faciamus ſimiliter per totam vitã perſeuerantes in bono vſq; mane alterius ſeculi: dicamuſq; deo cogentes eum. Dñe adiuua me. Perſeuerantia etiam commendatur in euntibus ad Emaus, qui per viam ſuã gaudentes fruuntur domino, & recedere volentẽ coegerunt: & propter hanc dilectã ei illatam vim, quã pati deſiderat: ſe eis cognoſcibilem exhibuit. Apoſtoli etiam cũ per totam noctẽ laborantes perſeuerarẽt, & nihil prendidiſſent, dñs ipſe eorum conſtantia vocatus aduenit optime piſcationis adiutor dicens. Mittite: in dexteram nauigii rethe & inuenietis. Siniſtra inconſtantes pulſare videntur manu, & cum ſcriptum ſit, q; vias quæ à dextris ſunt, nouit dominus, in dextera perſeuerantiæ pulſare oportet: quæ fortior eſt. Si autem pulſas, aduerte quòd Chriſtus eſt oſtium, quod pulſare debes, armilla oſtii huius, eius paſsio eſt, quæ vſq; hodie in eo perſeuerat, nam pedes manus & latus habet apertum, vt poſt primam pulſationem ingredi faciliter valeamus, ſi petimus ad pedes affectionum eius primo, & operamur ſecundo inquirentes manus tornatiles eius ad operationẽ faciles. Et tertio pulſamus ad lateris oſtium: ſicut columba ad arcam reuerſa. Si hæc profundius conſideremus fratres parum dixiſſe Chriſtũ iudicabimus, petite inquit & dabitur vobis, cum dicere potuiſſet, petite quod datum eſt vobis, quãuis non acceptum, quærite qđ ego inueni, certum quęrite: non quaſi in incertũ laborantes. Pulſate quia non ſolũ aperietur vobis, ſed apertũ eſt iam vobis latus meum per viſcera miſericordiæ dei veſtri: qui egreſſus eſt per illud ad vos oriens ex alto. Ecce quomodo multũ addere potuiſſet Chriſtus præaſſumptis verbis. Petiuit Magdalena ſedẽs ad pedes Chriſti: Martha operoſa adiutorium operationis aſſidue petiuit à Chriſto dicens ei. Dñe non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? nam oratio & operatio ſorores hoſpitis chriſti ideſt cordis eſſe debent: ſed Iohãnes in ſinu Chriſti recumbens ad oſtium lateris pulſare videbatur perſeuerãter. Sed chananea noſtra fuit ne ab huiuſmodi pulſatiõe aliena? Reuera non, quia ob id Chriſtus vocauit eam canẽ, qui prę aliis animalibus gratiam inueniendi habet. Si autem q; quęſiuit recluſum inuenerit, ita latrat, ita manibus fodit, ita perſiſtit donec vel præda exeat: vel aliquis veniat ad eum adiuuandũ. Iſta ergo petiuit per ſe, quæſiuit per apoſtolos, pulſauit per optimã improbitatem. In tribus prædictis verbis tria bona voluit Chriſtus notari ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ. Prima corpori noſtro ſine multa ſolicitudine veluti ſimplici verbo petenda ſunt à deo, vt petebat qui deo dixit. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: ſed tan-

Tria bo rum victui meo tribue neceſſaria. Bona gratiæ inqui
na homi renda ſoliciti uſarbitror pro animabus noſtris: vt il-
ni neceſ le qui aiebat. Mitto legationem ad dominum meum:
ſaria. vt inueniam gratiam in conſpectu ſuo. Tertio bona
Ge. 32.a. gloriæ ad pulſationem pertinent anxiorem: non te-
pide vt fatue virgines dicētes. Domine domine ape
ri nobis. Si ter dixiſſent domine ſcilicet oratione &
operatione, & perſeuerantia, eis dominus aperuiſſet,
vt aperuit chananeę quæ ait. Quis mihi det, vt cogno
Iob.23.a ſcam, & inueniam illũ: & veniam vſq; ad ſoliũ eius?
Per orationem qua mens aſcēdit ad deum, cognouit
per operationem manualē inuenit; & dum perſeuerat
peruenit vſq; ad ſolium glorię tenendũ. Memores igi
deu.28.b tur eſtote fratres prophete dicentis. Aperiet dñs the-
ſaurum ſuũ optimum cœlũ: vt tribuat pluuiam terræ
tuæ in tēpore ſuo: benedicetq; cunctis operationibus
manuum tuarũ. Tria in his promittit, primũ eſt pluuia
terræ in tempore cōgruenti: vbi bona temporalia de
ſignantur quæ maxime ex temporanea pluuia proue
niunt: ſecundũ eſt benedictio vbi gratia innuitur ope
ra noſtra perficiens & informans, tertiũ & præcellens
eſt optimi cœli glorię apertio, vbi gloriam dei, & deũ
intrantes in gaudium dñi noſtri videbimus: ſed Iob
iob.41.a interrogat dicens. Portas vultus eius quis aperiet? &
alibi dicitur. Quærite faciē eius ſemper: ex quibus &
difficultas, & neceſsitas oritur, quia difficilior & ne-
ceſſarior eſt pulſatio ad ianuā cœli, cui duo prima de
ſeruire oportet: vñ ipſum deum petite, & quæ ſurſum
ſunt quærite, & cœlũ paradiſi pulſate ad ſublimiora p
deſideriũ tendentes, quia Chriſtus dicit: petite &c. Pe
tat memoria: quærat intellect9, pulſet volũtas vt totus
homo in hoc ope deiſe exerceat, ſicut chananea, q̃ pe
tiuit p fidem, quęſiuit per ſpē, pulſauit per charitatem.



¶SECVNDA PARS SERMONIS EX
ex eodem themate ad idem.

DIcamus & nos deo noſtro, quæ dixit ipſe no-
bis, vt videlicet petat, quærat, & pulſet, & ſic
faciliter conabimur facere, quæ ipſe fecit &
docuit, nec mirũ, ſed piiſsimũ eſt q dñator iubeat fie-
ri erga ſe: qđ ipſe operatus eſt erga ſeruulos, Trinitas Trinitas
ipſa beatiſsima operata eſt circa nos opera ſua, pater tria petit
petit nos, filius quærit nos: ſpiritusſanctus pulſat nos. ab animę
O & ſi qui petit accipiat, & qui quęrit inueniat, & pul- trinitate
ſanti aperiatur. Vt te iſpum des petitioni patris, & te in
quirenti offeras filio, ac ſpiritui ſancto adaperias, op9
eſt de his tribus tria ponere puncta, nã vt ait Iob, hæc iob.33.d
omnia quæ diximus operatus eſt deus tribus vicibus
per ſingulos, vt reuocet animas eorũ à corruptione,
& illuminet eos in luce viuentiũ. Petitio patris ęterni Pater pe
ad nos in preſſuris mundi aut quocunq; infortunio tit fidē ſi
eſt illa quæ ponitur Luce octa. vbi dicitur. Vbi eſt fi- dem quã
des veſtra? hoc in ſumerſionis periculo apoſtolis di- habet ma
ctum eſt, ac ſi tempeſtas oriretur: vt eorũ fides mani- ria.
feſtaretur. Vnde in illa omnium calamitatum maxi- Luc.8.d.
ma tribulatione paſsionis chriſti periit fides eorũ non
tamen Mariæ cui pater ait. Noui diluculo: multa eſt fi Tre.3.c.
des tua. Diluculo illo quo cũ adhuc tenebre infideli-
tatis eſſent in cordibus cæterorum, Marię fides cogni
ta eſt, quæ in dubitanter tenens memoriter illud So-
phoniæ. Expecta me in die reſurrectiõis meę. Noluit Sopho.
cum aliis ad quærendum Chriſtũ diſcurrere, ſed eum 3.b.
in ſilentio expectare ſciēs: q alibi dicebatur. Qui cre-
diderit non feſtinet. Vnde poſtquam dictum eſt Ma- Eſa.28.d
riæ noui diluculo quando ſcilicet non feſtinabas, q
multa fide expectabas: ipſa immediate reſpõdit. Pars
mea dominus dixit anima mea propterea expectabo

eum,bonus eſt dominus ſperantibus in eum,animæ
quærenti illum:bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſa
lutare dei. Anima Mariæ dominũ Chriſtum expecta
uit,minime ad ſepuchrum vadens,ſed quem ſepelie=
rat expectauit non diſcurrens ſicut cæteri. Habetis er
go comprobatum ꝙ pater æternus in preſſuris fidem
probat filiorũ quod nunc in chananea oſtendit, quã
vt in fide probatam oſtenderat permiſit eius filiam à
demonio vexari. Sed forte ipſe interrogas: cur pater
petit fidem magis quam aliã virtutem? ad quod ego
Quemadmodũ in fide eſt ſubſtantia, & fundamentũ
rerum ſperandarum,ſic in patre eſt fons deitatis alia=
rumq; perſonarum origo, ideoq; à Dyoniſio dicitur
principale lumen,non quia ſit clarior filio,ſed quia fi
lius ex eo procedit: & non econtra. Origo igitur om
Hebre. nium virtutũ fides eſt,vt in patribus antiquis probat
11.a. apoſtolus,qui per fidem vicerunt regna:operati ſunt
iuſticiam adepti ſunt repromiſſiones:attribuitur & pa
tri fides quia ipſe teſtimoniũ perhibuit verbo ſuo, &
teſtificatus eſt de Chriſto, & ſaluator hoc ſe muniens
dicebat: ſe teſtimonium habere quod maius quã ho=
minis eſt. Propter vocem ergo patris apoſtoli & mũ=
dus crediderunt Chriſto,& ideo patri teſtimoniũ per
hibenti debetur fides: quam petit. Sed nec fruſtra aut
gratis eam petit immo vt det vitam iuxta illud Chri=
ſti dictum. Qui verbũ meum audit, & credit ei qui mi
ſit me,habet vitam æternam: & in iudiciũ nõ veniet.
In particulare iudicium qđ fit ſtatim poſt mortẽ vel
in ipſo obitu non veniet, qui fidem habet, qm̃ iudica=
tur in calamitatibus præſentibꝰ,vbi deus videre vult
& videri an habeas animam tuã venalem, vel an pec=
Dan.3.c. care velis: vt eſurientem animã repleas. O ſi talem fi=
dem ei daremus,qualem illi vere filii eius: qui tyran=



no dixerunt. Ecce deus noſter quem colimus, poteſt
eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus
tuis,ò rex liberare, ꝙ ſi noluerit, notum ſit tibi rex, qa
deos tuos non colimus,nec ſtatuam aureã: quam ere=
xiſti adorabimus. Non mutemus ergo fratres fidẽ ab
illo qui nos tentat, vt probatio fidei noſtrę precioſior
ſit auro,quod per ignẽ multum probatur de fide cha
naneæ quid vultis audire, cũ ipſe filius dei ſtupens di
cat, ò mulier magna eſt fides tua. ¶ Filius præterea quę Filius q̃=
rit in nobis ſpem: nam eo modo quo quidem rebus in rit ſpem.
aduerſis certa venit probanda fides: ſic etiam proba=
tur ſpes quia ideo de calamitatibus dicitur. His autem
fieri incipientibus reſpiicite, & leuate capita veſtra,
quoniam appropinquat redemptio veſtra. Caput le=
uat,qui ad deum erigit animũ,quod eſt proprium ſpei
appropinquam te redemptione gaudentis. Lauate er
go capita veſtra fratres, & intentiones veſtras ad deũ
erigite expectantes beatã ſpem cuius vox dixit. Gau=
dete, & exultate: qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cœ=
lis. Simus & nos ſpe gaudentes, quia operarios por= Matt.5.a
tantes pondus diei & eſtus exultare conſpicimus, nõ
ob aliud niſi quia debita præmia expectant. Vites am
putare ſolemus vberiorẽ expectantes fructum, qui= Fructus
bus ſi non patienter inciſiones ferrent diceremus, qđ tribula=
ego facio vobis neſcitis modo, ſcietis autem poſtea, tionis.
in fructu ſcitur, quod modo ignoratur, quanuis nõ ex
toto: quia ſcriptum eſt. Amputa opprobriũ meum, ꝙ pſ.118.e
ſuſpicatus ſum. Quis non ſuſpicatur ſe pœnas paſſu=
rum? quis non timet opprobrium ſempiternũ quod
non delebitur? Si hoc ita ſe habet dicamus cum Dá=
uid. Si exurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſpe pſal.26.
rabo &c. in prælio tribulationum ſperemus: quia his
inciſionibus non ſolũ præſentia, ſed futura deus am=

putat mala,nonſolnm peccata,ſed penas peccato de
bitas.Immo & ſperemus hæc eadē quæ patimur eua
Iob.14. ſuros citius fore:quia vt ait Iob. Lignum ſi preciſum
fuerit,habet ſpem,rurſumq; vireſcit: & rami eius pu=
lulant.Hyems huius tribulationis tranſibit à nobis:
& letitie priſtine reſtituti floribus gaudiorum letabi=
mur in deo ſalutari noſtro. Ne cadat cor noſtrum ſub
quacunq; auguſtia,ſed confortetur ſpe,quia ſperantē
ī domino miſericordia circundabit,nec aliā vult po
tiorem rationem vt nos eripiat,niſi quia ſperamus in
eum:quam rationem ille optime nouerat qui domi=
Pſal.51. no dixit.Conſerua me domine:quoniā ſperaui in te.
Saluos quippe facit ſperantes in ſe:& de ſua miſeri=
cordia præſumentes.Væ autem ſperanti in multitudi
ne diuitiarū ſuarū tempore famis, non ſolum habenti
curam de craſtino,ſed reponenti in annos plurimos:
ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei ſperaui
in miſericordia eius. Oliua homo miſericors eſt, qui
iuſte in miſericordia ſperat,quia beati miſericordes,
qm̄ miſericordiam conſequentur. Hanc ſpem ideo fi
lius dicitur inquirere,quia ipſe eā tot promiſſionibus
ſeminauit in mundo:eſtq; noſter aduocatus apud pa
trem: cui aſtat ꝓ nobis:& ait. Confidite quia ego ipſe
vici mundum.q.d.ſperate vos victores fore in victo
ria mea. Quærit deniq; ſpem quia eū ſperamus qui
configurabit corpus humilitatis noſtre corpori clari
tatis ſuæ.Dei filius quæſiuit nos manibus ſuis qa ideo
plagatus fuit:& ex itinere fatigatus: vnde ei dicere
Deu.4. valemus. Inuenies eum ſcilicet peccatorem:ſi tamen
toto corde quæſieris & tota tribulatione animæ tuę.
Spiritus amorem pulſat. Dum enim Chriſtus ſuum cor aperiri permiſit ani=
mamque tribulari: quærebat nos ibi vbi nos ab anti=
quo habuit.¶ Spiritus ſanctus pulſat:vt ei pateant vi=



ſcera charitatis noſtre.Iſte venit ignem mittere in ter
ram,quando inflammauit apoſtolos, & nunc ſolici=
tat,& pulſat mentes:quarum vna ait. Vox dilecti mei Can.5.a.
pulſantis,& dicētis,aperi mihi ſoror mea amica mea.
O ſi cum pulſauerit confeſtim aperimus ei cor per bo
nam cogitationem,voluntatem per amorem,viſcera
per ardentiorem affectum, os per laudē, manum per
oblationem,& totam domum per elemoſinarum co
pioſam largitionem. Nam iſte pater orphanorum &
iudex viduarum neceſſitatibus proximorum pulſat
& tentat amorem noſtrum ſecundum Iohānem, qui
dixit.Si quis viderit fratrem ſuum neceſſitatem habē
tem,& ei clauſerit viſcera miſericordiæ,non eſt cha=
ritas patris in eo ideſt ſpiritus ſanctus. Ecce igitur di
uites qualiter venit tempus miſerendi eius: quando
ſpiritus ſanctus vocat famem ſuper terram,vt probet,
ſi eum vel diuitias diligitis. Videte ne de vobis dicat Eſaia.
Eſaias.Non ſunt prune quibus calefatiant:nec focus 47.d.
vt ſedeant ad eum. Prune ſuper caput etiam inimi=
ci congerende,opera charitatis ſunt:quibus fouere
debetis nudos in die frigoris: nam ille qui in templi
altari iugem voluit ignem amoris dicit, quòd dilige Mat.12.d
re proximū tanquam ſe,maius eſt omnibus holocau
ſto matibus & ſacrificiis. Qui fratrem ſuum viſibilem
non diligit, qualiter amabit inuiſibilem deum, qui
huic iuſſit reddi amorem ſuum? probatio dilectionis
diuinæ eſt exhibitio charitatis humane,quam chriſtꝰ
perhibuit. In hoc cognoſcēt homines, quòd diſcipu
li mei eſtis:ſi charitatem habueritis ad inuicem. Sua=
deo ergo tibi diuiti nunc emere à deo diuitiis tuis
pro eo datis aurum ignitum charitatis, & probatum
neceſſitate proximi:vt ſic vere locuples fias. Dicimꝰ
quòd ſpiritus ſanctus ſignanter experimentum ſumit

amoris,quia ex patre filioq; procedit per amorem,& propriſſime amor eſt,& ei conueniunt operationes amoris,& in igne venit: & apoſtolus ſcribens de eo ait. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. Pulſat ergo nos vt videat ſi intus habitat donum & fructus eius qui eſt charitas. Collige ex prædictis ꝙ in quacunq; tribulatione pater petit à te firmitatẽ fidei, filius quærit ſpei exultationem & ſpiritus ſanctus probat amorem an extincta ſit charitas tua: imo & in quocunq; beneficio hæc tria vult beata trinitas. Pater petit in te gloriari, petit à te cor tuum, filius quærit, vt ibi erigas ſpem tuã ad ſuperiora & ſpiritus ſanctus cupit, vt non plus beneficiumq; quam benefactorem diligas. Quanuis in quocunque opere facto in nobis vel ex nobis velit deus tria quæ diximus.ſ. fidei ſpei & charitatis augmentum vel actuationem: precipue tñ ea exquirit in oratione iuxta Paulũ qui ait. Credere oportet accedentem ad deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Ad deũ accedimus per orationem ſed prius oportet credere per fidem, & ꝙ inquiramus eum per charitatem, eũ ſperantes quia remunerator eſt. Sed vę filiis ſceleratis huius ſeculi, qui cum labia eorũ mouẽtur: vox penitus non auditur: quia fides mortua nullã vocem format ſonatam in auribus dei, nec horũ ſpes aſcendit ad deum: quia teſte Iob ſpes hypocrite peribit. Et cum etiã horum charitas refrigerata ſit, veluti dici ſolet frigidus focus abſq; igne, ſequitꝙ tales orare non valent, nec eſt cor dei ad populum iſtũ, niſi reſipiſcant fide corda purificantes: & dicentes. Etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Si autem perſeuerantes ſunt in oratione cum Maria matre Ieſu, quæ eſt contritio dicere poterunt. Os meum aperui, & attraxi ſpi

Hebre. 11.a.

Pccatores cur nõ exaudiantur.

Iob.8.

Iob.13.



ritum ſcilicet ſanctum charitatis. Sic fratres chariſſimi humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſolicitudinẽ veſtram proiicientes in eum: qm̃ ipſi magna cura eſt de vobis. Compertum igitur habes ꝙ beata trinitas operata eſt erga nos prouido conſilio: nam operatur vt operemur agit erga nos: vt agamus erga eã. Si petit pater fidem eſt vt nos in fide petamus nihil heſitãtes. Si filius quærit ſpem eſt, vt ſic ſperantes in eo miſericordia circundet: & expectatio iuſtorũ letitia ſit. Si ſpiritus ſanctus pulſat amorem: eſt ne nos cum Helia dormiamꝰ tepidi in via dei: & cũ fatuis virginibus extra maneamus: ſed introducti in cellam vinariam dicamus. Ordinauit in me charitatem ſcilicet conſummatam per adequationem præmiorum ad meritum. Chananea fidem habet, dum currit ad Chriſtum, ſpem dum perſeuerat charitatem autem dum malum filiæ ſuum dicit. Hanc nos imitemur nunc per gratiam: vt poſtea conſequamur dei gloriam. Amen.

1.Pe.5.b.

Prou.10.

## ¶SERMO.XXXIII. DOMINICE TERtiæ quadrageſimæ quomodo demon eſt mutus. THEMA.

Erat Ieſus eiiciens demonium: & illud erat mutum. Luc.2.b.

¶Inuocatio ad virginem.

NOn ſolum filius dei potens eſt vt eiiciat demonem, ſed etiam mater eius quæ eſt virga eum caſtigans: quoniam ſcriptum eſt. Pauebit aſſur virga percuſſus. Aſſur interpretatur inſidians, & eſt ille: cui dicitur. Tu inſidiaberis calcaneo eius. Si ergo fratres eiicere demonem optatis, hanc virgam per deuotionem arripite, & eam per orationem inuo

Eſa.30.g

Maria cate,veluti faciebat ille: qui dixit. Virgam virtutis tuę
eiicit de emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimi=
monem. corum tuorum. Habet namq; virtutem dei hæc vir=
ps.109.a. ga:non qualemcumq; ſed à deo ingentem & magnā
vt dominetur in medio inimicorū dei: demonibusq;
ſit terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Sed videa=
mus,vbi naſcitur hæc virga, quia non in quocunq; re
peritur orto,ſed tantum ex Sion emittitur,ibi oritur,
vbi erat viridarium puellarum ſanctarū antiquarum
inter quas hanc velut vnicam mirantur angeli dicen
tes. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut vir=
gula fumi ex aromatibus myrrhe & thuris: & vniuer
ſi pulueris pigmentarii: propter tria videntur admita
ri ipſius virginis in demones aſcenſum propter locū,
propter ſexum propter modū. Locus ille Sion puel=
las nuptui tradendas alebat ideo ſterilis non erat, ſed
beata ergo deſertum virginitatis inuenit ibi:vbi cęte
re conſortia maritorū affectabant. Mirantur ergo pri
mo ꝙ ipſa inter delicias inuenit virginitatem, in qua
ſic floruit,ac ſi eſſet plantata in cœlo, & ſic de tali lo=
Can.4.c co:tantam mirantur procedere puritatē. Similiter de
maria eſt tali ſexu tantam aſcendere fortitudinē: vnde dicunt
virga fu virgula fumi:non ligni. Virga lignea paulatim aſcen
mi. dit,tarde, ac pedetentim de die in diē proficit, & quā
to plus aſcendit tanto fragilior & gracilior efficitur,
econtra tamen eſt videre in virgula fumi aſcendēte
de turibulo pleno prunis accenſis, & pulueribus aro=
maticis ſuper poſitis maxime quando non eſt ibi niſi
vnica apertura, aſcendit enim cum impetu fortiter &
velociter per virtutem ignis in modum columne:
vnde & Maria columna nubis alibi dicitur propter
fortitudinem: & velocitatem proficiendi. Aſcendit
etiam cū feruorę & ardore: & quanto plus aſcēdit eo



amplius dilatatur: & odorem ſuauitatis circunquaq;
diffundit talis tamteq; bonitatis: ꝙ omnium aroma=
tum ideſt virtutum & gratiarum, quæ cogitari poſſit
in ſe contineat flagrātiam, ac virtutem, quod notatur
cum dicitur: & vniuerſi pulueris pigmentarii. Solent
enim pigmentarii multis modis conficere pulueres
certarum ſpecierum: aſſumentes numerum & men=
ſuram: ita gratiæ aliorum ſanctorū quaſi in certo nu=
mero datę ſunt & menſura, ſed in Maria omniū gra=
tiarum plenitudo reperitur: vt eius fumus eiiciat om
ne genus demoniorū, melius quam iecur piſcis Tho=
bie. Cum ergo demon adnitatur claudere ora & au=
res laudantium deum, ad fumum deuotionis Mariæ
oportet accedere pro gratia obtinenda, quam vt aſſe
quamur: ei afferamus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Eiectio demonis non breui finitur tempore: quia
ſemper eſt in fieri: ſemper Ieſus eſt eiiciens demo=
nium, & propterea dicitur, ꝙ erat eiiciens, ac ſi non fi
nierit: nec enim finiet donec dicat. Ite maledicti in
ignem ęternū: qui paratus eſt diabolo & angelis eius.
Tunc eiiciet eum non reuerſurum: nam vt in præſen
ti narratur euangelio, demō ſtatim vult reuerti, & nō
ſolus ſed cum aliis ſeptem nequioribus ſe, Chriſtus au
tem non fatigatus ſed paratus adeſt pro nobis: vt eū
eiiciat. Nam imbecilles quidem ſumus: niſi ipſe con=
tinuo adiuuet nos aduerſus proternum iſtum, qui do
mum, quam ſemel intrat, ſuam vocat, Ieſus autem in
defeſſus demoniorum expulſor adeſt nobis, quoniā
Lucas dixit: vt nos conſolaretur. Erat Ieſus eiiciens
demonium &c. In priori parte oſtendam quomodo Diuiſio.
eū eiecit à cœlo. In poſteriori autē quomodo eum ꝓii
cit à terra. ¶ In primis verbis thematis noſtri ſcilicet Prior ps.

eratIeſus:plurimum Lucaseleuat intellectum noſtrū
quia hæc verba ſatis conſona ſunt illis. In principio
erat verbum. Vnde quemadmodū lectio lectionem
aperit,ſiceuangeliſta exponit euangeliſtam. Iam er=
go etiam in cœlo erat Ieſuseiiciens demonium luci=
Eſa.14.c ferum:& turbe angelorū bonorum admirate ſunt de
huius eiectione dicentes ei. Quomodo cecidiſti de
cœlo lucifer: qui mane oriebaris? corruiſti in terram:
qui vulnerabas gentes. Vnū ſolummodo in præſen=
tiarum ingerit nobis difficultatem ꝙ, ſcilicet mutum
dicat euangeliſta demonium, qđ chriſtus eiecit, cum
nihil ſit loquatius demone: nam propterea dixit Pau=
lus. Si linguis hominum loquar & angelorū ſcilicet
malorum: nam ſine charitate impoſsibile eſt vt quis
loquatur linguis bonorū angelorum: quia ſunt igneę
demō eſt diuino amore ardentes. Mali ergo angeli loquaciſsi
loquax. mi ſunt: ideoꝗ frequentius occupant inter hominis
membra linguā. Et vſus eſt demon lingua ſerpentis,
vt noſtros deciperet parentes. Vnde primum donum,
quod Ieſus è cœlo miſit, fuit linguarū, de quibus dixe
rat. Linguis loquentur nouis ſcilicet contra væteres
linguas diaboli, quibus mundū impleuerat, & quoti=
die quoꝗ implet: dum loquacitate hereticorū omniū
aures occupat. Qui malo ſpiritu acti, loquuntur va=
riis linguis: vt ſic ſacram ſcripturā euertere valeant,
negantes quod à mille annis ſancta tenuit eccleſia, &
ſolummodo proteguntur varietate linguarū dicen=
tes, quia non ſic habetur in græco, quia non ſic habe
tur in hebreo, quia non ſic habetur in caldeo, an ipſi
poſsideant originalia prima: quæ ſancti ſcripſere apo
ſtoli aut prophete. Iam ergo cū demon ſit rana loqua
tior, cur Lucas mutum vocat eū: quem Chriſtus eie=
cit? Etiam ſi mutus eſſet demon: vteretur ſane alienis



linguis ad ſua concinnanda mendacia: ideoꝗ mutus
dici non debet. Gloſa tamen rationem aſſignans dicit
quòd dictus eſt mutus demō: quia mutos facit. Et hoc
ſane ſciebat euāgeliſta: ideoꝗ ſatis eſſet ſibi dicere, &
erat Ieſus eiiciens demonium, & cum eieciſſet demo
nium, locutus eſt mutus, ſine eo ꝙ interponeret: & il=
lud erat mutū. Aduertendum ergo eſt, ꝙ eum mutum
vocat, vt nos moneat ex eius pœna: ſuā indagare cul
pam. Pœna ſiquidem conſentanea eſt culpe ſuæ, quia
iuxta qualitatem delictorū eſt plagarum modus. Sci=
mus enim Zachariā mutum relictū ab angelo, ob id
quòd non obedienter reſpondit ſibi. Et impii ni=
chanoris linguam diuiſam auibus dari iubet ille Iu=
das Machabeus, propterea ꝙ blaſphemauit deum & 2.Mach.
ſanctū templū eius. Vñ quod lucifer mutus depingi= 15.f.
tur, aliquid ore cōmiſit, in cuius pœnam efficitur mu
tus: quia contraria contrariis mederi oportet. Qui ꝓ
cax fuit ad loquendum, fiat mutus, & ſileat, qm̄ cuidā
loquaci dicitur. Adherere faciam linguā tuam palato
tuo: & eris mutus. In diuite epulone: qui ſtans in flam Ezeh.
mis cruciabatur ſignanter in lingua (quoniam per eā
frequentius peccauerat) manifeſte inuitur, ꝙ pœnam
lingue precedit peccatum lingue. Vt ergo diaboli fa A loqua
cinora videamus ad emendationem noſtrā (eſt enim citate oē
poſitus in metum prauorū hominum) aduertendum malum
eſt, ꝙ nihil ab angelis, immo nec ab hominibꝰ primis euenit.
quærebat deus præter ſilentium. Si omnes angeli, ſi=
luiſſent, & parentes quoꝗ, dum paradiſo terreſtri mo
rabantur, à principio ſiluiſſent, vtiꝗ non cecidiſſent:
nec exultaſſent. Miramini de hoc? nonne & vos cum
tacueritis ſancti eritis? Audite Iacobum dicentem. Si
quis in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir. Im= Iaco.3.a
mo apertius Eſaias ſanctitatem in taciturnitate con=

ſtituit dicens. In ſilentio quidem & ſpe erit fortitudo
veſtra. Sanctus etiam Iob ac ſi multum feciſſet, ſe iu-
ſtificans dicebat. Nonne tacui nonne quieui? quid er-
go monemus vobis fratres virtutes ingentes, ac la-
borioſas: cum ſilẽtium dulce fere ſufficeret vobis ad
ſalutem? eſt enim virtutum fons, ſicut loquacitas eſt
viciorum ſeminarium. Nec ſolum virtutum humana
rum: ſed etiam virtutis angelice, quoniam propheta
dicit, & erit opus iuſtitie pax cultus iuſtitie ſilentium,
Eſa.32.d & ſecuritas vſq; in ſempiternum. Et ſedebit populus
meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidu-
Silẽtium tie: & in requie opulenta. In iuſticia etiã angelica ope
eſt fons ratur, qui pacem cuſtodit, quod clarius exponens ſub
boni. iunxit: & cultus iuſtitie ſilentium. Alterum exponit al
terum: cum dicitur. Et erit opus iuſtitie pax: hoc eſt
primum, & cultus iuſtitie ſilentium: hoc eſt ſecũdum.
Si lucifer voluiſſet pacem habere: nec facere præliũ
magnum in cœlo: colere debuit iuſtitiam dei. Quo-
modo? ſilendo: quia cultus iuſtitie angelice ſilentium
eſt. Ad quod equidem ſequeretur ipſa pax: vnde pro-
pterea adiunxit. Et ſecuritas vſq; in ſempiternum. Et
ſedebit populus meus &c. quod de primis hominib9
& angelis poteſt intelligi, qui tanta gratia creati ſunt,
vt etiam ſi nihil ex parte ſua ponerent præter ſilentiũ
conſequerentur gratiæ confirmationem: vnde etiam
angelo dici poteſt illud ſapientis. Audi tacens & pro
Eccleſi. reuerentia accedet tibi bona gratia. Et velut carpens
32.d. luciferum ſubiunxit. In medio magnatorum loqui
non præſumas. In auditione angelorũ notatur plena
obedientia: in taciturnitate autem plena abnegatio
proprie voluntatis: ex quibus exhibita eſt deo reuerẽ
tia: pro qua confirmationis gratia acceſsit gratiis
præhabitis. Tamen Lucifer anticipauit tempus lo-



quendi, præcipitauit vocem, ſilentium interrupit ſibi
impoſitum: dum permanere noluit in ſola & quieta
dei contemplatione: cui omnes alii ſilebant. Vnde Io
hannes ait. Factum eſt ſilentium in cœlo quaſi dimi- Apo. 8.a
dia hora. Ecce quomodo fuit imperfectũ & non inte
grum ſilentium ſed dimidie horę: ac ſi non potuiſſet
lucifer vna hora filere ſicut nec Petrus vna hora vigi
lare cũ Chriſto. Dimidie hore dicitur ſilentium fuiſ-
ſe: primo quia non diu permanſit in obedientia con-
ditoris. 2. quia eius beatitudo quã in cœlo habuit fuit
non integra ſed dimidia. Et ergo notandum eſt, qđ
ſecundum bonauenturã duplex eſt pars integre bea- Duplex
titudinis. Prima eſt priuatio omnis mali pene & cul- pars pea
pe cum adeptione naturæ competenti eorũ quæ ſunt titudinis
citra deum. Altera vero pars eſt ſtatus omnium bono
rum congregatione perfectus, quæ tres partes beati-
tudinis eſſentialis includit, quibus vltimate potentiæ
perficiuntur: q; autem mali angeli primam beatitudi
nis partem habuerint patet per beatum Thomam. 1.
parte quæſti. 62. articu. 3. Vnde ſecundum Hierony-
mum ſtatim quo angeli creati ſunt à patre per verbũ
in ſpiritu ſancto ſunt gratia ornati, quilibet ſecundũ
naturam & ordinẽ ſuũ, quia deus ſimul fuit condens
naturam & largiens gratiam propter innocentiam
quam à ſua conditione angeli habuerunt, quæ cum
bona voluntate eſt optima diſpoſitio ad gratiam, Semi bea
quam diſpoſitis nunquam negauit deus. Nonne me- tus fuit
diam beatitudinis partem habuit lucifer, dum referẽ- demon.
te propheta, in medio lapidum ignitorũ ambulabat, Ezech.
perfectus in viis ſuis à die conditionis ſuæ, donec in 28.d.
uenta eſt iniquitas in eo? lapides igniti dicuntur an-
geli à cõditione ſua, qm̃ amore dei ardebant, quẽ lege
naturali aſtricti vehementer amabant. Tuncautẽ in

media hora ſilentii erat lucifer: donec inuenta eſt ini
quitas in eo. Sed quæ fuit hæc iniquitas? quia noluit
expectare tacens aliam dimidiã horã, vt integre bea-
Tre.1.c. retur, cum teſte Hieremia: bonum ſit præſtolari cum
ſilentio ſalutare dei. Lucifer autem impatiens lo-
quax & preceps noluit per dimidiam horam: ſilendo
præſtolari alterã beatitudinis partem, quæ ſilentibus
& non loquacibus erat conferenda. Sed quiſpiam di
Angeli cet, ꝙ caret lucifer ſicut & alii angeli vocis inſtrumẽ-
carent to, nam vt aiunt doctores per ſigna & oſtenſionẽ affe
lingua. ctuum: & non per voces manifeſtãt voluntates ſuas.
Vnde Paulus nõ abſolute: ſed conditionaliter dixit.
Si linguis hominum loquar & angelorũ &c. Poſt ho
mines poſunt angelos: ac ſi diceret. Si angeli vt homi
nes haberent linguam, & ego ea vſus fuero: non erit
vtilis meus ſermo charitate neglecta. Ecce igit͛ quo
modo caret lingua demon, ſed vt miſterium agnoſ-
cas aduerte, ꝙ in homine, membrũ quod minus lo-
Triplex quitur eſt lingua: vñ tria hominis membra loquuntur
vox. ſcilicet cor os: & manus. De primo dicitur. Deſideriũ
timentium ſe faciet: & deprecationem eorũ exaudiet
Pſalmographus etiã ait. Clamaui in toto corde meo,
exaudi me dñe. De altero membro dicitur. Os meum
apperui, & attraxi ſpiritum. De. 3. autem dicitur. Cla-
mor Sodomorum venit ad me ideſt opus prauum, ſi-
ue manus mala operãs. Ex his tribus, magis validior
eſt vox cordis, quæ eſt velut mater origo & radix cæ
terarum. Sine voce cordis fruſtra clamitabis ad deũ,
hypocrite quoq; operibus bonis videntur clamare,
tamen cor eorũ (inquit deus) longe eſt à me, ideo ſa-
bata eorum odiuit anima mea. Prima igitur voce de
mon fregit ſilentium in Sion, quoniã ob id ait Eſaias
eſa.14.d loquens lucifero. Corruiſti in terram, qui vulnerabas



gentes: qui dicebas in corde tuo. In cœlum aſcendã,
& ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum. Gentes apo
ſtatrices, quæ receſſerũt à deo, vulnerabat lucifer ſug
geſtione ſua: dum inter eos fregit ſilentium dicens in
corde ſuo ideſt in ſua interiori affectione. In cœlum
aſcendam ideſt in ſupremam beatitudinem, ad quam
nulla creatura poterit aſcendere: qm̃ & Chriſtus (vt
aiunt euangeliſte) aſſumptus eſt in cœlum: qui paſſi-
ua vtuntur ſignificatione: eo ꝙ nemo viribus ſuis po
terit in cœlum aſcendere. In hoc ergo volebat luci-
fer aſtra ideſt cæteros angelos præcedere, ꝙ ipſe non
gratia dei ſed propria quidem præſumptione beatitu
dinem poſſideret: quam vocibus prauis cupiebat ob
tinere. Nam qui cupit, & iure caret, vocibus nititur.
Vidimus ergo demonis loquacitatem: videamus pu-
nitionem conſentaneam: de qua ipſe Dauid ait. Eru-
beſcant impii & deducantur in infernum, muta fiant Pſa. 30.c
labia doloſa: q̃ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatẽ
in ſuperbia: & in abuſione. Hæc ſunt verba quibus do Differen
minus iuſtus noſter loquaces angelos è cœlo proiecit tia ſilẽtis
in infernum. Et in conſentaneã peccato pœnam di- & muti.
xit. Muta fiant labia doloſa. Superbia dicuntur pec-
caſſe, quia hæc fuit primũ peccatum eorũ: alterum ve
ro fuit abuſio ſuorum naturaliũ. Vt autem percipias
differentiam ab eo ꝙ ſilens fuit primo in illa dimidia
hora, & nunc mutus aduerte, ꝙ ille deo ſeruat ſilentiũ
qui reuerenter tacens ei, nihil aliud vult quam volun
tatem eius adimplere feſtinanter. Nam ſi verba ſapiẽ Eccl. 9.d
tium audiũtur in ſilentio, quanto magis verba dei? &
ſi aque ſiloe vadunt cum ſilentio quãto quietius ve-
niet ad nos aque ſapientie ſalutaris: quæ ſunt ſacre do Eſa. 8. b.
ctrine? ſilentium ergo ſancte obedientiæ anexũ eſt,
pro cuius defectu fit mutus, vt qui tacere noluit: iam

loqui non poſsit. Dicitur mutus demon primo quia
deus & ipſe non ſe intelligunt: habent enim contra-
rias voluntates. Nam ſi malis dicturus eſt deus nõ no
ui vos, pari ratione demonibꝰ dicet: nõ intelligo vos:
quamuis intelligat etiam non clamantes vt Moyſen:
cui tacenti dixit. Quid clamas ad me? Cum ergo deꝰ
ſciat omnes linguas, & ignoret linguam demonis, in
articulata & confuſa manebit, ſicut lingua lupi: quæ
Cur de- percipi nequit. Immo nec demon vult deũ intellige
mon eſt re, quia dei voluntati nunquam reſpondit: vnde quã
mutus. do ei deus aliquid imponit & mandat (veluti homi-
nes flagellare) non ad intentionem dei quæ bona ſem
per eſt, ſed ad ſuum liuorẽ facit, quapropter dum iuſ-
ſus eſſet, vt Iob tentaret, limitem poſuit ei deus, ne le
deret animã eius: quam prius vellet arripere. Nã de-
mon tua nõ vult, ſed te perdere. 2. eſt mutus à dei lau-
de, quã ore nunquam aſſumit, ſed fugit ab ea ſemper:
Iob.38. vnde miratus dñs ait ei. Vbi eras cũ me laudarẽt aſtra
Eſa.38.d matutina & iubilarent omnes filii dei? & ſanctus qui-
dam ait. Quia nõ infernus cõfitebitur tibi: neq; mors
laudabit te. In his verbis à confeſsione fraudis & lau
dis mutus perhibetur. Dicitur tertio mutus, quia cum
mendaciũ ſemper ex propriis loquatur, intelligi non
poteſt quia vt ait philoſophus, quod non eſt, non ſci-
tur, id eſt falſum non ſcitur. Quarto eſt mutus à petẽdo
veniam: vñ dicitur: vena vite os iuſti: quando cõfite-
tur ad vitam, os autem impiorũ operit iniquitatem:
qm̃ eam negat nolens fateri peccata. Quinto dicitur
mutus, quia eſt orbatus charitate: quã obrem fit vt ęs
ſonans aut cimbalũ tiniens qđ non intelligitur. Cum
ergo charitatẽ perdidit, mutus remãſit. ꝓpterea q̃ ſo
num gratũ deo amiſit. Hæc igitur pœna, qua demõ fa
ctus eſt mutus exul ac proiectus è cœlo, figuratur in



Heliodoro: de quo dicitur. Ille quidem per diuinam 2.Mach.
virtutem iacebat mutus: atq; omni ſpe & ſalute priua 3.f.
tus. Heliodorus interpretatur donum ſolis: & eſt luci
fer quia ſole iuſticie factus eſt: vt luceret poſt deũ. Hic
eleuatus in mirabilibus ſuper ſe: voluit theſauros tẽ-
pli celeſtis rapere, Templi cœli theſaurus eſt ipſa bea-
titudo, quam præripere audacter voluit: ac ſi iure na-
turali deberetur ei. Sed filius dei hunc principem de-
moniorum eiecit ac demonia: modus autẽ quo eiectꝰ
eſt ponitur in aſſumpta parabola vbi dicitur. Subito
autem heliodorus concidit in terrã, eumq; multa cali
gine circunfuſum rapuerũt, atq; in ſella geſtatoria po
ſitum eiecerunt. Ecce nũc dicitur caliginoſus lucifer,
cui vti principi ſedenti: alii ſubiiciuntur. Tamen ſella
dignitatis facta eſt geſtatoria: quia non ad gloriã ſed
ad confuſionem vocatur princeps demoniorum. Ta
men eos habet ſubiectos: & ſocios ad operandum ma
lum, & ad occupãdum animas hominum: quia ideo
ſequitur vbi ſupra. Et is qui cum multi curſoribus &
ſatellitibus, prædictum ingreſſus eſt erarium, porta-
batur, nullo ſibi auxilium defferente: manifeſta dei co
gnita virtute. Ecce igitur fratres quomodo Lucifer
iacet in inferno priuatus ompi ſpe & ſalute, quia mu-
tus caret fonte ſalutis. Fons equidem ſalutis eſt bona
lingua, & fons mali mala, quia mors & vita in ma-
nibus lingue. Habet ergo ſatellites iſte princeps de-
moniorum nequiores ſe: qui eum portant in domum
ſuam: cum ait: Reuertar in domum meam: vnde exi-
ui. Sed tempore chriſti nullus demoni ferebat auxiliũ
quoniam vniuerſa arma eius abſtulit: in quibus cõfi-
debat. Ratio cur ei nullus auxilium ferebat oſtẽditur
cum dicitur: manifeſta dei cognita virtute ſcilicet in
carnata. Quoniã virtus altiſsimi apparet in carne, vt

omnis caro liberetur, & ab ea demon expellatur, vt patet in euangelio præſenti: vbi oſtenditur quomodo Chriſtus à terra demonem eiecit. Pro altero ſermone hoc euangelium exponam.

¶SERMO.XXXIIII. DOMINICE TERtiæ quadrageſimę ad literam euangelii. THEMA. Beatus venter qui te portauit. Luce.2.c.

¶Inuocatio ad virginem.

VT vætus canit adagium nemo deterior mutus: quam ille qui loqui non vult. Dum autẽ inimico tuo denegas loquelam, reſpectu illius mutus diceris quanuis cum aliis loquax reperiaris: demon temporibus iſtis loquaciſsimus eſt, quia fabulas antiquas, hereſum quæ præ vetuſtate oblite fuerant, renouat, & fingit ſe linguis loqui nouis, tñ ſerpentes ideſt ſcandala non tollit ſed mouet. Eſt tamen mutus reſpectu beatæ virginis, nec vult eam alloqui vnde lutherani non volunt in principio ſermonis dici aue Maria, qui error & ſi ab vniuerſitate pariſienſi damnatus ſit, inquirendum ſupereſt, qua ratione demon faciat mutum lutherũ reſpectu virginis, nonne aue Maria gratia plena &c. Euangelium Chriſti eſt? nonne verba ſunt archangeli Gabrielis ad virginẽ? Nonne verba etiã ſunt ſpiritusſancti, quo repleta Elizabeth ſalutationem cõpleuit? Propterea interdicit lutherus verba hæc euangelica & diuina, quia talia ſunt: nam ipſe morem habet cætera reiiciendi: & ſua ſtatuendi. Cum autem omnes aliæ ſalutationes virginis ſuper angelicam fundentur: qui hanc reiicit mutus manet. Qui autem fruitur ea, etiamſi deus mutus ſibi ſit, nolens ei loqui, faciet cum ea vt expedit eloquatur pacem ſibi: vnde propterea ibi dicitur. Domi

Luther⁹ vetat aue Maria.



nus tecũ ſcilicet loquitur, ò Maria, qui nobis ob peccata noſtra mutus eſt ideo benedicta tu in mulieribus quia nulle vnquam ſic familiariter locutus eſt ſponſus eius ſicut tibi deus: & merito quia filius tuus eſt: vñ benedictus fructus ventris tui: qui eſt verbum dei, ꝓpter te matrem ſuã, omnes alloquens, omnes ſalutãs, omnibus medelam diuinã conferens: qm̃ ipſe dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Quomodo nos potuiſſemus ad viſibilem deum ire: niſi prius ipſe veniret ad te, ò Maria gratia plena? quomõ potuiſſet lactis dulcedine noſ reficere: niſi prius tu ipſa vberibus tuis eum reficeres? antea quippe omnes territi dicebant. Ne loquatur nobis dñs: ne forte moriamur: nunc autem poſtquã tu beata virgo dediſti ei os nouum dulciſsimum & teneriſsimũ: nolumus vt loquatur nobis alius: quia oues eius non nouerunt vocem alienorum lutheranorum Vt ergo dominus alloquatur animas noſtras gratiam ſermonis conferens: nos virginem angelica oratione ſalutemus dicentes humiliter Aue Maria.

Chriſtus propter matrem omnes ſalutat.

exo.20.d

¶Argumentum dicendorum.

¶Cum in principio pręſentis euangelii demonis mẽtio fiat: & in calce eiuſdem deipara virgo mirabiliter collaudetur, multi putant hoc euangeliũ difficilimum: cuius initium & finis tantum differunt: ſed cum ſapientia dei attingat à fine vſq; ad finem quãuis fortiter incipiat miſteria huius, ſuauiter finit ea: quia & ſi fortiter eiecit demonem, ſuauitate adimpleuit mentẽ mulieris de turba: vt ſuauiter extolleret Mariam ſuauiſsimam. Nullũ ergo diſcrimen eſt inter huius euangelii finem & principiũ: immo eſt conexio mirabilis, quia cum demon feciſſet hominẽ mutum, & hunc ſanaſſet Chriſtus, voluit in muliere de turba oſtendere,

Sapi.8.a.

quam loquelam conſecutus eſt mutus ille, & ad quod ſanatus eſt ſcilicet ad laudem incarnati verbi: de quo mulier illa dixit. Beatꝰ vēter qui te portauit. In tota ergo huiu euãgelii expoſitione oſtendã: quomodo ſanatus mutus laudi verbi incarnati deſtinatur: omneſq; cum eo dicere debent. Beatus venter qui te portauit.

¶ Incipit homelia.

Qui erat mutus dixit, beatꝰ vēter qui te portauit.

¶ Dum in principio dicitur: ꝙ locutus eſt mutus, & in fine mulier de turba extulit vocem: indubitãter dicã eos in ſententia ſimiles, quanuis hoc Lucas nõ expreſſerit, alibi tamen dixit, ꝙ cum naſcente Iohanne mutus Zacharias loqueretur: ad idē conuertit verba ſua dicēs. Benedictus dñs deus Iſrael: quia viſitauit. ſ. Mariam, viſitauit inquam ideſt fecundauit, & fecit cõſequenter redemptionē plebis ſuæ. Et erexit cornu ſalutis nobis ideſt Chriſtum in domo Dauid pueri ſilii. i. in virgine. Sed forte quiſpiam dicet: qđ iſti duo muti plurimum diſtant, pluſquam initiũ & finis huius euangelii. Bene fateor, quia mutum alterum fecit angelus bonus alterum vero angelus malus: at tñ magni conſilii angelus chriſtus vtrumq; ſcit, ad venam conuertere meram: & ad eundem finem deducere: quod ipſe Zacharias fatetur dicēs. Salutē ex inimicis noſtris & de manu ideſt opere omnium qui oderunt nos. ſ. demonium facientiũ hominem iſtum mutũ. De quorum opere gloriã ſibi elicuit deus: qui vtitur inimicis ſuis ad gloriam ſuam. Ex iſto igitur muto, iam ab eo eiecto demone deus elicuit, & magnificauit gloriã ſuã: dum locutus eſt mutus dicens. Beatus vēter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. Hoc (vt arbitror) dixit: aut ſaltem dicere debuit: certum eſt quod aliquid dixerit: quoniam Lucas ait. Poſtquam eieciſſet demoniũ locutus eſt mutus, & admirante ſunt turbe: vñ aliquid



protulit admiratione dignum: & fuit equiualenter illud. Beatus venter qui te portauit. Si hoc dicebant ipſi diaboli, cur ab eo liberati non melius proclamarent illud? quod ipſi demones hoc dicerent: patet per eundem euangeliſtam dicentem. Exibant etiam demonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei, & increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Hæc ille, ſi autē quæras, cur beatus Lucas non ſcripſit confeſsionē aut gratiarũ actionem iſtius muti: aut cur dominus Ieſus aliquomodo mulieri de turba reſiſtit eum fideliter laudanti? Audi bedam ſuper Lucam dicentem. Demonia filium dei confitebantur: & atteſtante euangeliſta: ſciebãt ipſum eſſe Chriſtum quia quem dierũ quadraginta ieiunio fatigatũ diabolus hominē cognouerat, nec tentãdo valebat, an dei filius eſſet experiri, iam nunc ꝑ ſignorum potentiã, vel intellexit: vel potius ſuſpicatus eſt eſſe filium dei. Nõ igitur ideo iudeis eũ crucifigere ꝑſuaſit: quia chriſtum ſiue dei filiũ non eſſe putauit, ſed quia ſe morte illius nõ præuidit eſſe damnandũ. Vere eñ de hoc miſterio à ſeculis abſcondito dixit apoſtolus: ꝙ nemo principũ huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Quare autē demonia dñs ſe loqui prohibeat Dauid manifeſtat: qui ait. Peccatori autē dixit deus, quare tu enarras iuſticias meas &c. Ne quis dum prædicãtem audit ſequatur errantem. Improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſepe permiſcet, vt ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtegat. Alias autem non ſoli demones, qui inuicti confitebantur, iubentur ſilere de Chriſto, ſed & illi, qui ab eo ſanati ſpõte cõfiteri eum volebãt. Immo & ipſi apoſtoli, qui eũ poſt reſurrectionem erant toto orbe prędicaturi: ante

paſsionem eius præcipiũtur omnino reticere de illo:
ne diuina videlicet maieſtate prædicata, paſsionis di
ſpenſatio differreretur, & dillata paſsione ſalus mun=
di: quæ per hanc futura erat negaretur. Hęc Beda: qui
fatetur demones Chriſti pręcones: & etiam à Chriſto
ſanatos: poſtquã ergo locutus eſt mutus Chriſto di=
xit. Beatus venter qui te portauit. De quo ſequitur in
euangelio. Et admirate ſunt turbe. Turba admirata
impoſsibile eſt ꝙ taceat. Vnde alius euangeliſta expri
turbe di mens quæ dixit ait. Nunquã apparuit ſic in Iſrael. Ve
xerunt rum equidem, quia deus nunquã apparuit hominibꝰ:
beatꝰ vẽ ventre mulieris portatus in Iſrael: quamuis hoc ante
ter qui te promiſerat per ꝓphetas ſuos. Mattheus etiam in alio
portauit loco magis explicat ſententiam turbe dicens. Obla=
Mat.12.b tus eſt ei demoniũ habens, cecus & mutus, & curauit
eum, ita vt loqueretur: & videret. Et ſtupebant omnes
turbe dicentes. Nũquid hic eſt filius Dauid? Ecce quo
modo volunt etiã dicere: beatus venter qui te porta=
uit: qm̃ & turbe, quæ præcedebant: & ſequebantur eũ
Mat.21.b tem in Hieruſalem clamabant dicentes. Oſanna filio
Dauid: benedictus qui venit in nomine domini: oſan
na in altiſsimis. Magnũ igitur impulſum habuit mu=
lier de turba, dum ipſam turbã audiuit: vt ipſa etiam
exprimeret magis Chriſti maieſtatem dicens. Beatus
venter qui te portauit. Beatus venter Mariæ qui a te
portauit: vt nobis beatitudinem in altiſsimis confer=
res. Sed qm̃ varia ſunt iudicia vulgi: nec omnes idem
ſapiunt. Sequitur in euangelio. Alii tentantes ſignũ
de cœlo quærebant ab eo. Iſti non totaliter erant à fi
de alieni: quoniã dum de incarnatione verbi loquere
Eſa.7.b. tur Eſaias dixit. Pete tibi ſignum à dño deo tuo: in ꝓ=
fundum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Iam in profun
dum inferni dederat Chriſtus ſignum id eſt contra de



monem: qui eſt profundum inferni. Nunc ſupereſt: vt
ſignum maieſtatis ſuæ oſtendat in excelſum ſupra. Vt
autem hoc ſignũ videas: audi quod ſequitur in euan=
gelio. Quidã autem ex eis dixerũt. In Beelzebub prin
cipe demoniorum eiicit demonia. Hi erant phariſei
qui intra cor ſuum (vt arbitror) hoc dixerunt. Cum
autẽ ſolus deus agnitor cordis ſit: nec aliquis ſuſpica=
retur de illis tam peſsimum iuditiũ, ipſe Ieſus volens
in excelſum ſupra id eſt contra cor eorũ ſuperbiſsimũ
dare ſignnm: manifeſtauit intrinſecum liuorẽ eorum
vnde ſequitur in euãgelio. Ipſe autẽ Ieſus vt vidit co
gitationes eorum: dixit eis. Omne regnũ &c. cum in=
uiſibiles ſint cogitationes cordis nobis, ſolius dei eſt
videre eas: quarum viſus & cognitio valet pro ſigno
de cœlo diuinitatis Chriſti. Nec ſolum vidit: ſed re=
darguit miſericorditer: vt eos à demonio merediano
liberaret & loquaci. Cor eorũ meridianum erat chri
ſto: ideo ſciens cogitationes eorum ait. Omne regnũ
&c. hic aduerte ꝙ triplex eſt demoniacus ſcilicet rea
lis: & ſpiritualis & iudicatus. De primo audiuimus: Triplex
erat Ieſus eiiciens demonium. De ſecundo etiã audie demo=
tis. Aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſsi= niacus.
habitant ibi: & fiunt nouiſsima hominis illius peiora
prioribus. De tertio autem quid vultis audire: niſi il=
lud. In principe demoniorũ eiicit demonia? quis po=
terit hunc principem habere ſuper ſe, quin demonia=
cus ſit? omnes hos tres demoniacos, de quibus in præ
ſenti euangelio fit mentio vult dñs curare: quòd au=
tem phariſei ſint demoniaci, patet quia ſicut nemo po
teſt dicere, domine Ieſu niſi in ſpiritu ſancto, ſic ne=
mo poteſt contra eũ loqui niſi in ſpiritu malo. Iam er
go tertius demoniacus non verus nec realis nec ſpi=
ritualis ſed iudicatus à phariſeis eſt dominus Ieſus

**Cecitas mala.**

Inquit ſeneca, quod puella vxoris ſuæ cū lippa eſſet,
quadam die omnino ceca ſurrexit & cū iam ortus eſ
ſet ſol, dicebat adhuc tenebras eſſe, nec diem incepiſ
ſe, cui cum econtra eius domina reſpōderet, inſtabat
illa, ſed ne ceca iudicaretur dicebat. Nōne ego bene
video: ꝙ obſcurus eſt totus mūdus? Sic miſeri ac ceci
phariſei, cū ſol iuſticie ortus eſſet ad expellendas tene
bras etiā infernales. ſ. demones: iudicant dn̄m Ieſum
habere non quanuis demonem ſed principem demo
niorū. Putabant em̄ ꝙ quemadmodū Paulus acceſsit
ad principem ſacerdotū: & accepit ab eo epiſto. in da
maſcum, vt ſi quos chriſtianos inueniſſet, vinctos in
cathenis ſuis perduceret in Hieruſalē: ſic dn̄s acceſſe=
rat ad Beelzebub, quem dicebāt demoniorū principē
vt ei daret poteſtatē ſuper alia demonia vbiqꝫ reper=
ta. Ieſus autem qui parum fecit, dum primum demo=
nium ſanauit, nunc nimis laborat, vt oſtendat, non in
principe demoniorum, ſed in principe angelorū ver
bo ęterno ſe demonia eiicere. Vt etiam phariſei dicāt
beatus venter qui te portauit. Iam ergo exorciſmi,
quibus Chriſtus eiicit demonem à cordibus phariſeo
rum, ſunt rationes quibus purgat ſe, in quibus alique
præſuppoſitiones ſunt: quas nouit Ieſus in eorum cor
dibus conceſſas. Prima eſt quòd regnum ſathane ſta=
bit. Sethanas interpretatur contrarius ſiue aduerſa=
rius. Regnum huius erat poteſtas romanorum, apud
quos ipſe colebatur: & per quos omnibus ſibi contra
riis erat contrarius: & per eoſdem aduerſabatur eis.
Iam ergo iudei arbitrati ſunt ſemꝑ duraturā poteſta=
tem romanorum, qua ydolatria vigebat, quæ initiū
habuit à bello patre nini regis Babilonis, cui ninus
filius eius ydolū, & diuinos inſtituit honores. Cum er
go phariſei decepti putarent permanſurum regnum



demonis: arguit contra eos Chriſtus dicens. Omne re
gnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. De regno quo
cunqꝫ verum tenet, hoc etiam de regno beatiſsime
trinitatis, dum per impoſsibile daretur diuiſum, vt qui
dem heretici putarunt dicentes maiorem filio patrē,
& maiorem ſpiritu ſancto filiū, contra quos deus ipſe **Trinitas**
prohibuerat, ne quis ad altare ſuum per gradus aſcen **non eſt**
deret: nā hereticus diuiſiones poneret in regno ideſt **diuiſa.**
in diuinitate dei. Sed nonne pſonæ diuinæ ſunt diuiſe **exo.20.b**
nonne alius pater, alius filius: alius ſpiritus ſanctus?
quomodo ſine diuiſione trinitas poterit ſtare? Di=
uiſio non eſt in deo, eſt tn̄ diſtinctio, quia filius diſtin
guitur perſonaliter à patre non tamen diuiditur eſſen
tialiter. Spiritus ſanctus etiam diſtinguitur ab vtriſqꝫ
non tamen ſubſtantialiter diuiditur, quia ſi diuiſio eſ
ſet in regno diuinitatis: conſequenter per dictum ſal=
uatoris deſolatio timeretur. Sententia quoqꝫ ſaluato **Diuiſio**
ris patet in regno ideſt in ſtatu primo hominis: de quo **eſt cauſa**
dicitur. Gloria & honore coronaſti eum, & conſtitui **deſola=**
ſti eum ſuper opera manuum tuarum. Tn̄ poſtquam **tionis.**
diuiſit ſe à deo, vt cōplaceret vxori, ſtatim deſolatio=
nem ſentire cepit, & cum foliis volebat ei ſubuenire:
dum abſcondit ſe. Illud regnum tam opulentiſsimū
erat quòd niſi manu tenentia dei ſtare non poterat, à
quo recedens Adam, factus eſt ſibi ipſi grauis deſola
tus & deſertus ab innocentia: vnde domus ſupra do=
mum cecidit ideſt anima ſupra corpus vtrunqꝫ mor=
ti obnoxium. Tertio in regno. i. in corpore chriſti pa=
ret ſententia prædicta: nā ex quo filius dei ſe contrarie
tati humorū ſubiecit, & in eo ceperunt agere & pati
humidum radicale & calor naturalis, conſequenter
deſolationem incurreret mortis, etiam ſi nō occidere
tur à iudeis, & etiā ſi comederet de ligno vite, vt ꝓbat

ſcotus in tertio: quia lucta contrariorum ex quibus corpus naturale conſtat deſolationem mortis naturaliter inducit. Vnde filius dei factus homo ſit mortalis quoniam accepit regnũ in ſeipſum diuiſum: quod ſola iuſticia originalis conſiliare potuit. Sed nonne regnum etiam peccatoris, quod regendum accepit: in ſeipſum diuiſum deſolabitur? Immo in eo eſt regnũ aduerſus regnum cũ homo ſit vnus regulus ex quo maius incommodũ timetur. Dum video aliam legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ: ita vt me captiuet in legem peccati ſentio regnũ aduerſus regnum. Sed alterũ per ſe regnum ſi conſideres in ſeipſum diuiſum reperies. Nam video vecordem iuuenem: qui pergit ad miſſam pes eius viam rectã terit: tñ verſis oculis non ſubtrahit viſum à muliere compta: ſed ei procaci vultu blanditur. Nonne iſte diuiſus eſt? pedes quidẽ ſui viam eccleſiæ vadunt oculi autẽ ad lupanar procedunt & geſtus: quid eſt plus diuiſum? Videbis & alium honeſte corporaliter incedentẽ, habitu ſanctitatis indutum, ſed quia moribus mundi eſt deditus: ſic in malum ſuũ diuiſus eſt. Alius autem optime prædicat, recta præſtat conſilia, tamen præoccupant nos mala exempla eius, & ſic diuiſus eſt in ſeipſum: & propterea deſolabitur. Vt autem Chriſti ſententiam capiatis aduertite, ꝙ eſt diuiſio duplex, altera mala ſcilicet illa quæ rem diuidit à ſeipſa de qua ſcriptum eſt. Diuiſum eſt cor eorum & ꝓpterea interierunt. Altera diuiſio eſt bona ſcilicet quæ rem diuidit ab alia re: ne ſit confuſio vel chaos. Quantũ altera diuiſio eſt bona, tñ altera eſt mala, quia per bonam res habent eſſe, dum deus diſiunxit aquas ab aquis, & elementa ab elementis, & hominem à limo terræ: & Euã à latere Ade. Sicut ergo per bonã diuiſionem dei habemus eſſe, & indiuidua ſubſiſtunt, ſic per malam diuiſionem deſtruitur eſſe noſtrũ, & corpus miſticum & fit diaboli propter quod dictũ eſt, omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Dum eñ domus à domo in pernitiem ſui diuiditur, altera cadit ſupra reliquam: & ſic deſolatio venit. Cum ergo vos phariſei arbitremini principem demoniorũ mihi dediſſe poteſtatem in ſuos, & in membra ſua miſtica, quæ me expugnaſſe videtis, quomodo ſtabit regnũ eius? tam inſenſatum iudicatis hunc principem, ꝙ poteſtatem cõferret mihi aduerſario ſuo: vt ea vterer in ſuos? & in regnum eius? Quis vnquã ſemetipſum odio habuit? nonne qui ſuorum maxime domeſticorũ curam non habet in fideli deterior eſt? Domeſtici demõis ſũt ipſi demones qui tempore incarnationis conuenerunt, & ipſi in vnũ aduerſum dñm & aduerſus Chriſtum eius, ne regnum eorũ deſtrueret. Chriſtus autem etiam cõgregauit ſuos: vt omnes fide mortua vel viua contra demonem principẽ pugnent armati nomine Ieſu. De iſtis omnibus ſequitur in euangelio. Si autem in Beelzebub eiicio demonia: filii veſtri in quo eiiciunt? Multi apud iudeos eiiciebant demonia, quia frequentiſſima erãt, Ieſus autem & eos qui & ſi non adherebant ſibi, nomine tamen ſuo demonia eiiciebant: & ipſos apoſtolos, & alios exorſitas volens vna concludere interrogatione quæſiuit: qua ratione eius opus principi aſcriberent demoniorum & opus omniũ aliorũ aſcriberent deo. Et cum huius diſcriminis nullã poſſent dare rationem adiunxit. Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Super hoc ait Beda. Iudices inquam non poteſtate, ſed cõparatione, dum illi expulſione demonum deo aſsignant: vos autẽ Beelzebub principi demoniorum cum autem minime reſpondere poſsent: ipſe do

*Marginalia (left column):* peccator habet regnum diuiſum. — Duplex diuiſio.

*Marginalia (right column):* Textus. — Textus.

minus oſtendens verbum in carnem cõtra demones
Textus. veniſſe ait. Porro ſi in digito dei eiicio demonia, pro
fecto peruenit in vos regnũ dei. Si id eſt quia in digito
dei demonia eiicio. Hæc eſt ſecunda ſuppoſitio: quã
chriſtus probare noluit, quia phariſei tenebantur etiã
ſecluſa fide infuſa eam admittere, quia & magi Pha-
raonis viſis miraculis Moyſi: aſſentientes dixerunt di
gitus dei eſt hic. Vtinam & iſti dicerent, hic adeſſe po
tentiam dei: & non principis demoniorum. Sed vt vi
deas quomodo ex iam rationabiliter amiſſa ſuppoſi-
tione, ſequatur veniſſe regnum dei ad iudeos aduer-
te: qđ potentia patris olim communicata fuit magis
pheraonis malis, & ſapiẽtia filii communicata fuit olim
Spirituſ- curioſis philoſophis tñ bonitas ſpiritusſancti deſigna
ſanctus ta in digito: nõ communicatur niſi ſanctis viris dum
bonistã- ergo chriſto communicata ꝓbetur per tot miracula
tũ datur. & rationes liquide ſequitur: perueniſſe in iudeos. i. ad
eorum patrocinũ regnum dei. ſ. verbum incarnatum
contra regnũ demonis. Huius ergo poteſtate & vir-
tute Chriſtus homo expulit demones. Qua ei merito
dicere oportet. Beatus venter qui te portauit. Phariſei
dicebant regnum demonis in ſeipſum eſſe diuiſum,
dum aſſerebant poteſtatem Chriſto dediſſe, Chriſtus
autem probat ſe maiori & propria vti cõtra eum po-
teſtate: vnde ait. Profecto peruenit in vos regnũ dei
contra demones in cordibus veſtris regnãtes. A tem
pore Samuelis proiecerant deum immediate regnan
tem ſuper eos, & petierunt hominem regem, qui eos
eriperet ab exteris nationibus, nunc autem illo regno
perdito venit ipſe deus factus homo ad regnandum
ſuper eos, ac deſtruendum regnũ diaboli: vnde ſequi
Textus. tur in euangelio. Cum fortis armatus &c. vſq; ſpolia
eius diſtribuet. Fortis amatus demõ, qui & natura for



tis eſt, ac nimia induſtria & ſuorum auxilio armatus,
atrium mundi pluribus annis cuſtodiuit in pace ro-
manorum quæ tanta erat, vt edicto auguſti ceſaris to
tus deſcriberetur orbis, quem demon velut regnum
iure belli ac fortitudinis & armorum poſſederat, non Chriſtus
tamen hereditate aut iuſta poſſeſsione, aut bona em- eſt rex
ptione, quia tales tituli ad chriſtum pertinent. De quo fortior
ſequitur. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eũ, demone
quam fortior demone Chriſtus ſit, & quã ſuper eũ vi
ctor pro hominibus liberandis venerit ſapientia dei
enarrat dicẽs. Cum quietum ſilentium contineret om Sapi. 18. c
nia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipo
tens ſermo tuus dñe exiliens de cœlo, à regalibus ſedi
bus venit: durus debellator in mediã exterminii terrã
proſiliuit. Optime depingit hic ſapiẽtia dei potẽtiam
Ieſu chriſti, qui eo tẽpore venit, quo demon totaliter
præualebat, & in ſilẽtio quieto non audentẽ loqui poſ
ſidebat mundũ tanquã metu mutum. Qñ nox. i. igno
rantia ſummi boni medium iter habuit, quaſi princi-
pium & finem non attendens, principium eſt deus, fi
nis eſt homo: quæ duo iunguntur in Chriſto de quo
ſequitur. Omnipotens ſermo tuus domine exiliẽs de
cœlo ſcilicet deitatis in ventrem virginis, à regalibꝰ
ſedibus venit. Sedes ſunt ille: de quibus incipit Matt.
Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid: filii Abra
ham. Abraham genuit Iſaac &c. Ecce Ieſus noſter ſe
rie generis venit rex, vt regnum diaboli per ſeipſum
deſtruat: vnde propterea ſequitur. Durus debellator
in mediam &c. Quæ eſt terra exterminii niſi mundus
iſte: cuius princeps demon dicebatur? Hic ergo: vt in
præſenti euangelio dicitur, vniuerſa demonis arma
abſtulit, in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtri- Textus.
buit. Alius euangeliſta dicit: qđ etiam vaſa eius diri-

puit. Habet ergo demon vaſa & arma, & ſpolia, vnde aduerte, quod tria ſunt genera peccantium. Quidam per ignorantiã, & iſti ſunt vaſa demonis, non terrea ſed ferrea: vti eſt vas caſtrorum in excelſis ſcilicet bõbarda, vbi ponitur eſca ignis: vt ictum fortem emittat. Nonne vas caſtrorũ demonis erat ſaulus, qñ ſpirans minarum, & cedis in diſcipulos domini vrgebatur, appoſito igne falſi zeli, vt fortalitium eccleſiæ deſtrueret? arma diaboli ſunt peccãtes per fragilitatem, qui defendunt peccata ſua: ipſam fragilitatem obiicientes deo, quia portant theſaurum in vaſis fictilibus: quæ vno ictu occaſionis franguntur. Quia tentationi non dant locũ niſi humane, quia humanum eſt peccare. Nam ſi in angelis ſuis deus reperit prauitatem, quid noui, qđ eam reperiat in nobis, qui habitamus domos luteas: quæ terrenum habent fundamẽtum? Cum ergo impoſsibile ſit, quin viſis tangamur, ipſam noſtram fragilitatẽ aſſumimus in arma, quibus etiam iuſticiã dei oppugnare contendimus ac ſi iniuſte iudicaremur. Arma ergo diaboli quibus plures expugnat: ſunt peccantes per fragilitatem. Spolia eius ſunt peccantes per malitiam: in quibus ſicut in ſpoliis boni belli plus iuris habet demon, quia iſtis nullam facit iniuriam, qñ ſponte ſe tradiderunt ei etiam ſcienter, cui noluerunt reſiſtere, erant enim ſcientes & potentes, tamen ſola malicia peccauerunt in ſpiritũ ſanctum: in digitum dei. Huius modi erant ſcribe & phariſei Chriſto inuidentes, ac demoniorum principi fauentes, quibus dixit: id quod ſequitur in euangelio.

*Tria genera peccantium.*

*Excuſatio peccatorum*

*Textus.* Qui non eſt mecũ aduerſum me eſt. Et qui non colligit mecũ diſpergit. Iſti non erãt cum Chriſto ſuo quẽ etiam adorare tenebantur, ſed aduerſus eum erant, detrahentes potentiæ ſuæ: quam principi demoniorum ſubiicere volebãt ideo non colligebant cũ chriſto vaſa & arma & ſpolia, quæ ipſe aplicuit ſibi ea diſtribuẽs variis officiis & dignitatibus in eccleſia ſua. Vas erat ſaulus, quem cum Chriſtus accepiſſet, fecit vas electionis: vt portet nomen eius. Arma erat Magdalena & Petrus: qui apoſtolica dignitate fulgent. Chriſtus etiam dicitur arma diaboli dare aliis, quia licet ipſe animas liberat: tñ partem huius gloriæ prædicatoribus committit, quia & eos hoc honore donat, quod optime figuratur in libro Regum vbi Dauid ſpolians Amalechitas, ſpolia diſtribuit: & miſit dona ſenioribus Iſrael & proximis ſuis. Spolia etiam quæ Chriſtus obtinuit dicuntur ſancti patres, quos ex limbo violẽter accepit: ac per ſedilia cœli diſtribuit. Sed quia diximus vaſa demonis eos qui per ignorantiam peccãt, & arma eos qui per fragilitatem phariſei ſunt ſpolia, quia per maliciam peccarũt, de quibus in actibus apoſtolorum dicitur. Turba ſacerdotum obediebat fidei. Et poſtea omnes vnanimiter dixerunt. Beatus venter qui te portauit. Quod vt nos vnanimiter dicamus, ſubiunxit dñs oppoſitam differentiam, quæ eſt inter ipſum ac demonem dicens. Cũ immũdus ſpiritus exierit ab homine &c. vſq; peiora prioribus. Iã ergo ad diſtinctionem ſuorum & ſathane operũ, hoc dominus dixit, quod ſcilicet ipſe ſemper polluta mũdare, ſathanas vero mundata grauioribus feſtinat cõtaminare ſordibus. Nam tempore baptiſmatis ſpirit⁹ immundus, qui in homine prius habitauerat ad confeſſionem catholice fidei, & ad renuntiationem mũdane conuerſationis eiicitur. Loca q; in aquoſa peragrat id eſt corda fidelium, quę molitie fluxe cogitationis expurgata ſunt callid⁹ inſidiator explorat. Si quos ibi forte ſuæ nequitie greſſus figere poſsit. Sed bene

*Honor contionatorũ.*

*1. Re. 10.*

*Textus.*

diciturquærensrequiem,& nõ inueniens, quia caſtas
mentes effugiens, in locis humentibus velut porcus
inuenitquietem dicens. Reuertar in domum meã vn
de exiui. Timẽdus (inquit Beda) eſt iſte verſiculus nõ
exponendus. Ne culpam, quã in nobis extinctã crede
bamus, per incuriam nos vacantes opprimat, & cum
venerit, inuenit eã ſcopis mundatã. i. gratia baptiſma-
tis à peccatorum labe caſtigatã, ſed nulla boni operis
induſtria cumulatam. Vñ bene Mattheus hanc domũ
vacantem, & ſcopis mundatam, atq; ornatam dicit in
uentam. Mundatã videlicet à viciis priſtinis per ba-
ptiſmum, vacantem à bonis actibus per negligentiã,
ornatam ſimulatis virtutibus per hypocriſim. Et tunc
vadit, & aſſumit. 7. alios ſpirit⁹ nequiores ſe: & ingreſ
ſi habitant ibi. Per ſeptem malos ſpiritus vniuerſa vi
cia deſignantur. Quemcunq; enim poſt baptiſma, ſi-
ue prauitas heretica, ſiue mundana cupiditas arripue
rit: mox omnium proſternet in ima vitiorum. Vnde
recte nequiores tunc eum hominem ſpiritus dicun-
tur ingreſſi, quia non ſolum habebit illa ſeptem vi-
cia, quæ ſeptem ſpiritualibus ſunt cõtraria virtutibus
ſed & per hypochriſim, ipſas ſe vertutes habere ſimu
labit. Et ſic fiũt nouiſſima hominis illius peiora prio
ribus. Melius quippe erat ei viam veritatis non agno
ſcere: quam poſt agnitionem retrorſum conuerti.
Quod in luthero cæteriſq; complicibus ſuis ſpeciali
ter legimus adimpletum. Dum igitur Chriſtus domi
nus hæc turbis propinaret: mulier quædam eius ver-
bis ira ſuccenſa eſt: vt ipſe Lucas quaſi aliud miracu-
lum narrans dicat. Factum eſt autem cum hæc dice-
ret: extollens vocem quædam mulier de turba. Super
hoc ſic ait Beda. Magne deuotionis & fidei hæc mu-
lier oſtenditur: quæ ſcribis & phariſeis dominum ten

Malus chriſtianus hypocrita eſt.



tatibus ſimul & blaſphemantibus: tanta eius incarna-
tionem præ omnibus ſinceritate cognoſcit, tanta fidu
cia confitetur, vt præſentium procerũ calumniã, & fu
turorum confundat hereticorum perfidiam. Hæc ille
oſtendens quomodo extulit vocẽ ſuper omnes hæc
muiler: vt cum ea dicant verba thematis ſcilicet: bea
tus venter qui te portauit. Totius turbe admirate fidẽ
hæc mulier ſibi accumulaſſe videtur, eamq; protulit
in gloriã ſaluatoris, quæ tanta eſt, vt nullo modo au-
geri poſſit à principe demoniorum, cum ipſe porta-
tricem & matrẽ ſuam glorificauerit: tã ſublimiter vt
eam principem omniũ angelorum tam bonorũ quam
malorum fecerit. Si enim venter & vbera Mariæ bea
ta dicuntur, qualis erit eius anima, qualis erit eius ſpi
ritus, qualis eius vita? ſi eñ partes quæ apud alias fœ
minas maledictioni ſubiacent, apud Mariam inueniũ
tur benedicta & beata, quid cenſendũ eſt: de reliquis?
Venter cæterarum maledictus eſt: per illud in dolore
paries filios. Vbera etiam per illud, multiplicabo erũ-
nas tuas & conceptus tuos: tñ hæc omnia dicũtur bea
ta in matre dei propter deum, quẽ portauit nobis: vn-
de ait hæc mulier. Beatus vẽter qui te portauit, & vbe
ra quæ ſuxiſti. Non derogans gloriæ virginis hæc
mulier emulatrix meliorum chariſmatum. Forte in
ventre amoris ſui portauerat Chriſtum, ei lac deuo-
tionis propinauerat, quanuis eñ erat de turba, turba-
rum mater dici poteſt: vñ ait Beda. Extollamus vocẽ
cum eccleſia catholica cuius hæc mulier typum geſ-
ſit, extollamus & mentẽ de medio hoc turbarũ, dica
muſq; ſaluatori noſtro. Beatus venter qui te portauit,
& vbera quæ ſuxiſti. Ieſus autem volens hanc beati-
titudinẽ extendere, ait. Quin immo beati qui audiunt
verbum dei: & cuſtodiũt illud. Duplici iure Chriſtus

Mulier de turba habet fidẽ turbe.

Concipe & cuſtodi verbũ dei.

regnum dei habet ſcilicet filiationis, qua eſt hæres
vniuerſorum: &.2. iure belli, quia ſi violenti rapiunt
illud, à fortiori Chriſtus, qui alterum ius nobis liben=
ter tribuet. Sic beata virgo eſt duplici iure mater dei,
altero naturali, de quo locuta eſt mulier, altero autẽ
gratifico, de quo locutus eſt Chriſtus: & iſtud nobis
confertur dum dicitur. Beati qui audiunt verbum dei
id eſt mente concipiunt, & cuſtodiũt illud ſcilicet do
nec tempus ſit, vt exeat in opera, & in lucem exempli
Nam beata virgo nõ ſolum audiuit illud ab angelo.
Sed. 9. menſibus cuſtodiuit: donec peperit eum in lu=
cem. In quadraſimali noſtro reperies plures ſermo=
nes ſub hoc thema. Beatus venter qui te portauit, ibi
eſt optima peroratio, quæ re ibi, vel in tractatu noſtro
ſup miſſus eſt in fine, qa hic nullũ verbũ illorũ adduxi.

## ¶DOMINICE QVARTE QVADRA=gesimæ ſermo.35. ſuper euangelium de pane diuino. THEMA.

Hic eſt vere ꝓpheta qui vẽturus eſt in mundũ. Ioh.6.

¶Inuocatio ad virginem.

NOn ſolum dominus Ieſus eſt verus propheta:
ſed tali plenitudine prophetandi venit in mũ
dum: vt amicos dei & prophetas valeat con=
ſtituere in animas eorum ſe transferens. Chriſtianus
quilibet ſi habet in ſe Chriſtum, & ſecundum eum lo=
quatur propheta eſt ab eo, & per eum conſtitutus, qm̃
iturus erat ad patrẽ, & loco ſui ſuos omnes prophe=
tas reliquit poſt ſe vſq; in hodiernum diẽ. Non ergo
multum dixerunt Chriſtũ aſſerentes prophetam, nec
digna mercede conduxerunt eum putantes hac ſola
confeſsione ſe à debito ſolutos impenſi beneficii. Nã
Chriſto parum eſt ꝙ propheta ſit, quia propheta dici

*Chriſtianus eſt ꝑpheta dũ concionatur.*



tur procul fans, chriſtus autem nihil habuit remotum.
quoniam apud eum eſt fons vitæ futurorũ omnium.
Nihil eſt futurum poſt nos ꝙ non ſit à deo, ideo deus
non eſt propheta nec filius eius, quia omnia in eo ve
lut in origine rerum ſunt, quicquid ergo futurũ eſt, ab
eo ſumet initium, qui deſtinare cuncta debet, nil er=
go procul eſt à Chriſto, qua propter non eſt propheta
in ſe, ſed in membris ſuis, ideo poſtquã dicit Dauid,
apud te eſt fõs vitę, ſubintulit & in lumine tuo videbĩ
mus lumen. Lumine fidei chriſtianus quilibet prophe
ta eſt, dum loquitur ſecundũ eum qui illuminat omnẽ
hominem venientem in hunc mundũ. Qui terrena lo
quitur homo eſt, qui mundana mundanus eſt, qui ne
gotia loquitur negociator eſt, qui vana vanus eſt, qui
autem chriſtiana fatur, propheta eſt, qui loquitur ſe=
cundum cor Chriſti futurã beatitudinem, iuditium &
mortem: & ea quæ procul ſunt. Sed aduerte ꝙ prophe
te non paſsim prophetabant, nec ipſe moyſes tam fœ
lix fuit: vt præſto eſſet prophetandi gratia ſibi ad libi
tum. Ideo namq; organica inſtrumenta ſunt viri pro
phete: qm̃ non voluntate humana fantur. Sed quan=
do eos tangere voluerit ille: qui locutus eſt per os ſan
ctorum. Si ergo eſt tempus prophetandi atq; viſionũ
certum, & chriſtiani ſunt prophetę horũ tempus quã
uis congruentius diebus feſtiuis aſsignetur, & dum
agitur miſſa, præſertim attendant tempus prædicatio
nis, quia tunc ſignanter verbum dei Chriſtus venit
in mundum interioris hominis, tunc in animas ſan=
ctas ſe tranſfert, tunc amicos dei & prophetas conſti
tuit impreſſum præcordiis: nam propterea dixit Iere
mias. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo ma=
didus à vino à facie domini & à facie ſanctorũ ver=
borum eius. Ante faciem domini ſumus nunc in ec=

*audi verbum dei.*

*Iere.23.*

cleſia, eius verba ſancta dicturi, non deeſt niſi ſuccur-
ſus gratiæ à beata Maria impetrandus, quam vt aſſe-
quamur ei præſentetur Aue Maria.

Argumentum dicendorum.

¶ Viſo miraculo qui aderant concluſerunt verba the-
matis: non tñ exprimunt ad quid venturus eſſet in mũ-
Dat pa- dum filius dei, qui memor promiſsi, illud voluit ad-
nẽ ꝓmiſ implere: vt ſcilicet panẽ angelorũ mãducaret homo.
ſum chri In eodem enim capitulo quo Iohannes narrat verba
ſtus. thematis dixit Chriſtus ſe veniſſe: vt daret vitam mun-
Pſa.77.c. do. Et infra. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro
mundi vita. Mundus ergo ad Chriſtũ dei filium aſcẽ-
dere non poterat: vt panem angelorum ſibi promiſ-
ſum manducaret. Ille autem ne irritum fieret promiſ-
ſum ſuum, ad nos vſq; deſcẽdere curauit: quapropter
ait Auguſtinus libro.3. de libero arbitrio. Quid tam
opus habens miſericordia quam miſer, & quid tam in
dignum miſericordia quam ſuperbus miſer, ex quo
factũ eſt, vt illud dei verbum per quod facta ſunt om-
nia & quo fruitur omnis angelica beatitudo vſq; ad
miſeriam noſtram clementiã ſuam porrigeret, & ver-
bum caro fieret: & habitaret in nobis: ſic enim poſſet
panem angelorũ manducare homo nondum angelis
adequatus, ſi panis ipſe angelorum hominibus digna-
retur equari. Nec ſic deſcendit ad nos, vt illos deſere-
ret, ſed ſimul integer illis, & integer nobis: illos intrin-
ſecus paſcens per id quod deus eſt, nos forinſecus ad-
monens, per id quod nos ſumus, ydoneos facit per fi-
dẽ, quos per ſpẽ paſcat equaliter. Hæc ille: vbi oſtẽdit
quod dei filius venit mundum alere: eumq; ſeipſo ci-
bare. In ſermone autem videbimus quanta neceſsitas
Diuiſio. erat, vt veniret: quia ſine eo periremus fame. In ſecun-
da parte oſtendam: quomodo panẽ mundo expoſuit.



¶ Quoniam ſub figura panis repreſentatur in euan- Prima
gelio filius dei, de pane agendum eſt, qui peculiari do- pars.
no ſibi collato deum ſignificat præceteris creaturis.
Non ſolum ex vocabulo græco panis totum ſonat Panis eſt
& in ſacris literis nomine panis omnẽ cibum intelligi- totum.
mus, & cum oramus dicendo, panem noſtrum quoti-
dianum da nobis hodie: quia dixiſti. Quærite primũ
regnũ dei & iuſtitiã eius: & hæc omnia adiicientur vo-
bis. Quæ omnia ſub nomine panis petimus: poſtea-
quam dicimus. Adueniat regnum tuum. Ecce regnũ
dei fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Ecce iu-
ſtitiam eius quæredam. Non ſolum ex ſacris literis to-
tum ſignificat panis, ſed experientia nouimus omnem
eſcam animæ noſtræ non placere abſq; pane: in quo
eſt vis ciborum. Et tam abominanda eſt panis penu-
ria: vt ſapientiſsimus Dauid potius gladium inimicũ
eligat quam famem. Iſte autem panis quo veſcimur,
non eſt nobis totum, nimis enim à totalitate deficit,
quia ſe ſolo non placet, nihilq; nos putamus habere, ſi
ſolus panis abeſt, quoniam & ſi nomine panis qui-
cunq; cibus congruus intelligitur: non tamen pa-
nis eſt totus cibus: quanuis illum ſignificet. Hoc ideo
euenit quia panis iſte plures deffectus continet: ali-
quando eſt niger: aliquando inſipidus. Aliquando
paucus: aliquando durus. ¶ Sed nunc fratres mei Panis eſt
contemplamini alium panem cibum qui non perit, deus.
ſed manet in vita ęterna: immo & eſt vita æterna. Pa-
nis non inſipidus, nec durus, nec paruus, nec niger,
qui & non ſolum caret omnibus defectibus noſtri
panis materialis: verum etiam continet infinite
quicquid bonitatis dici queat. Qui non ſolum eſt
panis cœli & panis angelorum, & panis ſanctus &
viuus, ſed eſt panis diuinus, & panis dei, quo deus

ipſe nutrit & ſubſtentat ſeipſum: ſine eo quod aliquã=
do alio egeat. Talis eſt panis diuinitatis, qui ſolus mit
tit omnem ſaturitatem in animas ſanctorum & om=
nes intellectuales creaturas. Ad hunc igitur panem
anhelemus fratres etiam ſi ſudare aut flere contingat
quid peccator exoptas? vis ditari? maſſa huius panis
pluſquam aurea eſt quia diuina. Vis magna ſublimi=
tate haberi baculus iſtius panis totam tenet mundum
ſpica eius ſublimis eſt valde, etiam ſuper angelos, vis
delectari? hic panis præbet delitias non ſolum regibꝰ
qui tardi ſunt contenti: ſed etiam angelis dei: vis pul
chritudinẽ? iſte panis eſt panis facierum de quo dici=
tur. Satiabor cũ aparuerit gloria tua. Si ſanari cupis:
panis eſt vitæ immortalis. Cur ergo appenditis & ex=
penditis argentũ & non in panibus & laborem ve=
ſtrum: & non in ſaturitate hac? pro hoc pane habẽdo
ſi daret homo omnem ſubſtantiã domus ſuæ, & om=
nem laborem & induſtriam ſuã adhuc amplius valet
& quia nullo precio emi poteſt, ideo deus gratis de=
dit illum, quoniam melius eſt eum gratis dare, quã
illum non bene vendere omnem quippe ſuperat lau
dationem etiam ſi omni lingua loqueretur os meum:
nam ſi manna cibus corruptibilis propterea ſolum=
modo quia panis dei vmbra erat omnem præbuit ſa=
porem ſuauitatis filiis Iſrael in deſerto, cur non am=
plius valebit panis deus filiis dei in cœlo? paratum
Sapien. 16.c. inquit, ſapiens panem de cœlo ſine labore aptum
vnicuiq; voluntati. Ab origine mundi & ante ſecu=
la parauit deus hunc panem in cœlo: quãdo decreuit
ſe creaturis ordinate communicare non ſolũ intuens
earum laborẽ, ſed propriam largitatẽ: qua voluit vni
uſcuiuſq; voluntati ſatis facere omnium creator.
¶ Ex hoc igitur pane duabus creaturis duo fragmen



ta dedit deus ſcilicet angelo & homini, quia cætere
non comedunt ex eo, niſi tantum angelus & homo
quibus non dedit totũ panem: quia capere non pote=
rant eum. Solus enĩ filius comprehendit patrem & ſic — Angelo
de ſolis tribus perſonis quæ ſe adinuicem ex toto per — & homi
cipiunt, cæteris autem datur ad mẽſuram & pondus: — ni datur
vt comedant quod ſufficit. Maiorem bucellam dedit — panis deꝰ
deus angelo quã homini: quia plus dilatat os. Et hunc
ſtatim ſedere fecit ad menſam ſuam in regno ſuo. Ho
mini autem parũ dedit vel micam: ne ſuffocaretur. Sa
tis erat ei de eodem pane manducare cũ angelo, quia
panem angelorũ manducauit homo: qñ deus miſit ſo
porem in Adam: vt quietius comederet. ¶ Iſte igitur — Comede
panis diuinus tunc comeditur, quãdo deus cognoſci — & guſta
tur: & qñ exquiſitor ſermonum dei ſcrutatur deum & — panem
ſcripturas eius: quia ideo dicitur. Cibauit illum pa= — deum.
ne vitæ & intellectus. Intellectu comeditur hic panis — Eccl'. 17.
Nos autem comedendo cibũ volumus eum in nos,
deum autem cognoſcendo in eum conuertimur iux= — 2.Cor.3.
ta illud Pauli. Nos autem reuelata facie gloriam dñi
ſpeculãtes in eandem imaginẽ transformamur. Nec
iſta cognitio parua putanda eſt, quoniam qui deum
intus cognoſcit ſui obliuiſcitur, ſemper cogitat, & cu
rat quæ dei ſunt, moritur ſibi: & viuit deo. Suũ cor nõ
in ſe ſed in deo habet: ipſo dicente. Vbi eſt theſaurus
tuus: ibi & cor tuum erit. Fœlix ergo mutatio mirabi
le cõmercium, quia homines conuertit in deos, quo=
niam eos dicit ſcriptura inſolubilis deos, ad quos per
hanc cognitionem ſermo dei factus eſt. Inuadat er=
go nos vt ait. Chryſoſtomus ſacra quædam ambitio:
vt medio cribus nõ cõtenti anhelemus ad ſumma. Se
cundo iſte panis tunc vere guſtatur: quãdo deus ama — amor eſt
tur: quia propterea dicit ſanctus Dauid. Guſtate & vi — guſtus.

dere quoniam ſuauis eſt dominus. Tantus eſt eius ſa-
por, quòd eo guſtato deſipit omnis caro, quia ſpiri-
tus dei tanquã mel dulcis, non ſolum inſipidã reddit
carnẽ ſed amaram. Nouiſsima luxuriæ amara quaſi
abſinthiũ nouiſsime honoris vt ſtercus terræ, & diui-
tias denſum lutũ: riſumq; merorem reputat, & poculũ
fletui amaro commiſcet. Quicquid igitur carnis eſt
amarum vertit ſapor dei. Litterati hunc comedũt, ac
ruminant panẽ, ſimplices autem in quibus ſola viget
affectio, hunc panẽ deguſtant, & propterea opinor, ꝙ
vetula chananea micas huius panis petierat: quæ ma
nus euadẽt frangentiũ eum. In minimis quibuſcunq;
donis dei non paruã deguſtationẽ inueniunt Chriſti
Literati comedũt ſimplices guſtant. fideles, qui altiora ruminare non curant, & forte ſecu
riusac melius agunt vitã: quia ille archiſinagogus to
tum Chriſtũ duxit ſpacioſe ad domum ſuã, muliercu-
la vero citius curatur in via, quia ſatis putat, ſi fimbriã
veſtimenti attingat: vt ſaluetur. Non ꝓpterea putes
à comeſtione ceſſandum: & ab altiori ſcrutatione ſcri
pturarum, quia niſi princeps ille viã faceret Ieſu, for-
te mulier nõ veniret: & vt Gregorii vtar exemplo niſi
boues ararent, atq; triture intenderent: aſini ad aream
Iob. 1. c. non comederent ſecuri paratum cibum. ¶ Datus er-
go eſt panis angelo & homini, vt comederent per in
tellectum, & guſtarent per affectum: ſed miſer homo
Adã noluit panẽ ſed pomum. cõparatus iumentis inſipientibus non intellexit hæc,
immo velut puer ad poma nimis affectatus, de vetito
cibo comedit, de fructibus ligni pulchri viſui, eo ꝙ
eſſet ad veſcendũ pomum ſuaue. Et illa duo quæ de-
buit impendere deo ſcilicet intellectum & affectũ de
dit creato pomo quod ꝓpterea dicitur pulchrũ viſui
& ad veſcendũ ſuaue: ac ſi pulchritudini dirigeret in-
tellectũ, & ſuauitati affectũ & ſic totus homo infirma



tus eſt: & quẽ admodũ diuina conſolatio nõ datur ad
mittentibus alienã, ſic panis diuinus negatur Ade fru
ctibus veſcenti: propter quos infirmatur: eo in lamen
tationibus dicente. Infirmata eſt in paupertate virtus Tre. 10.
mea, dedit me dñs in manus, de quibus nõ potero ſur
gere. O Adam in infirmitatem cecidiſti veſcens fru-
ctibus: de qua nõ poteris cito ſurgere, ideo nõ come
das amplius de deo noli frui pane diuino, qui eſt ci-
bus grandiũ, & dure digeſtionis, & eget multo igne
charitatis: nec à frigidis valet amplecti. Ex quo ſequi
tur: quod deus ſe ab homine peccante ſubtraxit, ſed
deus ſe ab adã ſeparauit, vt ei dietam daret, & abſtinẽ
tiam ab hoc pane imponeret: vñ incipit euangelium.
¶ Abiit Ieſus trans mare Galileæ ꝙ eſt tyberiadis. Et
ſequebatur eũ multitudo magna: quia videbãt ſigna
quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Subiit ergo
in montem Ieſus & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.
Erat &c. Ieſus interpretatur ſaluator: & eſt deꝰ qui ait. Abiit Ieſus.
Ego ſum dñs deus tuꝰ ſaluator tuus. Expediuit ſe deꝰ
ſaluator ab Adam, & à filiis ſuis qui infirmabantur ꝑ Eſa. 43.
peccatum: quia longe à peccatoribus ſalus. O miſer
homo qui mutaſti panẽ diuinitatis pro pane lachri-
marum: quia propterea dicis. Fuerunt mihi lachrime Tre. 1. f.
meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie
vbi eſt deus tuus: idcirco ego plorans, & oculus meꝰ
educẽs aquas: quia longe factus eſt à me conſolator
cõuertens animam meã, facti ſunt filii mei ꝑditi qm̃
inualuit inimicus. Bene apparuit: qđ abiit Ieſus quo-
niam ab Adam vſq; ad Abraham tanta ignorantia
fuit mundo, in eis quę dei erãt, ac ſi eius memoria abo
leretur: nec etiam paradiſi recordatio. Deerat em̃ pa-
nis intellectus, ac dei cognitio, quoniã quidam nega-
bant deũ, alii aſerebant plures, alii vnum, mille tamen

defectibus circundatum. Sed quid mirum cum elon-
gatus deus eſſet à mundo: & diſtātia ſit cauſa erroris.
Maior namq; eſt ſol tota terra ſed quia procul poſitus
eſt: apparet minor. Ideo ait Bernardus receſſerat ſol
iuſticie. Ideoq; omnes nos quaſi oues errauimus.

Trans mare galileæ.

¶ Trans mare igitur abiit Galileę, quod interpretatur
rota, & eſt totus mundus, vltra quem deus receſſerat
quoniam rotat & nunquā in eodem ſtatu permanet.
Et hoc mare eſt tyberiadis, quod interpretatur con-
fractio, qm̄ tantum rotat, tantumq; mutatur, vt con-
fringatur: nec partes eius ſibi conſtent. Sed quare dn̄e
trans mare abire voluiſti? Ne infirmus præſumeret pe-
dibus ſuis ad me venire, nec me comedere: quoniam
magnū chaos incurrit. O infirmitas noſtra, quia poſ-
ſumus cadere & non ſurgere, ſeparari à deo & non ei
adherere, nec applicari niſi trahamur, quoniā Chri-
ſtus dicit, nemo poteſt venire ad me: niſi pater meus
traxerit eum. Vapor poteſt aſcendere: ſed non niſi at-

Quantū diſtat peccator à deo.

tractus ſolari radio. Nō ergo ſeparemur fratres, quia
in manu noſtra eſt ſeparari non tamen vniri: nec em̄
facula extincta ſe poteſt accendere. Vide namq; quā
tam debeas aſcendere altitudinem, quia quis aſcen-
det de filio diaboli ad filium dei, de imagine luciferi
ad ſimilitudinem trinitatis: de ſiliquis porcorum ad
conuiuiū angelorum, de familiaritate peſſimorū ad
contubernū diuinorū: de peccato in gratiā & gloriā?
ob hāc diſtantiā dixit deꝰ. Sicut exaltātur cœli à terra:
ſic exaltātur viæ meæ à viis veſtris. Sed ne deficiamꝰ
fratres, qm̄ & ſi nō poſſumꝰ cōuerti: conari tn̄ poſſumꝰ
ad conuerſionem vt grauiter infirmus qui & ſi non ſe
poteſt conuertere, conatur tn̄ & petit ab amātibus ad-
iuuari: nam propterea dicit dominus per prophetam.

Iere. 15.

Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam ſta



bis, ſi ſeparaueris precioſum à vili quaſi os meum eris

Sublit ergo in mōte.

Trans mare deniq; abiit deus ne quis præſumat ſine
gratia ad deum tranſire: quæ eſt nauigium quo ire de-
bemus ad ipſum. Sed tranſacto mari, quo abiſti dn̄e
mi? Sequitur in textu, ſubiit ergo in montem Ieſus,
ibiq; ſedebat cum diſcipulis ſuis. Quis eſt mons, vbi
ſe contulit deus: certe paradiſus atq; cœlum quia do-
minus in cœlo parauit ſedem ſuā: & regnū ipſius om-
nibus dn̄abitur. Iſte eſt locus paſcuis vberrimis abun-

Paradiſus eſt fertilis.

dans, vbi deus collocat ſuos, quia ibi gaudium ſine
triſtitia, vbi non eſt qui exterreat, ſplendor ſine tene-
bris vbi paſcitur inter lilia, vbi cubat ſecurus in me-
ridie, quia mons dei, mons pinguis, mōs coagulatus,
mōs quidē in quo beneplacitū eſt deo habitare in eo
& enim dn̄s habitabit in finem. Hic ſunt angeli dei, di-
ſcipuli: de quibus dicitur. Beati ſerui tui qui hic ſtant
corā te: & audiunt ſapientiā tuam. Hi dicūtur vere di-
ſcipuli: quia dicunt plena & pleniſſima. Ibi ergo ſunt
pleni deo, celſi meritis, cumulati virtutibus, paſti deo.
Aſcenſo monte expediuit deus mundū: qui relictus
remanſit ſicut corpus ſine anima ſicut terra ſine aqua.
Corpus abſq; anima moritur, mundus ſine deo tabe-
ſcet ſine vita, terra ſine aqua diſparet, redigiturq; in
puluerem: ſic anima ſine deo cui dicitur. Ecce qui elō-
gant ſe à te peribunt. ¶ Non poteſt homo diu ſuſtine-
re penuriam dei, quin clamet, ideo non valens mun-
dus ferre tantam famem diuinitatis, tantam dietam,
tantam dei abſentiā, quantam ei deus dabat propter
ſuam infirmitatem: dicit textus. Sequabatur eum mul-

Signa ſuper infirmos.

titudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſu-
per his qui infirmabantur. Signa infirmorū ſunt cau-
ſa ſequele, ideo bona eſt infirmitas: quæ in Chriſtum
nos adducit. Vbi aduerte q̄ ſanctorum antiquorum

infirmitates ſigna fuerunt, earum infirmitatum quas
propter nos dilectos decreuit aſſumere filius dei, de
huiuſmodi enim infirmitatibus ſemper canitur illud
4. Reg. ſponſe dicentis. Nunciate dilecto, qa amore langueo
13.c. Infirmitas ergo Ezechiæ, vbi ſol retroceſsit, figuram
tenuit infirmitatis Chriſti: qui velut ſol nube noſtræ
Iudi.16. infirmitatis induitur. Et Sãſon dixit. Infirmus ero vt
cæteri homines. Heliſeus etiam egrotabat: & in eius
1.Re.2.a infirmitate regis Ioas victoria denunciatur. Deniq;
antiquis patres infirmi accincti ſunt robore: ꝓpterea
Eſa.53.d ꝗ Chriſti paſsiones præfigurabant: de quo dicit Eſa.
Multitu Dominus voluit conterere eum in infirmitate. ¶ De
do ſequi his ergo ſanctis ſuper quos de⁹ & ſpiritualiter & cor
tur deũ. poraliter & figuraliter infirmitates induxit: atq; de
aliis ſanctis antiquis dicitur. Sequebatur eum multi=
tudo magna, ſcilicet patriarcharum dicentium. Ob=
Exo.4. ſecro domine mitte: quem miſſurus es. Et propheta=
Eſa.64. rum dicentium. Vtinã diſrumperes cœlos & deſcẽde
res: & omnium aliorũ dicentium. Rorate cœli deſu=
per, & nubes pluant iuſtũ aperiatur terra: & germinet
ſaluatorem. Tantis clamoribus & ſingultibus impor
tune vocatus rex gloriæ: leuauit oculos ſuos clemen=
tes: & ideo ſequitur in hoc euangelio. ¶ Cum ſuble=
uaſſet oculos Ieſus. Duos oculos habet filius dei ſcili
cet ſapiẽtiæ de quo ꝑ dicit̃. Omnia videt oculus eius,
Sapi.4. & miſericordię de quo ſapientẽ dicitur. Miſericordia
eius in ſanctos eius: & reſpectus ſuper electos illius.
Cum primo oculo vidit deus cuncta quæ fecerat, cũ
Iob.30. ſecundo reſpexit petrũ. Hos oculos ante incarnationẽ
clauſos tenebat altiſsimi filius, ad ſe nõ ad nos eos ex
tendens: qm̃ nemini oſtendebat directam viã gloriæ
clauſe: nec ſibi ex toto populũ reconciliabat. Vñ con
queſtus clamat Iob. Sto & nõ reſpicis me: mutatus es



mihi in crudelẽ, & duritia manus tuę aduerſaris mihi.
Et ſanctus Dauid ait. Domine in cœlo miſericordia
tua quaſi dicat nondum ad plenũ venit ad nos. Tem=
pore incarnationis hos ambos eleuat oculos: qñ pro=
uidere voluit miſeris de remedio: vt ſapiens: & illorũ
compaſſus eſt vt miſericors. Decreuit ad montẽ glo=
riæ eos adducere, eorũ infirmitates ſuſtinẽdo: Et quia
non digni erant ſubleuatione tam excelſa, voluit pri⁹
eis dare humilimã ſubuentionem ad eos vſq; deſcen=
dens. Non poterant ad montẽ dei oreb peruenire defi
cientes: ideo ſe dei filius viaticũ fecit, & cibum vię no
ſtre: & cibum peregrinantiũ cibum ieiunãtium & vo
lentium eũ. Vnde leuauit oculos ſuos: & vidit ꝗ ſua iu
ſticia hominem à paradiſo expulerat peccatorẽ, qui
peribat fame diuinitatis: nam ei vnciatim præbebat
alimentũ deus: & in labore ac ſudore. Vnciatim ede=
bat homo per dei iuſtitiam, quod maxime ex eo vide
tur: quia quo magis duratio mundi protenditur: mi=
nus viuunt homines. Vñ Adam vixit.930.annis. Matu
ſalem.949. Noe.950. Abraham.175. & ſuceſſores mi
nus vixerunt: qd' deflens Dauid ait. Om̃es dies noſtri
defecerunt: anni noſtri.70.& eo amplius labor & do
lor. Ideo cũ ſubleuaſſet oculos filius dei: vidit ꝗ mul
titudo maxima venit ad eũ: & miſericodia mot⁹ ꝓſen
tat famem noſtrã patri æterno dicens. ¶ Vñ ememus Vñ eme=
panes: vt manducẽt hi? plus deeſt nobis panis ſpiritua mus pa=
lis in mundo, quã filiis Iſrael in deſerto, quapropter nes.
optime dixit filius dei, quia niſi tu dñe adiuues nos fa
me ꝑibit anima nr̃a. Tu dñe illum eme quia nõ ſunt cõ
digne paſsiones noſtrę, ad futurã gloriã nobis per te
reuelãdã ſufficientia em̃ noſtra ex deo eſt: nos autem
hunc panẽ proficuum emere non valemus. Quis po=
terit deum emere? ille infinitus eſt theſaurus: nos autẽ

ſumus terra ſuperuacua puluis & cinis quæ compara
tio hominis ad deũ? quæ proportio lucerne ad ſolem
An poſ- guttæ ad mare, pulueris ad montem, luti ad aurum: ni
ſis eme- hili ad infinitum? certe nulla. Ideo optime ſequitur.
re deum. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt, vt
vnuſquiſq; modicum quid accipiat, hoc eſt, nec ani-
ma, nec hominis corpus, nec naturæ bona, nec fortu
næ ſufficiunt eis ad minimum gloriæ morſellum aut
micam. ¶ Dato dñe quod aliquid haberemus, totum
debemus tibi & plus: nam debemus ſolem qui nos il-
luminat, fertilitem terræ, quæ nos nutrit, fructus, qui
nos reficiunt: ideo quid retribuam domino pro om-
nibus quæ retribuit mihi? Ideo quia non habemus
quo emere poſsimus hunc panẽ, dei filius quæſiuit il
lum immo & fecit, ac præparauit, aliter non poterit
hunc panem diuinum manducere homo propter ni-
miam dulcedinẽ ſuam, de qua miratus Dauid ait: quã
magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quã abſcõdiſti
timentibus te: quia illam ferre non poterunt. Sed abſ
conſio iſta huius panis in paſsione Chriſti fuit, vbi
cum acerbitate & amaritudine paſsionis temperatur
Exo.22. diuinitatis dulcedo: in cuius rei figura filii Iſrael ede-
bant panem azimũ dulcem cũ lactucis agreſtibꝰ ama
Iere.23. ris. Et dominus per prophetam dicit. Ecce ego ciba-
2.pars. bo eos abſinthio: & potabo eos felle. ¶ De hac ergo
mixtura ſiue præparatione dicit Andreas: in hoc euã
Quinq; gelio. Eſt puer vnus hic habens quinq; panes ordea-
panes or ceos. Puer iſte filius dei eſt, qui paruulus natus eſt no-
deacei. bis, filius datus eſt nobis. Fratres ſuos viſitare decre-
Eſa.9. uit famelicos dei filius, & non venit magnus, vt erat,
ſed paruus vt ſumus: gaudere (vt ait Bernardus) opor
tet, quia Chriſtus in noſtra paruitate venit, paruulus
eſt, leuiter placari poteſt: quis enim neſciat quòd puer



facile cõdonat? Nemo timeat nec pauper ab hoc pue
ro panem emere, quia & ſola deprecatione præſtabit
quod habet, aut flore aliquo boni deſiderii. Sed forte
quæritis fratres mei: vbi eſt ille puer in domo matris
ſuæ citius inuenitur Mariæ, ad eã primũ venit: in eius
vtero captauit hoſpitium de qua ſcriptum eſt. Hęc eſt Ge.24.d
mulier: quã præparauit dñs filio domini mei. Domi-
nus ſpiritus ſanctus filio dñi mei patris æterni præpa-
rauit hoſpitium, cui angeli ſeruiunt & ad eius gaudẽt
vmbram eiq; adherent: hanc ergo mulierem à tota
trinitate præparatam inuenit noſter puer: vbi hoſpi
tatus eſt .9. menſes: tamen quæramus ab eo.
¶ Qui emerunt ex te, ò puer ibi, quis ibi panem cœli
valuit deguſtare? fere nemo, quia ibi erat panis noſter
ſicut liber inuolutus viſceribus Mariæ virginis mun Puer Ie-
diſsimis: ſicut lintheaminibus. Sed illa multũ guſtauit ſus vẽdit
& vidit, quia bona fuit ſatis negotiatio eius, & quia panes.
deum digno recepit hoſpitio decuit ſibi optimã mer
cedem accipere. Immo quamuis dum ibi eſſet Chri-
ſtus, mundus eũ non cognouit: tñ antequam ſe ab ho
ſpitio expediret, antequã ſe oſtenderet mundo, ante-
quam publice venderet panem noſtrũ: duæ perſonæ
hoc ſcientes emerunt ex illo ſcilicet Iohannes, & Eli
zabeth: immo & tota domus Zachariæ, quæ hoc ni-
mis caluit: ex eo ꝙ coniuncta eſſet Mariæ. Iſti credi-
derunt: antequã vidiſſent puerum Ieſum: ideo citius
deguſtarunt eum. O fœlix puer Iohãnes baptiſta, qui
prius panem deũ guſtat quam matris vbera. O ergo
fœlices nos ſi ad puerũ Ieſum currere cupimus. Sed tu
diue puer, expedias cito panem tuũ: expone illum pu
blice vẽditioni: vt omnibꝰ liceat ad te currere. Ita vo
lo facere. Sed ponam prius tentoriũ donec intret dies
in porticu Bethleæmitico de quo dicitur. Peperit fi- Luc.2.

lium ſuum progenitum,& panis eum inuoluit,& re-
clinauit eum in præſepio,quia nõ erat ei locus in di-
uerſorio.Sed ò puer amabilis in tam paruo & ignoto
loco:quis de te emere potuit? reges qui ab oriente ve-
nerunt:& paſtores à iudea videre panẽ angelorum in
præſepio iumentorũ quia ſe iumenta fecerãt homines
Et bene in Bethleem primo fixit tentatoriũ,quæ do-
mus panis interpretatur:vbi calidus exit a fornace vteri
virginalis:in quo igne amoris immenſi coctus fue-
rat odor panis multum valet ſalutaris nimiũ eſt & vi-
talis.Odor igitur ſancti panis vitę magos & angelos
& paſtores feſtinanter currere fecit ad te,qui ſub or-
deaceo cortice in techa noſtræ humanitatis venerat
Eſa.45. de quo mirantes dicunt.Vere tu es deus abſconditus,
& ſanctus Iſrael ſaluator.Sed vſquequo dñe paruus p
uo detineris loco:cum te oporteat creſcere & pabulũ
vitę toti mundo præſtare? exi domine in locũ nundi-
narum propalare,& teipſum manifeſta omni creatu-
ræ:vt te noſcat omnis homo.In planitię montis cal-
uarię eſt bonus campus,vt veniatur ad emendũ,& ne-
mo ſit qui ſe abſcondat à calore tuo:ibi omnis turba
exiet ad ſpectaculum. ¶ Iam iam fratres dei filius ad
vendendum panem in platea caluariæ portat in hu-
meris ſuis menſam,vbi ponendus eſt:de qua Iohãnes
Iohã.19. dixit.Ieſus baiulans ſibi crucem exiit in eũ:qui dicitur
caluarię locus.Ibi ſuper crucis menſam poſuit quinq;
panes ordeaceos,id eſt quinq; vulnera ſuę perſonę:de
quibus miſtice fertur. Eſt puer vnus hic habẽs quinq;
panes ordeaceos.Ordei dicuntur panes filii dei:& ſi
panes filiorum non mittendi canibus infidelibus:ne
forte deridere conentur.Ordea ſunt vulnera tua Ie-
ſu tibi,quia rigida & inſipida:alioquin non diceres.
Tre.1.d. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite,& vi-



dete:ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Viatores,p
quibus patitur:& ad quos defert viaticum inuitat,vt
ad crucem attendant per affectum,vt videant per in-
tellectũ,ſi eſt dolor:peccatorũ nrõrũ ſimilis dolori:
quem pro eis patitur:vtinam domine omnes nos ha- Ordeum
beremus tantum dolorem pro peccatis noſtris,quã- eſt paſſio
tum ipſe ſolus habuiſti pro eiſdem:in quibus te feci- Chriſti.
mus laborare. Sed hoc recogitemus fratres,quod nõ
vacat à miſterio,quia ſi ordeacei panes vocantur vul-
nera ſaluatoris,hoc ideo eſt,quia in ordeo & eſt aſpe-
ritas & ſanitas:nam ex ordeo fit infirmantibus medi-
cinalis cibus.Iam ergo vulnerũ Chriſti aſperitas ei re-
manſit qui dixit,in me tranſierunt ire tuę,nam paſſus
eſt iras,quas nos meruimus:& nos fruimur ſubſtantia
paſsionis ei9 velut ordei in mortariolo crucis elicita
ac preſſa malleo & clauis. ¶ Sed nunc de numero pa- Cur ſunt
num iſtorũ agendum eſt. Puer noſter puritate plenus quinq;.
quinq; vulnera ſeruat ſibi ad quę nos inuitat dicẽs,Vi-
de manus meas & pedes meos,affer manũ tuã & mit-
te in latus meum.Ecce ad quinq; inuitamur:vt omnes
quinq; ſenſus eis applicare curemus. Sed etiã quinq;
ſunt olagati panes:vt eos quinq; bolos ſiue oblatiões
faciat Chriſtus:quinq; partibus offerendos. Nam pri-
mum obtulit patri ,ppter nos:qui cum inimici eſſem9
reconciliati ſumus deo per mortẽ filii eius. Alium ob-
tulit,p angelis pacificans per ſanguinem ſuum quę in
cœlis ſunt & quæ in terris ſunt. Tertiũ obtulit,p ianuę Vulnera
cœli apertione:quia per propriũ ſanguinem introiuit ſua chri-
ſemel in ſancta iam æterna redẽptione ab eo inuentã. ſti diſtri-
Quartum obtulit pro exiſtentibus in limbo quoniam buit.
ei dicit propheta. Tu autẽ in ſanguine teſtamenti tui
eduxiſti vinctos de lacu in quo nõ erat aqua. Quintũ
autẽ ſcilicet vulnus laterale nobis offert accuẽdis in

prælium contra aereas poteſtates:ideo eius ſanguis
figuratur in ſanguine vue oſtenſo elephãtibus:vt ani
marẽtur ad prælium. In cruce igitur accepit Ieſus pa
nes vulnerũ,& ibi diſtribuit diſcumbentibus:qm̃ aſcẽ
dens Chriſtus in altum dedit dona hominibus. Ecce
igitur quare ſunt quinq; panes ob quinq; ſcilicet obla
tiones,& quia quinq; virgines ſunt prudẽtes:vbi om=
nes animæ ſaluande deſignantur:ſicut nunc in quinq;
milibus hominum diſcumbentiũ,quia non ſaluantur
niſi qui plagis Chriſti conformantur nam ipſe pla=
ge ſunt quinq; & viri quaſi quinq; millia: quanuis ꝓpa
pterea dicitur ly quaſi,quia non erit plena conformi=
tas,nec meritum plagarũ erit exhauſtum: qm̃ plus ſu
perat de meritis Chriſti quam ſit conſumptũ,quapro
pter,habes duodecim cophinos fragmentorum.

Inuita= tio ad vulnera.

¶ Emite igitur fratres & comedite hunc panem vul=
nerum quotidianum,hoc enim paſcuutur animæ de=
uote,quia ſicut panis confortat corpus,ſic Chriſti vul
nera cor hominis confirmant,ad cuius conuiuiũ ſpõ
ſus ſuam amicam inuitat dicens. Surge propera ami=
ca mea columba mea in foraminibus Petre,ſcilicet
pedum & manuũ:& cauerna lateris mei. Nidifica ibi
vbi paſſer inuenit ſibi domum:& turtur nidum vbi re
ponat pullos ſuos. Anima & corpus paſſer & turtur.
Hic alba colũba ſe liberat ab accipire inferni, & huic
Petre Chriſto pullos alligat. Immo ſuggit mel deita=
tis de petra:& oleum humanitatis de ſaxo duriſsimo.
Qui eſt hic habitator omnia ſcit vbi ſunt omnes the=
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei. Hic autẽ Chriſtus om
nia poſsidet. Habet enim patrem cum quo eſt vna ſub
ſtantia:& hominem cum quo eſt vna perſona:& ani=
mam vnitam cum qua eſt vnus ſpiritus,& eccleſiam
cum qua eſt vnum corpus:& ibi eſt omnis plenitudo



deitatis.O vulnera beata:vos porte redemptionis,fe
neſtre paradiſi,porticus deitatis,per vos patet Chriſti
voluntas:exeũt diluuia gratiarum. ¶ Si autem quiſpiã
dicat.Quid inter tantos animam ſcilicet & corpus,
quæ tanta ac tam magna ſunt,q̃r deum attingere va
leant:nec ſolis vulneribus contenti ſint. Accede ad
puerum Ieſum:quia etiam habet duos piſces ſcilicet
deitatem & humanitatẽ alterum ex aqua dulci,alte=
rum autem ex amara:quia de ipſo dicitur. Ponam in
mari manum eius:& in fluminibus dexteram eius. In
mari id eſt in Maria captauit huminatem:& in flumi=
nibus ſcilicet patre & ſpiritu ſancto habet diuinitatẽ.

Piſces deitas & humani= tas.
Pſa.88.d

Hæc omnia Chriſtus accepit in manus cuncta multi=
plicans:ideo nil reſtat niſi vt prædicatores faciant ho
mines diſcumbere monentes vt ſe diſponant ad tan=
ta dona:quia iam in cruce paruulis fractus eſt panis,
& omnes comedunt & ſaturati ſunt nimis,& cœlum
& angeli & limbus & iuſti & peccatores:quia totus
mundus poſt ipſum abiit. Nos ipſos cibemus ex hoc
pane:& colligamus cophinos.12.primus eſt donum
compunctionis.2.lumen intellectus.3.ſpes fidei.4.in
cendium amoris.5.hortus virtutum.6.fortitudo in
auguſtiis.7.vita in anima.8.facietas in voluntate.9.
dulcedo in operibus.10.deuotio in deum.11.victoria
in demones.12.gloria in morte. Vel pro alia vita ſi co
phinos omnes volueris reſeruare attende quod pri=
mo ſunt tres partes beatitudinis animę & quatuor do
tes ipſius corporis:& quinq; ſenſuũ dona ſiue paſcua.
Omnia ergo ſunt.12. quæ ſi expectamus dicemus de
Chriſto hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mun
dum minorem glorificandum amen.

## ¶SERMO. XXXVI. DOMINICE IN paſſionæ ſuper miſteria euangelii. THEMA.

Qui in altum mittit lapidẽ: ſuper eius caput cadet. Eccleſiaſtici. 27.d.

¶Inuocatio ad virginem.

CVm homo deũ offendit, nõ ſolum modo ipſum ſed omnem creaturã lucratus eſt immicam: vnde totum ſtudium noſtrum eſt: qualiter poſsimus nos vndiq; deffendere, ac ſolicite circunquaque protegere: videntes ꝙ omnia inferunt nobis formidinem. Deus autem ita clemens ac pius eſt, quod nõ ſolum contulit nobis protectionem: quia ſubueniremus perditioni noſtræ, nam per cibos à fame tutamur, per aquam à calore: per indumenta vero à frigore (ſed etiam talem offenſoribus contulit ſubuentionem: vt & ab ipſo defendi poſſent: alioquin pſalmographus non diceret.

Pſal. c.c. Scuto bone voluntatis coronaſti nos.

Scutum noſtrum eſt maria. Scutum hoc fratres mei beata virgo eſt: quæ viatores protegit: nam triũphatores dyademate coronantur: militantes autẽ coronantur ſcuto virgineo vt captent victoriã ex manu fœminę, quę nobis eſt auxilium & corona: ac ſi daret gratiam pro gratia. Scutum ergo eſt Maria, cum ſuos protegit, corona vero eſt, cum eos prȩmiat: ideoq; ſcutũ coronans vocatur. Ac perinde vocatur ſcutifera corona, qm̃ dum à ſuperiori parte ſcilicet à cœlo nos protegit, opus eſt: vt ſupra caput collocetur. Tutatur equidẽ nos à deo irato in quem quotidie lapidem offenſionis mittimus, ne autem cadat ſuper caput noſtrũ, Maria ſe interponit, & tria facit, primo ſiquidem tutos reddit: ſecundo autem de victoria ſecuros coronat: tertio vero adducit ſuper capita eorum dei bonam voluntatẽ, ideo miratus Dauid: ac de his tribus gratias referens dixit ſpiritui ſancto. Scuto bone volũtatis tuæ coronaſti nos. Ideſt taliter protexiſti nos ab ira iuſticiæ tuæ: vt eam vinceremus, ac per conſequens coronam bone charitatis tuæ victorib⁹ cõferres. In quo fratres (oro vos) potuit ſpiritus ſanctus maiorem nobis dilectionem oſtendere: quam in eo ꝙ ſponſam ſuã contulit nobis: vt eſſet ſcutum capitibus noſtris? O ſcutum fœlix quo deus ipſe vincitur, & nos feliciter coronamur, qm̃ aureum eſt. Si ergo Salomon in omni ſapientia ſua ſcutis aureis vtebatur. i. protectionibus virginis: qm̃ ad eum venit regina Sabba ditiſsima quãto amplius nos ipſi eius indigemus auxilio pro gratia ſermonis obtinenda: ei ergo ſupplices offeramus Aue Maria.

¶Argumentum dicendorum.

¶In calce hodierni euangelii ſcribitur, quod ſubſtulerunt lapides iudei, vt iacerent in Chriſtũ, Ieſus autẽ abſcondit ſe, & exiuit de templo, in exitu autem vt Ioannes refert: quẽdam cæcum illuminauit. Propterea igitur in toto ſermone oſtendã, quomodo diuerſi ꝓiecerunt lapides in Chriſtum altiſsimum, & ſuper omnium capita ceciderunt, poſt hoc autem exiuit de tẽplo: quendam cæcum illuminaturus. Fuit ergo filius dei in quadruplici altitudine, primo in patris equalitate, vbi lapidatur à lucifero, ipſe autem de templo cœli exiens: genus illuminat humanum. Secundo autem fuit in altitudine patriarcharũ vbi lapidatur hodie à iudeis, ipſe vero exiuit templũ ſinagoge, illuminaturus gentes. Tertio quoq; fuit in alto crucis: vbi lapidatur irriſionibus & opprobriis: tñ exiuit de templo corporis ſui limbũ illuminaturus. Quarto autẽ eſt nũc ſuper angelos: vbi à prauis chriſtianis lapides peccatorũ patitur: exiet autem de tẽplo glorię ꝑ iudiciũ illuminaturus mundũ immundũ. In oĩbus etiã lapidatio

Quadruplex altũ Chriſti.

nibus hi cadent lapides ſuper capita mittentium eos,
vnde ait thema. Qui in altũ mittit lapidem: ſuper eius
Diuiſio. caput cadet. Sic ergo quadriparitus erit ſermo.

¶ Prima pars.

¶ Quanuis vbicunq; filium dei contemplemur: in al
to poſitum eũ videamus, quia & ſi fuerit infra omnia
non ideo deiectus erit, nec ſupreſſus ſcriptura tñ ſubli
miori modo ipſum in altitudinibus intuetur dicens.
Pſal.92.a Mirabilis in altis dominus. Altiſſima vero altitudo
eſt patris equalitas, qua dei filius ab æterno fuit geni-
Pſal.109. tus ab ipſo patre: qui ait filio in Pſal. Tecum principiũ
in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum. Prin-
cipium tam creatorum quã increatorum productiuũ
eſt pater non principiatus. Hoc principium ſine tem-
pore cum filio memoratur in die virtutis filii ſcili-
Altitudo filii eſt equalitas paterna. cet in æternitate: quæ eſt virtus filii dei. Et qm̃ hæc al-
titudo æterne generationis (qua ex altiori omnipo-
tentia ſua pater, gignit filium) eſt gloria ſanctorum,
dicitur in eorum ſplendoribus genitus ideſt talis, vt
poſſet eos ſplẽdoribus glorię replere: quoniã Paulus
dixit. Qui cum ſit ſplendor glorię &c. Sicut ergo ſplẽ
dor ſolis in altiſſimis dei oritur altiſſime ab omni vir
tute ſolis: pari ſimilitudine filius oritur à patre infinita
gloria plenus, ac ſuper cunctos ſanctos ſui capaces ſe
diffundens. De hac ergo altitudine qua ſpiritus ange
lici deum filiũ adorant: dicitur in euangelio præſenti.
Eſt pater meus qui glorificat me: quanuis in glorius
videbatur phariſeis aſpectus Chriſti, cumq; de pecca
to arguere nitebantur: at tñ ipſe conſcius gloriæ ſuæ
confidẽter ait. Eſt pater meus qui glorificat me ideſt
glorioſiſſimum gignit: ac producit. Eſt (inquit) pater
meus: quoniam & ꝓpheta dixit. Qui eſt miſit me ad
vos, nec dixit glorificauit, aut in poſterum glorifica-



bit: ſed glorificat (inquit) me immutabiliter & abſq;
tempore æternaliter ſecum in altitudine ſuæ eſſentiæ
clariſſime, apud quã non eſt tranſmutatio, nec viciſſi-
tudinis obumbratio. Ecce igitur quomodo immuta-
biliter eſt pater Chriſti: qui & immutabiliter omnino
ſibi equalẽ genuit eum, quoniam vt ſe patri equalem
oſtenderet dixit. Antequam Abrahã fieret ego ſum.
Dixerat: eſt pater meus & vt innuat ſe eandem eſſen-
tiam poſſidere ait. Ego ſum: quod eſt nomen dei pa-
tris in altitudine montis Synai cognitum: qđ in equa
litatis altitudine pari ratione aptatur filio dicenti: ego
ſum. Dum ergo hanc equalitatis altitudinem contem Perfe-
plaretur lucifer, voluit in ea filium dei lapidare, vt ca ctiones
deret: vñ aduerte: quod ait Gregorius ſuper illud, om luciferi
nis lapis præcioſus operimentum tuũ: perfectiones lu ſunt lapi
ciferi lapides dicuntur, qui iure nouem habere perhi des.
betur: quia nouẽ ordinum angelorũ perfectionibus Eze.28.d
eminenter ornabatur. Iam ergo dũ lucifer ſuas ange
licas ꝑfectiones cõcupiuit diuinas efficere, qd aliud
fecit, quam filium dei poſitũ in alto diuinitatis lapi-
dare: quod etiã expreſſit per verba ſua lapidibus gra
uiora dicẽs. In cœlum aſcendã, & ſuper aſtra dei exal- Eſa.14.d
tabo ſolium meũ, ſedebo in monte teſtamenti: & ero
ſimilis altiſſimo. Ecce quomodo altitudinem inuide
bat filio dei: ad eamq; direxit lapides verborũ ſuorũ
concludens: & ero ſimilis altiſſimo. Cœlũ eſt ipſa di-
uinitas, aſtra vero ſunt perfectiones eius: mons autem
eſt egreſſio filii à pr̃e, & ſimilitudo altiſſimi eſt equa-
litas filii cum patre: quoniam ꝓpterea dicitur in Pſal.
A ſummo cœlo egreſſio eius ſcilicet à patre deo, à Pſa.18.a.
quo per generationẽ egreditur. Et occurſus eius per
equalitatem vſq; ad ſummum eius, ita vt nil altitudi-
nis habeat pater: quam filius non attingat. ¶ Sed nunc

videndum ſupereſt: quomodo ſuper eius caput lapi=
Eſa.14. des ceciderũt: quia idem propheta ſubiunxit. Detra=
cta eſt ad inferos ſuperbia tua: concidit cadauer tuũ.
Subter te ſternetur tinea: & operimentum tuum erũt
vermes. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui ma
Lucifer habet oppoſita capitis.
ne oriebaris? quaſi cadauer putridum nõ habebis cõ
ſortium: neq; cũ eis in ſepultura. Ecce quomodo vo=
lens in cœlum aſcendere, detrahitur in infernũ: quia
lapis ſuperbiæ ſuæ cecidit ſuper caput eius: & interfe=
cit eum. Vñ cadauer vocatur angelꝰ ſine deo: ſicut eſt
cadauer corpus ſine anima. Alter lapis fuit ille, ſuper
aſtra dei exaltabo ſolium meum: tñ cedit ſuper caput
eius: quia ei dicitur. Subter te ſternetur tinea: & operi=
mentum tuũ erunt vermes. Ecce quomodo & ſub ver
mibus qui ſuper aſtra eſſe volebat: quoniam lapis am
bitionis ſuper caput eius cecidit. Lapis etiam eſt illud
ſedebo in mõte teſtamenti: ſed cecidit ſuper eũ mons.
Vnde ab eo quæritur. Quomodo cecidiſti de cœlo lu
cifer? Durior lapis fuit ille. Et ero ſimilis altiſsimo, &
caſus eſt ille. Quaſi cadauer putridũ non habebis con
Purpurati luciferi pœna.
ſortium: neq; cum eis in ſepultura. Qui voluit in glo
ria deo equari, caret ſibi ſimili apud inferos, qm̃ eius
pœna tanta eſt: vt ſolus videatur in illa. Infernus eſt ſe
pulchrum malorũ, quo diues purpuratus lucifer ſepe
litur: adeo profunde vt ſolus videatur detractus in ꝓ
fundum laci: qm̃ cœteri natant reſpectu eius. Dicamꝰ
ergo lucifero. Qui in altũ mittit lapidẽ: ſuper eius ca=
put cadet. Tunc dei filius exiuit de templo cœli abſcõ
dens ſe in humilitate noſtra: quia ꝓpterea dictũ eſt. Ie
ſus autem abſcondit ſe: & exiuit de templo. Illumina
uitq; genus humanũ, quia illuminat omnem hominẽ
venientẽ in hunc mundũ. Quod maxime facit in euã
gelio præſenti dum ſpõdit præmiũ æternũ ſeruantibꝰ



ſermonẽ ſuum. In humilitate carnis noſtræ ſe abſcõ
dit filius dei, vt ſuperbia diaboli cõfundatur: & homi
nes humiles (vti fuere paſtores, quos claritas dei cir=
cũfulſit) illuminentur ad regnũ, quod lucifer propter
nimiam lucem ingenii ſui perdidit. Vnde ait in præ=
ſenti euangelio. Ego demonium non habeo, ſed ho=
norifico patrem meum. Non demonem ſed hominẽ
habet cecum filius dei: vt in humilitate noſtra hono=
retur pater æternus, qui humilia diligit, & erigit.

¶ Secunda pars.

¶ Altera Chriſti altitudo eſt illa de qua Paulus ait. Ip Eph.1.d.
ſum dedit caput ſuper omnẽ eccleſiam. Super omnẽ
dixit tam veterem quã nouam. De veteri namq; Pau Heb.7.a
lus ipſe hebreos alloquẽs ait. Intuemini quãtus ſit iſte
cui decimas de precipuis obtulit Abrahã patriarcha.
Precipuus patriarcha va terum, dum à precipuo actu
ſuo & victoria reuerteretur deuictis regibus, obtulit
Melchiſech ſacerdoti altiſsimi dei precipuas omniũ
decimas tanquam ſuperiori, immo tanquã chriſto cu
ius typum gerebat. Vtinam principes iudeorũ ſicut &
pater eorum Chriſto cederent, & patriarche imitarẽ=
tur fidem: cuius carne gloriantur. Nũc autem lapides
mittunt in altum chriſtum dñi, ac dicunt Abraham &
propheras mortuos, cũ regi Chriſto cuncta viuãt, qui
& mori vult: vt eos viuificet. Non tñ voluit lapida=
tus mori: quia genus mortis ſicut & ipſam mortem li
benter elegit. Iudei tamen Chriſti vitã lapidibus ter=
minare fatragunt: & verba eorum lapidibus duriora
eius quoq; vitam ciuilẽ proſcribere conãtur. An nõ
lapidibus duriora videntur illa verba pluſquam dia=
bolica, Samaritanus es: & demonium habes? Si patri=
archa Abraham nunc viueret, exultaret ac letaretur
coram chriſto ſuo, qui letatus eſt corã ſacerdote typũ

Christus eſt ſuperior patriarchis

Chriſti gerente, propterea quòd tunc temporis in ſpi
ritu vidit Chriſti diem futurũ: immo & vidit etiã diẽ
malorũ filiorũ ſuorũ: qui ſecundum carnẽ & nõ ſecũ
dum ſpiritũ viuunt, qđ mirabiliter figuratur in præ-
Gen. 14. tacta hyſtoria vbi dicitur. Egreſſus eſt rex Sodomo-
rum in occurſum Abrahæ, poſtquam reuerſus eſt à ce
de Chodorlahomor: & regum qui cũ eo erant in val
le Sabbe: quæ eſt vallis regis. At vero Melchiſedech
rex ſalem, ꝓferens panem & vinũ. Erat enim ſacerdos
dei altiſsimi: bñdixit Abrahæ & ait. Benedictus Abra
ham deo excelſo, qui creauit cœlum & terrã, & bene
dictus deus excelſus: quo protegente hoſtes in mani-
bus tuis ſunt. Super hoc ait Rupertus abbas. Regis
Sodomorum qui homines peſsimi erãt & peccatores
coram dño nimis, & Melchiſedech regis ſalem, ſacer
dotis dei altiſsimi dignitates vel merita valde ſibi cõ
traria ſunt: & tñ vterq; Abrã victori obuiarunt. Nec
vero de melchiſedech dubiũ vel incognitũ cuiquã eſt
quin chriſtũ ſignificet, cui (ſicut ait ſpiritus ſanctus in
Dauid.) Iurauit dominus & nõ penitebit eum: tu es ſa
cerdos in eternum ſecundũ ordinem Melchiſedech.
Quid econtra rex Sodomorũ niſi populum ſignificat
iudeorum, qualis tunc temporis erat: qñ Chriſtus rex
& ſacerdos ſummus naſcendo de virgine: patri no-
Eſa. 1. ſtro Abrahæ obuius factus eſt? Væ genti peccatrici
(inquit Eſaias) filiis ſceleratis: ac deinceps. Niſi do-
minus ſabbaoth reliquiſſet nobis ſemen quaſi Sodo-
ma fuiſſemus: & quaſi Gomorra ſimiles facti eſſemus
Item, audite verbum dñi principes Sodomorum, per
cipite auribus legem dei noſtri populus Gomorræ. O
Iudeorũ igitur magnum præſentis narrationis miſteriũ trium
ꝑuerſitas phatoris Abrahæ celebrat occurſum rex Sodomorũ,
peſsimorum vtiq; & peccatorũ nimis hominum, quia



profecto futurum erat nouiſsimo tempore, vt victo-
rioſam fidem patriarcharum & propherarũ celebra-
rent viri peſsimi: & peccatores nimis ſcilicet ſcribe
& phariſei, cæteriq; iudei, non quidem natalibus, ſed
reuera moribus principes Sodomorum, velut ſepul-
chra foris dealbata per hoc ipſum, quod celebrarent
opera patrum, intus autem plena oſsibus mortuorum
per hoc ꝙ ſecreto viuebant ſecundum ſulphureas car
nes Sodomorum. At vero Chriſtus rex iuſticiæ, rex ſa
lem ideſt pacis, rex inquam idemq; pontifex magnꝰ,
illorum taliũ hominum diebus natus ſacerdotio ſuo
functus eſt ſecundũ ordinem Melchiſedech, protulit Chriſtus
enim panẽ & vinum dicens, hoc eſt corpus meũ, hic Melchi-
eſt ſanguis meus: & ſic obtulit ſemetipſum pro fideli ſedech.
Abraham verum ſacrificium, & benedixit ei, per ſuũ
enim ſanguinẽ benedictionem ideſt peccatorũ remiſ
ſionem acquiſiuit illi: immo & omnibꝰ electis qui ex
pectauerunt eum ab origine mundi. Hæc Rupertus:
oſtendens quanta ratione Abraham exultauit contẽ
plans diem Chriſti capitis ſui: quem phariſei obnubi-
lare nituntur lapidibus ſuis: nam audito ꝙ Ieſus dixe-
rat antequam Abrahã fieret, ego ſum, tulerunt lapi-
des: vt iacerent in eum. Si autem ſcire cupis quomo-
do iuxta verba thematis noſtri lapides ceciderunt ſu
per eorũ capita, nota ꝙ ipſimet ſacerdotes & phariſei
erant ſpirituales ac miniſtici lapides templi, & in fa-
cto ipſo quo iaciunt lapides à templo in Chriſtũ, ſei-
pſos eradicãt, & à fundamentis euellunt, & in exteras
partes ꝓiiciunt, tanquam indignos ædificatione tem Luc. 19. g
pli: vnde nunc ſpiritualiter videtur impleri illud. Nõ Gentiles
relinquetur in te lapis ſuper lapidem. Lapis eſt phari & iudei
ſeus lapidans Chriſtum, qui ſuper lapidem angularẽ ſunt lapi
non relinquitur. Nunc ergo ſeipſos reprobant, & à des varii

templo faciunt: vt cadat ſuper eos. Dominus tamen
alios lapides adducet optimos loco iſtorũ locandos:
qm̃ ipſe dixit. Sternam per ordinem lapides tuos, ac fi
lios tuos doctos ĩ domino. Et ipſe Dauid ait. Pro pa=
tribus tuis nati ſunt tibi filii. Pro iudeis antiquis ſpiri=
tualiter naſcuntur apoſtoli, eorũ loco ſtatuendi, quia
nouiter templum reedificatur ex lapididus mundis &
Ioſue. 4 electis quod mirifice oſtenditur in Ioſue, qui dum ar
cha dñi tranſibat Iordanẽ, ab eius alueo accepit duo
decim lapides, & eos extrahens poſuit in ſicco, tamẽ
in eorum loco ſtatuit alios meliores, ita magnos vt
tempore quo aqua ſubmittebatur prominẽtes appa=
rerent inſignum miraculi. Ac de his referẽte gloſa di
Mat. 3. b. xit Iohannes, ad ripas fluminis prædicans. Potens em̃
eſt deus: de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Pri
mi lapides infelices fuere, quoniam proiecti ſunt à
via dei, & in deſerto relicti, expoſiti aeri, ac frigori &
auium ſtercori, alter autem duodenarius lapidum fœ
lix, qui ſtatuitur in via, qua tranſit archa, populumq;
dirigunt, nam iuxta lapides & per lapides tranſibat,
qui madefacti mũdiſsimi fiebãt in aqua & tranſerãt
in ſignum tranſitus arche federis domini ad nos. Iam
ergo primi lapides à Iordanis baptiſmate ſegregati
pharisei ſunt ſicci, & auibus inferni expoſiti: iam ſane
deſerti & reprobati. Alii autem lapides ſunt apoſtoli,
qui priores baptiſma ſuſceperunt: ideoq; ponuntur in
Chriſtus Iordane. Iſti dirigunt populum dei ſicut magni lapi=
eſt archa des in magno flumine poſiti dirigũt viatores: iſti ſũt
dei. mundi, ac poſiti in ſignũ tranſitus dei ad nos, qui etiã
per Iordanis baptiſma venit amicabiliter ad ſuos ſi=
cut archa federis in terrã promiſsionis. Ecce igit quo
modo iuxta thematis verba lapides cadunt ſuper ca=
pita mittentium eos, & Ieſus abſcondit ſe à iudeis:



ſubtrahens eis cognitionem ſuam quam gentibus ce
cis tribuit: quoniam ambulantibus in vmbra mortis
lux fidei orta eſt, & popul⁹ qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam, quæ à templo ſinagoge feſtinã
ter expellitur, quoniam & ſi lux venit in mundum, ſci
mus quod homines dilexerũt magis tenebras quam
lucem Chriſtum, qui ait in iudicium veni in mundũ
vt qui non vident, videant, & qui vident, ceci fiant.

¶ Tertia pars.

¶ Tertia quippe altitudo, qua Chriſtus ſtetit, eſt altitu
do crucis tam eximia & præ erecta vt nulla paradiſi
arbor ſit altior illa: qm̃ in canticis ſcribitur. Dixi aſcẽ Cãt. 7. b.
dam in palmã, & aprehedam fructus eius, dixi. i. ab
æterno decreuit aſcendere in crucẽ, quæ ob ſuam al=
titudinem palma dicitur: victorias ꝓ fructibus habẽs
Sed huius loci altitudo potius eſt deiectio & cõfuſio:
vñ quanuis patibulum ſit altũ & excelſum: nihilomi= Altitudo
nus deiicit. Pro quo nota ꝙ hęc exaltatio Chriſti ſi cõ crucis.
ſideretur ex parte ipſius altitudo eſt ideoq; palmã vo=
citat crucem, ad quã non fortuitu ſed æterno cõſilio
aſcendit: ideo namq; ait. Dixi aſcendã &c. Si autẽ hęc
altitudo ex parte iudeorum penſetur, tunc tẽporis de
iectio ac ſuppeditatio erit, qđ pſaltes innuit: dum in
perſona Chriſti dixit. Exaltatus autẽ humiliatus ſum Pſal. 87.
& conturbatus. Ecce quomodo iudei exaltationem
Chriſti ad humiliationẽ, & conturbationem ordinãt,
immo & ad lapidationẽ, qua cõturbatur: vſq; dum di
cat. Poſuerunt me ſicut ſignũ ad ſagittam. Nonne lin
gue eorum arma & ſagitte? non equidem comunes ſa
gitte, ſed cuſpide adamãtino cõſumate, vt fortius in
fligant crudele vulnus penetrans vſq; ad interiora
mortis. Duri equidẽ fuere lapides primi, quibus luci=
fer lapidabat filium dei humanandũ, duriores autem

quibus iudei lapidant iam exhibitum, ſed duriſsimi
ſunt quibus eum obruunt in cruce poſitum: vbi ſcri=
ptura iubet pietatem exhibere, ita vt vinum detur eis,
qm̃ amaro ſunt animo, vt bibant, & obliuiſcuntur ege
ſtatis ſuæ. Sed quoniam paſsio dñi archanis plena eſt
Pro.31.a. forte Salomon ſpiritu dei plenus prænoſcens, quod
vino Chriſtus erat in cruce cariturus: dixit vinum ex
hibendum his qui amaro ſunt animo: dum cruciaffi=
guntur. Chriſtus autẽ ſuauis crucifixus, & dulcis vni=
uerſis fuit, quapropter omnia verba, quæ in cruce lo
quebatur pietatẽ præferunt: ideo vino minime indi=
guit qui ſanguinem cordis daturus aſcendit dans do
na hominibus etiam diſcolis & inimicis ſuis. Sed vi=
deamus negato vino: quos in cruce lapides patitur,
Chriſtus Vnus eſt iſte. Vah qui deſtruis templum dei: & in trib⁹
ædificat diebus reedificas. Hoc dicebant ſcribe: & inferebant
templũ. ac iactitabant in chriſtũ domini mouẽtes capita ſua:
vñ ſigna capitis nutantis non minores ſed grauiores
lapides erant: quę omnia optime ſignantur in ſancto
viro Naboth: qui A iezabel propter amorem vineæ
ſuæ lapidibus opreſſus obiit. Vide figurã hanc in pri=
ma parte alphabeti noſtri litera. i. Nunc autem ſuſci=
piamus nos lapidem illũ, quo Chriſto imponitur, qđ
templũ dei deſtruit, cum potius ædificet illud: nam ad
hoc ſe fecit lapidem angularẽ, & lapidem primarium
Dan.2.c. oculis plenũ, vt refert Zacharias. Et ad hoc etiam re=
ferente Ezechiele cum Chriſtus eſſet lapis paruus,
tm̃ creuit, vt fieret mons magnus ſane lapideus, tam
extenſus vt totam impleret terrã: vt per eum tãquam
per montem magnũ & altum aſcendat in cœlum ipſa
terra. Nam niſi per Chriſtũ impoſsibilis eſt aſcenſus:
Apoc. vnde Iohannes dixit. Suſtulit me in ſpiritu in mon=
tem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſan



ctam Hieruſalem. Celeſtem Hieruſalẽ, quæ per Chri
ſtum ædificatur vt ciuitas, intrare non poterimus, niſi
eius ædificator adiuuet nos: vti Paulus in hodierna
epiſtola perſonat, qui aſſerit non propter aliud Chri=
ſtum paſſum, niſi vt ſanguine ſuo intraret tabernacu=
lum non manu factũ æterna redemptione inuenta. i.
vltima poſtquã non eſt alia. Ecce igitur quomõ inter
ædificandũ templum dei æternũ, vocatur Chriſtus de
ſtructor eius: dum audit. Vah qui deſtruis templũ dei Mar.15.e
&c. ſed quia fabricator iſte, ſcit etiam nunc linguas
ſeruitorum confundere, ſicut olim dum turris babilo
nica fiebat, aduertendũ eſt, quod Chriſtus lapis prima
rius ac ædificator alios lapides habet ſcilicet præde=
ſtinatos. Seruitores huius ædificationis ſunt tortores
quorum linguam confudit: vt poſsit ei deſeruire. Vis
(oro) cernere taliũ linguam confuſam? audi prædi=
ctum lapidẽ ſcilicet illam ſententiã, deſtruis templũ
dei, & in tribus diebus reedificas. Si confundis & per Iudei tẽ
uertis mentem loquentiũ iniqua, reperies ꝙ hic lapis plũ Chri
veritati deſeruit: nam Chriſtus permiſsiue deſtruebat ſti deſtru
templum corporis ſui, & in tribus diebus reedificatu unt.
rus erat illud. Confunde igitur mentem ſatellitũ, & in
verbis eorum quære miſtice ſenſum Chriſti, & repe=
ries aliquid conducens ad ædificationem veri templi
miſtici. Immo retorquet lapidẽ illum in caput eorum
dicens. O peſsimi ædificatores, quia vos deſtruitis tẽ
plum dei, templum ſpiritus ſancti, templũ pluſquam
Salomonis quod eſt corpus Chriſti opere diuino cõ=
ſtructum: in quo melius quam in veſtro habitat om=
nis plenitudo diuinitatis: etiam corporaliter. Nec ſo
lum deus verũ & omnes ſancti habitaturi ſunt in tem
plo: quod vos deſtruitis poſtquã excitauerit illud repa Apo.21.
rator Ieſus dicente Iohanne. Et templum non vidi in

ea videlicet ciuitate ſancta Hieruſalem. Dominus eñ
Proue. 9. omnipotens templũ illius eſt: & agnus. Dum ergo ſa=
pientia ædificauit ſibi domum, quã vos deſtruitis, iuſ
ſit animas ſanctas vocari ad arcem, quam vos expu=
gnatis. Tamen in vos retorquentur lapides, dicente
apoſtolo. Si quis templũ dei violauerit: deſtruet eum
deus. Equidẽ vt deſtruamini abſcondit ſe à vobis tũc
temporis Ieſus, quando tenebre facte ſunt ſuper vni=
uerſam terram, & ad patrem clamãs, exiuit de templo
corporis ſui anima illa benedicta, vt cecus populus
limbi cœleſti lumine potiretur.

¶ Quarta pars.

¶ Quarta denique altitudo eſt illa: de qua Paulus ad
Epheſios ait. Sedet ad dexteram maieſtatis in excel=
Altitudo qua ſe= det Chri ſtus. ſis, tanto melior: angelis effectus, quanto differentius
præ illis nomen hereditauit in maieſtate dei fratres
mei nihil ſiniſtrum reperitur, tamen ad maieſtatis dex
teram ſedere chriſtus perhibetur, vt ſi quid altius mẽs
humana excogitare valeat: etiam tribuatur Chriſto
domino. Qui præ angelis nomen habens præ illis ele
uatur ignoramus tamẽ quod nomen ſit iſtud, tamen
quia in præſenti euangelio tangitur nomen dei, nos
etiã Chriſti nomina memoremur, de quibus perpul=
chre loquitur venerabilis Rupurtus ſupra Eſaiã di=
Eſa. 9. b. cens. Hic ſupra primũ dictus eſt Emanuel, & deinde
vocatum eſt nomẽ eius, accelera ſpolia detrahere, fe=
ſtina prædari, nunc vocabitur, & aliis nominibus ſex,
ideſt admirabilis, conſiliarius deus fortis, pater futu=
ri ſeculi: princeps pacis. Et vide quã pulcher ſit ordo
Nomine Chriſti. nominum. Primũ Emanuel ideſt nobiſcum deus, pro
cauſa videlicet quæ prima eſt in ordine, qa habitauit
in nobis deus homo factus. Secundũ accelera ſpolia
detrahere, feſtina prędari, ea videlicet pro cauſa quia



moriendo fortem armatum diabolum ſuperauit, &
ſpolia eius deſtribuit. Tertium admirabilis videlicet,
quia reſurrexit à mortuis & aſcendens in cœlũ gloria
& honore coronatus ſedet à dextris dei. Quartũ con
ſiliarius ex eo ſcilicet q dans paracletum ſpiritũ ſan=
ctum apoſtolis ſuis conſiliũ habuit cum eodẽ ſpiritu
conſilii de repellendis iudeis: & vocandis gentibus.
Quintũ deus: quia exinde ab omni mundo vere ado=
ratur vt deus. Sextũ fortis, quia vere fortis in iudicio
(quo expectatur) apparebit. Septimum pater futuri ſe
culi, quia nimirũ peracto iudicio, nõ iam vt dominus
ſeruorũ ſed vt pater filiorum regnabit. Octauũ prin=
ceps pacis, quia reuera laudabitur in æternũ, & grates
habebit vt auctor pacis, quia deo ſumus reconciliati
per mortẽ eius: q eramus inimici. Hactenus ille de=
ditrationem nominũ Chriſti, quæ in nomine Ieſu re
periuntur: quod eſt angelis ſuperius. Dum ergo iudei
euangelio præſenti quærũt à Chriſto, quem teipſum
facis: reſpondere quidẽ poterat per nomina prędicta.
Sed iam videamus, qualiter lapidatur à malis chriſtia=
nis in altitudine paterne dextere conſtitutus, vbi me=
tuendus potius eſſet quam lapidandus. Chryſoſto= Lapis eſt mala co gitatio.
mus autem de huiuſmodi lapidatione loquens ſic ait
Tot lapides in deum mittis: quot prauas cogitatio=
nes aſſumis. Ecce fratres quomodo intra nos eſt tu=
mulus lapidum, quo deũ lapidamus, vnde figuraliter
& realiter in templo hodie lapidatur Chriſtus figura
literiuquã, quia ſicut nemo crederet, quod in ſancto
tẽplo Salomonis eſſent tam mali lapides, niſi euãge
liſta hoc diceret, ſic forte nemo credere, qd in pecto
re noſtro inuenirentur: niſi intẽplo eſſent inuenti. No
lens ergo deus, quod his eum obrueremus lapidibus
pmiſit dicens. Auferã cor lapideũ de carne veſtra, &

dabo vobis cor carneum. Cor lapideum lapideas aſſumit cogitationes & affectiones, lapideisq; vtitur paſsionibus: quæ omnia relabuntur in caput eius, q̄m Salomon dixit. Qui vero mentis eſt dure: corruet in malum. Ecce quomodo ipſa mens induratur quaſi lapis, dum frigore gelicidii conſtricta charitatis calorē amittit, quo Ieſus fouetur, ac retinetur, ne exeat à tēplo pectoris noſtri ne ſe abſcondat à nobis. Timeat deniq; peccator, ne à templo glorię Chriſtus exeat & ſuam abſcondat pietatem, vt illuminet per iudicium malorū hominum cecitatem, q̄m teſte Gregorio, oculos quos culpa claudit: pœna aperit. Si autem lapides, ideſt corda noſtra non fecerimus pia & mollia, vere illuminati iudicis igne recipiem⁹ verba ſententiæ ſuę lapidibus grauiora: immo eis ligati velut mola aſinaria proiiciemus in profundum inferni, niſi prius contritione in puluerem redigamur malleo timoris percuſsi, vt poſtea nouiter formemur. Sciat ergo vnuſquiſq; noſtrum, quod tot lapides in deū mittit, quot peccata perpetrat, nā ſi peccata cordis dicuntur lapides, peccata operis duriora & grauiora ſunt, tū toto fere tempore inueniuntur in manibus noſtris: quicōtra deum lapidibus oneramur. Vtinā faceremus vt baiulus onerum, qui antequā oneribus humeros apponat, tria facit, nam primo perpedit onus: quantum ſit ponderoſum. Secundū inquirit terminum: ad quem illud geſtare debet. Tertio autem poſtulat, quod habebit precium, deinde his viſis deliberat: an eum deceat tale onus portare. Peccator eſt baiulus lapidum peccatorum, ex quibus in deū partim proiicit, partim in proximum partim contra ſeipſum. Tamen ſi hos lapides vult dimittere, primo ſuo perpendat animo quantum ponderis habeat peccatorum: quia omnes cœli

*peccator tria faciat circa peccata.*



non potuerunt ferre luciferum oneratum peccato, quin tanquam fulgur caderet. Tantū ponderat q̄ etiā ipſum filium dei à cœlo ſummo deiecit, quia cum primus homo caderet, deū rogabat, vt ſibi manū porrigeret dicens. Emitte manū tuā de alto, eripe de aquis multis &c. tandem filius dei manū gratiæ ſuę porrexit ei, quam cū primus homo tenuiſſet, nec eam dimittere voluiſſet: tandē à cœlo depoſuit filium dei in aquas multas paſsionum: quid horribilius? Tandē beatus Thomas probat, quod peccatū eſt infiniti ponderis: pluribus rationibus. Si autem ſecundo quæras huius oneris terminū, audi beatum Iob dicentem: ducunt in bonis dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcenderunt. In bonis inquit propterea q̄ in oneribus peſsimis exultant: & letantur peccatores. Vix enim eſt qui cum beato Dauid proclamet dicens. Iniquitates meę ſupergreſſe ſunt caput meū: & ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Et ratio huius inſenſibilitatis eſt, quia ſicut teſte philoſopho elementa in locis ſuis nullius ponderis ſunt: nam ſi natare ſub mare velis aqua non ponderat, quia eſt in ſpera propria, ſic peccata dū ſunt adiuncta aliis pluribus peccatis, parū ſentis eorū pondus, donec à corde tuo vellis per confeſsionem peccata eiicere, tunc reperies quante malitiæ & grauitatis ſunt peccata. Tūc ſane vix poterit Iacob ideſt luctator in contritione ab ore putei cordis ſui lapidē duritię amouere: vt greges Rachel ideſt animæ deſideria bibant ſaltim lachrimas. Si autem iam tertio inquiris huius oneris precium: reſpondebit tibi Paul⁹ dicens. Stipendia peccati mors eſt ſcilicet equa. Fœlix ergo qui vt beatus Hieronymus manu pœnitentiæ arripuerit lapidē contra ſe ad percutiendū pectora ſua, vt poſtea lapidibus precioſe gloriæ coronetur amen.

*Pondus peccati deiecit Chriſtū.*

*p̄s. 143. b*

*p̄s. 37. a.*

*Ge. 29. a.*

## ¶SERMO.XXXVII.DE PROCESSIO ne:qua iſto tempore ſpiritualiter venit deus ad pec catoris animam templificandã ſibi. THEMA.

Ecce rex tuus venit tibi. Matthei.21.a.

¶Inuocatio ad virginem.

SI tantum letatus eſt Thobias in aduentu filii ſui
diu deſiderato, vt cecus prçſumeret ei exire ob
uiam,& patriarcha Iacob reuixit,dum audiuit
filium ſuum viuere,nec ſe valuit continere,donec ad
eum abiret,quid putatis ꝙ ſentiret maria mater dei,dũ
ab angelis audiuit,ecce rex tuus venit tibi,ecce expe
ctatio gentium,ecce filius deus venit,ecce filius tuus,
ecce qui regnat in celis,venit tibi rex,vt te reginã mi
ſericordiæ faciat in terris,ecce totius mũdi habenas
conferet tibi: quatenꝰ dicere valeas.Sedeo regina &
vidua non ſum:luctũ nõ videbo.Maior miſericordia
exibita Mariæ fuit,vt nullam peccati videret,nec ſub
ſtineret miſeriã.Vnde ſi miſericordia comuniter diffi
nita,eſt releuatio miſerię,nos qui quotidie labimur in
peccatorũ miſerias,frequenti miſericordia indigemꝰ
Maria vero nulla,quia nec in originalem miſeriã ce
cidit.vñ pro ea aliter eſt diffiniẽda miſericordia quo
niam altiori modo,eius deus miſertus eſt,ita vt à tri=
plici peccati miſeria immunis maneret.Propterea eñ
ꝙ in peccatum originale nõ cecidit: dicitur vt regi=
na ſedere.ſ.ab eo exempta.Et ꝑpterea ꝙ etiam à mor
tali fuit aliena:dicitur nõ vidua.Et ob id ꝙ nec venia
le incurrit:dicitur non vidiſſe luctũ.Vnde ob iſta pri
uilegia datur ei, vt ſit regina miſericordiæ,& omnẽ
miſeriam releuet tam animæ quam corporis,vt quæ
non in parte ſed totaliter ac ſine menſura miſericor=
diam accepit:affluenter eam prçſtet omnibus miſeris
maxime quando ei ſupplices preſentauerint Aue.

Maria ꝑ ſtat om= nẽ miſe= ricordiã quia præ ſeruata eſt ab oĩ miſeria. apo.18.b



¶Argumentum dicendorum.

¶Scimus Chriſtum à Bethania in templum veniſſe,
vt figuret aduentum,quo ad animam peccatoris cõ
ſtruendam in templũ dei venit.Nam Bethania inter=
pretatur domus afflictionis,& eſt paſsio Chriſti vbi
afflictus eſt pro nobis:de qua Salomon ait:Melius eſt
ire ad domũ luctus quã ad domum conuiuii.Illo er=
go intuitu venit,vt ipſius paſsionis fructum præſtet
nobis:quibus ait thema.Ecce rex tuus venit tibi.ſ.gra
tiam ſuã præſtare:in tantũ vt fias templũ dei.De hoc
ſolo aduentu agam in ſermone.¶Quia de aduentu
ſpirituali,quo deus ad animas hominum venit,nunc
agendũ eſt,memento te illius cantici Dauid qui pro=
pter aduentũ iſtum pſallit dño dicens.Intẽde proſpe
re,procede,& regina propter veritatem & manſuetu
dinem & iuſtitiã.Ecce tria loca per quæ dñs ad ani=
mas venit iuſtificandas.ſ. veritas manſuetudo & iu=
ſticia.Stationibus iſtis oportet venire:alioquin dñs
virtutum rex gloriæ minine ſuper nos regnaret.Vbi
aduerte quã optime mediat manſuetudo inter verita
tem & iuſtitiã tanquam temperamentũ earum.Si tol=
las manſuetudinẽ dei:non regnabit proſpere ſup nos,
nec procederet regnũ eius,ſed laberetur:immo vna
die(ſicut patebit in iudicio)ipſe deꝰ diſꝑderet regnũ
eccleſiæ.Nam quia cũ terra ꝓmiſsionis(qñ gentibus
prauis repleta erat)nõ eſt vſus deus mãſuetudine ſua,
ſed potentia,eam ab indigenis deſolatam reliquit.Er
go peccator memento dei tui,& omnis manſuetudi
nis eius,quia nunc venit tibi manſuetus benignitate,
& humanitate ſua vſus.Vt rex ſtabilire conetur regnũ
ſuum,aliqua diſsimulare oporte, atq; oculis clauſis
per trãſire:quia vt dicitur in decretis.Summa equitas
ſumma iniqtas.Ex illis ergo tribꝰ:primũ.ſ.veritas eſt

Paſsio Chriſti eſt domꝰ luctus.

Pſamus. 44.b.

Tria per quæ dñs ſaluat in penitẽtia

Trinitas ait ad eũ veniemꝰ

patri: ſecundum ſcilicet manſuetudo eſt filio, iuſticia
nunc eſt ſpirituiſſancto, quia mundum minorem ar=

Spiritus ſanctus eſt iudex

guit ob amorẽ. Quos enim amat arguit (vt ait ſapiẽs)
& caſtigat: tanquam pater in filio cõplacet ſibi in eis.
De hoc iudice noſtræ tempeſtatis dicitur. Arguet mũ
dum de peccato. Argumentũ amoris eneruatur faci
liter, quia iudex iſte amicus noſter diſſimulat pecca=
ta hominum propter pœnitentiã: locumq́ʒ veniæ præ
ſtat. Non enim venit ſcindere, aut nos trucidare, ſed
mederi: vñ incipit euangelium. Cũ appropinquaret
Ieſus Hieroſolymis: & Betphage ad montẽ oliuarũ.
Perpendiſti amorem dei appropinquantis ad nos? cũ
apropinquaret inquit, nos enim quotidie fugimus,
quia longe fiunt filii eius à ſalute, tñ ipſe Ieſus patris
poteſtate ad ſaluandum, & clementia ſpiritus ſancti
munitus ad nos vſq; appropinquare decreuit. Non
rogatus ſe ingerit ſalutẽ pręſtare, ſed non gratis, ideo
eñ venit per illa tria q̃ tetigimus. ſ. veritatem & man
ſuetudinem & iuſtitiã. Veritas notatur in eo q; appro=
pinquat Hieroſolymis, manſuetudo in Betphage, iu=

Miſericordia dei.

ſticia in monte oliuarum. Non ſit vobis graue fratres
mei occurrere illi: quia totum quod defert: dirigit ad
ſalutem animarũ errantiũm Ieſus. Qui & ſi duos funi

2.reg.8.a

culos habet (vt alter Dauid) alterum ad occidendũ,
& alterum ad viuificandũ. Hac vice Solummodo vti
tur vitali funiculo: vt ſecurior permaneat nobis vita
gratiæ. Ipſe dicitur appropnquare ad nos: quia prior
dilexit nos. Offenſus venit ad offenſorem non puni=
re ſed parcere. Miſericordia eſſet pacem libenter an=
nuere roganti contrario, maior ſi parcit quiſpiã non
rogatus, maxima ſi vltro ſe nobis deſidibus: ac nolen
tibus offerat indulgentiam præſtaturus: de quo mira
tus Paulus ait. Tanquam filiis vobis ſe offert deus ſci



licet cum inimici eſſetis. ¶ Sed quia prius venit per ve
ritatem, ideo dicitur Hieroſolymis appropinquare,
qui interpretatur viſio pacis, eſt autẽ peccatori nõ pax
ſed viſio pacis: dum ſequitur viſa mendacia. O ſi veri

Veritas dei ficta oſtendit pacẽ noſtram.

tas dei nos illuminaret, ac intelligere faceret, quod
eſt nobis viſio, ideſt fictio pacis. Deluſio eſt vobis pa
cis, & non pax vera, ſed mẽdax, de qua perhibet Iob.
Velut ſomniũ volans non inuenietur pax tua: tran=
ſiet ſicut viſio nocturna. O peccator ſomnias te chri=

iob.20.b

ſtianum: & non quæris quæ ſunt Ieſu Chriſti? Si non
habes pacẽ ad deum per Ieſum Chriſtũ non es chri=
ſtianus ſciatur veritas, quia pax tua non eſt ad ipſum
deum, ſed ad mundũ tantũ, & ad cõcubinã, & ad ma
los mores quos ſecurus frequentas dicens. Ambula=
bo in prauitate cordis mei, & pax erit mihi. Mentiris
quia non ita fiet, nec erit tibi pax interior, quanuis ad
extra ſimules te pacem habere, nam quis reſiſtit deo,
& pacem habuit? nonne etiam hodie pugnat intus in
anima tua orbis terrarũ contra inſenſatos cogitatus
tuos? dum exorbitare non ceſſas, dum terrena in te re

Iob.9.

uoluis: non reclamat ille orbis rationalis aduerſum
te dum redit ad deũ qui creauit eum. Nõ dixit, pugna
bit pro eo terra, ſed orbis terrarum, id eſt ratio huma
na in corpore terreno habitans, dum facit orbem cir
cularem reuertens ad creatorem ſuum, qui tempore
iſto ſcrutatur Hieruſalẽ in lucernis examinationum,
vt ſciatur, an ſit vera pax peccatori: nã quomodo eſt
tibi pax cum litẽ habeat conſciencia tua & ſpinis vi=
ciorum cruenteris? an forte remorſus non eſt tibi: cũ

Quomodo fiet vera pax.

ſcripum ſit. Vermis eorum nõ morietur? ¶ Sed forte
quæris à me, quomodo poteris verã pacẽ habere? ad
quod ego. Qui eſt inter duos contrarios & alteri tene
tur nunquam poterit eſſe in pace. Et altera parte deus

èx altera demon qui eſt contra dominum ſemper,
nos inter vtrumq; ſumus velut Ionathas inter Saul &
Dauid, reſpue Saul, nega patrẽ tuum domũ patris tui.
Adhere dauid ſanctiſsimo: quia teneris ei. Si adheres
Sauli, nec adhuc cum eo erit tibi pax, ſed coniuratio,
atq; delatio, ideo adhere victori Ieſu, qui demonẽ fu
gabit à te: & tradet tibi inimicũ tuum in manu tua: nã
xp̃o meo Ieſu dicit. Pax multa diligentibus legẽ tuã,
& non eſt illis ſcandalũ. Non aliis quã diligentibus p̃
cepta dei eſt pax interior, deficiente ſcãdalo animę, ſi
ergo vt ait Augu. veritas odiũ parit, dum te vere co-
gnoueris odies te ipſum: & abhorres. Hic odiũ tui ob
deum eſt vera cõtritio: nam deus noſter de ſpirituali
aduentu loquens dixit. Ego nõ veni pacẽ mittere ſed
gladium. ſ. cõtritionis, quo interimitur Saul, hoc igi-
tur gladio ſcinde à te muliereulã, & qualeſcũq; peccã
di occaſiones, & omnia crimina quæ per conſuetudi
nem adheſerũt animę. Victor Ieſus venit dare tibi ſan
ctum gladiũ contritionis, quo intus in ſecreto tubicu
lo cordis tui decapitare poteris etiã holofernẽ, & tũc
pacem denũciãs clamabis cũ Iudith. Aperite portas:
quia nobiſcũ deus. ¶ Portas oris oportet in cõfeſsio-
ne aperire poſt contritionẽ: ideoq; additur in euange
lio. Et veniſſet Betphage: quę interpretat̃ domus oris
vallium, & eſt ſacramentalis cõfeſsio: vbi os noſtrũ eſſe
debet ad ſalutẽ. Nã propterea in pſ̃ona peccatoris di-
Iob.6.c. cit Iob. Si iuſtificare me voluero, os meũ condẽnabit
me. Vidiſti vnquã tam facilẽ iuſtificationis modũ?
homo vis iuſtificari? volo inqs, ſed ignoro formã,
Confeſ- condẽne te os tuũ in ſacramentali cõfeſsione: & iuſti
ſio iuſtifi ficaberis. Magna qdam eſt vis oris tui, cuis ſpiritu po
cat. teris impium demoẽ interficere. Quædã res ampliorẽ
habent effectum vno loco quã alio, vt patet de ſole,



qui dum propria exiſtit domo fortior eſt, propria do
mus oris noſtri eſt confeſsio hæc, nam quemadmodũ
proprium eſt deo miſereri ſemper: ſic homini propriũ
eſt ſuas detegere miſerias. Obidq; ſcrutatur ſcotus an
confeſsio ſit de iure naturæ. Quia igitur non demoni
nec angelo eſt confeſsio criminũ ſed homini, eamq;
diſtincte ore proprio debet facere ad ſalutem dicitur
confeſsio domus oris. Væ autem illis qui velut extra
domũ aperiunt os ſuũ in confeſsione iactantes ſe: nã
de talibus dicitur. Peccata ſua velut Sodoma prædica
uerunt: vbi nota q̃ videns deus eos prædicare pecca
ta ſua dixit. Ego faciam vt in toto mundo narrentur
ob duriſsimã punitionem quã vobis inferam, nec ſo
lum cõfeſsio dicitur domus oris, ſed ſtatim additur ly
valliũ, vt innoteſcat, quod ſoli humiles libenter con-
fitentur, vel in hoc q̃ hæc domus dicitur valliũ, innui
tur, quod fragilitates tuas pronũcies in cõfeſsione nõ
autem bona tua. Vñ boni & mali confitentis figurã te
nuerunt publicanus & phariſeus, humilis publicanus
ſe peccatorem vocat: ſuperbus phariſeus citat ieiunia
ſua. Superbus ſtare dicitur: alter ſe deprimit. Et con-
feſsio vocatur domus oris valliũ, propterea q̃ in ea
debes dilatare os tuum per circunſtantias peccati. Nã
valles habẽt os magnum. Peccatores autem compre
ſis labiis confitentur non totum peccatũ: ſed dimidiũ.
Nam ſi totum diceres nimium os aperites, per os ve-
ro ſemiclauſum non poteſt totum integrũ exire pec-
catum, nec magna peccata ſed parua capit os ſtrictũ.
Væ ſimilibus qñ muta fiunt labia doloſa, contra quæ
dilatauit infernus animã ſuam & aperuit os ſuũ abſq;
vllo termino. Nõ ſis ergo vt Saul q̃ reſeruauit agach
pinguiſsimũ regẽ, quia ob hoc diuiſum eſt regnũ ei⁹.
Tu autem euome primo groſsiora peccata, percute

primo ducẽ: vt Iudith & poſtea faciliter eiicies exer=
citum peccatorum. Aduerte etiam ꝙ per os vallium
ſpurcitias montium exire videmus: ſi torrens pluuia=
lis increuerit. Et ſic immunditias noſtras emittemus
per confeſſionem, maxime qñ pluuia lachrimarum
inundat, quæ confeſſioni eſt nimis proficua. Vnde in
hac proceſſione deus fleuit ſuper ciuitatẽ, docens fi=
lias Hieruſalẽ animas orthodoxas fletũ diligere ma=
Cõfeſſio ximeín confeſſione. Vñ Iudith quæ interpretatur cõ
lacrimis fitens ſe in fonte: ſcilicet lachrimarum abluebat. Qm̃
indiget. ſcriptum eſt de ea. Exibat noctibus in vallem bethuliȩ
Iudith. & baptizabat ſe in fonte aquæ. Inſuper aduerte ꝙ Bet
12.b. phage vilula erat ſacerdotum: vbi notatur quod eis
& non aliis eſt facienda cõfeſſio: quanuis in caſu ne=
ceſſitatis dicat beatus Thomas ꝙ laico fieri debet: ta
mẽ contrariũ tenet ſcotus, ſcilicet quod fieri debet ſo
li ſacerdoti. In prima ſtatione huius ſpiritualis proceſ
ſionis erat veritas, in hac autem quã immediate po=
ſui eſt manſuetudo. Nam quid manſuetius excogita=
re potuit miſericors dei clementia, quam ꝙ peccator
ſeipſum puniat ne puniatᷓ a deo: deꝰ te ſuæ iuſticiȩ mi
niſtrum fecit in proprio dilecto vt ait ſcotus. Tibiq́
cõmiſit criminis tui executionem punitiuã. Dic ergo
tu prior iniquitates tuas vt iuſtificeris, antequã eas ti
bi proferat confeſſor, aut contra te eas demon profe=
rat, ſiue deus in iudicio, vbi arguet te: & ſtatuet cõtra
faciem tuã. Nulla vnquam ciuilis iuſticia tam mitis
fuit, vt pro ſola confeſſione contrita delicti ſolueret
reum, tñ dei manſuetudo tanta eſt, vt cõfitentibus cõ=
Ge42.e doleat: & parcat. Quæ ideo figuratur in Ioſeph, qui
non potuit ſe a lachrimis continere: cum audiuit rubẽ
confitentem peccata venditionis, & malitiæ perpe=
trate contra innocentem. Magna igitur eſt dei manſ=



ſuetudo in confeſſione: qui ponit in lingua tua mede
lam vulnerum tuorũ. Et quod non egeas alio inter=
ceſſore quam lingua tua, vt te deo conciliet: ita vt &
tu dicere valeas. Creaui fructũ labiorum meorũ pa=
cem, pacem his qui longe: pacem his qui prope. Lon
ge ſunt vetuſtiſſima peccata, prope autem recentio=
ra, omnia valet reſarcire confeſſio. ¶ Tertia ſtatio ce Eſa. 57.
lebratur in monte oliuarũ. In hoc monte notatur iu=
ſtitia, quia iuſtitia tua (inquit propheta) ſicut montes
dei. Tamen quia oliuetum eſt in monte miſericordia Satiſfa=
etiã ſuper exaltat iudicium. Qm̃ in iudicio pœnitentiȩ tio miſe=
præſidet miſericordia: quæ relucet in ſatiſfactione ricors eſt
Vbi nota ꝙ in iudicio dei erit mõs ſolus ſine olíueto,
in gloria ſolum erit oliuetũ, quia ibi nulla erit iuſticia
punitiua, ſed nunc eſt vtrunq;, ſcilicet mons iuſticiȩ &
oliuetum miſericordiȩ in ſatiſfactione, cui miſericors
eſt pater, dum plus acceptat in pœnitentia minimum
gemitũ, quam extra eã eiulatus Eſau. Qui & pilos ca=
prarum iuſſit oblatos accipi ad conſtructionem ſan=
ctuarii. Eſt & ſatiſfactioni miſericors filius, dum ex
ſua paſſione ſupplet: quæ deſunt ei. Vñ poſt abſolutio
nem dicitur. Paſſio Chriſti & merita beatæ Mariæ
&c. Sint tibi in remiſſionem peccatorũ. Eſt etiam ei
miſericors ſpiritus ſanctus, dum in ea reſtituit bona:
quæ peccando amiſſimus. Sit ei etiam ſacerdos miſe Pœniten
ricors leuia iniungendo. Quia nunc tempus eſt miſe= tia ſit mi
rendi eius. Legitur in miraculis beati Antonii: quod ſericors.
dum quidam in pœnitentia confiteretur ei, ſe matrẽ
peſſundaſſe: ac ſupeditaſſe. Dixit ſanctus. Pes qui ta=
le perpetrauit: ſcindi meretur. Pœnitens autem intelle
xit: quod iuſſerat eum pedem ſuũ ſcindere. Et abiens
in domum ſuã arrepta ſecuri: ſcidit a ſe pedem ſuum.
Cui mater ſuperueniens dixit. O me miſeram, quid

feciſti fili⁹ ille autẽ reſpondit. Mater meaanimę quiorę
eſto, quoniam expedit mihi ſic fieri, quia in te pecca=
ui cũ hoc pede. Et malo ire claudus in cœlũ quã duos
pedes habens: ire in infernum. Beatus pater antonius
audiens peccata mea hoc præcepit. Illa vero perre=
xit ad eum: & ſe orbatam vociferat. Sanctus vero iuſ
ſit ſibi adduci virum, & pedẽ ſciſſum, quem ſuo con=
iungens loco, perfecte ſanauit, & ſe nõ tam grauẽ in=
iunxiſſe pœnitentiã aſſeruit. Debet & ſatiſfactio fieri
à pœnitẽte intuitu miſericordiæ, vt miſereatur animę
ſuæ, & ſe credat miſericordiã conſecuturũ. Non vt Iu
das, qui & ſi reſtituit argenteos per iuſticiã, non ſpera
uit in miſericordia dei per pœnitentiã. In hoc etiã re=
lucet miſericordia dei erga ſatiſfactionẽ, quod ad eã
nõ ſolũ fortes: imo debiles & claudos ac ſenes admit
tit: quanuis nil aliud poſsint: niſi dicere. Dñe memẽto
mei, nec ab ea excludit ſceleratiſsimos pc̃tõres, ſed
omni tẽpore & ætate dat ei locũ: quin & adiuuat nos
ferre iugum pœnitẽtiæ dicens. Cum ipſo ſum in tribu
Timor & amor. latione. ¶ Sed quia nõ ſumus ſufficienter ex nobis ad
tria quę diximus: ideo ſequit̃ in euangelio. Miſit duos
ex diſcipulis ſuis. Hi ſunt amor & timor ad peccatorẽ
miſsi. Timor dñi vt ait ſapiens expellit peccatũ, amor
autem deũ adducit ad animam reducẽs eum in locũ
ſuũ. Hi ſunt due ale mulieri cruciate exhibite, & duo
leones tenentes ſedile Salomonis, & due armille arce
domini, & duo gladii Petri, & due tube exercitus dei
Hos vel mittit ſeparatos: vel ſimul vł aliqñ mittit vnũ
tantum. Vbi nota, qđ quidam conuertũtur per timorẽ
quidam per amorẽ, quidam per ambos cõiunctim: vñ
Eſa. 4. b. perſonat propheta dicẽs. In ſpiritu iudicii. ſ. timoris,
& in ſpũ ardoris. ſ. amoris feruidi abluet dñs ſordes
filiarũ Siõ. Hos ergo mittit peccatori, quibus ideo ait



Ite in caſtellum quod cõtra vos eſt. Ex hoc ſiquidem
caſtro rebelli per hos duos vult deus facere ſibi tem=
plum. Qñ caſtrum rebellat, & illud vult dominus eius
recuperare (ſciens, qđ quãdo cadit, dño cadit) nõ ſta
tim bella mouet contra illud, ne perdat poſſeſsionem
ſuã. Ideo per internuncios & pacis cõpoſitores vult
expedire negociũ, ac fortunare, non vt perdat, & ma
ctet: ſed vt ſaluet. Sic noſter deus qui propterea dixit
ite in caſtellũ q̄ cõtra vos eſt. ſ. vt ei conſiliũ exhibea=
tis quo reipiſcat, & reuertatur ad dñm deũ ſuũ. O fra=
tres mei qs enarrare valeret eos terrores, quos timor
prædicat conſcientiæ peccatoris, vt cõuertatur, & vi
uat: ne deterius ſibi contingat. Scit eñ à dño ſibi para
tum malũ. Timor dñi multa & horrenda ingerit ani= Iob. 5. a.
mæ, vt ꝓuideat ſibi: vñ merito figuratur timor in an=
gelo illo, qui ſecundũ temp⁹ deſcẽdebat in piſcinã, &
vehementer mouebat aquã: vt ſanaretur infirmus. Ti
mor dñi aquam lachrimarũ mouet erga nos, vt ſane
mur. De amoris monitione parũ dicemus: qm̃ iſte pau Cor chriſti.
cis verbis ad meliorũ frugem reducit peccatorẽ, non
per cõminationes ſed per dona in poſterũ repromiſſa
& per blanditias. Nã vox amoris eſt illa. Conuertimi Ioel. 2. c.
ni ad dñm deum veſtrum, quia benignus & miſeri=
cors eſt &c. &. Venite ad me omnes quæ laboratis & Mat. 11. d
onerati eſtis &c. Quando autẽ amor inſtat acrius pun
git, quia ſuaui⁹ rem agitat: ideoq; ingerit nobis illud
Eſaiæ. Confundamini, redite præuaricatores ad cor,
recordamini prioris ſeculi: qm̃ ego ſum deus & nõ eſt eſa. 46. c
vltra deus: nec eſt ſimilis mei. Audite, ò rebelles amo
ris monitionẽ qui ait. Confundamini, quia eſt cõfuſio
adducens gloriã. Redite præuaricatores ad cor Ieſu
chriſti, ꝓ vobis apertũ. Nã eſt fons patẽs domui dauid
redite ad deũ qm̃ habet aquã ſalientẽ in vitã æternã

recordamini prioris ſeculi regni cœlorum vobis in
cruce promiſsi. Nec eſt in promiſsione aliquis ſimi=
lis mei qui tanta vobis conferat. ¶ Quando caſtrum
rebelle per monitiones & interlocutores non vult ſe
priori dño tradere, ipſemet venit perſonaliter ſpon=
dere maiora: atq; indulgentiã prçbare. Quia non vult
perdere caſtrum ſuum. Et putat ꝙ forte verebũtur ibi
exiſtentes dominum ſuũ. Chriſtus autem nolens pe=
deſter venire in caſtrũ dicit in præſenti euangelio. In

**Aſina eſt anima peccatoris.**

uenietis aſinam alligatã, & pullum cũ ea, ſoluite, & ad
ducite mihi. Ne dedigneris fateri ꝙ anima tua & aſi=
na: immo & deterior. Nam & aſina cauet à nociuis:
nec vult comedere quæ non decent. Tu autẽ nemini
parcis in comeſſationib⁹ & ebrietatibus, & cuicunq;
illicite rei nauare operam nõ dubitas: aſina minis pa=
ret: tu nec terroribus cedis. Aſina nec rogata come=
dit: aut bibit poſt ſaturitatem: tu vero nunquã dicis,

**Caro ligat nos.**

ſufficit. Aſina ſubicitur oneri, anima vero tua proijcit
iugum. Forſitã ſi ſoluta eſſet à ſella iſta cum pullo ſuo
veniſſet ad dñm Ieſum. Sed qui caſtrum rebellare fe=
cerant, alligantes eam detinent ſcilicet demones, qđ
perceperat ille: qui dixit. Domine vim patior reſpon
de pro me. Nec ſolũ demones, ſed caro ligat nos atq;

**Pro. 7. c.**

tradit manibus contrariorum: quç ideo ait. Intexui fu
nibus lectulum meũ, ſtraui tapetibus pictis ex Egy=
pto. Irritiuit eum multis ſermonibus: & blanditiis la=
biorum protraxit illũ. Lectulus voluptas eſt, quo pec
cator iacet laſciuiens, qui lecto ligatus eſt triplici funi
culo: ne facile poſsit euadere. Primus eſt iuuentus, ſe
cundus autem ſalus, terti⁹ proſperitas, dum hæc tibi

**Funus triplex.**

ſunt, ò peccator, funes habes, quibus ligaris. His ve=
lut auis feſtinas ad laqueum peccati qui non ſolum
animam tuam ligat per culpã ſed corpus per deterio



rem inclinationem, quæ in pœnam peccati creſcit. Et
ſic velut aſina & pullus eius ſunt in te anima & corpus
ligata, qa funib⁹ peccatorũ ſuorũ vnuſquiſq; cõſtrin
gitur. Tamen per miniſterium timoris ſoluẽda ſunt,
qm̃ eis dicitur. Soluite & adducite mihi, ſunt tamẽ qui
dicant. Quid ſolutis aſinam? Et propter iſtos dixit Ie
ſus diſcipulis prælibatis. Si aliquid vobis dixerint, di=
cite quia dominus his opus habet. Sunt namq; qui ve
tare non verentur animalium ſolutionẽ: & adductio
nem ad Ieſum. Primus præter lutheranos pœnitentiã
impediens eſt metus recidiuandi. Sunt enĩ quidam tre
pidantes timore mundano: vbi timor eſſe non debet,
quia vt ait Gerſon nõ tenetur peccator ſe firmiter cre
dere, quod de cætero non peccabit, vt patet de petro,

**Pœnitentiam vetantes.**

qui ſolutus à culpa reſpondit inquiſitioni affati. Tu
ſcis dñe, quia amo te ſcilicet nunc de futuro autẽ, ni=
hil ſcio, niſi ꝙ nũc te amandi habeo certitudinem: tu
eam ſtabilẽ facito in me. Vetat etiam ſolutionẽ pecca
ti, ſpes longioris vite, qua differri ſolet in poſterum
pœnitentia: cum dominus dicat. Non ſit vobis cura
de craſtino, ſed nũc in præſentiarũ adducite mihi ani
mas veſtras. Tertio pœnitentiam vetat verecundia,
quæ ſi peccata præueniſſet optime faceret quia ſic fa
ciebat ille qui dixit. Verebar omnia opera mea ſciens
quòd non parcis dilinquẽti. Dum ſera iam poſt pec
cata multa venit verecundia, nouũ inducit peccatum
quia vt ait ſapiens. Eſt confuſio adducens peccatum.
Vetat etiam pœnitentiam hypocriſis & timor ipſius
pœnitentiæ, & implicatio negotiorum ſeculi, aliaq;
complura veluti heretici & mali homines, qui (teſte

**Neceſsitas pœnitentiæ.**

domino) ſi pœnitentiam non egerint omnes peribũt
His hominibus dicitur. Dñs his op⁹ habet, ſinite nos,
ne præſtetis obſtaculum, quia dominus his opus ha=

bet: qui neglecta pœnitentia non iuſtificat hominem
quoniam euangelicam prædicationem Iohannes &
Chriſtus inierunt dicentes. Agite pœnitentiã, & ap-
propinquabit vobis regnum cœlorum. Ecce aduen-
tus ſpiritualis regni cœlorum ad nos vſq; deueniens,
quod tantum appropinquat iuſtis: vt eis dicatur. Re-
gnum dei intra vos eſt, immo & rex deus: quia ec-
ce rex tuus venit tibi manſuetus: volens in te man
ſionem facere. Neceſsitas ergo pœnitentiæ vrget
nos, atque compellit locum dare inſpirationibus
timoris & amoris: quibus ducimur vſque dum ſa-
cerdos manus extendens abſoluat nos dicens, Do-
minus noſter Ieſuꝰ Chriſtꝰ, qui pro te natus & paſſus
eſt, ipſe te abſoluat, & ego auctoritate, ipſius abſoluo
te ab omnibus peccatis tuis: vade in pace ſcilicet ad
Chriſtum: de quo ſequitur. ¶ Abierunt diſcipuli: & fe-
cerunt ſicut præceperat illis Ieſus, & ſoluentes anima
lia adduxerunt ea ad Ieſum, & eum deſuper ſedere
fecerunt. Dum ligati ſumus funibus peccatorũ: non
Seſio dei ſedet ſuper nos dominus Ieſus, quia ſi non adheret ſi-
In anima bi ſedes iniquitatis: & in cathedra peſtilentiæ non ſe-
dit, quãto minus ſedere debet in peccatore compara-
to iumentis inſipientibus, qui & per opera immunda
ſimilis factus eſt illis? O fratres mei attendite, quante
ſublimitatis ſit ſeſsio iſta, qua dñs ſedet in omnibus
bonis, quia ipſe Ieſus ſeſſor noſter dicit patri ſuo. Do
Pſ.138.a. mine tu cognouiſti ſeſsionem meam, & reſurrectio-
nem meam, intellexiſti cogitationes meas de longe,
ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti. Ma
gna in iſtis verbis latent ſacramenta, quæ nos nõ va-
lemus percipere, ideo patri æterno ſunt ingerenda:
cui dicitur. Tu cognouiſti. Homines nõ cognouerũt
quantũ eis conferat iſta ſeſsio. Quia putãt eã ſolũmo



do eſſe ſeſsionẽ: cum equidẽ ſit reſurrectio. Ideo tu co
gnouiſti ſeſsionẽ meã: & reſurrectionẽ meã. Qm̃ & ſi
prima facie ſolũmodo ſeſsio videatur: etiã eſt reſurre
ctio. Vidiſtis ne fratres quomõ redẽptor nr̃ nõ depri-
mit: ſed eleuat eos ſuper quos ſedet? nec mirũ qa ſicut
onus eiꝰ leue nos eleuat: ipſe Ieſus onus diuinũ dũ ſe-
det in nos eleuat nos ad diuina, vt homo ex pctõre dia
boli ſede, fiat iuſtus, & etiã thronus dei ſicut angeli eiꝰ
Vide quantũ diſtet aſinus diaboli à throno dei: & in-
telliges cogitationes meas de longe. Et ſemitã celeſtẽ
& funiculum rationis: quo deus ad celeſtia ſpiritũ no
ſtrum agit dũ ſedet in eo. Hęc fratres mei quę ꝑſtrinxi
notantur in reliquo euãgelii. Vbi dicitur. Hoc totũ fa eſa.42.d
ctum eſt vt adimpleretur, qđ dictũ eſt per prophetã di Zac.9.b.
centem. Dicite filiæ Siõ. Ecce rex tuus venit tibi man Iob.12.b
ſuetus ſedens ſup aſinam & filiũ ſubiugalem. Ecce at-
tende quomodo hic in verbis iſtis anima ipſa, quæ aſi
na eſſe ſolebat, iam vocatur filia Sion: vt ad ſe reuerſa
pernoſcat conditionẽ ſuam. Qm̃ Sion interpretatur Anima
ſpecula: vbi reuelata facie gloriam dñi ſpeculantes in eſt filia
eandẽ imaginem transformãtur beati. Memorare igi Sion.
tur peccator: qđ ſis filius regni filius reſurrectionis, fi
lius Siõ quę eſt arx Dauid. Nã ex caſtro rebelli oppor
tet in arcem Sion tranſire intrãſitiue, quod tu ipſe fias
arx Sion. Ad hoc ecce rex tuus venit tibi manſuetus
adiuuare te: & ſedere tecum donec tua Sion firmetur
Poſt ſeſsionẽ Ieſu tria fecerunt homines illi. Primo ei Age tria
ſubſternere veſtes, ſecundum ſcindere ei ramos ter- pro chri
tium clamare, ſic nos tria faciamus, primo depona- ſto ſuſci-
mus veterem hominẽ calcandum, ſecundo ramos oli piendo.
uarum quæ ſunt opera miſericordię ad Chriſti hono
rem exibeamus, tertio per orationẽ clamemus, quod
mirifice figuratur in libro Machabeorũ: vbi dicitur.

1.Mach. Clamauerunt ad Simonem: vt dextras acciperet, &
13.g. dedit illis. Et eiecit eos inde, & mundauit arcem à cõ
figura ra taminationibus, & intrauerunt in eam cum laude &
morũ & ramis palmarũ, cynaris, & cymbalis, & nablis & hym
aduentꝰ nis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus
ad crucẽ ex Iſrael. Et conſtituit vt omnibus annis agerentur
dies hi cum leticia. Et muniuit montẽ templi, qui erat
ſecus arcẽ. Et habitauit ibi ipſe: & qui cũ eo erãt. Hæc
ibi. Simon interpretatur obediens & eſt dñs meus Ie-
ſus factus obediens patri: ſicut rex ille primus qui dũ
per obedientiã patris ſui aſinas quęreret, conſtituitur
Saul eſt vnctione ſancta rex Iſrael. Ecce nũc hodie dominus
Chriſtus Ieſus per apoſtolos quærit aſinam & pullũ: tamen per
prophetam plusquã Samuelem rex prædicatur. Quia
hoc totum factũ eſt: vt impleretur quid dictum eſt per
prophetã dicentem. Dicite ſinagoge. Ecce rex tuus
venit tibi manſuetus, qui nõ in fortitudine equi volũ
tatem habebit ſicut Salomõ aut Dauid: ſed in manſue
Antiqui tudine. Nam venit ſoluere aſinã, id eſt miſericordiam
tus miſe- quæ tempore legis ligata eſſe ſolebat ſoluto pullo iu
ricordia ſticiæ: qui contra eos calcitare nouerat. Sed cũ eis iu-
erat liga ſticia moleſta eſſet: clamauerunt ad noſtrum Simonẽ
ta. filium manſuetiſſimũ, qui eſt velut agnus qui porta-
tur ad victimam hodie immolari pro nobis. Rex mã
ſuetus mori paratus eſt pro populo ſuo, ſicut ille Saul
de quo diximus inter aſinas electus, qui ſciens ſe mo
riturum ſuper montes Gelboe aſcẽdit: vbi occiſus eſt
volens. Rex autem noſter Ieſus agnus dux gregis &
rex montem aſcendit caluariæ: vbi oſtendit manſue-
Victoria tudinem ſuam. Tñ quia ex morte Chriſti ſecuta eſt vi
chriſti ce ctoria: vult eam hodie celebrare extollens victoriã
lebratur ſuam. Quia poſtmodum non erit ſibi cũ hominibus
conuerſatio. Et quia victoria regis noſtri omni po-



pulo erit ꝑſicua, expedit, vt cõmuniter & ab omnibꝰ
celebretur. Maxime hodie, quia nunc etiam inimicis
ſuis chriſtus vult dare dextras, quamuis ſciat certiſſi-
meqꝫ eas cruci affigent. Nam propterea cũ Chriſtus
per totam vitã ſuam manſuetus extiterit, hodie ſignã
ter manſuetus prædicatus ab eo ꝓpheta qui agnum
& dominatorem terræ prædixerat Chriſtum fore. Iu
deis ergo dextras dedit Chriſtus, tamen quia eas affi-
gerunt cruci: eiecit eos inde qñ menſas numulariorũ
& vendentium colũbas euertit, carpens eos qui do-
mum patris ſui ſpeluncã feciſſent latronum. Hic mun
dauit arcẽ à contaminationibus iudeorũ, qui conta-
minauerunt teſtamentum eius expoſitionibus prauis.
Mundauit etiam templũ ipſum à contaminationibus ps.54.d.
illis: de quibus dicitur. Pollui eos in muneribus ſuis,
cum offerrent omne qꝺ aperit vuluam propter deli-
cta ſua. Munera templi pollutos reddebant ſacerdo-
tes oblationum ſanguine contaminatos. Et quia hęc Ezec.22.
munera non bona erant, dicuntur ſua, & qꝺ aperirent Oblatio
vuluam. Agnus dei qui tollit peccata mundi mundiſ Chriſti
ſimus eſt & minime vuluam Mariæ aperuit, nec pol- eſt mũda
luit offerentes ſe niſi iudeos, qñ prima vice obtulerũt
eum in ara crucis ſuper montẽ Sion. Et tũc propterea
pollui eos, quia non offerebant illum ad ſua delenda
peccata ſed augenda. Nos autem ſcientes virtutẽ ſan
guinis eius immaculati quotidie offerimus eum, ſicu
ti offerri vult. Quapropter de nobis quibus amplius
profuit aduentus Chriſti quam iudeis: dicitur. In tem
pore illo defferetur munus domino exercituum à Eſa.18.d
populo diuiſo & dilacerato, & à populo terribili
poſt quem nõ fuit alius, à gente expectante, expectã-
te & conculcata ad locum nominis domini exercituũ
in montem Siõ. venit igitur redemptor noſter ad ſuũ

templum hodie ad hoc locum, vbi pro nobis offeren
dus erat: ideoq; manſuetus dicitur venire & rex, quia
nunc dominus regnabit à ligno qui antea regnauit
Proceſſio ad crucem. à cœlo. ¶ In hoc ramorum aduentu verſo in oppoſi-
tum figuratur aduentus Chriſti ad crucē & proceſſio,
quam fecit ad montē caluariæ, quam modo incipit,
quia quinq; dieb⁹ ante paſcha ducere ſolebāt hebrei
agnū immolandum gaudētes, atq; nimium exultātes
eumq; magno deferebant honore: velut iam cultui
diuino dedicatū. Sed quo quis honoratius ducitur ad
1. Mach. 1. c. ſuſpendium: eo amplius inhonoratur. Quando dn̄s
Ieſus ducebatur ad crucem ſecundum gloriam ra-
morum multiplicata eſt ignominia eius. Honorem
equidem hodie exibitum ei: voluerunt auferre ab
eo inimici ſui tanquam ab iniuſto poſſeſſore. Ideoq;
res verſa eſt in oppoſitum. Et hodiernus honor acer-
bius reddidit flagitiū crucis: quia teſte boetio nullum
genus infelicitatis eſt infelicius quam fuiſſe felicem.
Tunc enim memoria præterite gloriæ à crius pun-
git. Sic ergo dominus Ieſus qui nunc venit ad Hieru
ſalem, poſtea ducetur extra eam, tanquā cōſortio ho-
minum indignus, extra caſtra proiicietur: vbi leproſi
eſſent, piiciendi. Nunc venit Betphage hæreditatiſa
cerdotum, ſed poſtea principes ſacerdotū omnes eii
cient eum extra vineā: vt habeant eius hæreditatem.
Nunc venit ad montem oliuarum, poſtea ibit ad cal-
uarium, quia ex multa miſericordia eis impenſa duce
tur ad multam crudelitatem ei exhibitam & illatam,
quando etiam mortuo nocebunt. De monte oliuarū
ad montem cadauerum. Nunc duos apoſtolos, p aſi-
na mittit, ſed poſtea ibunt cum eo duo latrones, ne ſe
amplius dn̄m vocet: quando cum latronibus iniquis
fuerit reputatus. Nunc pergens ad Hieruſalē equitat,



ſed poſtea balulans ſibi crucem onus ſuum portabit:
tamen Simon Cireneus adiuuabit eum. Nunc eius
nomine audito, tremit cuſtos animalium. Poſt modū
autem dicent: eradamus eum de terra viuentium, &
nomen eius nō memoretur amplius. Nūc omniū ocu
lis placet: poſtea gratior erit Barrabas. Nūc ad gloriā
Chriſti dicitur impleri prophetia Eſaiæ: deinceps au
tem audiet. Secundum legem debet mori. Nunc ſerui
tutem apoſtolorū recipit: ſed poſt recipiet offenſionē
carnificum. Nūc autem cōpletur illud: ecce rex tuus:
poſtmodum audiet. Nō habemus regem niſi Cæſa-
rem: nunc ſedet conſtrictus ſuper aſinā: poſtea exten
detur ſuper crucem erectus. Turba nunc ſternit ei ve
ſtimenta ſua. Poſtea nudabitur proprijs veſtibus, im-
mo & ſcoriabitur. Nunc ei deferunt flores: poſtea ſpi
nas. Nunc ramos, poſtea hyſopū & arundinem. Nūc
prior & poſterior clamat turba: benedict⁹ &c. Poſtea
dicent. Crucifige eum, ſcilicet tanquam maledictū.
Nunc dicitur filius Dauid: poſtea dicetur ei. Ecce he
liam vocat iſte: vt veniat ad deponendum eum. Nūc
pergit ad templum: poſtea vero egredietur de tem-
plo corporis ſui. Nunc commota eſt vniuerſa ciuitas
vt eum extollat, Poſtea egredietur ad ſpectaculum
Chriſti, qui nunc eos letificat, ſed poſtea omnes con
triſtabit in cruce, vt reuertātur percutientes pectora
ſua in Hieruſalem: nunc per gratiā poſtea per glo-
riam, quā mihi & vobis præſtet Ieſus amen. Ne mire
ris optime eccleſiaſtes, ſi neglecto morali aduētu ad
allegoriam, & aduentum crucis linguam & calamū
conuerti, quoniā varia plus iuuant, & aduentus inani
mas oritur ex aduentu crucis: cui optime dicere po-
teris. Ecce rex tuus venit tibi. Nam ſi Bethania in-
terpretatur domus afflictionis, & eſt Chriſti paſſio de

ipſa oportet mentionem facere in aduentu ad animā,
qui oritur ex ea, paſsio Chriſti via eius eſt veniendi
ad nos:& via noſtra veniendi ad gloriam ſuā. Amen.

## ¶IN CENA DOMINI SERMO. XXXVIII.

De amore & lotione & noſtra imitatione. THEMA.

Dilexit nos:& lauit. Apocalip.1.b.

¶Inuocatio ad virginem.

CVm malorū cōſuetudo ſit maleficiis cōtendere
aduerſus bñficia dei dās ſibi mala ꝓ bonis odiū
pro dilectione ſua, hinc eſt, quod ex præſenti
opere ex ablutione hac elitio:& ſuſpicor nos inqui-
Mala.1.b naſſe deum. Et vtinam libenter fateremur iniquitatē
hanc:& nō cōpulſi ſicut illi quibus dñs dixit. Offertis
ſup altare meū panē pollutū:& dicitis in quo poluim-
te? Super hoc ait Hierony. Cū ſacramēta violant̄ ille
cui⁹ ſacramentū eſt violat̄. Nec ſolū in ſacramētis ſuis
male concinatis inquinatur deus à prauis ſacerdoti-
bus q nō ob aliud niſi ob terrena ſeruiūt altaribus ſed
peccator deum inquinat. etiam inquinatur à malis pœnitentibus debilem aut
claudam vel cecam pœnitentiā facientibus cum pro
pheta prædictus dicat. Maledictus doloſus qui habet
in grege ſuo maſculū & votum faciens immolat de-
bilem dño. Maſculum & non fœminam vult ſibi deus
immolari. Nam muliebria noſtra coinquinant eum.
Væ nobis qui in fortitudine noſtra peccauimus,& in
debilitate pœnitentiam agimus, viri ſumus ad peccā
dum,& effeminati ad pœnitendū,& tunc velut men-
ſtruo deum inquinamus, quoniam vt ait Zacharias.
Ieſus ſacerdos magnus erat indutus veſtibus ſordi-
dis:qui omnia indumenta ſua inquinauit volens de-
tergere ad purum muliebria debiliū penitētium. Nec
ſolum in ſacrmentis ſuis,& in veſtibus ſuis, ſed tertio



in perſona ſua per nos inquinatur deus: quod mirans
Paulus ait: ſi irritam quis faciens legē Moyſi duobus
aut tribus teſtib⁹ ſine vlla miſeratione morit̄, quanto
putatis deteriora mereri ſupplicia quæ filium dei con
culcauerit,& ſanguinem teſtamenti polutū duxerit?
Ob tres quas diximus inquinationes dñs ipſe cōque-
ritur per prophetam dicens primo ad ſacerdotes. In-
ter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtan- Eze.22.f.
tiam:& ad pœnitentes ſubdit. Inter polutū & mundū
non intellexerunt. Et ad impenitentes & cōfeſſos ait.
Et à ſabbatis meis auerterunt oculos ſuos:& inquina-
bar in medio eorum. Ecce igitur quomodo peccato
res inquinati deum inquinare nō ceſſant. Adeſt tñ di-
uina lotrix beata virgo de qua thema perhibet. Dile-
xit nos,& lauit lacrimis ſuis,& mūditia ſua & caſtita
te ſua & puritate deū lauit in quā à maculis per nos il-
latis ei:nam ideo beata dei genetrix vocatur in canti
cis columba immaculata, quæ ſedit iuxta fluēta ple-
niſsima: Imo ipſa eſt Iordanis:quo baptizatur filius
dei non ſolū baptiſmo flaminis:ſed baptiſmo ſangui
nis virginei atq; mūdiſsimi. Vnde recte diximus, qđ
dilexit & lauit. Nemo enim lauare poterit deum:niſi
prius eum diligat. Maria igitur à cœna ſinagoge ad Mūdicia
ſecūda vota ſurgens lintheo virginitatis præcinxit ſe, Mariæ
& in peluim ſuorum viſcerū aquam puritatis immi-
ſit:vt exinde ſanctus & mundus naſceretur filius dei.
Qui etiam ſi per impoſsibile filius dei nō eſſet, ex mo
do ſuæ cōceptionis mūdus naſceretur ex virgine, qa
ſordes corruptionis Ade non coinquinant niſi natu
raliter propagatos. De nobis autem proprius loquē-
dum eſt:quia lotio prætacta impropria eſt. Nos autē
vere indigemus lauari & in lingua ad loquendum,&
in auribus ad verbum dei capiēdum. Maria vero etiā

nos diligit:& lauare parata eſt, qm̃ eſt natatoria ſiloe,
cuius aqua non minus oculos mentis quam corporis
dilucidat ad loquendum & ad audiendum, vt patet
in ceco illo, qui ſtatim poſt lotionem factus eſt prædi
cator:& doctor ab ipſo verbo dei edoctꝰ. Eamus igi
tur ad cunctorum viuentium matrẽ Mariam, quo=
niam ſua intereſt filiorum maculas abluere, quod vt
faciat humiliemur ei dicentes Aue Maria.

¶ *Argumentum dicendorum.*

¶ Qualis amor fuerit, tale ſubſequetur lauacrũ, amor
mundanus & ſenſualis habet lauacrum ſuum, vt patet
Exo.2.a. in filia Pharaonis, quæ deſcendit, vt lauaretur in flu=
mine non ad emundationem ſed ad refrigerium. Sic
anima mundanis dedita non quærit munditiam ſed
refrigerium in fluxibili varietate mũdi, quæ necat,&
ſuffocat innocentes, ſed eueniet ei ſicut filiæ Pharao
nis quæ paucis deinceps annis nõ inuenit potũ in flu=
Lorio mala. uiis ſed ſanguinẽ.ſ. innocentum, qm̃ aquæ Egypti ob
necem puerorũ verſe ſunt in ſanguinem. Vnde talis
lotio in cõtaminationẽ vertitur, quoniã prauus amor
deludit amãtem, ideoq; beatus petrus amatorem mũ
di vocat ſuem inuolutum volutabro luti, quæ dum ſe
abluere putat inquinatur, propterea q; ad deliciandũ
& ad pruriginem ſe abluit non autem ad emundatio
nẽ. Iuſtus autẽ e conuerſo ſe abluit, ideoq; eius ablutio
penalis eſt & amara: vñ dñs Ieſus vt nos doceret talẽ
ablutionẽ quærere prope mortẽ cõſtitutus, decreuit
ſuos abluere, vt poſsint viuere: nam quædam eſt in=
firmitas quæ lotionibus indiget calidis, deus autẽ cũ
dilexiſſet ſuos, hoc amore calefaciens aquã non aliã
quam lateris ſui ſuos abluere decreuit iuxta mortem
ſuam ſciens q; nihil coinquinatum intrabit in illam
requiem, ideoq; ait thema. Dilexerit nos, & lauit, deus



dixelit nos, & iam factus homo lauit, dilexit nos in ſa
cramenti exhibitione, & lauit in pedum lotione, nos
autem ei offeramus aliquam imitationem, de his tri=
bus tria puncta erunt præſenti ſermoni: nam primo Diuiſio.
agam de amore Chriſti ad nos: ſecundo de lotione
pedum: tertio de noſtra qualicunq; immitatione.

¶ *Dilexit nos & lauit. Apoca.1.b.*

¶ Dubitarim, an contriſtandum ne, an gaudendum
potius in hoc die nobis ſit, qui em̃ noſtro domino Ie
ſu quale euangeliũ commemorat, non compatitur &
apoſtolis triſtibus, is videtur pietatem abiecisse. At cõ
tra dum noſtræ ſalutis ſacramenta geruntur, dum
corpus & ſanguinem Chriſti noſtris vſibus accepi=
mus, dum Chriſtum noſtri amãtiſsimum, nobis dedi
tiſsimum hodie experimur, quapropter exultare ve=
hementer nos charitas ipſa compellit. Nam quis eſt Amor
cuius nõ letetur animus, & etiam liqueat cor: tenere= chriſti
ſcat affectus id audiens ſciens Ieſus quia &c. Si amas ad nos.
Chriſtum gaudebis vtiq;, quia vadit ex hoc mundo
ad patrẽ, è corruptione ad immortalitatem, è labore
ad requiẽ. Diu multis nos quæſiuit erumnis fatiga=
tus admodum ex itinere & tandem ouẽ perditam &
paſtã reducit ad gregẽ, ſiquidẽ cũ dilexiſſet ſuos qui
erãt in mundo eos quærendo: dilexit in finem pere=
grinationis ſuæ ad quem & ipſe vadit. Neq; ſine miſte
rio in die paſche it ad patrem, ſed vt oſtẽdat ſuum à vi
ta hac exceſſum noſtrũ fore feſtum & gaudiũ, alio=
quin nunquã hora mortis amariſsima in qua præ do Paſsio
lore ſcinduntur petræ, ſol obſcuratur, & totus cõtre= Chriſti
miſcit orbis eſſet hora chriſti: ſciẽs inqt qa venit hora eſt noſtra
eius. O chriſtiane q ſuis incõmodis hylareſcit, qđ tua quies
ſunt cõmoda qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit cru
cem cõfuſione cõtẽpta: id horã afflictionis horã ſuã

vocat: quod eius afflictio gaudii tui ſit cauſa. Hora
ergo paſsionis propria Chriſti hora fuit, non gratis,
ſed vt tranſeat ex mundo ad patrem ideſt vt naturam
humanam paterne gloriæ faciat participem. Nempe
enim Chriſtus in ignominia & labore ſolus, in glo=
ria & præmio comitatus: vñ ad cœlum conſcendens
ipſe ait: in baculo meo &c. Gene. 32. exultemus ergo
in domino qui vti ſcriptum eſt. 2. ad Thimoteum ſe
cundo dilexit nos & dedit conſolationem æternam,
& ſpem bonã in gratia: ideo namꝗ prior tranſiuit ad
patrem, vt mẽbra per eius gratiam confiderent eo ſe
peruentura quo caput iam preceſsiſſe conſpicerent.
Rurſus & ſi nil quod creauit Chriſtus odit: homines
tamen ſingulari quadam beniuolentia proſequitur,
cum enim perfecta omnis amicitia inter pares væteri
prouerbio diffiniatur: deus factus vere vnus ex nobis
ſimilis noſtri paſsibilis peculiariter nos amauiſſe cẽ=
ſendus eſt. Hoc eſt ergo quod ſequitur cum dilexiſſet
videlicet factus homo: ſuos qui erant in mundo nuſ=
quam em̃ angelos qui in cœlo ſunt, ſed ſemen Abra=
hæ aprehendit per omnia fratribus aſsimilatus. O in
ciuillis homo, dilexit Chriſtus ſuos qui erant in mun=
do, ipſe autem in mundo erat & mundus eum non co
gnouit, in propria venit: & ſui eum non receperũt. Ve
runtamẽ ingratitudo noſtra fonte miſericordię oſtia
Incarnatio eſt initiũ amoris: eucharitia finis.
meatuſꝗ multiplices neutiꝗ obſtruxit. Perrexit naꝗ
ſaluator qua ceperat hominem in finem, ſemperꝗ di
lexit: prodiuit ſtatim quod latitat. Humanitatẽ aſſu
mẽs deus: homines principio dilexerat ad ſe trahẽs in
charitate inqt perpetua dilexi te: ideo attraxit e miſer
tus tui. Inimici eramus repugnantes quodam modo
traxit: & dilexit in finem cum euchariſtiam inſtituens
eis ſe dedit, quos acceperat: vt attigiſſe videatur à fi=



ne vſꝗ ad finem fortiter: & ordinaſſe omnia ſuauiter.
Quippe velut circulo quodam facto: nos quo ad po=
tuit perfecteꝗ dilexit. Et nil eorum prætermiſit quæ
vehementer amantis eſſe poſſe viderentur. Dilexit, in
finem, quia ſciens veniſſe horam eius: qua iret ad pa=
trẽ nenos dimitteret. Nec à nobis diſcederet, vt ſem=
per apud nos cõſeruaretur & conuerſaretur nobiſcũ
in euchariſtia eſſe decreuit vſꝗ in ſeculum. Neꝗ em̃
ferre potuit eius amor quo minus apud nos maneret
Amor Chriſti non poteſt relinqre nos.
vſꝗ in finẽ, ne abſente eo ſimulꝗ pereunte conuictu
amicitia ſolueretur: nimirum q̃m delitię eius eſſe cum
filiis hominum: quaſi vero conſuetudine noſtra infi=
nito deo aliquid delitiarũ accedat, quaſi vero homi=
nis delitium eque ſit cum Chriſto eſſe. q. homines in
Chriſto delectentur, & non magis in voluptatibus
belluinis. q. homo nõ tradat morti eum, qui hominis
vite totum ſe impẽdit: in qua nocte apoſtolus inquit
tradebatur accepit panem &c. vſꝗ pro vobis trade=
tur. O mira beneficientia Chriſti ſuſcepit homo reue
ra de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis ſuis.
Quando tradebatur corpus Chriſti ab homine pro
pecunia. Ecce inquit tradetur ſcilicet à patre Chriſti
& ab ipſo Chriſto non pro auro vel argento ſed pro
vobis. Cũ tradebatur ab homine hominibus dilacerã
dum: ecce ſe præſtat ab hominibus manducandũ. Ni
mirum deus noſter præſtabilis ſuper malicia, quem=
admodum hoc beneficiũ propheta referens ait acce
ptum. Quid retribuã domino pro omnibus &c. exti=
mat ſanctus Dauid nec immerito quidẽ omnia fuiſſe
retributa, quod Chriſtus fuerit retributus, qui em̃ fi=
lium dedit quomodo cum illo non donabit omnia,
retribuit inquit quę hominis preceſſerãt: vt doni tam
liberaliter collati non tributio ſed retributio vocare=

tur quæ hominis præceſſerant niſi peccata?paulum
audiſtis in qua nocte tradebatur &c.& præter hęc
quo magis dei benignitas penſetur:cum tam præ=
Memo= ria requi ritur ad amorem
clariter nobiſcum egit, nullam tamen gratiam ex=
poſcit,quam vt in memoria acceptum beneficium
ſit:ſequitur enim.Hoc facite in meam commemora
tionem,putat Chriſtus ſatis eſſe ad dilectionẽ ſui in
no bis excitãdam meminiſſe qua nos ipſe amarit,qui
cum cætera omnia in menſura cõſtituerit:nobis tñ
amandis nullam adhibuit menſuram:vñ ait.Recor
Tre.3.b.
dare tranſgreſsionis meæ hoc eſt charitatis qua te
ſupra modũ diligens omnem dilectionis tranſgreſ
ſus ſum modũ. Quippe ſpiritum qui charitas eſt,ad
menſurã non acceperat,qđ ſi equum' iudicat chri=
ſtianus redẽptori hanc q̃ poſcitur habere gratiã ex
toto corde cũ propheta reſpondeat.Calicẽ ſalutaris
accipiam pectore,interna volũtate memoria memor
Inſtitu= tio eu= chariſtię.
ero & tabeſcet in me anima mea:iam vero qui ſemel
Chriſtus feratur in mentem, conſequetur inde ꝓcul
dubio:vt benefactori ſuo dicta & facta cõſona iubi
latione laudes reſonent, & gratiarũ actiones decan
tent eiꝰ exẽplo qui gratias agẽs accepit panẽ,vt da
ret,quo doceret multomagis gratias agere debere,
qui acciperet,vt mãducaret ac frueret̃,quo indicaret
quã noſtris profectibꝰ gratularetur,qui nomine nr̃o.
proinde gratias agebat ac ſi bñficiarius eſſet ipſe;q
conferebat beneficiũ.Sciens Ieſus &c.verba hęc de
ſanctis apoſtolis peculiariter intelligi debere à deo
planũ eſt,vt nr̃a expoſitione nequaquã ſit opus.Cũ
ergo redẽptor noſter comites & familiares ſuos dũ
viueret dilexiſſet,ſciẽs appropinquare tẽpus quo ad
patrem trãſiturus eoſdẽ oporteat in mundo relinq̃re
vehementiorẽ eis in vitę ſuę fine dilectionẽ oſtẽdit.



Volebat enim pius magiſter & dominus amoris ſui
telo diſcipulorũ corda trãffigere, quo chriſtiana pax
mutuaq; charitas eorũ animis penetrantius infigerẽ
tur,atq; ideo in vltima cœna cõſummatiſsime chari=
tatis: & humilitatis quæ concordie fundamẽta ſunt
obtulit famulatũ:vt inde diſcerent apoſtoli qualiter
Gal.5.
amari inter ſe deberent.¶Et ꝙ apoſtolus ait per cha
Secunda pars.
ritatem ſeruire inuicẽ:huc enim ꝑtinet niſi fallor, quã
in hac cœna potiſsimum cõmendat humilitas lotio
nis pedũ xp̃i,& conſecrata exẽplo & præcepto firma
ta.Si ego inquit laui pedes veſtros dñs & magiſter &
vos debetis alterutrũ lauare pedes.Vbi nõ tam exi=
ſtimo lotionẽ hanc materialẽ quam amoris obſeq̃a,
per quæ viciſsim nobis inſeruiamus dñm cõmonere
quod notans apoſtolus ait.Alter alterius onera &c.
Gal.6.
at qui ſiue hac ſiue qualibet alia cauſa id factũ ſit
exemplũ non apoſtolis modo ſed omnibꝰ etiã eximie
humilitatis charitatiſq; ſine cõtrouerſia ꝓponitur mi
rum ac celebre quidẽ,ſed quod nequeat ꝓ dignitate
laudibus extolli non eñ capit mens ꝙ altiſsimus deꝰ
Humilis celſitu= do chri= ſti.
cui pr̃ omnipotẽs vniuerſam tradidit poteſtatẽ ha=
bito tenus pedibꝰ ſe obuoluat:qđ caput eccleſię dex
tera immenſi dei nõ caput aut manus lauet ſed piſca
torũ pedes.Chriſtꝰ verbũ eſt apud deũ per qđ omnia
facta ſunt apud creature pedes exiſtens oĩpotenti ma
nu eorũdẽ ſordes & abluat & abſtergat.Sed q̃d offer
re conor ꝙ diuinæ(vt omnia euangel̃.Iohã.euexit:
ſciẽs inquit q̃a om̃ia dedit ei:pater in ma.&c.ò humi
lẽ ſublimitatẽ & ſublimẽ humilitatẽ hic primus & no
uiſsimus apertiſsime diſcribit̃:hic re ipſa in chriſto ex
primitur ꝙ alibi ſcriptum eſt:quãto es maior humilia
te inter omnes. Si magnũ reddit ſcientia,ſciens ait,ſi
Eccl̃.3.
potentia; omnia dedit ei pater in manus,ſi natalium

ſplendor, à deo exiuit, ſi gloria ſi ſanctitas, ad deũ va-
dit, & tamen hic à deo magnus vt ſuam etiam magni
tudinẽ neſciri non poſsit. Surgit à cœna in medio di-
ſcipulorum factus ſicut miniſtrator. Deponit veſtes
quo miniſtret expeditius in cuius manu ſunt omnia
ordinate. Lintheo ſe acingit. Mittit aquam in peluim
ſordes pedũ vnguibus abradit: vnus omnia diligẽter
exequẽs humilitatis officia, vt quãti queſtus humana
ſit humilitas vel ex eo diſcamus, q^d eã ſuo cõmenda
uit exemplo ſola diuina ſublimitas: vt inclinata ad pe
des noſtros diuina celſitudine ſtans aduerſus proxi-

**Superbia noſtra cõfũditur.**

mum, & erigens ſe contra deum cõfundatur ſuperbia
hominum: & ad humilitatẽ dei nouerit de ſe humilia
ſentire lutum, quid ſuperbis homo, ſanctus ſanctorũ
qui ſedet ſuper cherubin flectit genua ad pedes pec-
catorũ, incuruatur viuorũ atq; mortuorũ tremẽdus iu
dex: genu flexo mũdiſsimis manibus lutulenta pedũ
inquinamẽta detergit & tu, ò vermicule nõ humilia
ris ſub potẽti manu dei. Eminus famulantẽ dñm noſ
ꝓſpicimꝰ fratres mei: qui quominꝰ viderũt lõge ſec-
de eius operis altitudine ſentiebant. Animaduertite
q̃ſo, cũ ad petri genua ipſe genibꝰ flexis dominus lotu
rus pedes acceſsit, quid petrus dixerit, & inde penſabi
tur quid ſenſerit ſtupet principio rei nouitate, neq; au
det obloqui, & quaſi extaſi teneatur, neq; qd hoc ſit,
neq; cur fiat inquirit, at vbi primum ante eum genu
flexit diuinitas incarnata, deus ante hominem, crea-
tor ante creaturam, magiſter ante diſcipulũ, rex ante
piſcatorem: maieſtatem reueretur & ait. Domine tu
mihi lauas pedes? tu mihi cogitanda eſſet potius quã
dicenda ſententia hæc, nec forte quod his verbis ali-
quatenus dignum concipit animus: lingua non expli
cet. Habebat quidem in excuſatione ſua zelum dei pe



trus, ſed non ſecundum ſcientiam, & tolerabile vi-
deretur ꝙ humilitas ſuggerebat, niſi reſiſtere præce
ptori niteretur: quippe dicente domino quod ego fa
cio tu neſcis modo, ſcies autẽ poſtea, protinus adie
cit. Non lauabis mihi pedes ineternum. Dñe huius

**Humilitas petri.**

humilitatis obſequium accipere non eſt meum qui
adorare teneor ſcabellũ pedum tuorũ, quoniam ſan
ctam facis humum in qua ſtas, adorare debeo in lo
co vbi ſunt pedes tui, nõ lauari per manus tuas, ho
nor tuus deus iudicium diligit, & iuſtũ eſt vt in no
mine tuo omne genu flectatur: verum ꝙ tu ante fig
mentum tuũ curueris, quod ſerui pedes laues, non
competit maieſtati: nec vtiq; tu mihi pedes ablues,
ego ſi oportuerit me mori tecũ paratus ſum hoc
enim debeo, hoc amplector, pro te libenter ceruicẽ
porrigo percuſſori, ſed dñm meum & deum meũ an
te pedes meos proſtratum ferre nõ queo, nõ audeo
ſuſtinere: non lauabis mihi pedes ineternum. Breui-
ter lauari à Chriſto, & tantã eius pati deiectionem,
ita Petro videbatur indignum vt omnino cogi non
poſſet niſi interminatio per horreſcẽda coartaret,
cum primũ enim dominus ei dixit, ſi non lauero te
non habebis partẽ mecũ mirum in modũ territus,
dñe inquit non tantũ pedes meos, ſed & manus &
caput, quaſi maius aliquid addidiſſet, non tm̃ pedes
inquit ſed & manus & caput nimirum deiecerat ſe
Chriſtus vſq; ad membrorũ infima Petrus adiun-
gere non poterat niſi ſuprema. Verum em̃ vero quã
tumlibet Petrus vndecunq; attonitus extupeſcat nõ
eſt ꝙ nos demiremur fratres mei, qui enim ꝓ nobis
deſcẽdit à cœlo, quid ni pro diſcipulis ſurgat à cœ
na? qui depoſuit carnem pro inimicis, quid ni & ve
ſtimenta pro diſcipulis? qui formam ſerui accipiens

**Lotio pedum.**

habitu inuentus eſt homo, quid ni veluti famulus
precingat ſe lintheo? qui dignatus eſt in terrã fun-
dere ſanguinem: nõ eſt mirum ſi aquam in peluim,
quin etiam quanto veritas ipſa figura præſtantior
eſt tanto humilitas lotionis ſpiritualis in ſanguine
Chriſti eam antecellit quæ in lotione pedum cor-
porali commendatur. Si enim miniſterium hoc ſal-
uatoris humilimum, altius peruеſtigare delectat, cœ-
na hæc tẽpus ſignificat vniuerſum quo apud apo-
ſtolos demoratus redemptor noſter dapibus verbi
ſalutaris cunctos longe lateq; pauit, ſurrexit autem
à cœna & poſuit veſtimenta ſua, quando cum ho-
minibus iam conuerſari deſiſtens: habitum corpo-
ris aſſumpti depoſuit in cruce accepto lintheo ſe
præcinxit qñ ſpontaneo paſsionis exercitio ſua mẽ
bra circundedit, lintheum namq; quod multiphario
tormentorum genere conficitur, afflictionum accõ
modatiſsima figura eſt, ponens itaq; veſtimenta lin
theo precingitur, vt ſignificet ſe corpus, quod in-
duit, non ſine preſſura dolorũ, ſed longa crucis tri
bulatione deponere, miſit aquam in peluim, lauit ſi
tum quem pedes obduxerãt: extерſitq; lintheo quo
erat præcinctus, quando aqua vna cũ ſanguine ter
ram perfundens eiſdem lauit peccata noſtra, perfe
1. Petri. 2. rens ea (quodãmodo ait Petrus) in corpore ſuo ſu
per lignum, Chriſtus proterea ꝙ à nemine apoſto-
lorum lauari voluit inſinuare videtur ꝙ torcular cal
3. pars. cauit ſolus: omnes enĩ relicto eo fugerunt. ¶ Vidiſtis
Iohã. 13. fratres quæ dominus fecerit beati eritis ſi & vos ea-
dem faciatis, nam quæ virtutem agnitam minime
Immita- ad rem confert beatus eſſe non valet, at vero diſ-
tio. ficile eſt conſentaneã ſcienciæ vitam præſtare, quã
ob rem flectenda (quod apoſtolus ait) ſunt genua



ad deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt
in charitate radicati & fundati poſsimus compre-
hendere longitudinem, latitudinem ſublimitatẽ & Ephe. 3.
profundum, ſcire etiam ſuperuenientẽ ſcientie cha-
ritatem Chriſti: intelligere quidem longitudinẽ cha
ritatis Chriſti qua videlicet vſq; in finem nos di-
lexit latitudinem, quæ vſq; ad traditionẽ quoq; pro
tenditur. Sublimitatem, qua ſupremi ſacramenti al-
tiſsimum donum largitus eſt profundũ quo vel ad
pedes noſtros ſeſe humiliauit facile dubio procul
eſt (verum enim vero id quotidianis precibus ha-
bemus) orare, vt hæc poſsimus cõprehendere manu
videlicet & opere, tũc profecto ſciemus ſupereminẽ
tem ſcientiæ charitatẽ chriſti: nam qui dñi dilectio
nem rebus ipſis affirmat: is vere ſapit. Si ergo vt
monet apoſtolus benigni ſimus miſericordes donã
tes innuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit no-
bis, tunc Chriſti charitatem apprehendimus tunc vt
notat Cyprianus lauamus viciſim pedes: tum facie Ephe. 4.
mus quod debemus. Et vos inquit debetis alterius
lauare pedes, debetis inquam ſi non hominibus at
mihi: exemplum enim dedi vobis &c. quod ſi iure Ephe. 5.
merito deus exigit imitationem ab eis quos ad ſuã
ſimilitudinem creauit eſtote imitatores dei ſicut fi Phili. 3.
lii chariſsimi & ambulate in dilectione ſicut & chri
ſtus dilexit nos &c. Iam vero ſi humiles in fratres
ſumus atq; benefici Chriſti imaginem experimẽtes:
reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratũ
corpori claritatis ſuæ qui ſplendor eſt gloriæ & fi Heb. 1. a.
gura ſubſtantiæ eius Ieſus Chriſtus in gloria dei
patris quam mihi & vobis præſtet in cœlo amen.

¶DOMINICA RESVRRECTIONIS Chriſti ſermo.39.de ſole Chriſto. THEMA. Oritur ſol,& occidit, & ad locum ſuum reuertitur. Eccle.1.a.Vel ſit thema ex euãgelio ſcilicet. Veniunt ad monumentũ orto iam ſole ſcilicet ab ipſo monumento. Mar.16.a.

¶Inuocatio ad virginem.

QVando aliquis effectus eſt in pura dependentia à ſua cauſa quodcunq; damnũ vel commodum cauſa recipiat: neceſſe eſt & effectum recipere. Exemplũ eſt in pomis, quæ dum immatura pendent ab arbore ſua, pluuiam & quodcunq; aliud beneficiũ ſi arbor accipiat, illico poma ſentiunt exhibitam pietatẽ: quia creſcunt & ad maturitatem properant. Clarius exemplũ eſt in ſole & luna, qm̃ ſi ſol ſplendeat, luna quæ in illuminãdo dependet ab eo, ſtatim lucet, ſi autem ſol ecclipſatur, ſtatim oſtendit luna damnũ illatũ: & ipſa ecclipſim patitur. Vnde minime in ſacris litteris inuenitur ſolis malũ, quin & luna illud experiatur: qm̃ in ſuo lumine à ſole dependet. Iam ergo ſol iuſticiæ Chriſtus eſt, quia iuſtis lucet, luna eſt beata virgo nocti huius ſeculi data. Quãdo ſol Chriſtus factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus: & dicebat. Cum mihi moleſti eſſent: induebã me cilicio. Cũ tortores ita graues mihi eſſent & infeſti, vt pœnæ ſcoriarent me, tũc ita nigra ita lacerata ſic diſrupta ac diuulſa erat caro mea ꝙ non iam vt antea ſed cilicina iudicari valeret nigredine atq; cuſpide plena. Tunc fratres mei qualẽ vos contemplamini Mariã? qualem putatis fuiſſe lunam noſtrã? ſane quidem referente Iohanne quòd luna verſa eſt in ſanguinẽ, non aliũ ſed filii ſui: non alterius quã Chriſti non ſolum verſa eſt in tenebras, quæ contingerunt Chriſto moriẽte, ſed in ſanguinem ipſius: quo balneatur & cor & corpus eius. Sed qñ refulſit ſol, qui prius erat in nubilo paſsionis: tunc ſane impletum eſt illud Eſaiæ. Erit lux lune ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter: ſicut lux ſeptem dierũ in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui: & percuſſuram plage eius ſanauerit. Vulnus populi dei quo ipſe deus & mater eius percuſſa eſt, paſſio equidem extitit, qua ſol ipſe percutitur: ita vt ecclipſim mortis patiatũ. Dies qua hoc vulnus alligatũ: dies reſurrectionis fuit tũc lux ſolis fuit ſeptẽpliciter, quia omnibus ſeptẽ beatitudinis partib^9 ſurrexit chriſtus plenarie, q̃ ſunt viſio tentio fruitio, agilitas, impaſsibilitas, claritas, ſubtilitas. Aliquibus carebat chriſtus ante paſsionẽ, nulla caruit poſt reſurrectionem. Dum lux ſolis dicitur eſſe ſeptem dierũ, vniuerſalis ſignificatur: quoniam à Chriſto ſole gloriæ tota gloria deriuatur, ſicut claritas à ſole in quo eſt totum lumen. Iam ergo & ſi ad ſtellas videlicet apoſtolos ſol noſter radios letitiæ ſuæ extenderit, de luna quid cupis audire, niſi ꝙ erit lux lune ſicut lux ſolis? fuit ne aliquod gaudiũ in Chriſto, quo non letificaretur & mater? negaret ne ei aliquã reſurrectionis letitiam, cui totam dedit paſsionis triſtitiam? abſit, quoniam fuit lux lune ſicut lux ſolis. Contemplamini gloriã Chriſti, quoniam talis fuit gloria Mariæ, quæ tota ſe immerſit reſurrectioni ſicut & paſsioni: vnde maiorem gloriam dabit dicentibus. Aue Maria.

Maria ſicut triſtitiæ ſic & gloriæ Chriſti conſors.

Pſal.

Apoc.

Eſa.30.f.

¶Argumentum dicendorum.

¶Ab ipſo naturæ authore inditum eſt cuilibet creaturæ: vt deum agat ipſum præ ſe ferens: vnde lucifer dicitur principium viarũ dei ideſt primus creatura

turarum, quæ dicuntur viæ ad creatorem, quoniam ad ipſum excitant indagine intellectus noſtri: quali bet pro captu ſuo: vñ quemadmodũ voce in heremo audita: fertur audiẽtis intentio in ꝓlatorem abſentem, ſic viſa quauis creatura, debet mens in deũ aſſurgere: qm̃ per eas in deum tendimus, & per meliorem creaturã ac potiorem magis: ita vt à magnitudine creaturæ poſsit creator agnoſci qui amplius & perfectius refertur, & monſtratur in ſole quotidie nos illuminante, ex eo ꝙ ſol omniũ viſibilium inferiorum dicitur pater & nutritor. Vnde quia deus repreſentatur nimis in ſole, dicitur, quod in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ac Dyoniſius ait. Diuinæ bonitatis manifeſta imago eſt totus iſte lucens, & ſuper ſplendens ſol. Sol ergo quamuis multipliciter deum præ ſe ferat: præſertim eum agit in ſuo pleno giro dum ſcilicet ad locũ ſuum reuertitur poſt ortum & occaſum quotidianũ. Locus autẽ ſolis dicitur ſignum arietis, ex eo ꝙ ibidem creatus ſit, ad quem peracto anno reuertitur: cum enim ſint. 12. ſigna & in quolibet. 30. maneat dies: poſt. 12. menſes ad priſtinum redit locum. Et poſt mundi conſummationem ibi dicitur immobilis permanſurus: iuxta id. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. (abac. 3. c) Quãuis ergo hæc ſtatio futura non ſit (vt ait ſcotus) articulus fidei: tenetur tamen comuniter à ſanctis. Et ergo noſter ſol iuſticiæ ſic iam conſummato ſiue conſumpto mundo ac relicto: ſtabit fixus in dextera ſiue pectore patris, à quo primitus habuit ortũ. Nec enim nunc fixus permanet ibi: qm̃ ipſe dixit. Vado & venio ad vos: vt ſcilicet eleuari poſsint animæ veſtræ ad me. Tamen finito omnino Chriſti opere, cum dixerit, venite benedicti quietus pleniſsime ſe-



debit, & non antea, quoniam ex quo exiuit à patre & venit in mundum habet quid faciat, quod vt plenius videatis, de pleniſsimo ambitu ſolis iuſticię, qui hodie oritur à ſepulcro, agendum eſt, tangendo ſingula ſigna eius: & in ſigno leonis cõtemplabimur eum diffuſius. (Diuiſio.) ¶ Iam ergo primum ſignum dicitur aries: non ꝙ in cœlo aut apud ſuperos ſint animalia, nec terrena corpora, ſed velut quadam arte memorandi ſignorum proprietates animalibus aptant aſtrologi: vt ſic facilius celeſtia capiantur. (Aries. i. mitis dux) In ſigno ergo arietis filius dei fuit: quando parentes noſtros creauit, nullam eis feritatem oſtendens, verum nimiam mititatem, quin & eſſe voluit inſtar mitis arietis dux eorum: nam aries dux eſt gregis. Vnde integram ſcientiam eis negauit, quatenus in omnĩ euentu, eius captarent conſilium: eiuſq; inſtitutum & monita ſequerentur. Dũ erat filius dei apud iſtud ſignum dicebatur de ipſo, illud ſapientis. Aries eſt, & non eſt rex qui reſiſtat ei. (pro. 30. d) ¶ Ex hoc priori ſigno poſt gregis ſuæ peccatum tranſiit ſol noſter in ſignum tauri quando eis factus eſt ferox: & fremens ait. (Taurus. i. ferox.) Adam Adam vbi es? Ille hanc vocem ferre non ſuſtinens præ timore abſcõdit ſe, tñ extractus & requiſitus ait. Domine audiui vocẽ tuã & timui. Nec tamen pepercit deus: verum feriens fortiter, ꝓmulgatamq; ſententiam confirmans, ventilauit eos, & à paradiſo expulit. Manſit autẽ in hoc ſigno deus per totam legẽ naturæ & ſcripturę qm̃ non pepercit, ſed manu valida aduerſatus eſt eis equa lance iuſticiam librans. Tamen (vt ait beatus Yſidorus) natura tauri talis eſt, quod quantumcunque ſit ferox, ſi ficui alligetur, manſueſcit, quod quidem euenit filio dei, quando enim alligatus eſt Mariæ dulciſsimæ

nodo ſtricto filiationis,mãſuetus euaſit,& ei ſe mã
**Matt.21.** ſuetum obtulit iuxta illud.Dicite filiæ Siõ:ecce rex
tuus venit tibi manſuetus.De hac ficu dicitur.Qui
ſeruat ficum:comedet fructus eius ideſt manſuetu-
**Gemini.** dinem dei. ¶ Ex hoc ſigno tranſiuit deus in ſignũ
**i.natura** geminorum per incarnationem,quando in ſe deus
**duplex.** duas naturas miromodo copulauit,idcirco de Ma
**Ge.25.d.** ria vera Rebecca dicitur.Ecce gemini in vtero eis
reperti ſunt,ſed non præliantes niſi ſit præliũ dolo
rum quos deus influebat in animã Chriſti ob pec
cata noſtra. Et maior.i.deus in ſeruiuit minori ideſt
homni qui veſtibus maioris valde bonis honori-
fice veſtitur indutus lumine deitatis ſicut veſtimen
to. Depinguitur hoc ſignum in forma duorũ pue-
rum ſe inuicem amplectentiũ, & vt narrat holcoth
in librum ſapientiæ:fabulatur antiquitas ꝙ illi fue-
runt caſtor & pollux filii iouis,ſe intantum diligẽ-
tes: quod cũ caſtor haberet à patre immortalitatẽ,
ideſt poſſe non mori,ſi voluiſſet,tandem mori vo-
luit pro fratre,vt ambo fierent immortales:ſic deus
filius ſuomodo pro homine videtur feciſſe.
**Cancer.** ¶De hoc ſigno tranſiit in cancrum,qui eſt animal
**i.retro-** piſcis paſſu retrogrado vadens,& ſic dñs Ieſus re-
**ceſsio.** troceſsit: dum dixit. Rectus equidem inceſſus iuſti
hominis debet eſſe de virtute ad honorem, qui eſt
præmiũ eius, de merito ad præmium, de labore ad
requiẽ:chriſtus autem ob nos retroceſsit ſcilicet de
virtute ad vituperiũ,de vituperio ad verbera,de ver
beribus ad crucem:de cruce ad mortẽ, de morte de
ſcendit ad inferos,ideoq; dixi propter nos retroceſ
ſiſſe:in hoc ergo ſigno cancri extitit dominus per
totam vitã ſuam, quapropter aduertite, quod ſicut
ſole in cancro exiſtente, maximus feruor mundo



infunditur, ita Chriſtus prædicto tempore maximã
charitatem exibuit homnibus:nam ideo dixit.Ignẽ
veni mittere in terram:quid volo niſi vt ardeat?
¶Ex hoc ſigno tranſiuit in leonem,qui eſt quintiũ **Leo.i.re-**
ſignũ. Catulus leonis vt ait Yſidorus tribus diebus **ſurrectio**
iacet ſemimortuus,& patris rugitu ſuſcitatur,ſic do
minus Ieſus hodie,qui rugitu patris ideſt terremo
tu facto ſuſcitatur à mortuis. Qui nec ſolũ dicitur
catulus leonis ſed etiam dicitur leo:& leena,idcir-
co in hoc ſigno moroſius eſt agendum,ne tñ per
varia nos errare contingat,aut vagari,ſolũ adducã
in præſentiarũ vnum ſcripturę locũ vbi patriarcha
Iacob loquens filio ſuo iude: quem leoni cõparat **ge.49.b**
ſic ait.Iuda te laudabũt fratres tui.Manus tuæ &c.
Catulus leonis Iuda ad prædam filii mi aſcendiſti,
requieſcens accubuiſti vt leo:& quaſi leena. Quis
ſuſcitabit eum?Hæc ibi,Nunc autem videre opor-
tet quis ſit Iudas iſte tam ſublimis ꝙ ei curuetur om
ne genu fratrum ſuorũ,cui etiam adorationẽ tri-
buat Rubem quãuis dictus ſi prior in donis:maior
in imperio. Iudas interpretatur laudatio & eſt ille
cui Dauid ait.Deus deꝰ meus reſpice in me:& ſub **Pſal.21.a.**
dit. Tu autẽ in ſancto habitas laus Iſrael. Pſalmus
iſte pro reſurrectione cõditus eſt,ideoq; petit Da-
uid:vt deus à mortuis ſuſcitatus reſpiciat eũ à ſom **Iudas eſt**
no mortis euigilãs:ideoq; bis dixit.Deus deus meꝰ, **Chriſtus**
vbi voluit innuere,quam ſoporatus à ſomno mortis
fuit filius dei,& vt oſtendat locum vbi Chriſti ani-
ma tunc temporis erat,ſubiunxit.Tu autẽ in ſancto
ſcilicet cetu ſanctorũ limbi habitas laus Iſrael,laus
omnium videntium te,nam Iſrael interpretatur vi-
dens deum.Ideoq; incepit.Deus deus meus reſpice
in me: vt ex vtraq; parte viſio cauſetur, tu me, &

ego te videam, & tunc erat integra viſio, integra
laus: nam qui parum videt parum laudat, & qui nõ
videtur non laudatur à deo. Prouenit ergo laus à
Laudat homo deum & laudatur à deo.
deo viſo & à vidente eũ quia tũc erit vnicuiq; laus
à deo, atq; deo noſtro erit decora iucundaq; lauda
tio. Ecce duplex laudatio ſcilicet diuina & humana
adinuicem obuians quæ quidẽ eſt in chriſto deo &
homine qui propterea Iudas vocari debet: cui addi
tur. Te laudabũt fratres tui. Ecce quomodo adiiciã
ſuper omnẽ laudem tuã Chriſte: qm̃ laudationem
domini loquetur os meũ qñ te reperit laudare. Nec
ſolum fratres Chriſti. ſ. homines laudabũt eum: ſed
etiã angeli: de quibus additur. Adorabunt te filii pa
tris tui. Fratres chriſti ſunt homines ꝓpter eius ma
trem temporalem: & filii patris ſui ſunt angeli pro
pter eius parentem æternalem. Iſti laudant reſurgẽ
tem: illi adorant. Plus eſt adorate quã laudare: quia
de Chriſti reſurrectione plus nouerunt angeli quã
homines. Longum eſſet nunc laudationẽ & adora
tionẽ Chriſti narrare. Euntes in emaus laudabant
eum dicentes. Ieſus nazarenus fuit vir propheta po
tens in opere & ſermone corã deo & omni popu
Luc. 24. c.
lo: hi poſtquam regreſſi ſunt in Hieruſalẽ inuenerũt
alios congregatos ad enarrandũ Chriſti laudẽ, vir
tutem, & gloriam, angelorũ adorationem nõ valeo
exprimere, nec mulieres, quanuis viſionem angelo-
rum viderunt poterunt dicere: niſi ꝙ eicius eis ve-
nerunt ad Chriſtũ adorandum de quo mane dilu-
culo dixerunt eis. Nolite timere (ſed amare) Ieſum
Mat. 24. a.
quæritis nazarenũ. Surrexit nõ eſt hic. Præcedet vos
in galileam. i. in tranſmigrationẽ glorię reſurrectio
nis: vbi. ſ. nos vidimus iam & adorauimus eũ. Lau-
datur ergo Chriſtus ab hominibus & ſanctis oibus



quia homo, adoratur ab angelis: quia deus. Hic di
citur laudatio in abſtracto ꝓpter diuinitatẽ, & dici
tur laus in concreto propter humanitatem: ob alte
rum Dauid edidit pſalterium: ob alterum vero Sa
lomon cecinit cantica canticorũ. ¶ Vidimus huius
Fortitudo chriſti cruce claret.
ducis magnificã laudem, nunc videamus laudis ra
tionẽ, de qua ſubiungitur in aſſumpta parabola. Ma
nus tuæ in ceruicibus inimicorũ. Manu armata vi-
get dux iſte ſuper duritiã inimicorũ viſibiliũ & in
Gene. 49. b.
uiſibiliũ. Quo ad inuiſibiles inimicos dicit̃ de mani
bus nr̃i leonis de tribu Iuda. Cornua in manibus: eiꝰ
ibi abſcõdita eſt forti. eiꝰ: ante faciẽ eius ibit mors.
Et quæ apparent videntes dicunt: qđ Chriſtus ha- Aba. 3. b
bet manus cruci affixas ſed ꝓpheta dixit: quod ma
nibus chriſti erant cornua crucis affixa. Cornua in
quit in manibus eius. Nã poteſtatem habet ponẽdi
animam ſuã in cruce & iterũ ſumendi eã. Plus er-
go tenet xp̃s crucem: quã teneatur à cruce. Dũ er-
go ibi erant manꝰ eius: ceruices duras demonũ edo
mabant. Nã ideo ſequitur. Ibi abſcõdita eſt fortitu
do eius. ſ. ſecrete vincens principẽ mundi huius qm̃
ante faciem Chriſti ibat mors fugã capiens. Aſcen
dit in altũ, vt captiuaret diaboli captiuitatẽ: mortem
& auctorẽ mortis in ſempiternũ præcipitãs. Hoc ſen
tiens demon iam victus dixit. Deſcendat nunc de mat. 27. e
Chriſtus lege talionis caſtigat demonem.
cruce. Habuit ſe chriſtus cũ demone ſicut aliquis vi
ribus pollẽs: qui ſi caſu viderit patrẽ ſuum pcuti li
gno: ſeruat arreptũ lignũ & data oportunitate eo-
dem frangit caput contrarii: ſic negocio pſenti eſt.
Nam demon ligno vetito fregit caput patris Ade,
cuius ictus adhuc ſentiunt filii eius tñ Chriſtus eo-
dem ligno quod hucuſq; ſeruarat. ſ. cruce: quæ hu-
cuſq; fuerat vetita: diaboli caput frãgit. Ipſa ſcilicet

crux ô demon conteret caput tuũ: de qua iure me-
Sapien. 14.a. rito dicitur. Benedictum lignũ per quod fit iuſticia
ſcilicet talionis iam dicta. Ex hoc remanſit crux ar
ma diabolum debellantia omnibus conceſſa. Ma-
nus ergo tuæ ô Chriſte cruce armate in ceruici-
bus inimicorum tuorum ſunt. ¶ Si de viſibilibus
inimicis vultis audire aduertite ceruices eorum:
nam ſunt ille voces quibus dicebant. Crucifige
Ioh. 19.a crucifige eũ: tolle tolle ad crucem. Super has du-
ras ceruices Pilatum vincentes: fuerunt manus Ie-
ſu non armate ſed vncte oleo clemẽtiæ: de quo di
Eſa. 10. f. citur. Computreſcet iugum à facie olei. Importabi
le iugũ crucis ſub quo cecidit, impoſuerant iudei
collo Chriſti, ſed iam per eũ ceruices eorum vncte
erant & vellent tollere iugum ab eo, & imponere
collo proprio, ideoq; vt ait Lucas. Reuertebantur à
caluario in Hieruſalẽ percutientes pectora ſua. Et
illa die factus eſt plantus magnus: vt fieri ſolet in
morte primogeniti. Totũ fluebat à manibus pendẽ
tis in cruce: qui etiam ipſo tempore quo crucifixus
eſt, aſcendens in altũ dedit dona hominibus, vt pœ
nitere poſſent. Inuiſibiles hoſtes per vim iuſticiæ de
bellauit, viſibiles autem per induſtriã miſericordię.
Altera manu illos, altera vero iſtos: vt dici valeat
ge. 49.b ei. Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ, Etiam in cer
uicibus iude fuit manus Chriſti, quæ adduxit eum
mat. 27.a vſq; dum diceret. Peccaui tradens ſanguinẽ iuſtũ. Et
fuit in ceruicibus cuſtodum ſepulchri vt territi fu
gerent, quia exterriti ſunt cuſtodes: & facti ſunt ve
lut mortui. Et ad litterã fuit in ceruicibus demonũ,
& eos retrocedere fecit: qm̃ per ſomnia terrebant
vxorẽ Pilati: iam ſane nolebant q; occideretur chri
ſtus. Ecce igitur quomodo victores vincunt ma-



nus Chriſti: quamobrem laudande ac pariter ado-
rande veniunt. ¶ In reliquis verbis vocatur Chri- Rex leo eſt xp̃s.
ſtus catulus leonis, & leo, & leena. Requieſcens ac-
cubuit vt leo qñ inclinato capite emiſit ſpiritum in
cruce. Ibi vt leo apertis oculis obdormiuit, quia
nil eum latebat etiã clauſis per mortem oculis. Leo
ergo dicitur accumbens Chriſtus in cruce propter
tituli regiam dignitatem quæ ſcribitur rex iudeo-
rum: nam leo eſt rex animalium. Vbi nota quòd
quando natus eſt prædicatur à regibus rex iudeo- Chiſtus eſt catul⁹ leena & leo.
rum & qñ moritur etiam ab inimicis rex, ꝓpalatur
non autem inter viuendũ, quia dum viueret quæſi-
tus ad regnũ fugit. Vbi nota q; ſi ea quæ habes dũ
viuis pro Chriſto ſpernis, in morte ea reperies iam
meliora effecta: vt Chriſtus qui proprerea q; quæſi
tus in regem ſpreuit regnũ, maiori gloria inuitis ini
micis ſuis rex ſtabilitur triumphali titulo quem iu
daica potentia delere non valuit. ¶ Non autem abs
re Chriſtus vocatur catulus & leena, & leo, qm̃ in
chriſto ſunt tria ob vnionem hypoſtaticã nimis cõ
ſona. Corpus eius dicitur catulus dũ exanime fuit,
quia tunc mortuum plus indiguit auxilio parentũ.
Catulus eñ indiget patrib⁹ ſuis. Sic fere corpus Ie
ſu emortuum anima ſua indigebat: quæ erat velut
mater eius. Et quanuis vnitũ eſſet deo indigebat
leone ideſt deo, vt ſcilicet fremitu ſuo: tertia die il-
lud ſuſcitaret. Quod fecit qñ terra mota eſt: & quie
uit mors. Nam terremotus tempore reſurrectionis
fuit velut fremitus leonis ad catuli corpus ſu-
ſcitandum. Leena dicitur anima Chriſti: nam ſicut
leo fremit ad excitandũ catulum ſic & leena. Vbi Non põt aĩa vnire ſe corpi.
aduerte q; quanuis reſurrectio deitati aſcribitur cu
ius potentia facta eſt: etiam animæ Chriſti fuit fa-

tis poſsibile:ipſo dicente. Poteſtatem habeo ponen
Ioh.10.e di animam meã:& iterum ſcilicet per reſurrectionẽ
ſumendi eam.Hoc etiam ad Chriſti humanitatem
pertinet.Corpus ergo Chriſti dicitur catulꝰ,anima
ge.49.b leena:deitas leo.Et in eo quod quæritur.ſ. quis ſu
ſcitabit eum?Innuitur:qđ aliena virtute non indi=
get ad reſurgendum. Qm̃ quemadmodum quan=
do voluit occubuit:ſic quando voluit reſurrexit.
¶Nunc non ſupereſt niſi: vt exponamus illud qđ
Chriſtus ſequitur ſcilicet ad prædã aſcendiſti fili mi.In pro
crucem pria videtur iſta ꝓphetæ locutio:nam communiter
aſcendit via belli non aſcenſus ſed deſcẽſus vocatur in ſcri
pturis ſacris,ac etiam miles ab equo deſcendit ali
qñ:& ſi pedeſter eſt,genu flectit ſuper pectora deie
cti:vt eum ſpoliet.Sed patriarcha nõ ad bellum ſed
ad rem locutus eſt Chriſtũ contemplans crucẽ vo
luntariæ aſcendentem. Attñ forte dicet quiſpiam,
quod ibi non aſcendit ad prædã:immo vt ipſe præ
Luce.10. da fieret.Nã Chriſtus affixus cruci eſt homo deſcẽ
dens à quiete Hieruſalẽ in Hierico in defectus etiã
mortis: vbi defecit in dolore vita eius:& anni ſui
in gemitibus. Cecidit in latrones, quãdo inter eos
crucifixus eſt,ſpoliauerunt eũ à fama ſua, ita vt di
Mar.15. catur.Inter iniquos reputatus eſt ſcilicet quaſi vnus
ex illis.Et plagis impoſitis ſcilicet vulnerum & lin
guarum:nam etiam qui crucifixi erant cum eo cõ
uitiabantur ei. Tamen abierunt ſemi viuo relicto
quia corpore mortuo animam non poſſunt occi=
dere.Nam & ſi humanitate moriatur: diuinitate vi
uit.Spoliauerunt eum ab amicis & veſtibus,& etiã
animam à pellibus & oſſa à carnibus quibus opti=
me veſtitus erat. Nec ſolum pallium eius tulerunt
cuſtodes murorum:ſed vitam & calicem aquæ fri
gide. Quomodo igitur dicitur tibi domine Ieſu:
quod ad prædam aſcendiſti cum ibi datus in præ
dam ſis?Omnes creaturæ ſunt in cruce depredan=
tes te.Claui depredantur greſſus tuos,claui depre=
dantur opera tua.quia venit nox mortis, quando
non poteris operari ſanitatem infirmorum vtens
eis.Corona ſpinea depredatur cerebrum tuum, &
capillos ſanguinem & vitã. Lancea depredatur cor
tuum & ſpongia mirrata dulcedinem tuam. Quid
plura?His non obſtantibus propheta deſcripſit leo
nis conſuetudinem,qui tempore præde montem ſo
let aſcendere: vt exinde ſpeculetur prædam ſuam
& propterea dixit.Ad prædam aſcendiſti fili mi.O
quantum aſcendit Chriſtus tempore crucis ſuæ. In
qua quia ſpoliatus eſt ſpoliat nos:& quia victus eſt
vincit nos. Nam propterea dixitapoſtolus. Chri=
ſtus mortuus eſt ergo omnes mortui ſunt.Sua mor
te meruit vt moriamur cum eo.Quoniam lex amo
ris talionem expoſtulat.Sed videamus quantum aſ
cendit,& ſtatim videbimus quomodo prædam ce=
pit.Illud ad quod credentium maior requiritur fi=
des,magis aſcendit, magiſq; nos facit aſcendere,
quia per fidem anima in deum aſcendit. Tanta fi=
des requirebatur ad credendum dei aſcenſum in
crucem,tam alteq; aſcendit,quod iudei à viſu fidei 1.cor.2.b
eum perdiderunt, quoniam ſi dñm gloriæ cogno=
uiſſent vtiq; non crucifixiſſent. Et demones quoq;
qui credere ſolebant & contremiſcere Chriſtũ per
diderunt à viſu.Apoſtoli etiam cũ petro dicunt.Nõ
noui hominem iuſtũ quem dicitis.Quin & ipſa dei Eſa.53.a.
genitrix Maria vix cognoſcat eum, quia cum non
eſſet ei ſpecies neq; decor:nõ reputauit eũ inter ini
quos donec audiuit vocem eius dicentem. Pater

ignoſce illis. Tunc in voce cognouit ilico filium
ſuum quē genuerat: & vt notat Bonauentura. Hac
de cauſa iunxit ſe cruci:ne iterum dubitaret quis
crucifixorū eſſet filius eius. Nec mirū ꝙ mater igno
ret filium, quia ouis nō agnoſcit agnum ſuū, dum
videt eū tonſum, donec emittit balatum, & ſic Ma
ria Chriſtum cernens etiā ſcoriatū minime cogno
ſcebat, nouit tñ eum in voce clamantem, dum pro
inimicis eū orantē audiuit:ex quo ſtetit iuxta cru=
cem. Nec pater æternus vidit eum, ideſt non audi
iob.30.c uit, quia per Iob Chriſtus conqueritur dicens pa=
tri. Sto & non reſpicis me:clamo & non audis me.
Et mater Maria de filio ſuo dicit ad patrem. Auer
tiſti adiutorium gladii eius, & non es auxiliatus ei
Pſal. 88. in bello. Igitur multum aſcendit:qui propter ſuum
aſcenſum perditur ab oculis amicorum ſuorum.
Quæ cœpit ex cruce Chriſtus ¶Tamen aſcendit ad prædam, qm̄ ex cruce depre
datus eſt primo cœlum. Secundo terrā. Tertio lim=
bum. Quarto amorē noſtrum. De primo ſatis liquet
quoniam ipſe Chriſtus dixit ꝙ vim patitur regnū
cœlorum. Nemo autē maiorem vim intulit ei quā
dn̄s Ieſus violentiſſimus. Ideoqꝫ tanquam iuſto bel
lo adeptū diſtribuit ſedilia regni, & ſpolia eius ſuis
aſſignauit: etiā latroni compatienti ſibi. Cœlumqꝫ
violenter aperuit, illudqꝫ triumpho in æternū poſſi
debit. Quin & ſi rex cœli vim pati poſſet:ei etiam
ingereret eā Chriſtus atqꝫ fecit qn̄ iuſticiam ſuam
Pſal. 21. oſtēdens dixit. Deus deus meus vt quid dereliquiſti
me? Quin & ſolem Chriſtus depredatus eſt:quando
Xp̄s in cru. mū=dum ſpoliat. ei abſtulit lumen. Nec em̄ decebat: vt ſole iuſticiæ
occūbente luceret ſolis lumen. Secūdo Chriſtus ex
cruce depredatus eſt terram. Eius caput depredatū
eſt ſuperbiam impiorū eius oculi petulantiam effe=



minatorum:eius os multiloquium ranarum noſtra=
rum loquentium iniqua, eius acetū noſtram ebrieta
tatem:eius fel noſtrā omnino crapulam, eius nudi=
tas auaritiā rapacium, eius extenſio noſtrā duritiam:
eius flagella noſtrā luxuriam:eius claui noſtram pi
gritiam, eius conſtantia noſtrā vanitatem, eius late
rale vulnus noſtrā inuidiam & rancorē. Nec enim
eſt peccator qui non ſe videat exemplo Chriſti ſui
à viciis ſufficienter ſpoliatū ſi eum intuitus fuerit:
nam ꝓpterea dicitur. Qui Chriſti ſunt carnem ſuā Gall. 5. d.
crucifixerunt cum viciis & conucpiſcentiis ſcilicet
exēplo Chriſti, qui bonam prædā vult facere, dum
demit à nobis vitia noſtra ſuo dānanda exemplo,
& punienda in cruce ſua: qm̄ ipſe dixit. Ego vici
mundū, non alibi melius quam in cruce, vbi ſapien
tia incarnata vicit malitiā noſtram carnalē, & ſubie
cit eam: niſi addamus ei peccare adhuc renitentes
& in vetitum conantes. ¶Tertio ex cruce Chri= Limbus ſpoliatur per chri=ſtum.
ſtus depredatus eſt limbum: quoniā pſalmophaphꝰ
ait Chriſto. Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatē,
accepiſti dona hominibus. Volūtarie aſcendit in al
tum crucis gratia prædandi:nam propterea ſequi= p̄s. 67. d.
tur. Cepiſti captiuitatem ſcilicet limbi & ſequitur.
Accepiſti dona in hominibus intranſitiue ideſt do
nati ſunt tibi patres limbi: eos tibi datos volunta=
rioſqꝫ accepiſti tibi. Reges currum aſcendunt vt de
centius vincant:& ſic dn̄s Ieſus antequam limbum
depredaretur aſcendit crucē, ideoqꝫ ante prædictū
verſum præmittitur. Currus dei multiplex &c. De
hoc etiam crucis curru quem Chriſtus aſcendit per
hibetur. Iuncto Ioſeph curru ſuo aſcendit obuiam Gene.
patri ad Ieſſen, quod interpretatur inſule holocau= 46. d.
ſtum:& eſt patriarcharum deſiderium inter quos pri

mus erat Adam:& obuiam ei aſcendit Chriſtus,quã
do ſubiit crucem quam alter merebatur. Chriſtus
ergo iuncto ſibi curru ideſt amplexata cruce aſcen
dit in inſulam limbi: vt eam depredaretur irruens
ſuper infernũ.Sed quia dicitur nuncium veniſſe ad

Chriſto mittitur nuncius à limbo.

Ioſeph,aduerte,q^d^ ex parte illius inſule miſſus nun
tius ad Chriſtum fuit oratio ſanctorũ patrum: quæ
ponitur in perſo.34.Nec mirum quia viri iabes nũ
cium pariter miſerant ad regem Saulem, qui eum
deprecaretur,vt deſcenderet ad ſuos protegendos.
Nuncius ergo auxiliũ implorans ſic loquitur.Iudi=

Pſal. 34.

ca domine nocentes me expugna impugnãtes me.
Apprehende arma & ſcutum & exurge in adiuto=
rium mihi.Effunde frameam,& conclude aduerſus
eos qui perſequuntur me: dic animæ meæ ſalus tua
ego ſum. Effunde inquit frameam: vt demones in
inferno inferiori concludas. Quando enſis extrahi
tur à vagina: effunditur framea. Enſis erat anima
Chriſti in vagina corporis exiſtẽs:effudit illã chri=
ſtus quando emiſit ſpiritum. Tunc licebit cõtempla
ri perſonam verbi velut militẽ ſtrenuum qui in al=

Chriſtus gladio euaginato cõfregit infe=ros.

tera manu enſem tenet,altera autẽ vaginã & vtrũq;
ſibi vnitum.Sic perſona verbi etiam Chriſto mor=
tuo animam & corpus tenebat ſibi vnita,& cũ enſe
iam euaginato ideſt anima nudata corpore adiuit
limbum: vt demones concluderet in ferni nouiſsi=
ma donec limbum depredaretur. Nec mirum ꝙ eos
abigeret: quia omnis violenta prædato cum tumul
tu:& limbus patitur vim Chriſti quam etiam demo
nes ſunt experti, & ſicut territi ſunt demones,ſic læ
ti fiunt ſancti patres. Nam quando dicitur Chriſto,

Eſa.8.a.

Spolia detrahe,feſtina prædare,ſtatim ſequitur.Le=
tabuntur coram te ſicut qui letantur in meſſe,ſicut



exultant victores capta præda:quãdo diuidunt ſpo
lia. Merita Chriſti tunc temporis meſſuerunt ſancti
patres & in eius victoria victores euadunt: demo=
numq; ſpolia diuiſerunt ſibi, videlicet ſedilia cœli
quæ ablata ſunt ab angelis malis,& data ſanctis pa
tribus: nam forti armato ſuũ atrium limbi cuſto=
diente pacifice,fortior Chriſtus de cruce ſuperue=
niens alligauit fortem ſathanã diebus mille, & va=
ſa ideſt animas ſanctorum vaſa honoris & gratia=
rum accepit & ſpolia ſedilium cœli deſtribuere cœ
pit:indieſq; diſtribuere non ceſſat. ¶ Vltimo Chriſtus

Ex cruce Chriſtus vincit a=morem.

aſcendit in crucem: vt animã noſtram depredaretur
per amorem,quia fortis eſt vt mors,eius dilectio.i.
mori nos facit pro illo, nec mirum quia ille mor=
tuus eſt pro nobis. Qui pro Chriſto mori ambigit
vim dilectionis eius ignorat. Mala donatus eſt liber
tate,qui per amorẽ non eſt vinctus in dño vt Pau
lus qui etiam dixit: charitas Chriſti vrget nos. Tan
tum vrget ꝙ nos depredatur: amorem noſtrũ omni
mode facit obnoxium ſibi: quoniã amor damnatur
amore maxime Chriſti: qui violẽta charitate vt ait
Richardus: deuinxit ſibi animas noſtras. Igitur ò
anima mea reſpice in faciem chriſti tui crucifixi &
ipſa prædaberis:& fies ei ſponte captiua. O domine
Ieſu ſponſe meus nunc es in thalamo tuo quo perfe
ciſti matrimonium noſtrum dicẽs. Conſummatum
eſt. Nudaſti te tunica tua, vt anima mea nudetur tecũ:
væterem hominem exuens cum actibus ſuis. Et nos
ambos charitas ſola tegat. Totus eſt aptus amori,
& ad noſtram dilectionem diſpoſitus: inclinatã ha=
bes aurem ad me audiendum, os ad me oſculandũ,
caput ad me vocandũ:& verſus laterale vulnus q̃m
ad illud vocas animam meam non habentem pro=

prium cor niſi cor tuum,ideoq; videris dicere. Re
Eſa. 46. b. dite præuaricatores ad cor meum:& eritis amato=
res.Brachia extenta ſunt tua,vt me amplexeris,cor
pus nudũ, vt fruar cupitis amplexibus tuis. Manus
aperte ad me tuis ditandum,latus apertũ,vt ſit no=
bis cor vnum & anima vna pedes affixi:vt nunquã
ſepareris à nobis. Tua igitur(quam in cruce habes)
amoris forma nos informat,& docet q; ad corno
ſtrum depredandũ aſcenderis, vt & nos tecum pa
Crucis exaltatione. riter aſcendamus amen. Hæc valent pro exaltatio=
ne crucis:nam Chriſtus crucem aſcendit,vt eã exal
taret:& vt nos exaltemur in ea. ¶ Sequẽs ſignum di
Virgo.i. mat dei Maria. citur virgo: in quod poſt leonem reſurgens tran=
ſiuit Chriſtus, qm̃ à reſurrectione vſq; ad aſcenſio=
nem totũ eccleſiæ negocium abſente Chriſto datũ
eſt in manus Mariæ,quæ vt ait Chryſoſtomus,ſtãs
iuxta crucem magis expectabat mundi redemptio
nem quam mortem filii:vñ Chriſtus ad eam rediit
ſpoliato inferno: de quo dici valet id Eſdræ tertii,
Eſdræ.4 quarto capi. Accipit homo gladium ſuũ, & vadit
in viam facere furta,& homicidia & mare nauiga
re & flumina,& leonem videt & in tenebris ingre
ditur,& cũ furtũ fecerit, & fraudes & rapinas ama
bili ſuæ affert. Hæc de amaſio dici non poſſunt,qa
nec leonem videt,nec tenebras intrat,ſi præ oculis
haberet leonẽ luciferum quęrentem quem deuoret
& per conſiderationem intraret inferni tenebras,
proculdubio recederet ab aliena,& à quacunq; mu
liere compta. Chriſtus autem amator Mariæ & om
nium animarũ hæc omnia fecit pro eis. Hic eſt ho
mo qui accepit gladiũ crucis,qui ſuus dicitur,quo
niam ad ſuũ honorem vſus fuit cruce. Et vadit in
viam)ſcilicet mortis:quæ dicitur via vniuerſe car=



nis)facere furta ſcilicet à diabolo,quia dies domi=
ni tanquam fur: de nocte ſcilicet paſsionis ita ve=
niet ad limbum. Homicidia etiã fecit Chriſtus per
miſsiue: qñ fuit teſte Simeone in ruinam multorũ.
Mare nauigat paſsionis & flumina dolorum. Leonẽ
ſcilicet aduerſarium in horto cõtra eum rugientem
vidit & tenebras limbi eſt ingreſſus: vbi dei viſio
non erat. Cum ergo fraudes diabolo fecerit forma
to ad illudendum ei:rapuit ab eo ſpolia patrũ ſan=
ctorum. Hanc ergo quam captiuam duxit capti=
uitatem, Mariæ amabili ſuæ tulit:immo & ipſi pa=
triarche chriſtum afferunt virgini, quaſi ei gratias
referẽtes:qđ optime figuratur in lib.regũ, vbi dici
tur,quod archa dei idest chriſti anima ducta eſt per
cãtores dauid.ſ.ſanctos patres in plauſtro nouo cor
poris glorificati,à domo obededõ gethei.i.à limbo
expectante ſanguinem Chriſti: ad templũ ideſt ad
Mariam in pacifica Hieruſalem. ¶ Ex hoc ſigno trã Libra.i.
ſiuit in libram,qñ cœlum aſcendit, vt coram patre ſatiſfatio
ſuæ paſsionis meritum cõtra noſtra peccata ſolici
tus appenderet, vt impleat petitionem iuſti dicen=
tis. Appendantur in ſtatera peccata mea,quibus irã Iob.
merui:hic pondere qualiter xp̃s ſanguinẽ addit,qñ
tu addis peccatũ peccato,nec facile ſoluitur,qđ tu
quaſi ludẽs,& ridẽs oparis ſcel⁹. ¶ Ex hoc ſigno trã ſcorpio.i.
ſit ſcorpionem:qñ corpus ſuum,qđ eſt eccleſia,ty= pſecutio
rannorum & hereticorũ quaſi aculeis lacerari per=
miſit. Vñ merito dicit ei. Sed ſubuerſores tecum ſunt Ezec.2.
ideſt tyranni imperatores,qui eam eradicare volue
rũt,& cũ ſcorpionib⁹ habitas,quia ex noſtris exierũt
qui nõ erãt ex nr̃is.ſ.heretici. ¶ Ex hoc trãſiuit in ſa Sagitta=
gittariũ,fuerũt eñ à tempore Silueſti pape & conſtã ri⁹.i. cau
tini imperatoriis (qui eccleſiæ temporalia dicitur ſidicus.

primo dediſſe) iudicia & contentiones inter clerũ, quis eorum diceretur eſſe maior, ad paſcendũ oues Chriſti. Et hinc eſt: q[?] ſemper ſagitte acute peruolant litis & contumeliæ inter ipſos. Vñ ſapiens ait.
Prou.25. Iaculum & ſagita qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimoniũ: nam vt tibi detur dignitas aliis detrahis. Vnde ab iſtis vulneratur Chriſtus iux
1.Re.31. ta illud. Conſecuti ſunt eum viri ſagitari, & vulneratus eſt vehementer à ſagitariis. Inhabilium proui
capricornius.i. luxuriæ deditus. ſio & ꝓmotio probat hoc. ¶ Ex hoc tranſiet in capricornium: qui habet primam partẽ caprinam. Tũc ſol multum eſt elongatus à nobis, quia in primo pũcto capricornii eſt ſolſticium hyemale, ideo iſtud ſignat tempus antichriſti, qui caprinus dici poteſt, quia fœdus & luxurius erit: hedoſq; pro ſiniſtra iudicis generabit: de quo Daniel ait. Et erit in concu
Dani. 11. piſcentiis fœminarum. ¶ Tunc ſol iuſticiæ elonga-
Aquari⁹ i. mundator. tus à nobis trãſiet in aquariũ vbi depingitur imago hominis tenentis vrnã ſubuerſam: quia tũc copioſam aquã miſericordię pluet deus: iuxta id. Effundam ſuper vos aquã mundã: & mundabimini. ſ. ab immũdiciis antichriſti. ¶ Vltimo erit in ſigno piſcis
Piſcis.i. inqſitor. nam quando ſol huc venit, deſinit hyems, & adeſt ver, & radices ac ſemina quæ diu latuerant in terra apparent & ſignat tempus reſurrectionis. Tunc ſol iuſticię erit in piſcibus, qñ cum ſuis piſcatoribus ad iudicium veniet: quia tunc temporis implebitur parabola de qua dicitur. Simile eſt regnum cœlorum ſagene miſſe in mare: ex omni genere piſcium &c. Vſq; foras miſerunt, Et Abacuch primo dicitur. Facies hominis ſicut piſcis maris. Congregabo eos in ſagena mea &c. Facies Chriſti dicitur ſicut piſcis maris: quia perambulabit ſemitas maris mortis no-



ſtræ, quando in hoc mundo nullum piſcem ideſt hominem relinquet: quin ad ſe trahat iudicandum per omnes ſemitas vitæ actæ. Sol iuſticiæ optimos trahet ad ſe, vt ad locum ſuum ideſt dexteram patris reuertatur, at tamen nullum eleuabit, niſi eum prius nunc illuminet, quoniam dãnati propterea clamabunt dicentes. Sol intelligentiæ: nõ eſt ortus nobis. tria ſolẽ deum impediunt.
Tria impediunt ne ſolẽ videamus. ſ. terra, nubes, & luna interpoſita. Terra eſt auaritia, quæ aufert à nobis deũ: nam qui viderit fratrem neceſſitatẽ patientem, & clauſerit ei viſcera miſericordiæ, nõ eſt charitas patris in eo. Alterũ eſt nubes ſuperbiæ, de qua dicitur. Poſuiſti tibi nubem ſcilicet ſuperbię ne trãſeat oratio. Tertiũ eſt luna maculata luxuriæ, quia ſcriptum eſt. Supercecidit ignis ſcilicet luxuriæ & non viderunt ſolem. Videte igitur fratres: ne aliquod horum trium auferant à vobis ſolem iuſticiæ Chriſtum vadis ad reſurgendum per pœnitentiã, dicitur tibi, vt reſtituas male acquiſitum, & amore opum deinceps non vis. Iam terra auariciæ tulit à te ſolem iuſticiæ. Dicitur tibi, quod famã reſtituas, veniam petas, rancorẽ deponas, poſtea renuis, iam nubes ſuperbiæ tulit à te ſolẽ iuſticiæ. Item dicitur tibi, vt concubinã abiicias: deinde redis ad eam. Crede ꝙ luna tulit à te ſolẽ: ecclipſim quidẽ ſentiet hic & non erit lumen ei in reſurrectione generali, vbi beatis erit dulce lumen, & delectabile oculis videret ſolem: vbi erit lumen oculorum & pax. Tũ vide quod ſapiens nobis dicit. Ad benedictionẽ tuã Sapi.16.d
opportet præuenire ſolẽ. Benedictio patris eſt illa: venite bñdicti patris mei &c. ad hãc fratres oportet cum Maria Magdalena & aliis ꝑuenire ſolẽ chriſtum, quia vix aut nunquã apparuit niſi quærẽtibus

ſe,quoniam oportet præuenire nunc ſolem per ope
ra bona & merita,vt poſtea obuiet nobis p̄ gratiã
& gloriam: quam mihi & vobis præſtet Ieſus amẽ.

## ¶DOMINICE RESVRRECTIONIS ſermo.40.comunis. THEMA.

Si conſurrexiſtis cum Chriſto.Coloſ.3.

¶Inuocatio ad virginem.

CVm omnibus notũ ſit ex nimia triſtitia mor=
tem euenire poſſe:vt illi qui aiebat.Ecce pe=
1. Mach. reo in triſtitia magna.Cum igitur rex Antio=
6.b. chus ob triſtitiam mortuus fuerit,mirandum eſt de
Mariæ fi vita regine cœli Mariæ,quæ nimios triſticiæ fluctꝰ
des. paſſa eſt:vltra quã dici valet:vnde illa vox Chriſto
& matri eſt cõmunis.Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad
mortem. Vel hic ipſe Chriſtus Mariam vocat ani=
mam ſuã mortali triſtitia vexatã,non tñ obiit,quia
multa fide triſtitia temperatur iuxta illud.Fide ob=
Heb.11.b tulit Abraham Iſaac cum tentaretur,& vnigenitum
offerebat,in quo ſperabat repromiſsiones arbitrãs,
quia à morte ſuſcitaret eum deus.Vñ ſicut pater fi
dei noſtre:ſic mater fidelium Maria dum ſtaret ad
altare crucis amplius ſperat reſurrectionẽ quã mor
tis detentionem: & parum dixi ꝙ Maria ad altare
ſtabat:imo ipſamet altare crucis erat iuxta id Eſa.
Eſa.29.a Circunualabo Ariel: & erit triſtis & merens. Ariel
interpretatur altare eſt Maria vbi in caluario mon=
maria eſt te ſita eſt crux in corde eius,quę tãto amplius doluit
altare. quanto plus fixam crucem in corde habuit:ſed ne
moreretur conſolabatur animam ſuã dicens ei.Qua
re triſtis es anima mea & quare cõturbas me?ſpera
in deo qm̃ adhuc ſcilicet in reſurrectione confite=
bor illi ſalutare vultus mei & deus meus ,quando



exultabit ſpiritus meus in deo ſalutari meo,qui tũc
erit ſalutare vultus mei quãdo in mane reſurrectio
nis videbo eũ ad priſtinã reſtitutum ſalutẽ, vbi tan
ta erit letitia,quanta triſtitia fuit,ex qua cum Chri=
ſto ſurrexit Maria ſicut conſepulta fuerat in triſti=
tia.Reſurrexit ergo Maria quæ in triſtitia fuit,& ſi
cut omnibus partem contulit triſtitiæ: ſic nunc par
tem vult tribuere letitiæ:& ideo confidenter in die
letitiæ cordis eius ad gratiæ petitionem accedamus
dicente Aue Maria.

¶Argumentum dicendorum.

¶Si conſurrexiſtis cum Chriſto hanc interrogatio
nẽ chariſsimi vobis ingero in perſona Pauli:cui in
via qua veniebat nouiſsimo aparuit Chriſtꝰ,& ideo
pluſquam fidẽ habens de illo,quod reſurrexit,quęrit
à nobis an cum ipſo ſurreximus:vñ quia de capite Diuiſio.
& membris mentionem facit:ſic in ſermone de ca
pitis noſtri & omniũ noſtrum reſurrectione agam.
¶Si teſte Bernardo nec vna littera,immo teſte Chri Prima ps
ſto iota vnum,aut vnus apex non vacat à miſterio
in ſacra pagina inquirendũ eſſet cur Paulo nõ ſatis
fuit dicere ſurrexiſtis cum Chriſto?ſed addidit cõ=
ſurrexiſtis,quod amplius eſt: nam videtur ꝙ Chri= Chriſtus
ſtus conſurrexerit & alterius adiutorio in reſurre= ſurrexit
ctione indiguerit,q dicitur inter mortuos liber ſci ſecum.
licet ab adiutorio reſurrectionis: nam ipſe eſt qui
aſcendit ſuper occaſum,& dñs nomen eſt illi, qui
torcular calcauerit ſolus dominãs morti.Et innuẽs
patriarcha Iacob ꝙ nulliꝰ adiutorio indigeret chri ge.49.b
ſtus:ait de illo.Quis ſuſcitabit eum?quaſi dicat nul
lus ſed ipſe ſeipſum excitabit.Hic aduerte ꝙ firma
apud philophos extat ſententia illa. De priuatione
ad habitum impoſsibilis eſt regreſſus.Cum ergo in

emortuo corpore nulla vita, nec eius permaneat veſtigium, apud eos impoſsibilis iudicatur reſurrectio, & ideo Paulus nouorũ demoniorum inuocator dicitur: qñ eam prædicat & iuxta hoc falſum est il-

iob.14.b lud. Lignum ſi præciſum fuerit habet ſpẽ. Nam ſicci & aridi ſumus nos: immo & aruerunt oſſa noſtra ſecus infernum, quia mors eſt vt infernus tenaciſſimus: & ideo in nobis nulla eſt reſurgendi ſpes, ſolus Chriſtus dicere poteſt. Spes mea in ſinu meo, & ſpes noſtra nõ eſt in ſinu noſtro ſed in ſinu Chriſti

Coloſ.3. vñ Paul. Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Vt igitur innueret Iob ꝙ ſpes reſurrectionis chriſti eſſet in eo: ait. Lignũ habet ſpẽ ſi præciſum fuerit, & rurſum vireſcit: & rami eiꝰ pu-

Iob. lulant. Lignũ viride Chriſtus eſt qui ait. Si in ligno viridi hoc faciunt: in arido quid fiet? hoc viride lignum Chriſtus ſpẽ habuit, quia caro eius requieſcit in ſpe, cuius rami apoſtoli fuerunt: qui qñ ſecuris paſsionis ad radicem Chriſtũ poſita fuit emarcuerunt. Nec ſolũ in ſe habuit hoc lignum ſpem reflorendi, ſed vbiq;, nam multi Chriſto porrexerunt manum: vñ conſurrexit: & cum multis ſurrexit. Cõ-

Surrexit cũ patre. ſurrexit cum patre & filio, & ſpiritu ſancto, & cum anima ſua, & corpore, & matre, & apoſtolis, & cum

Act.2.d. toto orbe. Ex eo ꝙ Chriſti reſurrectio totam naturæ potentiã: & etiam angelicã excedit appropriatur patri de quo dicitur. Ieſum nazarenũ quem deus pater ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni: iuxta quod impoſsibile erat teneri illũ ab eo. Dilatauerat quippe animam ſuam infernus pro nobis, quos deuorare voluit cui occurrrit Chriſtus ſoluens quod non rapuerat: dolores videlicet quos meruimus nos. Tunc eos ſoluit quãdo dixit: hæc eſt hora veſtra & 



poteſtas tenebrarum. Soluto quidem precio pro omnibus electis ſuis & damno, impoſsibile erat ex lege ordinata paternæ iuſticiæ teneri chriſtũ in morte: vñ alibi dicitur. Ego (inquit pater) ſuſcitaui eum esa.45.b ad iuſticiã, & omnes vias eius dirigam, ipſe edificabit ciuitatẽ meam, & captiuitatẽ meam dimittet, viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt, Iſrael ſaluatus eſt ſalute æterna. Iuſtũ quippe erat vt poſtquã in cruce ſederat manducans panẽ doloris ſurgeret Chriſtus cum captiuitate ſaluata ad celeſtis Hieruſalem ædificiũ ęterna redẽptione inuenta. ¶ Et quia Surrexit cũ filio. reſurrectio chriſti opus erat maxime ſapiẽtię ideo dei filio appropriatur qui ait. Soluite templũ hoc & poſt triduum reedificabo illud. Templũ corporis eius nõ vetuſtate nec infirmitate laceſſitũ ſed iudaica prauitate ſolutum maxime qñ extractis membris in cruce oſſa ab oſſibus diſtracta ſunt, iam in reſurrectione compaginantur ab illa dei ſapientia, quæ reſarcire nouit vetuſtiſsima, & ex vaſe contumelie & opprobrio hominum fecit vas in honorem etiam angelorum venientiũ in Chriſti ſepulchrũ. Chriſtus & ſui meliorem dicũtur inueniſſe reſurrectionem nec enĩ ad priſtinam vitam ſolummodo rediit, ſed ad meliorem: antea quippe vt multi dicunt poterat Chriſtus mori: ſed reſurrectus non poteſt mori: firmius ſtabilitur in vita quã antea erat: iam impleta eſt in illo figura montis thabor vbi transfiguratus eſt: qñ ad montem immortalitatis aſcẽdit. ¶ Et quia Surrexit cum ſpiritu ſancto hoc opus magne bonitatis fuit ſpirituiſancto coaptatur qui dicit vt requieſcãt iuſti à laboribus ſuis, decuit ergo vt ſpiritu principali confirmatus Chriſtus non ſolum eſſet vt primus Adam in animam viuentem, ſed in ſpiritum viuificantem vt ait apo-

ſtolus, nec mirum quòd ſpiritus ſanctus in Chriſti
reſurrectione partem habeat, cum nec noſtra gene
ralis ſine eo fiet, vt patet in oſsibus quæ vidit pro=
pheta quibus dñs ſpiritum ſuũ repromiſit: vt viue=
rent. Vbi ergo erat impetus ſpiritus illuc gradieba
tur Chriſtus ſimulq; gradiemur nos in reſurrectio
ne noſtra. ¶ Nec ſolum beata trinitas manũ dexte
ram chriſti tenuit, ſed anima ſua poteſtatem habuit
reſurgendi, inſeq; habuit: ex quo verbo vnita fuit
principiũ reſurrectionis, & quanuis teſte ſcoto nul=
lius ſancti anima ſe corpori poſsit naturaliter reu
nire, & ſi in ipſum infuſa ſit, hoc tñ poteſt anima
Chriſti quæ omnipotens eſt: vñ ait in pſalmo. Ani=
ma mea illi viuet. Deo dixit & diuina fruebatur vi
ta, ex quo verbi ſuſpendium anima illa elegit: vñ ex
ſe potuit à mortis exire faucibus & ſe corpori in=
fundere illudq; vitaliter informare, vegetare artus
& vulnera depellere, venaſq; implere, reordinare hu
mores, & gloriam ſuã corpori impartiri: vnde chri=
ſtus ait. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciui
tatem: nunquẽ diligit anima mea vidiſtis? paululum cũ
pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea,
tenui eũ nec dimittam, donec introducã illũ in do
mum matris meæ. Vigiles cuſtodes Hieruſalem fue
runt ſacerdotes æmuli Chriſti, à quibus de corpo=
re ſuo quærit Chriſtus ab anima nimis dilecto, nec
mirum quòd quærat ab eis qualefactus ſit ab eis:
quando factum eſt tanquã vas perditum. Pertran=
ſiuit eos peracta paſsione liberatus a malis, inuenit
anima Chriſti corpus ſuũ in reſurrectione, tenuit il
lud, quando adheſit ei per vnionem: & introducet
illud ad domũ gloriæ in aſcenſione: vbi æternali=
ter nunquam dimittetur. ¶ Nec ſolũ in anima Chri

Surrexit Chriſtus cum anima ſua.

Cant. 3. a



ſti ſed etiam in eius corpore fuit principium ſuffi=
ciens reſurrectionis ex quo verbũ ſibi habuit vni=
tum: vnde ait. Cor meũ & caro mea exultauerunt
in deũ viuum. Non tñ anima chriſti dixit pars mea
deus, ſed etiam corpus, quod exultauit, & extra ſal=
tauit ad reſurrectionem etiã cor eius quanuis lan
cea perforatum eſſet. Nõ tamen reſurrexit corpus
donec animæ vnitũ fuit, quia diuinitas non in for=
mauit illud. Vt valeas intelligere: qualiter verbum
dei vnitũ manſit animæ & corpori, aduerte ꝙ tres
fuerunt vniones in Chriſto: prima verbi ad animã:
ſecunda verbi ad corpus: tertia animæ ad corpus: &
ſola tertia perdita fuit in paſsione. Exemplum in ar
cu per lignũ fractu dũ corda remanet vnita vtriq;
parti. Arcus eſt chriſtus de quo ait pater. Arcũ meũ
ponam in nubibus cœli ſcilicet in Maria & Iohã=
ne qñ extenſus fuit in paſsione, quem contra inimi
cum noſtrũ tantum pater tetendit: quod contritus
eſt & nos liberati ſumus. Contritus inquã per lignũ
humanitatis integra remanante corda deitatis cor
pori in ſepulchro, & animæ in limbo vnita, donec
reintegratus eſt reſurrectione in ſignum fœderis in
ter deũ & hominem. ¶ Dedit & beata Maria manũ
filio ſuo. dum pro eo irremediabiliter flebat: nam ſi
mulier illa magna hoſpita Heliſei, quæ ideo magna
dicitur quia Mariæ figurã tenuit. Si hæc igitur filii
ſui reſurrectionem meruit: dum montẽ carmeli aſcẽ
dit ad ſanctum vatẽ: cui ait. Nunquid petiui filium
à dño meo? Hæc eadem verba Maria per deſide=
ria cœlũ aſcendens replicat patri, ingerens ei quali
ter in perpetua ſterilitate voluit permanere virgo,
ſi ſic inquit futurum erat, quid neceſſe fuit cõcipe=
re? vtinam ſterilitatem dares ne dicerer mater ſic

Surrexit cum corpore.

Surrexit cũ mater

4. Re. 4

deſpecti dei. Sunamitis noluit propheram dimittere
donec deſcendit ad ſuſcitandum filium ſuum, nec
Maria deſinit orare donec pater ſuſciret Chriſtum.
Luc.7.c. Quē matri contulit iuxta illud: dedit illū matri ſuę.
Surrexit cum apoſtolis. ¶ Dederunt etiam manum Chriſto apoſtoli: eumq;
ſuſcitant aliquo modo dum lachrimantur ſuper eū
nam omnes aiebant. Peccatores te rogamus audi
nos. Nec omnino repulſum paſſe ſunt lachrime eo-
rū: quia & duris corde ad credendū apparuit Ieſus:
vñ propter horū lachrimas pater filium ſuſcitauit
Iudi.3.c. q; mire figuratur in lib. Iudicum vbi dicitur. Clama
uerunt ad dñm: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem nomi
ne Aioth: qui verbo ſecreto perforauit ventrem re
gis Eglon. Aioth laudans interpretatur, & eſt chri-
ſtus, qui laudans inuocauit dominum: vt ab inimicis
ſaluus fieret. Eglon interpretatur vitulus, & eſt de-
mon, de quo dicitur. Fecerūt vitulum in Oreb &c.
huius venter eſt infernus: quem Chriſtus perforauit
dicens. Morſus tuus ero inferne. Et verbo ſecreto
perhibetur hoc feciſſe, quia verbum dei ſecrete mā
ſit in Chriſto, de hoc igitur ſaluatore dictum eſt,
quod clamauerunt ad dñm ſcilicet apoſtoli & ſuſci
Surrexit cū omnibus creaturis. tauit eum. ¶ Nec ſolū apoſtoli ſed & cūcte creaturę
ꝓ Chriſto clamauerūt: vt eū deus ſuſcitaret à mor-
tuis: nam plorauit ꝓ eo orbis terrarum qñ obſcura-
tus eſt ſol, & omnia luminaria cœli triſtia fuerunt
ſuper eū, ſepulchra quidē aperta, ſciſſi lapides, & ter
ra tremens, velum templi ſciſſum, & mortui vt fle-
rent, ſurrexerunt: vñ ſi omnis creatura teſte Paulo
ingemiſcit expectans reſurrectionem noſtrā, plus in
gemiſcere debuit propter Chriſtū, vt poſtea cuncta
leta fierent, quando omniū creator reſurrexit comu
ne gaudium, letitia plurimorum, quia ſicut tenebræ



eius ita & lumen eius. Stelle illuxerunt Chriſtro in
iocunditate: & omnis creatura letata eſt dum crea
tor reſurrexit: quia & ipſe à triſtitia ſurrexerūt cū eo.
¶ Nunc videndum eſt qualiter nos cum illo debe- 2.pars.
mus reſurgere qui eſt reſurrectio & vita, reſurre-
rectio ad corpora: & vita gratiæ ad animā. Beati di
cuntur illi quibus eſt pars in reſurrectione prima, Apo.20.
iſti ſecunda reſurrectione fruentur: nā chriſtus mor
tuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter
iuſtificationem noſtrā, vt liberati à peccato: & pro
moti ad gratiam iuſticiæ viuamus. Sed ſicut nō cre Signa pcedentia reſurrectionem moralē.
diderunt Chriſto niſi oſtenderet ſigna reſurrectio-
nis ſic nec nobis: vnde oportet eadem oſtendere, vt
cum eo reſurgamus, triplitia ſunt ſigna quædā aper
te ante, quædam aparte poſt, quædam media. In pri
mis ſunt quatuor, primum reſurgere die tertio ſa-
tiſfactionis, quia vt ait propheta, poſt duos dies ſu-
ſcitabit nos, poſt contritionem & confeſſionē: tertia
ergo dies ſatiſfactio completa eſt. Secundū ſignum
eſt integritatis: nam totus Chriſtus reſurrexit, cui nil Oſeæ. 6.
deerat integritatis humane, nec tibi deſit aliquid
boni moris: quia nulla & vana eſt reſurrectio ab
iſto peccato ſi manes in illo: ſicut mouētis caput &
cætera membra habentis mortua. 3. ſignum eſt ve
ritatis: nam ſurrexit dñs vere, vide ne tu ſis fictus vt
hypocrite: qui ideo ſepulchris dealbatis comparan
tur: quæ intus ſunt fetida. Væ illi qui tantum ad ex-
tra oſtendit reſurrectionē ſuam, cum interiora ſua
plena ſint dolo. 4. ſignū eſt immortalitatis, ne mors
peccati vltra dominetur tibi, ne iteres vias Egypti,
ne ſis canis reuerſus ad vomitum: nam fictus reſur
git cum Samuele, quē vetula ficte ſuſcitat, qui iterū
tangit mortuum peccatum: quod reliquerat reſurgit

cum Lazaro iterum moriturus. Qui ex parte tantũ
pœnitentiam egit: reſurgit cum illo quẽ Simon ma
gus ſuſcitauit, qui caput tantum mouere viſus eſt,
qui autẽ tam conſtanter malam vitã ex toto dimi-
ſit, iſte ſurrexit immortaliter cum Chriſto: ſi non ite

Signa cõcomitãtia reſur-rectionẽ mora-lem.

rat ſtultitiam peccati. ¶Sunt & alia ſigna, quæ dici
poſſunt media, & ſunt itidem quatuor, quæ habuit
Chriſtus, quatuor videlicet dotes glorificati cor-
poris, quæ moraliter accepte ſunt ſigna iuſtificate
animę: nam primũ eſt agilitas ad bene operandum:
de qua dicitur. Quodcunq; inuenerit manus tua in-
ſtanter operare. Impaſſibilitas autẽ habetur in pa

Dotes gloriæ.

tientia: qñ non tibi nocet aduerſitas: quæ dum ſcu-
to patientiæ recipitur, non infert paſſionẽ, ſed gau
dium: vñ vir patientia armatus impaſſibilis iudica-
tur: quia in ea poſſidetur etiam anima qñ nil ſen-
tit aduerſum, ſi non murmur reſonat, non quærimo
nia. Claritas autẽ, quæ eſt tertia dos reſplendeat in
conuerſatione, vt quemadmodũ Chriſtus reſurre-
xit ad gloriã patris: ſic videntes opera quicunq; ho
mines noſtra bona glorificent patrem noſtrũ, qui
in cœlis eſt. Subtilitas eſt in humilitate: nam parui
piſces euadunt rethe, & vt dictũ eſt antonio, humi
les euadunt multiplices laqueos mundi, nec deti-
nentur tentatione quæcunq; ſit illa. Immo hęc quar

Quatuor ſigna ſubſequẽtia reſurre-ctionem moralẽ. q̃ debes comede.

ta dos etiam cœlos penetrat: nec vnquam repulſam
patitur. ¶Alia poſteriora ſigna pariter ſunt qua-
tuor præteritis notiora, primũ eſt comeſtio, quia co
medit Chriſtus panem, piſcẽ aſſum, & fauum mellis
quæ omnia tu in euchariſtia manducabis ſurgens
à peccatis: nam ibi eſt panis vitæ qui de cœlo de-
ſcendit: hic eſt verbũ dei. Et eſt fauus videlicet ani-
ma Chriſti dulcedine repleta vaſculis potentiarum



& donorũ diſtincta. Et eſt piſcis aſſus corpus equi
dem Chriſti, in craticula crucis prunis paſſionũ tor
ridum. Fœlix ergo dei conuiua ſi talẽ cibum digne
ſumit ad menſam dei eleuatus. Secundũ ſignum eſt
palpatio: nam Chriſtus de ſe ait. Palpate & videte.
Dñs permiſit ſe tangi à diſcipulo & in loco vulne
rum, & coram omnibus diſcipulis: ſic vere ſuſcita-
tus permittat tãgi per correptionem non ſolũ à ſu
periori ſed ab inferiori vt à diſcipulo vel pari ſuo.
Non ſolũ in loco ſano ſed etiam in loco vulneris,
vt dicantur ei non bona ſua, ſed defectus quos ha
buit: & non ſolũ in occulto ſed manifeſte. Sunt qui
dem plurimi volentes ſibi dici bona ſua: ſed nullo
modo mala quia habent infirmitatem: noli me tan
gere. Alii permittunt tangi in vulneribus: ſed non
niſi ab auctoritatem habente: non à diſcipulo ſed à
magiſtro. Alii & ſi volunt tangi non in aperto ſed
verbis inconditis & per ambages. Tertium ſignum

P̃mittas te tangi.

eſt vulnerũ reſeruatio, vulnerũ inquam non tuorũ
ſed Chriſti quia liuore eius ſanati ſumus nos. Fœlix
ergo anima quæ veluti diſcipuli euntes in Emaus
tractat in ſe paſſionem Chriſti: & ſicut ſancte mu-
lieres cum aromatibus deuotionis tendit ad monu-
mentum: nam his talibus dñs apparet, quia dum ma
ria Magdalena plorat, Chriſtum habuit conſolato-
rem: nec patitur dominus quin flẽtes paſſionẽ fruã-
tur reſurrectione: vbi perditur ibi inuenitur domi-
nus. Nõ dicatur de nobis illud Pſalmite. Non ſunt
recordati manus eius in die qua redemit eos. Nec
ob aliud Chriſtus vulnera ſeruat, niſi vt ne à me-
moria noſtra cadant quæ nec in cœlo deerunt, vbi
memoria paſſionis Chriſti beatis obiecta ex vulne
ribus eius maximã cauſabit eis in liquefactionẽ ex

Serua xp̃i vulnera.

nimio amore impenſo pro paſsione, ſicut enim ma
iorem charitatẽ nemo habet quam animã ponere ꝓ
amicis, ſic nec illi pro quibus poſita eſt maiorẽ de
bent reddere amorem quã in tali cõſideratione re
Pedes ſũt affectus. cepti beneficii. Vltimum ſignum eſt manuum & pe
dum oſtenſio, oſtendamus Chriſto, quæ oſtendit no
bis, vbi aduerte per pedes deſignari affectiones qui
bus vehitur anima: & per manus operationes quibꝰ
2.Cor.12 recipitur. A peccato igitur ſuſcitatus pedes oſtẽdit:
qñ habet optimas affectiones & notas ſicut ille qui
Iere.9. aiebat. Quis infirmatur & ego non infirmor &c. &
ille qui dicebat. Quis dabit capiti meo aquã & fon=
tem lachrimarum &c. hæc affectio neceſsitatis eſt
in caſu, ideo ait Iohannes ꝙ qui viderit fratrẽ ſuũ
neceſsitatem habentem: & clauſerit ei viſcera miſe=
ricordiæ non eſt charitas patris in eo. Manuũ oſten
ſio bona eſt operatio, quia ſicut corpus ſine anima
mortuum eſt, ita affectio ſine operibus: vnde pro=
curator operarios ſolummodo ad mercedem vo=
cat. Suſcitatus ergo operationes vitales exercere de
bet, alioquin dicemus quia phantaſma eſt: vnde do
Io.6.a. minus ait: operibus credite. ¶ Qui ergo hæc. 12. ſi=
gna oſtenderint nobis ſecuri dicere poterũt cũ apo
ſtolo. Cõſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in
mortẽ: vt qñ Chriſtus ſurrexerit à mortuis per glo
riam patris & nos in nouitate ambulemus: ſi enim
complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſi=
mul & reſurrectionis erimus. Concluſum ergo ha=
bemus fratres quod mortuus fuit Chriſtus vt mo=
riamur & nos peccato: ſurrexit autem vt iuſticiæ vi
uamus deponentes mortẽ culpe & aſſumentes vi=
tam vt tandem perueniamus ad gloriam quam mi
hi & vobis præſtare &c.



## ¶SERMO. XLI. DOMINICE IN AL= bis ſuper euangelium. THEMA.

Oſtendit eis manus. Iohan.20.e.

¶ Inuocatio ad virginem.

VT aduertas qualiter victor mortis Ieſus Ma
riæ matri ſuę oſtẽdit manꝰ ſuas victrices, no
ta hyſtoriã libri regũ: vbi dicitur qđ irrue= 1.Reg.
runt amalechite in ciuitatẽ ſicelech depredantes, & 30.a.
cum recederent epulati ſunt cũ gaudio in quadam Chriſtus
valle, nihil mali ſuſpicantes, tamen Dauid impetum ſpolia pa=
fecit in eos, & depopulatus eſt eos, ac erepta præ= titur cũ
da rediit ad ſuos qui laſsi recederant ad ſarcinas. Maria vi
Dum autem ſpolia diuiderent, miles quidam ini= ctrice.
quus nolebat, vt eis qui remanſerant: daretur pars
acquiſitorũ. Dauid autem ait. Dominus cuſtodiuit
nos: & dedit latrunculos in manus noſtras: vnde
equa pars erit deſcendentis ad prælium: & manen=
tis ad ſacrinas, & ſimiliter diuident: hac lege fratres
mei vſus eſt Chriſtus cum Maria: quando ei ma=
nus victrices prius quam apoſtolis oſtendit. Sed pa
rum dixi manus: immo totum corpus: vt de toto
gauderet: quæ de toto triſtata eſt. Quid inquit ſen= Matri
ſiſti ò mater quando me coronatum vidiſti: quan= Chriſtus
do ſpinas extraxiſti? nunc ecce caput angelis ve= apparet.
rendum non dolet, ſed optimo auro comparatur
gloria coronatum. Quid ſenſiſti quando faciẽ ſpu
to plenam conſpexiſti? nunc autẽ reſpice in faciem
filii tui: quæ ſicut ſol lucet in virtute ſua. Quid ſen
ſit cor tuum qñ meum cernebas lancea transfigi?
nunc ecce latus arche fœderis tibi patulum vbi &
cor tuum erit: quid ſentiebas: quando malleorum
ictus audiebas ecce nũc manus meas victrices tibi
oſtendo malleos inferni: tradidit enim latruncu=

los inferorum dominus pater in manus has, quæ
ante ligate fuerunt, ſed quia tu remanſiſti ad ſarci-
nas crucis ſuſtinens pondus diei & æſtus, & in cam
po caluariæ ſeruaſti fidem meã & ſanguinem & cor
pus & meos ac totũ reſiduum mei, quia qñ tibi ca
put inclinaui totũ tibi cõmiſi, volo nũc p prædictã
legem tecũ partiri, & ſimilia tibi conferre: quia nõ
victa ſed vincens remãſiſti: ego igitur in bello paſ
ſionis obtinui accelerationem reſurrectionis, ſic etiã
volo quod mater mea non detineatur in die obi-
tus ſui nexibus mortis: ſed feſtinanter reſurgat. Ob-
Maria ſe- tinui etiam exaltationẽ nominis mei, ſic etiam de-
dem mi- cerno, vt nomen tuũ ſuper cũcta nomina ſit & pro
ſericor- tota Maria ſupponat, quod non facit nomen petri
diæ habet aut Pauli, quia illi diuiſi ſunt ſeparatis animabus
à corporibus. Vltra obtinui iuriſdictionẽ iuſticiæ ac
miæ tu habeas miæ cathedram: ego etiã iuſticiæ. Ob
tinui quoq; gloriam & gratiã meis. Tu deinceps cõ
feras gratiam: ego etiam gloriam. Vnde iam mater
miſericordiæ & gratiæ conſtituta es vt gratiam
conferas eis, quorum miſerta fueris, ac manus ad-
iutrices oſtendas eius, quas vt accipiamus fratres
genibus flexi eleuate puras manus veſtras dicen-
tes Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Inter hominis membra, precipue celebrantur ma
nus quæ à philoſopho dicũtur organum organorũ,
quia quicquid ingeniamus manibus exercemus quę
plus valent, quam centũ ſerui: nec eñ oẽs homines
tñ ſeruirent tibi nec tam optime quantum manus
tuæ quæ ad libitũ tuum operantur, manus tuæ te in-
duunt, te cibant, te mundant, te cuſtodiunt, te docẽt
quoniam propheta dixit: intellectibus manuum



eorum deduxit eos. Sapientia manuum vocatur ex Pſal. 77.
perientia qua eſt ſuper alios modos ſciendi. Sed pa Ac. 20. g
rum viſum eſt deo noſtro manus nobis dediſſe niſi
& ipſe ſumeret manus ad ſeruiendũ nobis qui an
tea manibus carebat. Si ergo manus noſtre tam bo
ne ſunt, quales erunt manus chriſti? de manibus ſuis
dicebat apoſtolus. Omnibus qui mecũ ſunt miniſtra
uerunt manus iſte: quanto verius dicere hoc pote-
rat redemptor noſter: qui manibus ſuis toti mundo
inſeruiuit vſq; dum pedes apoſtolorũ ablueret? ſpõ
ſa quidem has nouerat manus ac ſi diceret, manus Cãt. 5. d.
ei⁹ aureæ, tornatiles plene iacinctis. Aureæ quo ad
formam earũ: tornatiles quo ad exercitium plene
iacinctis dicuntur: quo ad fructum vtilẽ talis exer
citii: nam ad cœlũ vſq; perducit, manus nõ poſſunt
ad plenum cognoſci, quin prius digiti earũ cogno
ſcantur, digiti ſunt quinq;, pollex, index, medius, me-
dicinalis vbi anullus ſalutaris ponitur, quia ibi eſt Manus
vena quæ ducit ſalutem ad cor. Quintus dicitur au cum di-
ricularis. Sic etiam altera Chriſti manus de qua in gitis.
hoc ſermone loqui decreui, habet quinq; digitos
ſcilicet pollicem potentiæ, de quo magi Pharaonis
videntes portenta virge dixerũt. Digitus dei eſt hic
Index eſt ille: quo ſcripte ſunt tabule Moyſi qui ad
ſapientiam pertinet. De medio autẽ dicitur in euã-
gelio. In digito dei eicio demonia, recõciliando. ſ.
animas deo: cum illo infirmitates curabat Chriſtus.
Cum vltimo in aures immiſſo eas aperiebat dicẽs
epheta. Hos quinq; digitos reperies ſeriatim in hoc
euangelio: quia de primo incipit. Cum ſero eſſet.
¶ Quemadmodũ reſurrectionis gloriam ex paſſio-
nis ignominia illuſtrior oſtenditur, quia ſicut tene-
bre eius ita & lumen eius, ſic potentia reſurgentis

fortior apparet in apoſtolorum trepidatione. Nec enim adiutor forte Ieſus qui robuſtiſsimus eſt eos ita ſineret cadere:niſi ex eorum caſu eliceret gloriã fortitudinis ſuæ. Quemadmodum ergo pericia medici perficitur in patientis infirmitate ſic potẽtia Ieſu glorificatur in caſu apoſtolorũ:& quid dico caſum:& non potius mortẽ Chriſti morte deteriorẽ:

met⁹apoſtolorũ. in morte Chriſti pariter apoſtoli obierũt,qđ ſic ꝓbat Ricardus. Poſtquã iuſtus ex fide viuit:vbi nõ eſt fides,nec iuſticia,nec vita. In morte etiam xp̃i fides eius etiã in apoſtolis mortua eſt:quia pcuſſo paſtore diſperſe ſunt oues. Ipſo etiam reſurgẽte,& diſcipulis ſuis apparente, reformata eſt fides in apoſtolis, & ſic intus viuificati & iuſtificati de morte animæ tranſierũt ad vitã:hæc ille oſtendens apoſtolorum reſurrectionem per Chriſtũ quam & beatus Iohannes innuit dum præſens euangelium incipit. Cum ſero eſſet die illo ideſt cum ſol fidei apoſtolice cognouiſſet occaſum ſuum metumq; propter defectũ induceret: nam vti perfecta charitas foras agit timorem,ſic imperfecta fides accerſit illũ,& citiſsime vocitat:vñ propterea ſequitur. Et fores eſſent clauſe: vbi erant diſcipuli congregati propter metum iudeorum. Ecce quomodo fides imperfecta & dubia metũ induxerat iudeorum infideliũ: quamuis di-

Baru.6.a ctum ſit apoſtolis per prophetã. Videte ergo ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis,& metuatis,& metus vos capiat in ipſis. Viſa itaq; turba de retro & ab ante adorantes dicite in cordibus veſtris. Te oportet adorari domine. Hęc Baruch apoſtolos monens:ne propter metum à fide fiant omnino alieni, & metus capiat eos ideſt in peccato detineat. Cepit tñ eos metus: dum eos domo recluſit ac fores obſerauit. Nec ibi erãt ſecuri:nam propterea ſubiunxit. Viſa itaq; turba de retro & ab ante. Vndiq; praui iudei vallabãt domum apoſtolorum, ſicut olim Sodomite domum ſancti Loth, vt proderet angelos tamen ipſi in ſummo periculo conſtituti ad chriſtum ſe non totaliter ſed in cordibus ſuis conuerterunt dicentes. Te oportet adorari domine. In cordibus veſtris inquit:nam nec alter altero fidebat:vnde ſeipſos metuebant: veluti euenire ſolet hereſis tempore,quo nec frater fidit fratri. Ieſus autẽ dum ſui tali metu recluſi eſſent,aduentum ſuum diſtulit, vſq; dum ſero eſſet die illo vna ſabbatorũ. Mirabile diſtu:qđ illo die quo ſolito maturius ortus fuerat ſol iuſticiæ ſuos non velit irradiare vſq; ad no-

ctem. Cur dñe tam ſerus ades:cur tantum remoraris:quis valuit clementiæ tuæ torrentem detinere? cum ſero inquit eſſet die illo:quaſi dicat cũ iam nulla eſſet vltra ſpes. Cur ergo tandiu expectantiũ apoſtolorum tuum aduentum,tuam reſurrectionem:ac præſentiam eis negaſti?nonne in die mandauit dominus miſericordiam ſuam?cur tu ſero veniſti?nonne tu ipſe p ſapientem dixiſti:qui mane vigilauerint ad me:inuenient me?hic dicitur quod venit ſero:vt omnes eſſent congregati:quia mane diſperſi erant. Secundo venit ſero,vt ſpem doceat nos,quæ ſi vera eſt, dilatione creſcit. Tertio vt nos miſeros fateamur,ſumpto experimento infirmitatis noſtre,vt videre eſt in Lazaro, quem ſuſcitare noluit: donec audire. Domine iam fetet. Quarto venit ſero, vt Ioh.11.e.

Cur ſero apparet Chriſtus apoſtolis

nos doceat mundi gloriam declinare:vti fecerat ille qui dixerat. Si vidi ſolem,cum fulgeret,& lunam incedentem clare pro fumento oriatur mihi tribulus:& pro ordeo ſpina. Quinto venit ſero, vt inter

ea meritum augeretur ſuis. Præterea vt ipſi facerent: quod in ipſis erat: nam adultis non datur fides infuſa, niſi precedat fides acquiſita: quæ tempore indiget. Septimo autē potiſsima ratio eſt, vt ipſe Ieſus oſtenderet potentiam ſuā, quæ in tenebris potioris neceſsitatis magis lucet: vnde quia venit ad cōfortandum eos ea eis apparuit hora, qua magis territi erant: vt potentia venientis eluceſcat amplius. Quilibet ergo apoſtolorū dicat. Expectabam eum: qui ſaluū me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate, ideſt à metu interiori & irruente perſecutione. Hæc ergo Chriſti potentia ſuos eripiens & letificans, optime figuratur in Saul, qui recenter vnctus in regem ſuccurſum attulit viris iabes nimium afflictis: & in maximo poſitis periculo. Nam cum obſeſsi eſſent à quodam tyranno, qui dicitur Naas, à Saul petierunt auxiliū miſsis curſoribus, qui cōgregato populo Iſrael venit ac deuictis hoſtibus: eripuit ſuos & letatus eſt nimis cū eis. Iabes interpretatur ſiccitas & tunc temporis erat eccleſia Chriſti, quæ præ multis lachrimis aruerat tanquā teſta, ita vt ſiccitas in abſtracto poſsit appellari. Lachrime autem & ſuſpiria nuncii fuere ad verum Saulē miſsi, qm̄ Chriſtus erat eis in ſingultum, vt eos eriperet à Naas, quæ interpretatur diuinans: & eſt iudeorum malignitas qui diuinabat chriſtū ab apoſtolis ſublatum. Ideoq; antea dixerūt. Ne veniāt diſcipuli eius: & furentur eum. Horū ergo malignitas arbitratur poſſe nomen Chriſti extinguere, ſi à viris iabes ſcilicet ab apoſtolis pactum obtineret, vt ſcilicet erueret ab eis oculos dextros ideſt fidem Chriſti ſedentis ad dexteram patris. Solum ergo pro pace habenda petierat Naas cuiuſlibet oculum dextrum quia non petebatur ab apoſtolis, niſi vt fidem chriſti amitterent, vt ſic totaliter ſiccaretur eccleſia, ne poſſet rurſum virorē ſumere. Chriſtus autem cum iam ſero eſſet die illo venit ad ſuos: eoſq; ianuis clauſis viſitat vt nunc vere cantent. Lauda Hieruſalem dn̄m, lauda deum tuum Sion: quoniā confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te &c. ſocii noſtri Saulis fuerunt ſancti patres limbi, victoriæ ſignum & effectus reperitur in themate dicente. Oſtendit eis manus ſcilicet victrices.

1. Re. 11.

Pſal. 147

¶ Alter digitus.

¶ Digitus autem ſecundus vocatur index ab indicando: quo alios docere ſolemus. De hoc ergo ſequitur in euāgelio. Venit Ieſus & ſtetit in medio. Dū ſtat in medio plura docet, quā dici poſſent, qm̄ in diuinis mediū habet qm̄ impoſsibile eſt, qđ pr̄ ꝓducat ſpiritū ſanctū, niſi producto filio: qui cū eo eundē ſpirat. Media ergo perſona eſt filius habens ſecum & patrem à quo procedit, & ſpiritū ſanctū: quē producit cum eo. De hoc autem medio quo ſtat ab æterno, loqui non poſſumus: ideo vt moraliter indicet nobis digito ſuo viā noſtram: aduerte quod à ſuo natali elegit mediū vſq; dum inter latrones obiret, natus ergo ab vtero virginis in medio animalium cognoſcebatur: nūc autē recenter à ſepulchro natus cognoſcitur in medio apoſtolorum. Alia tamē duo media recenſere oportet: nam & ſtetit in medio doctorū: dum infans erat vt alter Daniel in medio ſeniorum liberans Suſanā ideſt legem: ab illis qui falſo tulerunt clauem ſcientiæ. Eſt & mediū latronum, quod Chriſtus tenuit: dum cruce pependit. Vtinam ergo nos fratres mei hanc imitemur doctrinam: hoc ſequamur exemplum. Duo ergo ani

Doctrina quatuor virtutum.

malia ſcilicet aſinus & bos extrema prudentiæ deſignant: in quorum medio ſtandum eſt. Recede igitur ab aſino ideſt ab inſenbilitate: ne ſapientiæ adſis vti aſinus ad lyram. Declina etiam bouem ideſt caliditatem: quæ præſumptionis cornibus armatur: ſed in medio ſtabis tutiſſimus. Deinde in medio doctorum ſtandũ eſt, vbi medium iuſticiæ deſignatur, quę prudentiam prærequirit. Extrema iuſticiæ ſunt crudelitas & remiſſio. De primo dicitur in decretis, ſumma equitas ſumma iniquitas: de altero autem ſapiens ait. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus ideſt correctio remiſſa in ſubditos operatur, & cauſat egeſtatẽ meritorum & morũ bonorum. Poſt hæc duo media duarum virtutũ ordinatiſſime medium temperantiæ ſequitur quod Ieſus tenuit inter latrones. Extrema ergo tẽperantiæ ſunt cura carnis in deſideriis, & nimia carnis mortificatio: primum extremum eſt latro blaſſemus: qui linguis ſuis doloſe agebat. Alterum vero eſt bonus latro dexter, qui facile veniam cõſequitur, mediũ tamen eſt tenendum: qm̃ Bernar. ait. Caro reſtringatur: non extinguatur ancilietur: ne domiuetur. Poſt mediã crucem tẽperantiæ, ſequitur tãdem mediũ fortitudinis, quod Chriſtus hodie colit, dum ſtat in medio diſcipulorum, docens eos à temeritate & puſillanimitate recedere: nam petrus ad alterũ extremũ fortitudinis acceſſit: dum prohibente duce exemit gladium, Iohannes autem qui dicitur relicta ſindone fugiſſe, puſillanimitati adherebat: Chriſtus autem mediũ tenens victor euaſit. Ecce igitur quam luculenter docet nos per alterum digitum: quo nobis indicat agenda. Stat ergo Ieſus hodie in medio ſuorum ſicut ſol inter aſtra in medio cœli, ſicut dux in medio

Stat xp̃s in medio



militum, ſicut fons in medio arborum, ſicut columna in medio domus, ſicut rex in medio principum, ſicut magiſter in medio diſcipulorum: ſicut pater in medio filiorum ſicut cor in medio membrorũ, & ſicut prælatus in medio ſubditorũ: & ſicut paſtor in medio ouium, manus cibatrices oſtendens eis.

¶ Tertius digitus.

¶ Altus digitus eſt medius ac longior cæteris, qui amicitiam deſignat: quam exhibens ſuis Ieſus ait. Pax vobis: pax vobis. Ter amorem repetit qui ter à petro quæſiuit: an eũ amaret. Ter inquam quia beatiſſime trinitati eos conciliarat. Cupiebatq; vt pacem haberent ad deum, & ad ſeipſos, & ad proximum, & quælibet tripliciter eſſet, prima ſcilicet ad deum triplex eſt per tres virtutes theologas fidem ſpem & charitatẽ: ſecunda ſcilicet ad ſeipſos ſtat in intellectu ſine opinionũ bello, ne patiantur deinceps incurſus erroris. Stat etiam in memoria ſine phantaſmatibus, quæ cogitationum bella mouent, & ſtat in voluntate, ne locum præſtet amori extraneo, nec vllum præter Chriſtum amatorem admittant. Pax etiam ad proximũ triplex eſt ſcilicet cordis, vt ſemper de proximo tuo cogites cogitationes pacis, & non afflictionis, ſemperq; mediteris quomodo pacem reſtaures: quomodo eam quotidie nutrias. Itẽ habeas ad proximum pacem oris: vt quæ ad pacem ſunt loquaris, omne verbum tuum pacem præferat, quia verbum dulce ideſt pacis multiplicat amicos, mitigat inimicos: tertia exhibe proximo pacis opera vt ex operibus te conſiderans deum benedicat. Sine pace per dilectionẽ operante audies ꝓphetam dicentem. Pax pax & non erat pax. Pax pax. ſ. cordis & oris ficta, ſed non erat pax operis vera, hanc

Triplex pax ad deum & ad ſe & ad proxĩmum.

*Lat⁹ chriſti quale ſit.*

triplicem pacem habuit ad ſuos Chriſtus, qui dum primo dixit eis pax vobis, oſtendit eis latus apertum: ac ſi diceret. Attendite pacem cordis mei vobis patuli, videte archam fœderis reſeratam, oſtium paradiſi apertũ: cellã vinariam patentẽ. Ecce ſinus quem in cruce feci pro vobis charis meis in eo reponẽdis. Ecce per quod ſanguis & aqua fluxit pro amicis abluendis ac potandis. Ecce cor ſciſſum & patulum, vt corda veſtra inſerantur in eo. vt cuilibet veſtrum dici queat. Dediſti cor tuum quaſi cor dei: nam ſcriptũ eſt. Accedet homo ad cor altũ & exaltabitur deus. Dum ergo Ieſus apoſtolis latus oſtendit, ipſo facto pacem cordis obtulit eis: quos ex toto corde dilexerat. Secunda pax quam exhibuit eis eſt pax oris, nam loquebatur pacẽ, & ex ore eius quaſi fluuium pacis inundantẽ melle ſuauiſsimo profluere cernebant: vñ propterea ſequitur. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo dño. Quod ſane gaudium figuratur in letitia Noe recipientis columbã veſperã ramum oliue ſuo deferentem ore. Nunc in archa cenaculi: manet Petrus cum cæteris diluuium metuebant paſsionum, emiſſo coruo iuda, qui detentus in cadauere crucis remanſit: tñ columba noſtra Ieſus iam ceſſante paſsionis fluxu reuertitur cũ pacis viridi ramo in ore ſuo allato ſuis vt in eos mittat radices ſuas. Quod autẽ ramus iſte cordibus eorũ fuerit inſertus patet in libris. 1. Macha. 10. d. vbi dicitur. Complacuit eis in alexandrum: quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum pacis. Alexander ſuperato demetrio pacem omnibus: obtulit & ſic dñs Ieſus deuicto ac triumphato diabolo pacem offert ſuis quibus à die natalis ſui fuerat princeps pacis: attamen ſemel per angelos tunc temporis decantatur

*Pax chriſti eſt oliua miſſa.*



pax hominibus, nunc autem per Chriſtum decantatur, quia tunc iudeis tantum, & nunc etiam grecis & latinis: nam cum omnibus illis vult pacẽ habere in quorum linguis ſcribitur crucis titulus: vt eã adorent. Sed cordis & oris data eis pace addidit pacẽ operis, dum vt ait thema, oſtendit eis manus ſcilicet perforatas propter pacẽ acquirendam, quia teſte Auguſtino, finis belli eſt pax: & ſic finis paſsionis Chriſti fuit hæc pax apoſtolis per eum collata manibus eis oſtenſis: nam antiquitus. (vt in libris Machabeorum ſcribitur) & etiam vſque hodie durat, in ſignum pacis ac ſecuritatis & amicitiæ dabantur dextere: nunc autem propter inundantiam pacis Chriſtus vtranque manum confert: quia in eo vtraq; dextra erat. Vt autem pacem dei quæ exuperat omnem ſenſum: eis patefaceret dixit. Sicut miſit me pater: & ego mitto vos, quaſi dicat, quia inter lupos mitto vos, nõ arbitremini, qđ ex parua dilectione procedat, quoniam eodẽ amore quo miſit me pater: & ego quoq; mittos vos chariſsimos filios meos. Voloq; vos pace vincere etiã lupos, ſicut & ego pace vici mundũ mitto igitur vos agnos in lupos, vt eos agnos faciatis, ad qđ ſemel, & bis, & ter pacem inquirite: ac perſequimini eam ſicut me feciſſe videtis. Mitto deniq; vos ad paſsionem ſicut miſit me pater. Dum hæc apoſtoli perpenderent, & memores eſſent præteriti caſus, quo Chriſto ſublato ceciderant: arbitror eos dixiſſe. O dñe quo ibimus inermes: quo ſine te duce properabimus? quibus viribus: quo auxilio confidemus? cũ etiam te viuente fugimus? tunc Ieſus quartum digitum extendit eis dicens.

*Triplex pax xp̃i.*

*2. Mach. 11.*

*Sicut pater eum Chriſtus ſuos.*

¶ Quartus digitus.

¶ Accipite ſpiritum ſanctum, quorũ remiſeritis pec
cata, remittuntur eis:& quorum retinueritis, retenta
ſunt. Dum hæc diceret inſufflauit in eos. Quid eſt
hoc domine? nunc aſsimilaris quibuſdam medicis,
quos vocant ſaluratores, nã hi flato immiſſo dicũt
ſe præſtare ſalutẽ. Nunc autem ſaluator Ieſus flatu
ſuo,& ſanat ſuos,dum ait: accipite ſpiritũ ſanctũ,&
eos curas animarum conſtituit: dum adiecit. Quorũ

Quartus digitus ſalutis.

remiſeritis peccata &c. quartus ergo digitus voca
tur medicus,& hunc extendit nunc dñs in ſuos,vt
mederi valeant animarũ languoribus dicens. Quo=
rum remiſeritis &c. apperiant ergo heretici oculos
ſuos:& ſciant ꝙ ſacerdotes non poſſunt incognita
& inconfeſſa remittere peccata, ſicut nec retinere,
ideoq; oportet ea medicis animarũ detegere in ſa=
cramentali cõfeſsione. In cœna igitur(vt ait ſcotus)
eſt eis data poteſtas ſuper corpus Chriſti verũ, nũc
autem datur ſuper corpus Chriſti miſticum,& ſicut
prior manet in ecclesia apud ſacerdotes conſecrã=
tes: ſic etiam & ſecunda apud eos peccata in con=
feſsione cognita remittentes. Igitur ne dicatur ei,
medice cura teipſum,eos curauit dicẽs, accipite ſpi
ritũ ſanctũ: ac deinde curatores inſtituit dicens. Quo
rum remiſeritis &c. accipite ſpiritum ſanctũ. i. à ſpi=
ritu ſancto poteſtatem dimittendi peccata,quia ne=
mo poteſt remittere peccata niſi ſolus deus. Ne di=
cant ergo heretici deũ talem poteſtatẽ hominibus
non dediſſe. Hic dubitare forſitan ſacerdos poterit,
cui nam remittere debet peccata,aut cui retinenda

Quibus datur abſolutio.

ſunt,ſed huic dubio reſpondit Auguſt. qđ non ſunt
remittenda,niſi habenti ſpiritũ ſanctũ: hoc eſt volun
tatem ſanctã. Non ergo habeas ſpiritũ luxuriæ,qui
te agat in porcos,non auariciæ qui te vexet cadẽ=



tem, non ſuperbiæ qui inflet: ſed ſpiritum ſanctum
& rectum, renouatum in viſceribus tuis per vitæ
nouitatẽ. Et tũc remittet ſacerdos peccata tua. Sin aũ
tem retinebit. Oportet igitur vt reiicias omne pe=
riculum,& proximam occaſionem peccati,quia nõ
eſt datum manna filiis Iſrael in deſerto, niſi deffi=
ciente farina Egypti, quæ eſt proxima pani ideſt oc
caſio proxima peccato,alioquin minime dabitur ti
bi manna remiſsionis & gratiæ. Ecce igitur quali=
ter conferri debet ſalus abſolutionis: quam volen=
tes apoſtoli dare thome: quẽ à peccato dubitationis
curare nitebantur: dum poſtea venit(non enim erat
cum eis qñ venit Ieſus)dicunt ei. O frater ſi affuiſ
ſes heri. Si nobiſcum mãſiſſes,quis te detenuit: ne tã
to gaudio exultares? multum equidem perdidiſti,vix
aut nunquam in vita tua ſimile reperies. Cum bea
tus Thomas eos ſic ingenti gaudio reſolutos: &
nimia letitia extra ſe videret, ore aperto nimis ri=
dentes,hilareſq; ſpiritu conſpiceret: dixit. O viros in
cautos & incircumſpectos à profunda conſidera=
tione alienos. Scitis nos magiſtrum optimum per=
didiſſe: propter quem & mundum omnia relinqui=
mus,ita vt odiat vos mundus,noſq; vellet trucida=
re,& rideris,cum gaudium noſtrum Ieſum ſciamus
obiiſſe flendo? O Thoma(dicunt apoſtoli)ipſe gau

Cur gaudent apoſtoli.

dium noſtrũ Ieſus iam reſurrexit iã letificauit nos,
iam riſum fecit nobis: cui reſiſtere nequimus. Quis
namq; non gaudeat vidẽs formam ſerui: redactam
in formam dei? deiectionem in altitudinem priſti=
nam,vulnera in gloriam,dolorem in gaudium,tẽ=
peſtatem paſsionis in ſerenũ reſurrectionis,de formi
tatem in decorẽ, tenebras crucis in lucem gentiũ,
fletum in riſum, famem ac ſitim in opulentiã, fugã

In victoriam mortem in vitam, ſtellam in ſolem:
noctem in diem? Cum iam gloria effluebat ex vul
neribus antea ſaniem emitrentibus? ſcito quia vide
mus dñm, vidimus latus eius apertum, & manus te
nebratas gloriam emanantes. Tũc ait Thomas: hoc
deterius eſt malo priori: nam prius perdidiſtis ma-
giſtrum: nunc autẽ perditis ſenſum. Creditis ne ſom
nis & phantaſmatibus veſtris? nam cogitationes
amantium ſomnia vocant philoſophi. An forte ob
demẽtiam veſtrã ignoratis ſcripturam dicentẽ. Qui
ſcito credit leuis eſt corde. Apoſtoli autem volen-
tes dare rationem dei (qui in eis erat) reſponderũt,
Non cito credidimus: immo tardi corde fuimus ad
credendũ: nam nec mulieribus quidem exhibuimus
fidem, quæ terruerunt nos, dicentes Chriſtum ſurre
xiſſe, & angelos vidiſſe, nec adhuc credidimus, qm̃
deluſio putabatur, nec apertioni ſepulchri, quoniam
ſublatio putabatur, nec lintheaminibus inuolutis ac
ſeparatis nec verbis Ieſu ante dictis credidimus,
quia oblita erant, nec prophetis, quia non intellige
bamus, ſed nunc exhibitis rebus ipſis cogit nos eui
dentia: quia eum vidimus nõ dormientes veluti in
horto ſed vigilantes, nec eñ apparuit in angulo vt
phantaſma, quod carnem & oſſa non habet, ſed in
medio ſterit vt veritas, quem amplexati ſumus, de-
ditq; nobis ſpiritum ſuũ, & poteſtatem remittendi
peccata, oſtenditq; latus & vulnera: & apperuit no-
bis cor ſuum. Tunc autẽ recordati ſumus verbi ſui
dixerat namq;. Vbi duo vel tres congregati fuerint
in nomine meo: ibi ſum ego in medio eorum. Si tu
addeſſes: fruereris quidem eo ſicut & nos. Ego in-
quit Thomas, non adhibeo fidem rei, nec vllo mo
do credam: niſi videro in manibus eius fixuram cla

Thomas non vult credere.



uorum: & vltra hoc mittam digitum meum in lo-
cum clauorum & mittam etiam manum meam in
latus eius, aliquando eñ oculus fallitur, & manus,
dum tangit: quæ oculus vidit, teſtimoniũ duplica-
tur: & in duobus aut tribus teſtibus ſcilicet in aure
& oculo & manu ſtat infallibiliter omne verbum
veritatis vt ipſe magiſter noſter docebat. Sic ergo
ad inuicẽ conferebant de Chriſti reſurrectione apo
ſtoli, & Thomas per octo dies, quibus ipſe partem
negatiuã ſuſtinebat, donec videret, & palparet. Ille
autem qui neminem vult perire, qui & ſeruauit, ne
quiſpiam periret eorum, quos dedit ſibi pater ſuus
præter filium perditionis Iudam, poſt dies octo dũ
aderat Thomas, venit, vt auricularem digitum ex-
tenderet, ac mitteret in eius aurem: ne apoſtolorum
monitioni ſurdaſter eſſet.

Vltimus digitus Thomæ infertur.

¶ Cum ergo poſt dies octo adhuc non crederet,
ſed oraret, & optaret vulnera Chriſtꝰ oſtendit ſibi,
audiuit eum dñs ob apoſtolos orantes cũ eo, ideo
coram ipſis tranſactis octo diebus venit Ieſus, vt
prius intrans ianuis clauſis: ne Thomas fideret cõ
tractioni manuũ ſuarum, & ſalutatione pacis præ
miſſa: volens aperire digito inſpirationis interne
aurem Thomæ: dixit ei. Infer digitũ tuum huc, &
vide manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in
latus meũ, & noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Ecce
quomodo ſaluator oſtendit Thomæ, quod audiuit
verba eius, quia dignatus eſt repetere formaliter,
quæ Thomas dixerat, vt ſic aurẽ cordis eius tange
ret: antequam tangeretur ab eo. Nec mirũ quia dñs
præuenit eos: q ſe concupiſcunt. Thomas ergo fate
tur digitum domini auribus ſuis appoſitum dicẽs

Chriſtus apperit aurem Thomæ

Eſa.50.b per prophetam.Mane erigit mihi aurem vt audiam
quaſi magiſtrum. Dominus deus apperuit mihi
aurem,ego autem non contradico: retrorſum non
abii. Mane (inquit) erigit mihi aurem : quia præ=
uenit me:vt aurem fidei eleuarem ad ſuam deitatẽ:
quæ tangi nequit.Væ hominibus deiectas habenti=
bus aures vt canes:qui non niſi terrena cupiunt au
dire & placentia.Thomas digito ſpirituali dei viui
habet aurem iam erectam:eumq; audiens quaſi ma
giſtrum animæ ſuæ:ac ſenciens virtutẽ ſuſurri eius
ait.Dominus deus apperuit mihi aurem.Dominus
deus (inquit) infudit auribus animæ meæ verba
hæc illis ſimilia.Dominus meus& deus meus.Ideo
ego non contradico,ſed aſſentio:quoniam Iohan=
nes ſic ait.Reſpondit Thomas:& dixit ei.Dominus
meus & deus meus.Ecce quomodo Thomas adi=
gito dei accepit,quæ ꝓtulit,alioquin tam profunde
non loqueretur:nam vocans eũ dñm & deum ſuũ,
explicite oſtendit, quæ de Chriſto credenda ſunt,
qm̃ dominus ac deus moriens & reſurgens ſemper
fuit.Duobus ergo verbis explicuit chriſtũ:qui dua
bus naturis conſtat.Sed quem ſuũ vocat,pro ſua vti
litate fatetur paſſum per carnẽ, & reſurrexiſſe per
deitatem: vñ propterea diuiſim dixit: dñs meus &
deus meus.Ecce igitur fratres quomodo iuxta ꝓ=
pheticum dictum dedit abyſſus ideſt Thomas vocẽ
ſuã dicens dñs meus & deus meus.Et altitudo que
Aba.3.c. Chriſtus eſt manus ſuas leuauit ſcilicet deitatem &
humanitatẽ:quas velut manus eleuatas ei reuelauit
O igitur manus Chriſti precioſe ad largiendũ aper
te,ad benedicendum extenſe,ad amplexandum cur
ue,ad deprecandum patrem eleuate,ad defendendũ
amicos armate, ad feriendum inimicum fortes, ad



gubernandum grate,ad humiles ſubleuandũ prom
pte,ad inuictos præmiandum plene,ad leproſos cu
randos pie,ad iratos ſedandos mites & leues:ad nu
triendum paruulos nobiles, ad perfecte operandũ
tornatiles,ad deducendum in gloriam ſecure,& ad
coronam & locandum in patria fœlices,& ad fœli
citatem ſperandum certiſsime,quã mihi dignemi=
ni præſtare amen.De manu deitatis alter ſermo po
terat fieri:alibi eum videbis.Nunc autem ſi vis ma
nus extollere chriſti,quære auctoritates pro.20.pre
coniis earum iam breuiter dictis.

¶DE PASTORE SERMO VTILIS.
42.in dominica ſecunda poſt paſcha. THEMA.
Ego ſum paſtor bonus.Iohan.22.d.
¶Inuocatio ad virginem.

NOn parum feliciter paſtor noſter Ieſus cu=
ram ouiũ ſuarum habet, cũ cibet eas pane Eccl.15.a
vitæ & intellectus,hoc eſt verbo dei,quod
anime paſcua eſt,ideo dictus eſt vitæ & intelle=
ctus,quia totum hominem cibat,rationem & volũ
tatem eius afficiens.Curioſus eſt cibus iſte:& eis eſt
tantum intellectus & non vitæ: qui eius ſpecioſita=
te detenti mirantur illud.Multi equidem hodie mi
rantur in doctrina dei ſicut tempore Chriſti, ſed
oportet q̄ voluntates accedat,& tunc verbum dei
erit panis vitæ:quia ſcriptum eſt. Vita in voluntate Igne o=
eius. Sed nec ſatis erit hoc niſi adſit ignis feruidi pꝰ eſt ad
amoris:nam tepida voluntas inefficax eſt.In natu= cibum&
rali cibo calor naturalis neceſſarius eſt non tepi= eſt in ma
dus ſed feruidus,alioquin parum proderit,nec va= ria.
lebit illũ digerere:vt in noſtrã ſubſtantiã mutet.Sic
ergo in cibo dei opus eſt charitate & calore ſpiritꝰ

ſancti, quo digerunt in anime ſtomacho dei verba: vt tranſmutentur in ſubſtantiam eius per opera virtuoſa. Væ nobis ſi ob culpam noſtrā minime ꝓderit tantus cibus, quotidie deuoramus ſermones dei, in dei verbis exercemur, deglutimur vt opinor ea: non tñ digerimus. Et ſicut mel multū comedere nō eſt bonū, vt ait ſapiens, ſic nec multū aſsidua dei verbi auditio, niſi digeſtio adſit: ſed ad hanc cum igne ſpiritus ſancti indigere nouerimus: quid faciemus fratres? ſolent ſane optimates venatū ire famē & ſpatiari, ſed nos ad quem ibimus niſi ad Mariā in qua veluti in templi altari: ſpiritus ſancti reſedit ignis? iſta eſt rubus ille quem ardere vidit propheta, iſta poterit facere vt in ſermone, ardēs ſit cor noſtrum: ideo accedamus ad eam dicentes Aue.

¶ Argumentum dicendorum.

Eſa. 56. d ¶ Miſericordia motus ſuper oues paſcue ſuæ deus
Tria vi- videns eas tam male agi, paſtoreſq; ineptos: dicit.
tia paſto Impudentiſsimi neſcierūt ſaturitatē: & ipſi paſtores
rum. ignorauerunt intelligentiam. De luxuria & auaricia & ignorantia carpit eos: & etiā in præſenti euāgelio de tribus dictis agit viciis: nam qui animā ſuam dat pro ouibus ſuis pœnitentiā agendo pro ſubditis, non luxurioſe viuit, fœlix ille qui cilicio indutus, lugebat filiū deuoratum, & Samuel Saulem lugebat: & Iacob gelu & eſtu laborat pro cōmiſſo ſibi grege. Nec eſt auarus qui mercennarius nō eſt, nec mercedē quærit, ſed animas pro quibus ſaluandis non rapit lanam & fugit, ſed propriā rem diſtrahens: & perdens expectat ſupportans ouium infortunia. Contra tertium viciū dicit. Cognoſco oues meas: immo & ex nimia viſitatione cognoſcunt me meæ. Videns ego dominus mala paſtori



antiquorum & præſentium promiſerat gregi ſuo paſtorem ſecundū cor ſuum, qui non ſe ſed gregē paſceret: ouesq; diligeret ſicut proprius dñs. In huius ergo expectatione deterīs dicit Ieſus. Ego ſum paſtor bonus. Quid expectatis: quem attenditis? non ſitis amplius ſuſpenſi expectatione promiſſi paſtoris: quia ego ſum ille paſtor bonus quē vobis promiſerat deus. Duo faciam in ſermone: primo oſten- Diuiſio.
dā quomodo eſt paſtor: ſecundo quomō eſt bonus.

¶ Frequens eſt in ſacra pagina paſtoris parabola, Prima ps
non ob aliud niſi quia ipſe deus filiū ſuum paſtorem facturus erat, & ob id magnū quid erat apud antiquos paſtoris officium: vt filiū dei aſſociarent & figurarent: & imitarentur. Paſtor ergo fuit iuſtus Ge. 4. d.
Abel: & optimus iabel qui fuit pater habitantium Parabo-
in tentoriis atq; paſtorū: fuit & Abraham. In ſecun la paſto-
da autem mundi ætate defecerunt paſtores, & for ris fre-
te propterea diſperſe ſunt oues errantes vndiq; in quēs eſt.
ſectas hominū. Tamen poſtquam deus vocauit ab oriente iuſtū Abraham paſtoris officiū reaſumitur, quia & Iſaac & Iacob, & Ioſeph adhuc puer, & Moyſes qui dicitur paſtor hominū iuxta id pſalmi. Deduxiſti ſicut oues populum tuū in manu Moyſi & Aaron. Item reges antiqui paſtores fuere vt Dauid ab vrſo & leone aufferens oues ſuas. Et etiam poſt adeptū regnum paſtor fuit Saul: qui electus in regem veniebat ſequens boues de agro. Citus & 1. reg. 11. b
amos, ꝓpheta paſtor extitit. Deniq; ex antiquis tam reges quam patriarche & prophete paſtores fuere. Sed non niſi optimi eorū tenuerunt figuram paſto- Bonitas
ris noſtri Ieſu Chriſti, qui non modo eſt bonis pa- paſtoris
ſtor, ſed ſolus eſt bonus paſtor: ita quod ſicut nemo ſtat ī xp̄i
bonus niſi ſolus deus ita nemo bonus paſtor niſi ſo- amore.

Ius Chriſtus, quapropter vt Auguſtinus notat. Examinatus eſt Petrus ter de amore Chriſti, antequam ei comitteret oues & agnos, quia non bene paſceret niſi fieret chriſtus per amorem: & ita ſicut ouiũ nemo antiquorum fuit bonus paſtor niſi quatenus fuit vmbra Chriſti: ita nec ſequentium niſi quantũ ſe tranſformat in Chriſtum. Non enim ignaui paſtores fuerunt vmbra Chriſti, ſed hi a quibus fugiebat ſomnus vt Iacob, aut innocens Abel, aut fortis Dauid auferens prædã ab ore leonis. Poſtquam igitur venit bonus paſtor non eſt opus vt hoc officiũ maneat in regibus literaliter, quia iam figura completa eſt in Chriſto, qui ſe paſsim in euangelio paſtorem facit, & nominat vſq; ad iudiciũ: vbi etiam veniet vt paſtor ſegregãs oues ab hædis ſtatuenſq; oues à dextris hedos autẽ à ſiniſtris. Nec ſolũ ſe paſtorem nominat, ſed etiã ſub hac parabola eccleſiã comiſit Petro: vt ſub ea etiam ſe nouerint cõprehẽſi omnes prælati poſt Petrum, ſuper quos omnes chriſtus eſt: de quo in figura refertur.

Figura noſtri paſtoris bona.

¶ Genuitq; Ada iabel qui fuit pater habitantium in tentoriis atq; paſtorũ. Ada interpretatur congregatio ſiue ornata: & eſt beata virgo Maria quæ in ouili vteri ſui congregauit quæ in cœlo ſunt, & quæ in terris ſunt deũ & hominẽ. Hæc tam ornata fuit gratiis & virtutibus: vt in eius cõparatione cæteri videantur nudi.

Ge.4.d.

Nec mirum quia ornatã monilibus filiam Sion dñs concupiuit: hæc ergo genuit iabel qui eſt chriſtus dominus: nam interpretatur apportans ſiue germinans vel iubileus. Plurimam quippe induſtriam alendorum pecorum ad nos vſque apportauit. Ieſus magiſter totius gregis: à quo diſcere oportet officium paſtorale. Nam vt notat hugo hic Iabel curioſiſsimus paſtor fuit in alendis gregibus ac prouidendis.

Tria eſt Chriſtus

Eſt etiam Chriſtus germinans tantum vt ſit germens eius in magnificentia & gloria: & fructus terræ illius ſublimis. Aliunde namq; cæteri paſtores quærunt doctrine germen pecoribus ſuis: quia non germinant vt chriſtus. Nec mirũ quia eſt verbũ dei & tam grandis ſermo, vt quoſcunq; paſcat non ſolũ ſapientes & inſipiẽtes ſed plurimum cõtemplantes. Immo tam prope ſe germinat: quod ingredientes & egredientes paſcua inueniant. Fœlix ergo populus eius & oues paſcue eius quia tam ſecure ſunt: vt nõ ſit qui exterreat in meridie cum paſtore cubantes: nam ideo Chriſtus etiã dicitur iubileus, quia qñ iubileus olim erat: oues ad proprios & priores dominos redibant. Iam ergo populus Chriſto redditus iubilando ſedet in pulchritudine pacis & requie opulenta. Eſt etiã chriſtus apportans in incipiẽtibus agnis: germinans in ꝓficientibus ouibus: iubileus in perfectis arietibus gregum ducibus. Quilibet enim pro captu ſuo paſcendus eſt. Namq; propterea dicitur ꝙ quilibet paſtor debet paſcere ſubſidio & doctrina & exemplo, ſubſidio incipientes & iſte apportat, doctrina proficientes, & iſte germinat, exemplo perfectos, & iſte iubilat. ¶ Iam ergo noſter Iabel Chriſtus dicitur etiam fuiſſe pater habitantium in tentoriis atq; paſtorum. Vbi aduerte ꝙ in cœlo genitus à patre, pater paſtorũ fuit. Sunt quippe & in cœlo paſtores, quia vt ait Dyoniſius. Superiores angeli inferiores purgant, illuminant, & præficiunt, quod eſt paſtoris officium. Vbi & minores dicuntur oues ſignate in ſeptem millibus ouium Iob, quos omnes ſub lucifero poſuit quaſi ſub paſtore. Nec mireris ꝙ angeli

immo & homines dicantur oues: & dicantur etiã paſtores nam dominus gregum ſic iubet. Vbi aduerte ꝙ affectamus ad oues totũ emolumentum & fructũ ouium erga eaſdem impendit: & ex grege duces ipſius gregis elicit. Sic noſter deus ex creaturis rationabilibus & intellectu preſtantibus facit paſtores, ex oue facit paſtorẽ, quoſdamq; delegit, vt præſint gregi, cum etiam ipſi & ſint oues. Nec eñ erit bonus paſtor ſi ſe non cognouerit ouem, eiuſq; morem fuerit imitatus. Rectorẽ (inquint ſapiens) te poſuerunt eſto ſicut vnus ex illis. Non eſt paſtor qui paſtorẽ ſuper ſe non habeat, reſpectu cuius dicitur, & eſt ouis, cui ſi non ſe dat velut ouẽ coram eo minime ſe putet erga inferiores bonũ paſtorem fore. Nam ſunt quidam inter fratres monachos, & plures prælati qui ſe liberos natos putant, ac ſi iure hæreditario prælatura figurentur, cui anectunt & contumaciam, quia nec ſemel in triennio patiuntur equo animo corrigi à baculo ſuperiori viſitante immo & prælati minores obedientiæ iugum proiiciunt quotidie, qui nunquã niſi rebelles oues nutriunt, & contradicentes ſibi: & merito nam ſubditi fratres dicunt. Nos portamus pondus diei & æſtus ire ſuæ: ipſe etiam nec vna hora obedire vult prouinciali ſuo. Compertum ergo habeo: quod qualem te ſuperior inuenerit, tales inuenies inferiores: audiunt eñ contumeliam tuã ſubditi tui: & paruipendunt etiam ipſi imperia prælati. ¶ Nec arbitreris, quod ſit aliquis creatus paſtor, quin ſit ei opus eſſe etiam ouẽ: nam & ipſe Chriſtus princeps & paſtor inquantũ homo eſt ouis: vnde eius humanitas ſignata eſt in oue Natham prophetæ, quæ in ſinu verbi dormire dicitur, & in calice fruitionis

Prælatus debet eſſe etiam ouis.

Prælatus eſt ouis.



bibere, & pane ſapientiæ vti: eratq; ei ſicut filia. ¶ Vnde Chriſtus reſpectu humanitatis eſt optima ouis, qui meliores oues facit paſtores: nec ſolum in terra ſed in cœlo: vbi.7. millia ouium vniuerſi angeli ſunt: qa omnes generaliter ſunt creati ſub manu dei velut ſub paſtore: tñ inter eos paſtores hierarchas dicimus inter quos precipuus eſt lucifer, ſub quo quaſi ſub paſtore poſuit angelos deus: & ideo lucifero dicitur. Omnis lapis precioſus operimentum tuũ: quia vt ait Gregorius. eis ornabat ſe: nam ſicut in paucitate plebis ignominia principis, ſic econuerſo in multis ouibus honor eſt paſtoris, qui tantus fuit, vt lucifer ex officio ſuperbiret: ita vt ex paſtore mercennarius fieret, ex mercennario fur, ex fure lupus rapax, & diſpergens oues: ſic vt ex.7. millibus non remanerent niſi.99. in deſerto relicte ſcilicet numerus truncatus. Mercennarius quidem fit per amorẽ proprium ſui, quæ ſua ſunt quærens, & in ſeipſo nimis complacens, fur autem efficitur, qñ nititur habere dei equalitatem: lupus autem dum rapiet & diſpergit magnã partem gregis: namq; vt aiunt cauda ſua tertiam partẽ traxit, ſic eñ lupus ouem cauda ferit: vt ſecũ equo ambulet paſſu. Remanſerunt tamen quas deus in ſua ordinatione cognouit, eas autẽ cognouit, pro quibus animam daturus erat: ideo eñ dicitur quod vicerunt eos in ſanguine agni. Poſiturus quidẽ erat dei filius animam pro ſuis: fuerunt autẽ ſuæ, quæ audierunt vocem eius ideſt perſeuerantiæ: vt Auguſti. exponit ſuper hoc euangelium. Eas eñ nemo potuit rapere de manu ſua: ſed quia alias oues adhuc habebat in tentoriis carnis ſcilicet homines, quas habuit deus in ſua ordinatione, quæ non erant ex

Lucifer malus paſtor.

Eze.28.c

.pu.14.d

Lucifer eſt fur & lupus.

Apo.12.

illo ouili,& eas aportebat adducere ad ouile cœli
pacatum:creauit centeſimam ouem naturam huma
nam,vt carũ numerus impleretur,quas ignis de cœ
lo conſumpſerat: cum cecidit Sathanas vt fulgur.
Veniens igitur iam deterior lupo, quia ſerpens cal
lidior effectus,ouem illam fecit paſcere in vetito,
malum præbens cõſilium,vt ab ea pignus accipe-
ret,ſuoq; ſigno rubricaret: immo & tondere eã vo
luit:nam videbant ſe eſſe nudos,cũ potius eſſent ſco
riati à pellibus Salomonis:quæ ſunt diuerſe gratię.
Duxitq; eas per campos licentiæ extra hortũ tans
quam oues macelli:harũ enĩ eſt vox illa.Nõ ſit pra
tum per qđ nõ tranſeat luxuria noſtra.Oues macel
li paſcunt in vinea poſt vindemiã, & paſcunt ſata
poſt meſſem,ſed non alie oues:& ſic mali ad libi-
tum relinquuntur:quia cito ad mortis macellũ de-
uenient.Sata poſt meſſem:& vinea poſt vindemiam
ſunt delitiæ carnis tñ ſine ſpiritualibus alimentis.
¶Iam ergo licet eſſent multe oues dei erant capti
ue: nec dei paſtores antiqui eas de manu tam gene
ralis inimici potuerunt redimere,nec de regionibꝰ
congregare,quia puri homines erant:nec ad tantũ
ſe extendere poterant:ideo non erant niſi quaſi gie
zi præcedentes Chriſtum cũ eius baculo ideſt auto (Paſtor
ritate:vmbratiles erant ad vmbramq; paſcebant qa (dei filius)
nondum ſol iuſticie ortus fuerat,& ideo oues erãt
macilente,atq; diuiſe vt Abrahã & Loth:ſic gẽtiles
& iudei quãuis eſſent fratres ab vna ſtirpe deſcen-
dentes. Et deniq; tam oues quam paſtores in oui-
li obſcuro limbi erant clamantes.Erraui ſicut ouis
quæ periit:quære ſeruũ tuũ quia mandata tua & ꝓ
miſſa nõ ſum oblitus donec dignatus eſt venire &
fieri dei filius,etiã paſtor habitantiũ in tẽtoriis,ſicut
fuerat paſtor paſtorum in cœlo.Tentoria corpora
noſtra ſunt,vbi animas habitare dignoſcimꝰ,vel po
tius ſunt ritus antiquorũ & cerimonie ad tẽpus ſta
tute:indeq; mouende velut tentoria donec ex tento
rio limbo ducerentur ad ꝓpria per eum,qui natus
eſt paſtor Ieſus paſtorũ princeps:ſtatim enĩ cum na
ſceretur conuocat paſtores,nõ omnes ſed bonos &
vigilantes,vt agnoſcerent eum cuius ſunt oues ꝓ-
prie.In illis paſtoribus extimat præteritos,atq; ho-
norat præſentes,& figurat futuros eccleſię:nam ibi
erant omnes in illis quaſi in ſigno.Ex tũc Ieſus ad
paſtoris officium ſe nutrit:aptatq; vt ille qui paſce
bat gregem patris ſui adhuc puer. Ideo veniebant
angeli ad paſtum & ad paſtorem. Ibi cognitus eſt
pater habitantium in tentoriis atq; paſtorum ſcili-
cet angelorum:quia eorum hierarcha eſt Ieſus etiã
inquantum homo,prout præcedit eos in gratia &
gloria:alioquin non diceret Petrus. In quem deſi- (Ob tria
derant angeli proſpicere. Dicitur paſtor dei filius (dicitur
ob tria ſcilicet excellentiam ſuam,vtilitatẽ noſtram (Chriſtus
& curam ingentẽ gregi impenſam: tanta eſt noſtri (paſtor.)
paſtoris ſublimitas vt etiã ſummi angeli ſint oues
eius: quia tantum diſtat ab eis quantũ vita paſtoris
à vita pecudis. Qui quo ad ſecundum ſolã noſtram
vtilitatem intendit:nam vt ait Auguſtinus: quis eſt
chriſtianus propter ſe, paſtor autem propter alios?
Quod in ſummo conuenit Chriſto: qui bonorum
noſtrorum non eget. Nam alii paſtores multũ fru-
ctum capiunt ex ouibus. Immo literales oues ſolũ
propter fructum habẽtur in cura.Paſtores autẽ ho
minũ alieni debent eſſe à ꝓprio commodo,ſed nõ
oĩo ſunt alieni.Nam beatus paulinus qui ſeipſum
dedit ſeruituti ꝑpetue ꝓ vna oue filio vidue captiuo

tandem liberatus eſt cum omnibus captiuis honorifice: qui propterea inter paſtores Chriſti nimio ꝓſequendus eſt honore Chriſtus tñ nil omnino à nobis recepit. Dicitur deniq; paſtor, quia nimiam curam habet etiam de puſillo agno, nec dormitat, qui cuſtodit Iſrael: ſed vigilantes & feſtinantes vocat talis paſtor paſtores optimos & ſolicitos.

¶Secunda pars.

prima cõditio eſt ouiũ cognitio.

¶Viſo quomodo eſt paſtor: videamus quomodo eſt bonus paſtor, melius videri non poteſt quam ſi ei conueniant omnes boni paſtoris proprietates à quo diſcant cæteri paſtores, diſcamus & nos ouiculam animæ noſtrę cuſtodire per eaſdẽ conditiones. Quæ & ſi plurimæ ſint paſsimq; ponãtur in ſacra pagina: in hoc euangelio non ſunt deteriores ſed meliores conditiones. Quas vt proſequamur aduerte: quod prima conditio eſt, vt cognoſcat oues ſuas ſine qua nihil faciet. Qñ hæc ꝓprietas eſt magna, mutuo ſe cognoſcunt paſtor & oues ex nimia viſitatione ac familiari conuictu: atq; frequenti beneficio. Quæ pro prietas ita Chriſto ad iacet vt dicat. Cognoſco oues meas & cognoſcunt me meę. Si ergo eas agnoſcere debet, vt ſciat dare quemlibet agnũ matri ſuæ, quod in magno grege difficile eſt, atq; difficilius cum oues ſunt homines, nec paſtor debet ſatis putare: ſi cognoſcat vultũ exteriorem peccoris ſed etiã interiorem animæ diſpoſitionem: vñ Bernardus ſermone tertio aduentus dicit ſe valde timere cõſiderans quod à cuſtode eſt petenda ratio abſcõditi mali iuxta id. Cuſtos quid de nocte: cuſtos quid de nocte? Dabit enim prælatus rationem de iudiciis & odiis interioribus: quæ eius culpa cauſantur. Si prælatus dici debeat: an ꝓ



tius mercennarius qui fugit idest ſilet, nec ipſe curat, ſed diſsimulat, cum venit lupus nocte vel dæmon qui cum dormirent homines prælati ſcilicet venit inimicus ſuper ſeminare zizanias in medio fratrum ſuorũ, talis prælatus non reprehendit oues amantes pernitiem, quę niſi perire permittantur, nolunt dirigi, ſed cornibus impingunt, væ autem ydolis quia damna ouium ſuarum non poſſunt argento compenſare: vt facit materialis paſtor. Nec mireris ſi ad ea quæ intrinſecus latent corrigenda tenearis: quia per orationẽ neceſſariam prælato (ſicut vigilia paſtori) omnia ſcire poteris. Vbi nota quod prælato eſt meritorium id quid mihi eſſet nociuũ ac peſsimũ ſcilicet petere adeo vt mihi reuelet vitam proximi. Quod facere debet ſolicitus paſtor: nam ignatius ad policarpũ ait. Aſtutus eſto vt ſerpens: ſimplex vt columba: ꝓpterea enim ex anima & corpore carnaliter & ſpiritualiter extas: vt omnia quæ tibi fuerint oſtenſa in facie corrigas, quæ autem tibi inuiſibilia fuerint, pete vt tibi manifeſtẽtur, vt tibi nihil deſit: ſed totius gratiæ abundans ſis. Quod ſi ita eſt væ prælato non corrigenti adhuc quæ videt, nec id audire volenti: cũ ſcriptum ſit. Noli fieri iudex niſi virtute valeas irrũpere iniquitatem. Quod eſt contra prælatos dicentes ſe nõ poſſe: putantes ſe ideo inexcuſabiles: cum pax iniquitas ſit in eis nõ poſſe & non velle. Quia ſi non poſſunt dimittant paſtorale officiũ ſi autem nolũt deteriores ſunt mercennario. Chriſtus autẽ paſtorum exemplar non ſolũ ſcit oues ſed nominatim eas nouit: quia ſpecialiter redemit oues nondũ natas: eaſq; videt vſq; ad abſconditas partes: & ſcit ſecrete per conſcientiæ remorſum aliquas caſtigare

non ceſſans etiã nunc:alias vero publice in oculis
ſolis huius dicens. Arguã te & ſtatuã contra faciẽ
tuam.¶ Quæramus nũc a paſtore bono cur permit
tit oues ſuas inter hedos alienos eis nocentes:cum
optime cognoſcat ipſe oues ſuas.Prælati hoc pa=
tiantur quia ſolus deus intuetur cor, ideo permit=
tunt ſepe malos in medio bonorum, quia non ple
ne cognoſcunt:deus antẽ & ea qui intrinſecus latẽt
& ea quæ futura ſunt diiudicat. Cur ergo eas dñe
ſinis etiam viuere inter hyrcos,nonne melius eſſent
in ſuo loco ſeparate,vbi nõ ſit qui exterreat,nec eñ
ſatis videtur ſeparari ab hereticis lupis,ſunt & lupi
domeſtici:qui vt ſecurius decipiant:veniũt ad nos
in veſtimẽtis ouium cur ergo domine agnitor cor
dis non collocas vnumquemq; in loco ſuo,quæ cõ
uentio lucis ad tenebras,nec ouiũ ad hyrcos:nam
conſiderat peccator iuſtum:& quærit mortificare
eum. Hic aduerte pro quæſtionis ſolutione quod
parum curat paſtor dum eſt in paſcuis ſeparare
oues ſuas,quanuis miſceantur alienis:aut alio ge=
neri animalium mitium vel non multum ferotium.
Solum ergo ſeparat oues cum eas vult ad ouile ꝓ
prium reducere.Nũc fratres mei ſumus in paſcuis:
quia ſanctus Dauid ait.In loco paſcue ibi me col
locauit.Status præſentis eccleſiæ cõparatus paſcuis,
ideo in eo velut in archa Noe omnia miſta ſunt:
in paſcuis eccleſiæ non ſunt animalia multũ fero=
tia,quia ſi ſic eſſet nõ fineret ea paſtor cũ ſuis:quas
parum ledere poſſunt qm̃ ipſe dixit. Nolite time=
re eos,qui occidunt corpus:animam autem nõ poſ
ſunt occidere.Conditio ergo loci eſt,vt aliquid pa
tiantur oues, & non eſt in cura paſtoris: immo ſi
multum ſecurus fueris nõ ideo melius:nam quædã

Oues ſũt mixte nunc.



animalia ponuntur in paſcuis vberrimis ad malum
ſuum,ſicut arictes & ſues,qui impinguantur,vt oc
cidantur: quædam autem ad laboris ſubleuationẽ
vt boues:& ſignũ quod animal ponitur in paſcuis
ad malum ſuum eſt,ſi non exponitur interdum la=
bori,ſed comedit quando vult,atq; dormit,quãdo
autem ſtatuto tempore laborat & poſtea paſcit,eſt
ſignum vitæ.Primi generis ſunt mali in hoc mun=
do habentes pacem in ſubſtantiis ſuis,ducentes in
bonis dies ſuos: optantes vt ſibi ad votum cuncta
proueniant. Secundi generis ſunt optimi homines
qui norunt interpolatim operari,ſcientes ſe non vi
uere vt comedant, ſed comedere vt viuant & ope
rentur manibus:atq; moleſtias patiantur:& rapinas
bonorum ſuorũ. Nam tempus eſt belli:& tempus
pacis.Arictes demonis auidius edunt in paſcuis ve
ſpere quam mane, nec ſaturantur ad libitum,quo=
niam auarus non implebitur pecunia ex eo quod
totum intentum ſuum ponit ibi:de alio non cogi
tans perſoluendo labore. Vbi aduerte ꝙ teſte pli=
nio,ouis habet duos ventres,minor autem non im
pletur dum comedit,donec ceſſat à comeſtione,&
ruminat.Sic ſunt bona mũdi, quæ ventrẽ corporis
implere poſſunt,non autẽ animæ,venter cordis re=
manet vacuus,donec ceſſes ab iſtis viſibilibus,& ru
mines per meditationem cum corde tuo, atq; ex
viſibilibus inuiſibilia contempleris: & tunc animã
eſurientem ſatiabis bonis:& de abſconditis medi=
tationibus tuis adimpletus erit venter animæ tuæ
minor,ideſt conſcientia bona,quæ non dicitur vẽ=
ter minor niſi quia minus comedit ob noſtrã incu
riam. Oues ergo Chriſti non mirentur ſi aliquan=
do deficiat eis alimentum corporis, & temporalis

Locus paſcue eſt eccleſia.

Quis habet duos ventres.

pax:quia loci conditio hoc habet: ſolum quidem in nemore clauſo non admittantur animalia ferocia cum mitibus,quia ea faciliter deuorarēt,in aperto autē ſic:velut eſt eccleſia quæ gremiū non claudit venientibus etiam aliquando malis:nam,ꝓpterea dicit Iob.Socius fui ſtructionum & draconū.Paradiſus autem nemus clauſum eſt:ex quo animalia ferotia excludundur angeli mali: & mitia ſi errauerint animalia reducuntur ad illud per paſtorē bonum,quia Adam errauit ſicut ouis:immo & omnes nos ſicut oues errauimus vnuſquiſq; in viam ſuā declinauit: donec bonus paſtor Ieſus nos ducat in humeris ſuis gaudens. Tunc diligentiſsime cognoſcet ſolas oues ſuas:ita vt cæteris dicat amen dico vobis neſcio vos. In ſero vitæ noſtræ quando dare voluerit dilectis ſuis ſomnum:vt ruminent fructum illius ventris qui ait. Ex vtero ante luciferum genui te. Tunc peculiarius cognoſcet oues ſuas ad ouile paradiſi nemuſq; clauſum reducendas. Vbi ſedebit populus dei in pulchritudine pacis & in requie opulenta:& nō erit qui exterreat. Quoniam ibi non erit alienus, quando ſeparabit oues ab hedis,& ſignāter dicet paſtor ouibus ſuis. Venite benedicti patris mei,percipite regnum,vbi ſedebitis vos ſuper menſam meam in regno meo, vt animæ potentias & corporis ſenſus poſitis ſine faſtidio ſatiare in meipſo ingredientes & egredientes paſcua vbique inueniendo abundantiſsimæ gloriæ:quam mihi & vobis præſtet Ieſus paſtor bonus Amen.



¶SERMO. XLIII. EX EVANGELIO in dominica tertia poſt paſcha. THEMA.

Modicum & iam non videbitis me:& iterū modicū & videbitis me quia vado ad patrem. Iohan.16.

¶Inuocatio ad virginem.

MIlitans eccleſia: vt probat beatus Dyoniſius exemplar eſt eccleſiæ triumphantis, in qua qui nouit ordinem cœli deus: rationem poſuit in terra. Et quoniā quæ à deo ſunt, ordinata ſunt,vt ab altiore incipiam⁹ loco,aduerte, quod tres corone thyare pōtificis ſignant,quod in nomine ſummi pōtificis Ieſu omne genu flecti debet,ſcilicet celeſtium terriſtriū & infernorū. Cardinales cocco induti ſeraphin deſignant inflammatos amore. Referendarius qui infirmas deferr ad ſummum pontificē petitiones,vt eas per ſuum fiat, firmet,Mariæ officiū repreſentat,quæ orationes noſtras apud deū inuoteſcere facit,vt ipſe addat fiat, quod Maria ſibi petiit qū dixit. Fiat mihi ſecundū verbum tuū. Illa ergo eſt referendarius cœli, quia manus eius tornatilens: nam ex nobis ad deum,& ex deo ad nos pergit:vnde iuſte ait thema. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me quia vado ad patrem, ſed vt ſolicitius nobis gratiam impetret donis eam præueniamus offerentes Aue Maria. maria eſt referendarius.

¶Argumentum dicendorum.

¶Vt narrat euangelium duplex eſt Chriſti ad patrem via:altera penoſa de qua ei dicitur. In mari ſcilicet paſsionis via tua,& ſemitæ tuę in aquis multis,hæc penetrart animam Chriſti, & ibi finita eſt. In manus tuas domine commendo ſpiritum meū Duplex via xp̄i.

ne ſcilicet eũ permittas amplius triſtari. Altera via
eſt gaudioſa:& incepta eſt poſt reſurrectionem cõ
ſummatã in aſcenſione quando videntibus illis ele
uatus eſt:vt ſederet ad dexteram maieſtatis in excel
ſis. Et in via paſsionis nubes ſuſcepit eum ſicut in
aſcenſione:quia tenebre facte ſunt per vniuerſam
terram. Ob hanc duplicẽ viam: penoſam atq; gau
dioſam poſuit Chriſtus exemplũ in præſenti euan
gelio de muliere quæ prius triſtatur in preſſura ad
uenientis hore eius,& poſtea gaudet natum ample
xans immemor preſſure propter gaudium noui ho
minis. Ob hanc igitur duplicem viam ait Chriſtus
modicum ſcilicet paſsionis, & iam non videbitis
me:& iterum modicum reſurrectionis & videbitis
me:quia vado ad patrẽ & moriẽs & reſurgens. De
Diuiſio. hoc duplici modico agam in ſermonis partibus in
prima ps prima de primo: in ſecunda de ſecundo. ¶ Mirum
quidẽ videbitur fratres:cur dominus modicat tem
pus paſsionis, cur magnus dominus & laudabilis
nimis cuius magna eſt virtus modicam dicat paſ
Paſsio ſionem ſuam,qua non viderunt eum apoſtoli, nec
Chriſti ſolummodo eam nunc modicũ dicit: ſed etiam in
modica horto qñ dicturus eſt patri. Transfer calicem hunc
ob forti- à me. Calicem domine vocas totũ mare paſsionis
tudinẽ & tuæ amariſsimum:quod ad litteram nollebas trans
amorem vadare. Forte hoc ꝓuenit ex magnanimitate Ieſu:
nimium. nam ſeneca dixit. Magno nihil magnũ. Bona quidẽ
ſententia,& meo Ieſu digna,qui & ſi agnus eſt tan
te potentiæ dignoſcitur:vt inimicis ſuis dicatur. Os
non cõminuetis ex eo ſcilicet fortitudinem animi,
quanuis carnẽ eius atteratis: donec ſanguinẽ ſudet
atq; dicat. Caro autem infirma.ſ. reperitur. Tamen
ſpiritus Ieſu robuſtiſsimus eſt:qui propterea exulta-



uit & fortiſsimus gigas ad currendam viam paſ-
ſionis ſuæ:viam inquam quia viator ſe fecit. Et ve
lut vno anhelitu cucurrit viam ſuã,quin poſsit de-
tineri:donec diceret. Conſummatũ eſt. Secunda ra-
tio huius modicitatis eſt ſua charitas non modica
ſed maxima erga nos. Vt vos amplius mouẽã,atten
dite fratres attendite, & videre ſi eſt amor ſimilis
amori Chriſti Ieſu,qui modicam vocat paſsionem
ſuam,non quia modicum ſe diligat,ſed quia multũ
quidem deamat nos: qui in finẽ dilexit ſuos. Vide-
bantur igitur ei pauci dies paſsionis propter amo
ris magnitudinẽ vt vero Iacob. Ille ſupplentator Ge.29.e.
pro ſua dilecta decora facie: & venuſto aſpectu ſe
ptem ſeruiuit annis: noſter autẽ demonũ illuſor Ie
ſus pro vna quaq; anima feda turpi & nigra, toto
tempore vitæ ſuæ laborauit,& ideo bene ille ſeptẽ
annis ſeruiuit:qui numerus eſt vniuerſitatis quia nõ
ille ſed Ieſus noſter totam vitam ſuam in noſtro
expendit profectu:nõ ob aliud niſi quia dilexit nos
immeritos. Hic maximus amor modicam fecit ſibi
paſsionem: quanuis in ſe magna eſſet nimis: tñ in
oculis Chriſti modicum quid erat paſsio, cũ ora-
bat:vt ſi fieri poſsit trãſiret ab eo hora. Amor iudi Mat.14.
cans in amati commodũ modicam putat paſsionẽ d.
ſed timor triſtat animam eius vſq; ad mortẽ:& il-
lam horã fecit horam mortis:dum erat in agonia.
Immo & ipſe Ieſus poſtquã Petro dixerat, non po
tuiſti vna hora vigilare mecũ:ait turbis. Hæc eſt ho
ra veſtra:& poteſtas tenebrarũ:vbi talis eſt poteſtas
non tenebrarũ harum ſed infernorũ nõ debuit di
ci hora. In cubito tñ chriſti amor cõſummauit ſum
mitatẽ Ieſu paſsionis:quãuis eſſet in diluuio aqua-
rum multarũ. ¶ Ecce igitur cur modicam dixit tam

maximam abiectionem: vbi non eum viſuri erant apoſtoli, quia modicũ & non videbitis me, ſed nec mirum: nam ipſe abſcondit ſe, & per cõſequens modicum ſe fecit. Exinaniuit ſemetipſum formã latronis accipiens. Tunc non ſolũ non viderunt eũ apoſtoli, ſed non crediderunt: nec reputauimus inquit eum. Quis credere vnquam tale: quis vidit huic ſimile? abſconditus eſt filius dei: vbi ſe abſcondit? in eo loco de quo dictũ eſt ei à patre. Recede hinc & vade. Qui etiam in cœlo nõ ſe poteſt abſcondere qñ magnus & infinitus eſt, & agelis notiſſimus, quomodo ergo ſe abſcondit: vel quomodo potuit latere? mirũ quidem fratres mei, quod ipſe deus ſe abſcondat: ſed dum videritis locum abſconſionis eius: poteritis ſcire qualiter abſcondit perſonã ſuã, ſed vade contra orientẽ: & abſcondere in torrente carith qui eſt cõtra iordanẽ, & ibi de torrente bibes, coruiſq; præcepi: vt paſcant te ibi. Tẽpore quo iratus eſt dominus Iſraeli: verba hæc dicta ſunt Heliæ qui interpretatur fortis dñs: & eſt Ieſus cuius os fortitudinis non eſt comminutũ in tormentis. Vt dixi: hic receſsit à patre quando habitu inuentus vt homo non eſt vſus eius maieſtate, nec pater eũ auxiliatus ei in bello paſsionis: nec voluit reſpondere ei qñ dixit. Vt quid dereliquiſti me. Hic fortis in prælio Ieſus dominus venit cõtra orientem: qñ præcipue ſcribis & phariſeis infeſtus fuit dicentibus. Grauis eſt nobis ad videndũ: improperat nobis peccata legis. Nec mirum ꝙ illi dicantur oriens, qui cæteros illuminare præſumpſerant ſedentes ſuper cathedrã Moyſi: torrens carith vbi aſconditus eſt propheta interpretatur exterminatio: & eſt vehementia ignominioſa paſsionis & crucis, qua Chriſtum exterminare nitebantur: & extra terminos mũdi vſq; in æternum proiicere dicentes. Mittamus lignum ſcilicet crucis in panem eius: & eradamus eũ de terra viuentium: & nomen eius non memoretur vltra. Viam igitur fecerunt ſemite iræ ſuæ, quæ velut torrens inundans venit ſuper Chriſtum, qui bibit quaſi aquã (vt ait Iob) iniquitatem eorũ, quia de torrente in via bibit: propterea exaltauit caput ad dexterã maieſtatis in excelſis. Ibi ergo in vehementia paſsionis vbi torrens iræ iudeorum currebat, quẽ nec demon per mulierem Pilati detinere potuit, ibi Chriſtus abſconditus eſt: & fit ob id modicus. Nõne abſconditus erat vultus & notitia eius vſq; dũ dixit centurio. Vere filius dei erat iſte? quaſi dicat. Iam latere non poteſt: quia opera quæ facit teſtimonium perhibent de eo. Iſte quẽ cruci affixerunt quem blaſfemũ putauerunt, quem colaphis ceciderũt, vere filius dei erat. Intus latabat ſicut erat in principio apud deũ: & extra velut abſconditus apparet modicus factus opprobrium hominũ, & abiectio plebis: tam abſconditus erat ibi Ieſus, quod vix mater eius agnoſcebat eum: nam ideo (vt notat Bonauentura) ſe Maria ſtatuit iuxta crucem Ieſu, quẽ in voce cognouit: dum pro inimicis ſuis deprecaretur: & ne poſtea eſſet ambigua eum quærens inter latrones, quia non erat ei ſpecies, nec reputabat eum ideo vt ſecura eſſet, dum eum deponere vellet: ſe poſuit iuxta crucem. O dñe Ieſu quia non es abſconditus à contradictione linguarũ: quę ſe contradicunt proferentes ꝙ non habent regem niſi cęſarem: immemores oppoſiti quando profitebantur te regem Iſrael ſaluatorum in excelſis. Non es abſconditus à flagellis, quia periit fuga à te, nec eſt

Figura modicitatis chriſti paſſi & abſcõditi

3.re.17.a.

Pnariſei ſũt oriẽs.

Ira iudeorũ eſt torrens.

Chriſtus latet ſub formale proſi.

qui requirat triſtem animam tuam vſq; ad mortem
O domine Ieſu quoniã minime abſconditus aque
rentibus te in horto: immo te perſequentibus: nec
auertiſti faciem tuam à conſpuentibus in te. Quid
plura? abſconditus à bonis, ſed notus eſt, & oblatus
eſt libenter malis: de quibus in prædicta figura ſe=
quitur. Coruiſq; præcepi: vt paſcant te ibi. Carnifi=
ces corui miniſtri ſunt crucifigentes filium dei
peccato denigrati: ſed in hoc diſtant à coruis He=
liæ: quod illi panem & carnem detulerunt ei: hi au=
tem fel & acetum præbent Chriſto ieiunanti per
diem veneris ſancte in felle & aceto. Carnẽ & pa=
nem dederũt chriſto miſtico ſcilicet nobis in chri
ſto vero cuius carnem quotidie aſſam igne amo=
ris veſcimur quæ eſt & panis angelorum: tñ ei mir
ram & accetũ ingerant ſitienti. Nec mireris opti=
me lector q; patri cura fuerit de tali cibo dando

Deſcen= ſus Chri ſti ad in= feros.

ſuo Ieſu, quoniã teſte euangeliſta: vt impleretur ſcri
ptura quam pater ditarat dixit Ieſus. Sitio: & da=
tum eſt ei mirrarum & acetoſum vinum. Cum au=
tem accepiſſet illud dixit. Conſummatum eſt.
¶ Viſam modicitatẽ vbi ſe filius dei abſcondit nõ
caſſam puteris aut indignam, quippequi ſi eũ non
viderunt apoſtoli: tamen eum tunc viderunt patres
limbi expectantes aduentum eius per arctam cru=
cis viam: vnde qñ iſti perdiderunt fidem, illi etiam,
ſed aliter & aliter: nam eſt perditio fidei adducens
peccatũ, & eſt perditio adducens gloriã vbi perdi=
tur fides adepta rerum ſperandarum experientia, ſi=
cut ſtellas perdimus oriente ſole. De iſto ergo mo=
dico paſsionis, vbi Chriſtus vel per quod deſcen=
dit, vt viderent eum patriarche: ait propheta. Hæc
dixit dominus exercituum. Adhuc vnum modicum



eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare
& aridam & mouebo omnes gentes: & veniet deſi
deratus cunctis gentibus: & implebo domũ iſtam
gloria. Non parũ exiſtimes id quod dicit dñs exer

Perditio fidei bo na.

citium quod ad huc vnum modicum eſt, quia mo=
dicum & infirmũ dei maius & fortius eſt homini=
bus. Quod hoc modicum ſit magnũ patet quia ſe=
quitur. Ego inquit deus cõmouebo cum filio & ſpi
ritu ſancto cœlum in tenebris faciendis paſsionis
tempore & terram quia faciã eam tremere: ita vt
lapides ſcindantur. Mare itidem cõmouebo quan=
do amaritudine implendus eſt chriſtus taliter quod
dicere valeat. Ecce in pace me non renitente: ama
ritudo mea amariſsima: commouebo etiam aridã
Iudeam contra Chriſtum: quæ tam arida apparebit
& ſicca, quod negabit aquam ſitienti, ac eam poſtu
lanti: immemor q; deus dedit eis aquam in deſer=
to: dum periclitarentur ſiti. Cõmouebo deniq;, om
nes gentes vt deſcendant ad ſpectaculum iſtud, &
ab intus commote etiam erunt, quando reuertentur
percutientes pectora ſua, & facientes planctum ma
gnum: vt fieri ſolet in morte primogeniti. Cõmo=
uebo tertio omnes gentes pro generibus ſingulo=
rum: quia tunc erunt in Hieruſalẽ de omni gente
quæ ſub cœlo eſt. Hæc mote ſunt: vt ait Simon de
caſsia ad adorandũ Chriſtum viſis ſignis quæ fie=
bant, ſed phariſei hoc timentes corpora tolli ꝓcu=
rant, ne remaneãt ſabbatho in cruce: qa tali die ſu
ſpicantur adorandũ fore. Deſideratus cunctis gen=
tibus eſt Ieſus: quia nõ eſt aliud nomen datũ omni
bus ſub quo deceat nos ſaluos fieri. Et vbi plꝰ agni
tus erat ibi ampliꝰ deſideratur ſcilicet in limbo, de
quo ſequitur. Et veniet deſideratus cũctis gentibus

in limbo deſidera tur xp̃s.

de lege videlicet naturæ & ſcripturæ & euangelii,
quia ex hominibus erant ibi expectantes beatam
ſpem,vt impleret domum illã gloriã, & fieret para
diſus,de quo dicitur. Attollite portas principes ve=
ſtras & eleuamini porte æternales: & introibit rex
gloriæ. Et de hoc paradiſo dicitur latroni: hodie
mecũ eris in paradiſo. Nec mirum quod limbus ad
Chriſti deſcenſum paradiſus fieret,cum ſcriptũ ſit,
quod cum angelus deſcenderet in fornacẽ in me=
dio ignis: effectus eſt quaſi ventus roris flantis vt
magno delectamento afficeret ſeruos dei. Quia an
gelus erat ſimilis filio dei hęc fecit:tñ ipſe filius dei
ſpecie ſua letificat ſedentes in vmbra mortis,& le=
tos eduxit in exultatione videntes regem in deco
re gloriæ ſuæ. Ibi tamẽ arbitror q̃ remanſerint vſq;
ad Chriſti reſurrectionem cantãtes deo veluti tres
pueri cũ angelo:nã & ibi tres erãt ſtatus legis vide
Deſcẽdit licet naturæ & ſcriptæ & gratiæ. De hoc deſcen=
Chriſtus ſu Chriſti ad inferos ait ipſe per prophetam. Quo
ad limbũ niam adhuc modicũ: & viſitabo ſanguinẽ Iezrael
Oſeę.1.b ſuper domũ Iehu:& quieſcere faciã regnum domus
Iſrael: Iezabel interpretatur aſperſio paſtoris dei,&
eſt ſinagoga quæ Chriſtũ dei paſtorem diſperſit,&
percuſsit:ille tñ non deſtitit ab incepto opere quæ=
rendi oues ſuas,quia dimiſſo pallio corporis mere=
trici in cruce oues detentas viſitauit:vt eas addu=
ceret ex limbi caula: & ex ouili alieno vbi fur de=
mon eas circumuallabat. Ex hoc ergo deſcenſu di
xit. Viſitabo ſanguinem Iezabel ideſt ſanctos pa=
tres limbi ex ſinagoga progenitos: quibus promiſ
ſus fuerat. Tamen hæc viſitatio dicitur facta ſuper
domum Iehu,qui interpretatur exiſtens: & eſt de=
mon qui ſtat contra dominum ſemper:vt iterũ alias



oues rapiat non ad limbum ſed ad inferos delatu=
rus. Super domum huius fit viſitatio ad illos, quia
ſicut plus patres letati ſunt in deſcenſu Chriſti, ſic
amplius timuerunt damnati: & peramplius demo=
nes:vñ in pſalmo Dauid canebat. Effunde frameã, Pſal.34.
& conclude aduerſus eos qui perſequuntur me:dic
animæ meæ ſalus tua ego ſum. Dei filius in mor=
te ſua exemit gladiũ animæ ſuæ à vagina corpo=
ris,vt demones amplius fugerent incluſi & baratro
recluſi. Dum miles eximit enſem vtrumq; habet ſi=
bi vnitũ enſem videlicet et vaginam, ſic dei filius Cõpara=
animam & corpus, quanuis hæc diuiſa eſſent inter tio mor=
ſe,exemit ergo gladiũ vt turbaret inimicos, paca= tis chriſti
ret amicos: ideoq; dixit ſupra. Et quieſcere faciam
regnũ domus Iſrael. Quanuis vt ait Gerſon patres
limbi altiſsima contemplatione fruerentur,nõ ideo
ex toto quieti erant vſq; dum Chriſtus deſcendit,
quia tunc facti ſunt regnũ Iſrael hoc eſt regnum
videns deum:nam Iſrael videns deũ interpretatur:
& ſi pleniſsime quieuerunt adepto fine propter la
borem Chriſti Ieſu,qui modicũ ſe fecit in cruce,vt
ita intraret gloriam ſuã ad magnificandum ſuos
qui glorificantes deũ aiunt. Magnificauit dñs face
re nobiſcum:facti ſumus letantes. ¶ Vt impleret ce
ptam viã eundi ad patrem: egreſſus inde Ieſus red
dit ad ſuos qui erant in mundo:de qua reuerſione
dicitur in themate. Iterum modicũ & videbitis me
quia vado ad patrem. Antea modicum dixerat vel 2.pars.
de tempore vſq; ad paſsionem:vel de ipſa paſsio=
ne:& ſic nunc dum ait. Iterum modicũ & videbitis
me: poteſt intelligi vel de tempore reſurrectionis:
vel de ipſa reſurrectione. Arbitror q̃ miraris non
inueniens qualiter Chriſti reſurrectio modica dicã

valet:ſed aduerte ꝙ qui plures habet filios nunc cũ
his paruificatur,cũ illis magnificatur: quia ſic oper
tet fieri prout vnicuiq; opus eſt. Tam magna fuit
Chriſti reſurrectio : vt tranſfiguratio montis Tha
bor ſit parua figura eius: quanuis ibi quidem re-
ſplenduerit facies Chriſti ſicut ſol,in cuius maie-
ſtate patriarche viſi ſunt & cogniti ab apoſtolis,
qui corruerũt in facies ſuas non valẽtes ferre glo
riam ſaluatoris:ſed minus nunc ſi totam claritatem
Reſurrectio chriſti modica videt. vultus ſui vellet oſtendere. Deniq; opus reſurrectio
nis,vt in alio ſermone dixi,tantum fuit,quod ma-
nibus totius trinitatis indiguit:tamen paruis apo-
ſtolis paruam & modicam oſtendit reſurrectionẽ
ſuam Chriſtus:vt videri valeret ab eis. Nam ſi toti
demonſtraret:quis ſuſtineret? Si Heſter corruit pre
Aſſueri maieſtate atq; timore gloriæ ſuæ. Et Da
dan.10.d niel propheta apparenti angelo ait. Domine mi in
viſione tua diſſolute ſunt compages meæ & nihil
in me remanſit virium. Et in ipſa reſurrectione ex-
territi ſunt cuſtodes & facti ſunt velut mortui:quin
& ipſi tres apoſtoli ceciderunt in facies ſuas non
valentes ferre ſolã reſurrectionis effigiem in mon
te ſeorſum oſtenſam,ideo opus erat vt chriſtus mo
dicam oſtenderet gloriã:quatenus ſe viſibilẽ & ta
ctabilem præberet ſuis. Vt ad ſingularia deſcenda-
mus:optime liquet comeſtionem magis eſſe morta
litatis quam reſurrectionis ſignum:& illam volui
reſurrectioni aſtruere Chriſtus. Tamen hic aiunt
theologi, qd' eſt comeſtio indigentiæ, & comeſtio
potentiæ, Chriſtus autẽ non egens ſed potẽs come
dit, nam aliter aquam denruit ſol:aliter vero terra
quæ in ſe venientẽ imbrẽ imbibit, & transforma
ſol autẽ non ſic ſed conſumptã in vapores redigit



nullumq; ex ea emolumentum accipit. Sic fatemur
comediſſe Chriſtum:cui comeſtio fuit ſignũ poten
tiæ quanuis prima fronte modicum quid videatur.
¶ Nonne pariter modicum eſt & abiectũ clauorũ
deferre ſigna,vt emptitius homo deferre ſolet? ta-
men ea ſeruat vt videant eum ſui, & credant eun
dem qui antea loquebatur: & modo. Palpatio iti-
dem & viſio paſſiua ab oculo mortali modicum
eſt,& indignum corpori glorificato: cuius non eſt
cum hominibus conuerſatio. Apparuit etiã chriſtus
taliter ꝙ peregrinus potuit iudicari & hortulanus,
tamen hoc ſatis modicũ erat ei, cuius facies plena
eſt gratiarum:qui non hortulanus mundi ſed glori
ficator eſt cœli. Sed ſic ad quædã modica aptauit
ſe:vt modicitati fidei ſuccurreret: & certius videre
tur:nec phantaſma putaretur. Modicũ ergo reſurre
ctionis modicã fidem deſignat in apoſtolis:& maxi
mum amorẽ in Chriſto volente deſcendere ad mi
nora ſe:vt condeſcenſionem ſuã monſtraret nobis.
Hoc etiã ſapientiſſime fecit:nam quia excellẽs ſen
ſibile corrumpit ſenſum: noluit ſe apoſtolis ingere
re in omni præcellentia reſurrectionis ſuæ,ne for-
te morerentur:nam & Chriſtus ait. Nõ videbit me
homo & viuet. Vidẽs filium hominis lucentẽ ſicut
ſol lucet: cecidit ad pedes eius tanquam mortuus.
Ergo ex hoc liquide conſtat quatenus & in reſurre Apoc.1.
ctione ſua dicere potuit Chriſtus. Iterũ modicum
& videbitis me qa vado ad patrẽ:nam dixerat Ma
riæ Magdalenæ. Noli me tangere,nondum eñ aſ-
cendi ad patrẽ meum. Dum Chriſtus in aſcenſione
ſua iuit ad patrẽ nubes ſuſcepit eum ab oculis eo
rum: vt iam ex toto magnificaret totam gloriam
ſuam abſq; præiudicio minorum filiorum. Et tunc

à nube ſuſceptus apparuit ſicuti eſt lucidior ſole etiam lucente in virtute ſua:quando radiis ſuis obcecat oculos.¶ Nunc fratres oportet vt & nos verba thematis ad profectum noſtrũ capiamus morali ſenſu accepta:nam & in quolibet noſtrum duplicẽ pariter viã habet Chriſtus ducens nos ad patrẽ.Prima eſt aduerſa:vbi nõ videtur,de qua dicitur. Modicum & iam non videbitis me.Non videtur à nobis deus dum affligit corpora noſtra,quia eius ſalus abeſt dum infirmamur dum flagellamur procul eſt eius præſidium:dum periclitamur fame non aperit manum ſuã qui dat eſcam omni carni, dum deniq; membra dolẽt: & eius medela non videtur. Sed ne fatigemini animis veſtris fratres mei non alta ſapientes:quanuis attributa dei nõ reſplendeãt in mortali corpore veſtro:quanuis non ſit deo cura de vobis(vt putatis)non videntes eum,quia tũc præſentior eſt animæ, & qñ ad extra non videtur, ad intra ſui facit præſentiam inuiſibiliter, qui nec dixit apoſtolis. Non ero vobiſcum:ſed non videbitis me. Nobiſcum eſt in tribulatione deus: ne turbemur quanuis eum non videamus ſolicitũ de nobis,quia ſi oculi fidei noſtræ apperiantur, modicũ videbimus eũ intus addentem quæ deſunt corpori. Animæ tribuit ea quæ corpori negat,vt ſenſerat ille qui dixit. Modicũ laboraui & inueni mihi multa requiem: modicum laborant iuſti in afflictionibus ſuis ſcientes ꝙ eis dicitur. Suſtinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrum veſtrorum per exemplũ patientiæ veſtræ. Hos modicum multũ parit,qui numerus ſanctorũ augetur,& ſi nõ relinquimus ſuſtinentiam: intus in anima inueniemus etiam nunc fructũ multum præter illũ de quo

Duplex eſt via. ſ. aduerſa &,pſpera

Eccle.51.



ſcriptum eſt: Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur:quæ eñ videntur temporalia ſunt,quæ autem non videntur:eterna ſunt. Hæc Paulus quæ bene conueniunt his. Modicum ſcilicet in tribulatione & non videbitis me vobis temporalem fauorem impendere, iterum tñ modicum in ſpe & videbitis me intus in anima veſtra per quã vado ad patrem quo vos deferre cupio: vt in eo creſcatis & abundetis magis.¶ O dñe Ieſu modicũ eſt quod facio, videtur mihi ꝙ fingis laborem in præcepto:quaſi ludens dicis quòd arcta eſt via quę ducit ad vitã: mihi iam ingreſſo lata eſt nimis. Itẽ modicum eſt qđ patior,quia nõ ſunt condigne paſſiones meæ ad tuam futurã gloriam. Modicũ etiã eſt collatum tuæ paſſioni & ſanctorũ qui per multas tribulationes intrarunt ad te. Modica itidem eſt tribulatio mea:quia ſemper eſt ei admixta conſolatio tua quæ mecum eſt,& mecum laborat:tñ iſtud modicũ ſcio quod nullum fructũ affert ideſt hoc & videbitis me quia vado ad patrẽ,vt vos ei cõmendem:atq; ducam. Ad peccatorem thema dicitur. ¶ Noſtris fratres quomodo iuſtis conueniat noſtrũ thema,quod ſi malis aptare velimus:oportet vt euertatur ſententia dicendo ſic. Modicum & videbitis me:& iterũ modicũ & nõ vidibitis me. Totaliter ꝙ in negatione permaneant non videntes deũ in ęternum. Qui nunc volunt deũ videre proſperum ſibi forte audient. Miſereamur impio ſcilicet afferendo ei deſideria cordis ſui & non diſcet facere iuſtitiã, quia impinguatus recalcitrabit,ſicut illi quos enu-

2.Cor. 4.d.

Modica eſt omnis noſtra virtus.

triui & exaltaui: ipſi etiã ſpreuerunt me. Iſtis ergo impinguatis & delicatis dicitur. Modicũ nunc gaudebitis in peccatis & non videbitis me euntẽ ad patrem meum: vos ad patrẽ veſtrum diabolũ ibitis ſepulti in inferno. O fratres quam modica eſt flagitii delectatio: dum adeſt remorſus conſcientiæ amariſsimus: dum attendimus quod tranſit mundus & cõcupiſcentia eius: dumq; videbimus quaſi ad oculum confuſionem ſequentem: quia quem fructum habuiſtis in illis in quibus nũc erubeſcitis? parua eſt hæc delectatio ſi leuetis oculos ad cœlum vbi eſt delectatio bona. Ne dicatur ergo de te. O peccator id quod de malis. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem fluentem lac & mel: & ad modicam delectationen veſtram ſequitur maxima cruciatio: de qua dicitur. Et non videbitis me: hæc eſt pœna damni quæ eſt maior quam pœna ſenſus. O ſuperbia quid dabitur tuis pro parua vindicta quam eis affers, quod non videbitis me inquit deus: quia nõ habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. O auaritia quid tuis dabitur pro diuitiarum modica iactantia? quod non videbitis me (inquit) deus: quoniam facilius eſt camelum per acus foramen intrare quam diuites in regnum dei. O luxuria quid tuo conferetur pro delectatione modica, quam ei nunc affers? quod non videbit me ait dominus: quia nil coinquinatũ intrabit in illã requiẽ. O inuidia quid emolumenti erit tuo pro rabie ſua, quia non videbit me: ait Chriſtus: quoniam inuidia ex bono proximi nutritur, & in cœlo omnes ſunt cumulati honore: nolo quod inuidus ibi ingreſſus amplius torqueatur: ideo inuidi regnũ dei nõ poſsidebunt. O gula quid tuis collatum erit pro ingluuie:

Modica eſt delectatio peccati.

Exclamatio ſtipẽdia peccatorum mala.



quod non videbitis me ait Ieſus: quia tollatur impius vt Adam de paradiſo ne videat gloriã dei, vetitum aut pluſquã oportet comedens. O ira quantum pro rixa dabitur iratis tuis? quod non videbitis me dicit dominus, quia turbatus eſt ab ira oculus veſter: & non niſi corde pacati deum videbũt. O pigritia quid tuis erit pro tua eis occioſitate collata & requie? quia & non videbitis me ait deus, quoniam qui non laborant pro anima ſua nõ mãducent ſuper menſam meam in regno meo, ex eo quod non feſtinant laborantes ingredi in illam requiem regni dei, quod vim patitur: & violenti rapiunt illud. Ad peccatores dic primum modicum ſuum: quia illiis dicitur. Modicum & iam nõ videbitis me. Ac ſi dicat. Iam cõtenti eſtote veſtro modico delectamento in præſenti: quia in futuro nõ videbitis me. Iam, ò peccator tolle tuũ modicum: & vade in ignẽ æternum: quia nõ videbis me. O quã modicũ eſt delectamentũ & quam exiguũ & munuſculũ quod pater Abrahã relinquit filiis cõcubinarũ, immo filiis demoniorũ. O quam modicũ eſt quoniam & ſi Dyoni. dicat, quod nemo operatur niſi ad bonũ aſpiciẽs, minus bonũ aſpicit peccator dum peccat, nam in vnaquaq; re tria bona poſſunt reperiri ſcilicet honeſtum & vtile & delectabile. Sed peccatũ caret honeſto: nam ideo primi peccatores viderũt ſe eſſe nudos. Et caret vtilitate: nam propterea nouiſsimi peccatores dicũt. Quid nobis profuit ſupbia vitæ: aut diuitiarũ iactantia qd contulit nobis? Omnia illa tranſierũt tanquã vmbra quæ omni caret entitate. Peccatori ſolũ remanet, quod minus eſt .ſ. delectabile & non totũ ſtat ei, quia etiã præſentialiter & ante oculos nr̃os tranſit mũdus & cõcupiſcẽtia eius

quæ teneri non poteſt. Nam delectatio peccati ſem
per eſt in fieri: quia quando facta eſt iam nihil eſt
vt vapor ad modicũ parens: & illud nihil dum fie
bat. ſ. peccatum non erat totũ delectabile quia pro
pter contrarium conſcientiæ remorſum initantem
ac renitentem: vñ porri ac allia: & cepe Egypti nõ
comeduntur ſine lachrimis: nam ait ſapiens. Riſus
dolore miſcebitur: Ecce igitur quam modicũ reſtat
peccatoribus qm̃ & teſte Iob gaudium hypocritæ
inſtar puncti qui omni dimenſione caret. Et nõ ſo
lum conſcientiæ remorſu miſcetur delectamentum
peccati ſed aliis erumnis ac laboribus plurimis: vñ
ait Seneca ad lucilum. Feſtina ad bonitatẽ: vt frua
ris teipſo. Altiſsimi philoſophi eſt hoc ſalubre con
ſilium. Nam peccator nõ gaudet nec fruitur ſe qui
ſepe triſtis: ſepe iratus ſepe ſtomachatus: ſepe cõmo
tus eſt. Ideoq; non fruitur ſe, ſicut nec infirmus nõ
fruitur vita ſua: nec ſuo corpore. Nam cuncta ſunt
ei in tedium ac faſtidium. Sic etiam peccatori cui
ad libitum pauca ſuccedunt. Igitur ſi vis, ò pecca
tor frui teipſo, feſtina ad bonitatem: ſicut infirmus
ad ſanitatem medicina virtutũ ſcilicet in vobis. Per
pende qualiter ad modicũ delectamentum malorũ
ſequitur hoc. Et non videbitis me. Quod eſt maxi
mum malũ eorum. Nam dũ quærit ſcotus: an deus
habeat miniſtros ad torturam malorũ, concludit,
quod habet miniſtros pro pena ſenſus: non tñ pro
pena damni, cuius ſolus deus eſt miniſter, quia nec
omnes creaturæ: nec alius deterior infernus nouiter
creatus ſufficeret; tantam eis dare penã quantã deus
inſligit eis ſolummodo ſubtrahendo ſe ab eis: nam
eſt infinitum bonũ quoniam ſi omnes infirmitates
non ſufficiunt tantum damnare corpus: nec omnes



dolores ei tantum nocent quantum ſubtractio ani
me, cur non dicam, quod ſubſtractio dei plus nocet
quam quicunq; infernus, ſane quidẽ. Igitur oremus — Pœna dã
deum dicentes. Ne auertas faciem tuã à puero tuo. — ni eſt ma
¶ Timete igitur fratres hanc comminationem: & — ior infer
iam non videbitis me. Nec enim maius malũ po — no.
terit ipſe deus vobis ingerere: eſt eñ hoc atrociſſi
mum omniũ malorum: vt ſentiebat ille qui deo di
xit. Cur faciẽ tuam abſcondis: & arbitraris me ini — Iob.13.d
micum tuũ, contra foliũ quod vento rapitur, oſten
dis potentiã tuam; & ſtipulã ſiccã perſequeris? Nil
aliud fecerat deus contra Iob niſi ab eo faciem ſuã
abſcondere; & conqueſtus dicebat. Contra folium
oſtendis potentiam tuam? Ecce quomodo in pœna
damni eſt maior potentia dei quam in pena ſenſus.
Nam ex pœna damni ſequitur cum miniſtris pœ
na ſenſus; ideo Iob dixit qđ abſcondita facie dei
manebat anima eius ſicut folium raptũ à turbinis
vento; & ſicut ſtipula ſicca igni aptiſsima. Folium ra
ptum eſt anima damnata: & ſtipula ſicca eſt corpus
damnati. Nam vtriſq; maximum accedit, malum ex
facie dei ſubſtractione. ¶ De bonis autem homini
bus quid amplius dicam? qm̃ ſi oppoſita iuxta ſe
appoſita magis eluceſcunt: ſatis liquet quam bonũ
eſt illud. Iterum modicum & videbitis me. Modi
cus eſt virtutis labor: quia iugum laboris nobiſcum
portat Chriſtus, qui maior nobis eſt: & quando bos
magnus ſocium habet bonẽ minorem: totus labor
eſt maiori. Chriſtus vſq; hodie nobiſcum laborat: — Mecũ ſit
noſq; portat. Ideo namq; dicit. Venite ad me om — & mecũ
nes qui laboratis: & onerati eſtis &c. Nec dixit. Tol — laboret
lite crucem meã: & ſequimini me ſed crucem ve — Chriſtus
ſtram ſcilicet modicam. Et adhuc ero vobis Simõ

cireneus qui interpretatur occurrens:quia præoccupat Chriſtus operarios ſuos:vt eos adiuuet.Tamen in præmiũ dicit.Et videbitis me.O felix promiſsio Fœlices qui regem in decore ſuo videbunt.Maximo pondere dicendum eſt. Et videbitis me amici veſtrum:qui vos in finem æternum dilexi,Benedicentem vos venientes ad regnum patris mei.Congratulantem reuertenti filio:cui ſtolam primam cõferam.Dantem centuplum vt ditem diligentes me, & theſauros replentem electorum ſpecimen electũ ex milibus. Fatigatos ex itinere fouentem & amplexantem,Gaudio plenum,vt gaudeat cor veſtrũ, & nemo tollat illud humaniſsimum,& vnicum vobis os ex oſsibus veſtris in quem deſiderant angeli proſpicere laudantem vos corã patre meo & coram angelis dei in gloria menſurã plenam conferẽtem in ſinum veſtrum coagitatam Nazarenum iam fructificaſſe ac fructum plurimum attuliſſe. Oculis veſtris propriis,& mundo corde intus & extra. Plenum gratiarum & gloria ex qua accipient vniuerſi. Quem toto corde diu quæſiuiſtis ſolicite. Remuneratorem laborum veſtrorum vſq; ad capilli veſtrum. Sedes gloriæ adimplentem & ruinas ac iuſticias veſtras. Trono meo victores collocantem mecum.Vobis miniſtrantem adipem deitatis & medulam tritici. Chriſtum chriſtos meos fruitione vngentem in gloria quam mihi & vobis præſtet ipſe Ieſus;qui cum patre &c.

Videbitis me in gloria.

¶SERMO. XLIIII. DE GAVDIO SINgulorũ in dominica tertia poſt paſcha.THEMA. Gaudebit cor veſtrum.Iohan.16.

¶Inuocatio ad virginem.



NOn ſolũ letiſsima eſt deipara virgo,ſed ipſamet angelorum ac dei deorum leticia:nam ſi Paulus tantum letabatur in eis qui verbum dei ab ei⁹ ore receperant qd̃ ſcripſit eis dicẽs. Fratres mei gaudium meum:corona mea. Quanto letior dei:ius vocare poterat Maria gaudium ſuũ, quando ei per angelum verbum dei tranſmiſſum eſt,& receptum,immo & ipſe deus videns eam audientem gratiſsime verbum ſuum ſubſtantiale,qd̃ eius eructarat ab æterno cor qd̃ & eſt cor dei.Tunc ergo Maria dei gaudium dici potuit: quando dixit deo. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Quod in te non eſt factum fiat in me per te. Illud verbũ fiat in me per quod facta ſunt omnia, per quod cuncta ſubſiſtunt: factor deniq; fiat. Illud verbum æternum quod eſt ſecundum à te, quia filius eſt ſecunda trinitatis perſona, ille qui eſt à te ſecundus, fiat ſecundus à me quæ in matrem ſum electa: vt video. Iam deſidero quod promittis ſcilicet verbum tuum fiat cito ſecundum à me quod eſt ſecũdum à te.Et fiat mihi ob tuam benignitatẽ ex me quamuis ego inmerita ſim. Sic ergo in die leticiæ cordis eius factum eſt verbum patris caro: hoc eſt in Maria quæ eſt gaudium dei.Et cum gaudiũ ſemper ſit patulum & latum:quia amplificat. Sequitur quod ianua Mariæ ſemper eſt aperta ſemperq; eſt tempus miſerendi eius:vt gratiam impetremus in tempore oportuno. Accedamus ergo ad leticiam dei Mariam pro gratia leti:vt gaudeat cor noſtrum dicentes Aue Maria.

Phi.4.a.

maria eſt leticia dei.

¶Argumentum dicendorum.

¶Gaudebit cor veſtrũ verba ſunt Chriſti prędicẽtis apoſtolis ſuis gaudiũ reſurrectiõis ſuę:nã ſicut ſocii

fuerunt triſticiæ Chriſti ita & reſurrectionis ideoq
Pœnitentiæ gaudiũ apoſtolorũ. dixit eis. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, ſed
ne putent iterum verſa vice gaudium vertendum
in triſtitiam ſubintulit. Gaudebit cor veſtrũ & gau
dium veſtrũ nemo tollet à vobis, Nam triſtati fue
rant quando ablatus eſt ab eis ſaluator, ſed cũ mors
ei vltra non dominabitur, nec faceret deus poſt re
ſurrectionem vltra ab eis volare doctorem ſuũ, ni
ſi ad aſtra, qñ videntibus illis eleuandus erat, mere
to concluſit Chriſtus, gaudebit cor veſtrum, & gau
dium veſtrũ nemo tollet à vobis. Vbi voluit innue
re ſe daturum illis illũ fructum ſpiritus ſancti qui di
citur gaudiũ eo modo quo ſancti in cœlo poſsi
dent illum: ſcilicet in auferibiliter per tentionem.
Diuiſio. Due erunt partes, in prima dicam thema his perſo
nis de quibus ſit mentio in euangelio, in ſecunda
autem nobiſipſis: vt participes ſimus tanti gaudii.
Prima pars. ¶ Cũfeſus Ipſe de cœlo ſit, & de terra dilectꝰ deo &
hominibus: ſatis liquet ꝙ omnibus thema ingerere
valemus, nec abire in præſentiarũ multiplicatur gau
dium, ſed congruentiſsime: nam in hoc euangelio
ſit mentio de patre: quia ad patrem inquit vado.
Et de ſpiritu ſancto quia de eo dixerat paulo an
te. De meo accipiet & annunciabit vobis. Et de fi
lio, quia qui loquitur ipſe eſt. Et de eius humanita
te: quia ſecundũ eam ad patrẽ vadit factus viator.
Et de Maria dei genitrice: quia ideo dicitur Chri
ſtum feciſſe mentionem de muliere parturiẽte, quia
Maria nos peperit iuxta crucẽ. Et de apoſtolis etiã
ſit verbũ, quia cum eis loquitur: & de mundo, quo
niam ſequitur. Mundus autem gaudebit. Vt à patre
Cõmune gaudiũ. igitur exordiar: quis non dicet ei gaudebit cor ve
ſtrum: cum & pater Ioſeph reuixit præ gaudio in



uento filio regnante. Et ille pater euangelicus epu
landum & gaudendum indicat cum filio de regio
ne longica reuertente, quanuis veniat pauper & do
lens: immo & ſenior Thobias plurimũ letatus eſt,
qñ filius eius ad propria remeauit: quãuis antea di
xerat. Quale mihi gaudium eſt: qui in tenebris ſe
deo & lumen cœli non video. In tenebris videtur
ſediſſe pater & lumen cœli non vidit, quando non
ſurrexit pro filio, nec eſt auxiliatus ei in bello, nec
lumen cœli vidit qñ tenebratus eſt ſol: & lumina
ria cœli merere fecit ſuper Chriſtum: ſed nunc gau
det cor eius. Nam ſi quando natus eſt Chriſtus ex Gaudet pater.
matris vtero letabundus pater dixit ad eum. Filius
meus es tu, ego hodie genui te, poſtula à me: & da
bo tibi gẽtes &c. Quid nunc ei dicet, qñ natus eſt
homo perfectus in mundo ex gremio ſepulchri, nõ
inter animalia reclinatus, ſed inter ſanctos eleua
tus, veſtibus valde bonis indutos vidimus angelos
ad ſepulchrum non quidẽ ab alio quando à patre,
qui in filii natali ſolũ eis præcepit: vt gaudium ma
gnum ad paſtores nunciarent per aera volantes,
ſed iam carpunt mulieres plorantes, & non volan
tes ſentiuntur ſed ſedentes apparent non pannis in
uolutum ſed ſudariis nudatum chriſtũ oſtentantes.
Contemplans igitur Dauid æterni patris gaudiũ
ꝓphetauit & in ſpiritu ait. Dixit dñs domino meo, ps.106.a.
ſede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos ſca
bellum pedũ tuorum. Dominus & meus eſt pater,
ſed magis meus videtur filius, quia os de oſsibus
meis, & caro de carne mea, qui & ſurrexit propter
iuſtificationem meã: ideoq; ait. Dixit dñs ſcilicet pa
ter domino filio & meo quia humanato propter
me. Huic dicitur ꝙ ſedeat poſt laborem ſuſpenſio

nis in cruce vbi à ſiniſtris erat derelictus à patre
quando ſedem eius & quietem in terra colliſit. Qui
obliuioni datus videtur tanquam mortuus à cor=
de, ac ſi pater letaretur in morte filii: qui non leta=
tur in perditione morientiũ. Huic ergo filio à ſini
ſtris derelicto in paſsionis triſticia dicitur iam, vt ſe
deat: & quieſcat à labore redemptionis, ſedeatq́ ad
patris dextrã in potioribus bonis collocatus, qui in
deterioribus malis fuerat derelictus. Sed tempus ad
uertamus cum dicitur. Donec ponam &c. iam le=
tus pater reſpondere vult pro filio, non tñ triſtis
ſed leta vbi attende, quod propter reſurrectionis
leticiam voluit pater vt filii crucifixores reſipiſce=
rent & reſurgerẽt à peccato, quia filius ipſe pro eis
orauerat dicẽs. Pater ignoſce illis: quia neſciũt quid
faciunt. Pater hoc annuens vult trahere inimicos
Chriſti ſub pedibus eius, nec ideo eos deiectos pu
tes, ſed ſanctos quia ſcriptũ eſt. Adorate ſcabellũ pe
dum eius qm̃ ſanctũ eſt. Pedes Chriſti apoſtoli ſunt
quia in eis totũ peragrauit mundũ: ideoq; pedes ce=
uorum dicitur Chriſtus habuiſſe. Scabellũ pedum
pedibus adiutorium præbet: fecit equidem pater vt
inimici Chriſti apoſtolos adiuuarent ad opus euan
gelii, quia vt ait Lucas, turba ſacerdotũ obediebat
fidei, & de Saulo fit Paulus: vt fulcimentũ præberet
apoſtolis. Immo & quotidie ob reuerentiã Chriſti
reſurgentis reſurgũt ex inimicis noſtris ad eius ami
ciciam, vt ſint ſcabellũ pedum Chriſti: quia vſq; ad
extremum diẽ in prædictis pedibus ambulat chri=
ſtus per mundũ: ideoq; opus redemptionis & reſur
rectionis in die iudicii perficietur de quo ſequitur.
Gaudet filius. Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion &c.
¶ Nũc ſecũdo facile video idẽ thema filio integrum



qui letabundus ait. Data eſt mihi omnis poteſtas in
cœlo & in terra. Qui cuncta iure filiationis poſſe= Mathei. 28.d.
derat: iam ſe ea dicit poſsidere iure victoriæ poten=
tiſsime: quia victorem cũcta ſequuntur. De filii dei
gaudio gaudens propheta dixit. Poteſtas eius po=
teſtas æterna, & regnum eius quod non corrumpe
tur ſcilicet per aliam mortem: quæ corrumpere nõ
poterit regnum corporis ſui. In bonis & malis etiã,
qui ſunt vt cœlũ & terra datur Chriſto omnis po=
teſtas vt ſit iudex viuorum & mortuorũ. Et datur ei
omnis poteſtas in anima & corpore ſuo: quæ etiã
dicuntur cœlũ & terra. Et huic omnis poteſtas da
tur, & eſt non poſſe pati, qm̃ paſsio ex impotentiã
prouenit, ideoq; non poſſe pati eſt omnis poteſtas,
nec anima chriſti equidem poſt reſurrectionẽ triſta
ri potuit: nec ledi corpus. ¶ Audi & tu ſpiritus almẽ
quia gaudebit cor tuũ in hac feſtiuitate dũ videbis
opus tuum opus incarnationis reſtauratum, & ſu=
ſcitatum tabernaculum Dauid quod feceras in Ma Spiritus
ria. Ita gauiſus eſt ſpiritus domini: vt de eo dici va ſanctus
leat. Spiritus gaudens ætatem floridam facit. Nam gaudet.
per ſpiritum ſanctum refloruit caro Chriſti, & eius
ætas, dum in ea ætate omnes quidẽ reſurgemus ad
menſuram plenitudinis Chriſti. Dicamus ergo ſpiri
tui ſancto. Surge aquilo, veni auſter, perfla hortum Cant. 4. d
meũ: & fluent aromata illius. Aquilo ſpiritus triſtis
huius mundi fuit, qui oſſa Chriſti ſiccauit in cruce
dicentis ſitio. Sed auſter humidus eſt, ideoq; ſpiritũ
ſanctum ſignat, qui pluuiã adducit gratiarũ, vt reflo
reat Chriſti caro, odore ſuo ſeculũ reſperſit. Hortus
ergo Chriſtus eſt, qui floruit per ſpiritum ſanctũ in
reſurrectione, & ꝑ totũ mundũ fluũt aromata illius. Aĩa xp̃i
¶ Animæ etiã Chriſti liquefacte poſſumus dicere gaudet.

verba thematis: maxime dum dilectus dei filius lo
Cant.2.c cutus eſt ei dicens in limbo. Surge propera amica
mea columba mea formoſa mea in foraminibus
petre in cauerna maceriæ. Ac ſi clarius dicat. Re-
uertere columba ad archã corporis, vt totum dilu
uium paſsionis ſiccetur, intra in foraminibus pla-
garũ,& in laterali cauerna: ne domus tua ſit abſq;
habitatore. Foramina quatuor: & cauerna lateris di
miſſa ſunt in Chriſti corpore, cæteris tunſionibus
ſanatis & ictibus, quibus per omnem modũ in preſ
ſuris fuerat percuſum & humilitatum, tñ hæc fora-
mina relicta ſunt in eo, vt animæ noſtrę eſſent quaſi
colũbe volantes ad feneſtras ſuas: quia nobis pluſ-
quam ſibi dimiſſa ſunt. ¶ De carne autem Chriſti
Ps.108.d quæ iam letata eſt: ipſe dixit per prophetam. Caro
Corpus mea immutata eſt propter oleum. Ne fierent homi
Chriſti. nes ſicut hypocrite triſtes, oleo ſolebant perungi:
de quo alibi chriſto dicitur. Vnxit te deus deus tuus
oleo leticiæ præ participibus tuis. Participes Chri-
ſti fuerunt corpora, quę cum eo ſurrexerunt: tamen
quia de eis dubitatur, an completa ſit in eis reſurre
ctio, corpus Chriſti præ cunctis dicitur vnctum le
ticia, quæ oleo comparatur, quia in Chriſto multi
extenditur: ita vt caro eius immutaretur, ꝓpter oleũ
leticiæ reſurrectionis vſq; ad immortalitatem ina-
duendam. Tñ ergo gaudet cor Chriſti, quod fons
olei leticiæ effectum eſt, vt de plenitudine eius ac-
cipiant omnes: & dicat. Cor meũ & caro mea exul
tauerunt in deum viuum. Exultare eſt extra ſaltare,
& cum Chriſti corpus reſurgendo à ſepulchro ſal
tauerit extra ad deũ viuum, vt ab eo vitã animæ
accipiat, nota ꝙ verbum dei in corpore mortuo di
citur mortuum, in anima autem viua dicitur viuũ,



ad quod ſaltat corpus vt vitam capiat ſempiternã:
vnde & ei dico. Gaudebit cor veſtrũ quamuis lan-
cea perforatum. ¶ Gaudebit etiã cor veſtrum, ò Ma Et maria
ria, quoniam hæc verba nõ homo aut angelus ſed letatur.
filius dei dixit tibi: quando tu eum expectans dice
bas. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuũ, quan
do veniam & apparebo ante faciẽ dei &c. Si lo-
quente Elizabeth tñ letata eſt Maria ꝙ ait. Magni
ficat anima mea dominũ, & exultauit ſpiritus meus
in deo ſalutari meo, quid nũc diceret Maria in re-
ſurrectione: qñ ei maternitas vt ait ſcotus reſtituta
eſt? ſi plurimum letata eſt regina Sabba veniens à
finibus terræ ad Salomonẽ, qualiter Maria regina
cœli letaretur dum poſtquã Salomon ab inferis re
diens eam viſitauit: ac letificauit? mater Thobiæ mi
ſerat filiũ peregrinari lumen oculorum eius, & an-
xia viſitat loca, per quæ ſpes remeandi videbatur,
vt procul videret ſi fieri poſſet venientem: Maria
autem non minus anxia pro ſuo Ieſu quem ex cru
ce miſerat cũ cirographo redemptionis noſtræ, lo-
ca non viſitat memor illius quod ſibi dictũ fuerat
per prophetam. Expecta me dicit dñs in die reſur Sopho.
rectionis meæ in futurũ: quia iudicium meũ vt cõ- 3.b.
gregem gẽtes ideſt apoſtolos, & colligã regna ſci
licet de limbo & purgatorio: de quibus & Maria
ſequitur. Ipſi paſcentur & accubabunt: & non erit
qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſrael, letare
& exulta in omni corde filia Hieruſalem: dominus
deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit, gaude-
bit ſuper te letitia, ſilebit in dilectione tua: & exul-
tabit ſuper te in laude. Notatu digna verba ſunt
hæc, vbi in omni corde Maria letari iubetur, quo-
niam leticia mulierum & apoſtolorum qui gauiſi

ſunt viſo domino:& leticia orbis totius de quã di-
citur. In reſurrectione tua Chriſte cœli & terra le-
tantur. Omni hac leticia fruitur Maria:& in omni
corde eorũ gauiſa eſt gaudio magno valde. ¶De
2.pars. nobis nunc videamus qualiter cor noſtrũ gaudere
poterit: vel à quo ſumet exordium leticiæ vbi tot
Thre.2. ſunt rationes gaudiorum. Vel nunc letamini cum
Maria fratres,& exultate omnes qui diligitis illam
Maria le gaudete vniuerſi zelatoreres ei⁹:quia de ea dici po
tabunda teſt. Hæc eſt vrbs perfecti decoris gaudiũ vniuerſe
loquitur terræ. Vbiq; terrarum & ad nos extendit gaudiũ ſuũ
Maria:quę nobis ingerit thema dicẽs. Gaudebit cor
veſtrum. Cur ſic abſolute loqueris,cur ſic indeter-
minate? cur non ſignas de quo nobis gaudendum
eſt? Vnicum gaudium eſt Mariæ quia ſcilicet natus
eſt filius eius in reſurrectione nouus homo in mũ
do de quo ait. Dilectus meus mihi & ego illi: hoc
igitur gaudium habens Maria:iam propter illud nõ
meminit preſſure paſſionis, nec alterius gaudii,
ideoq; abſolute loquitur nobis:putans ꝙ notum eſt
Nunc tri gaudium eius & patulum. Nec dicit quantum gau
ſtari o- dere oporteat arbitrans nos ſcire ex euangelio,
portet. quod mulier cum parit triſticiã habet:& tanto ma-
iorem quanto maior eſt partus de quo ſic ad men
ſuram triſticiæ priſtine ſequitur eam gaudium, nec
precipue nobis nunc gaudendum eſt ſed poſt par
tum:ſumus equidẽ in continua parturitione maxi-
mi illius partus:de quo dicitur. Emiſsiones tuæ pa
radiſus. Triſtemur nũc fratres, & poſtea nimium le
tabimur poſtquã paradiſum pepererimus. In agone
ſumus vſque nunc & parturimus donec formetur
Chriſtus in nobis,quia tunc pariemus paradiſum:
nec triſtitia hæc pura eſt ſed gaudioſa ſed fructuo



ſa tanto partu,ideo penſemus fructum, & gaude-
bit cor noſtrum,quanuis modicum nunc nos opor
teat contriſtari in variis tentationibus:in quibus vt
ait alter apoſtolus. Omne gaudium exiſtimare de-
bemus,quantis in eas incidamus, quia firmiſsime
credendum eſt, quod dominus Ieſus faciet cum tẽ
tatione prouentum:vt probatio fidei & virtutis pa
tientiæ noſtræ multo precioſior ſit auro quod per
ignem probatur: hic aduerte quam optime Chri-
ſtus poſuit exemplum de muliere puerpera, quæ
dum prægnans eſt,plus gaudet in acetoſis:quam in
dulcibus,gratiuſq; comedit aliquãdo amara quam
dulcia,ſic anima quæ deum conceptum paritura eſt
in gloria,plus nunc letatur in aduerſis quã in pro-
ſperis,ſi digna inuenitur pro veritate contumeliam
pati:vnde de tali anima pœnitenti dicitur. Cor qđ Pro.14.
nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius Gaudiũ
non miſcebitur extraneus,ſcilicet demon, qui ſuis malorũ.
non cauſat gaudium niſi in rebus peſsimis: cum
male fecerint exultantes. In quo gaudent ſuperbi
qui in auibus cœli ludunt niſi in dignitatibus de
quibus triſtandum foret? O magnates interroga-
te iumenta, & docebunt vos, qualiter dignitatis
onus non eſt gaudium ſed triſtitia: nam ſi iumen-
tum oneres plus & vltra gemit, ſudat, & non ſal-
tat, ſed cadit, vos autem ſemper dicitis: affer affer
propterea quòd non onus ſed honorem inſpicitis
nequiter diuidentes: quod indiuiſum eſt. Gaudeat
cor humile in deiectione ſua,quia exoneratum cur
rere poterit ſine cura,quæ cor vrit,& ſecurius erit
& agilius in his quæ ſunt ad deum. De quo gau-
dent diuites huius ſeculi: cum nihil intulerint in
hunc mundum? nudi reuerſuri ſunt qui argentaria

thesaurizant, quia diues cum obierit nõ ſumet om
Pſalmus. nia, nec deſcendet cum eo gloria domus eius, ſed
48.d. ignominia, quando viri diuitiarum dormierint ſom
num ſuũ:& nihil inuenerint in manibus ſuis preter
diuitiarum labores & timores,& triſtitias, in acqui
rendo poſsidendo & perdendo, ideoq; dictum eſt,
quod non ſumet omnia diues ſed aliqua ſcilicet
penalia ſolũ: delectabilia dimittens. Gaudeat ergo
Gaudiũ cor pauperis Chriſti cum Lazaro, qui defunctus le
malorũ. tanter delatus eſt ab angelis in ſinum Abrahæ, vbi
omniũ bonorum reperit abundantiã, cuius extremi
tatis digiti guta reficere poterat diuitem epulonẽ.
De quo letantur luxurioſi niſi de luto niſi de limo
terræ cenoſo? Væ vobis ſimilibus porcis in voluta
bro luti, qui æſtuantes igne magno turpi refocila-
tis corpora veſtra, immemores q̃ proiecerũt ſe por
ci in mare æterne amaritudinis: de quo ait Iob,
Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum,& infan
tes eorum, exultant luſibus, tenent tympanũ & cy-
tharam,& gaudent ad ſonitũ organi, ducunt in bo
nis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcenderũt.
Gaudeat ergo qui caſtũ putat ſe habere cor, quia
huic dicitur gaudebit cor veſtrum. Vbi aduerte q̃
non immerito Chriſtus ex toto homine nunc dicit
gaudendum, cor ſignanter, quamuis totus noſter ho
mo interior & exterior exultabit in deo, ſed p̃ nũc
in lachrimarum valle ſolũ cor videtur gaudere,&
cætera membra non. Superbi gaudent in capite no
bis coronato, cupidi in oculis qui nutibus oculorũ
ibant, irati gaudent in naribus quorũ ſpiritus in na
ribus ſuis, guloſi letantur in ore: quia ſcriptum eſt.
Omnis labor hominis in ore eius: dum ſcilicet tan
tum comedit quantum vndiq; lucratur. Auari gau



dent manibus plenis auro & anulis, ſic etiam diuer
ſa vitia diuerſa membra peccatoris afficiunt nõ au-
tem cor, quia ideo gaudiũ peccatoris dicitur gau-
dium hypocrite, qui aliud prætendit extra: aliud
habet intus ſcilicet omne cor merens. Iuſti autem
triſtantur in capite humiliato,& in oculis quia eũ Iuſtorũ
tes ibant & flebant,& in naribus dum eſt pro ſua- gaudiũ.
ui odore fetor infirmorum, & in ore ſicco & fa-
melico,& etiã triſtãtur in manibus vacuis,& in pe
dibus nudis aliqñ dilaceratis,& in toto corpore ca
ſtigato frigore & nuditate, tamen cor eorũ ardens
in ipſis gaudet: propter quod ait apoſtolus. Quaſi 2.Cor.6.
triſtes ſemper autem gaudentes. Triſtes ad extra in
operibus duris: gaudentes ad intra quia gaudebit
cor veſtrum: vt ait thema. ¶ Et in iuſtis tanto am-
plius abundat gaudium quã tribulatio pro Chriſto
vbi aduerte q̃ de re magis noſtra plus gaudere ſo
lemus: vñ dominus in euangelio exemplũ poſuit de
muliere gaudente in filio vteri ſui, quem naturali
poſsidet iure:& diuino & ciuili. Nulla autẽ res ma
gis eſt ſanctorum virorũ quã deus meus: ideoq; am- Deus pl9
plior de eo leticia eſt. Quanquam multiplici ratio eſt meus
ne ſit noſter deus noſter nec ſit alia natio tam grã quã alia
dis quæ habeat deos appropinquantes ſibi ſicut de9 res.
noſter adeſt nobis, duas nunc afferam rationes qui
bus liqueat cur propinquior nobis eſt deus noſter
quam res vlla. Prima, quia inabdicabilis eſt,& inau
feribilis à nobis deus noſter. Neq; inſtantia neq; fu
tura neq; altitudo tenebrarum poteſtas: aut creatu-
ra aliqua nos poterit ſeparare à charitate dei quæ
eſt in Chriſto Ieſu noſtro. Vide tu ne proiicias eũ
peccando: quia nemo eum rapere aut furari pote-
rit de manu tua quin dum conabitur: aliquis hoc

facere, ſi tu reniteris intimior tecum manebit tibi
deus tuus: vt amplius gaudeas. Exemplum eſt in
quodam paupere à quo voluit aquilo rapere togã,
quod ipſe conſiderans fortius ſtringebat eam, &
hinc in de eum affligens ſepe concuſſum deiiciẽs
impellebat: tamen ille vtraq; manu togam tenens
ita eam appſicuit ad ſe ꝙ aquilo ceſſauit intuens
conſtantiam tenentis & amplexantis amplius veſtẽ
ſuam propter frigus ortũ & aerem. Sic iuſti fortius
applicant deũ ſibi, dum vident tribulationẽ ingruen
tem, & ideo amplius tunc fruuntur eo: vnde Pau=
2.cor.1.a lus ait. Sicut abundant paſsiones Chriſti in nobis
ita per Chriſtum abundat conſolatio noſtra, Vidẽs
ergo Dauid quod nemo poterat ſibi deum aufer=
Pſ.139.b. re, ſolum ſeipſum timebat quando dixit. Ne tradas
me dñe à deſiderio meo peccatori: ne forte exalten
tur. Nam deſiderium noſtrum malum, eſt tradens
deum: quod intingere ſolebat ſecum manum in
Malũ de catino cordis noſtri. Secunda ratio eſt quia multũ
ſiderium voluntariæ ipſe deus manet apud ſuos: & cum li=
noſtrum ber ſit nec dubium quin ſe poterit dare, quia de ſe
tradit & ſuis poteſt quòd vellet facere. Ego inquit mer=
nos de= ces tua magna nimis. Nec ſolum voluntariæ ſe cõ
moni. fert iuſtis deus, ſed amatoriæ vt ait Dyoni. & opor
tune importune tanquã filiis ſe nobis tribuit, ſtat ad
oſtium pulſans intrare deſiderat animã dicens, Ape
ri mihi ſponſa quia delitiæ meæ eſſe cum filiis ho
minum, & ſi mulier oblita fuerit vnici: ego nõ obli
Deũs li= uiſcar tui. Tam prompte ſe deus tribuit immo &
bens dat tam ardenter quòd citiſsime contrito peccata di=
ſe. mittit, & cuncta dona non ob aliud confert nobis
niſi vt ſe gratis & gratius det. Cætera dat vt det ſe
dat vt det, & deniq; cũcta facit vt ſe nobis ingerat,



qui in animas noſtras ſe transfert, & ſe ignem mit
tit in oſsibus meis. Has duas ſolummodo dixi ra=
tiones ob quas eſt deus noſter præ cæteris rationi
bus quæ in his verbis euangelii præſentis includũ
tur. Gaudium quod eſt in corde ſecurius perma=
net, & ſecuriſsimum quando nemo poſsit illud au=
ferre: etiam ſi vitam auferat. Tamen prima ratio vi
detur narranda prius: quia ipſe deus prior ſe nobis
confert. Gaudeat igitur fratres cor noſtrum cũ quo
ſola hæc optima paſsio manebit in cœlo, nam eius
quatuor ſunt paſsiones videlicet timor, ſpes, iuſticia
& gaudium, tribus primis conſopitis ſolum gau=
dium nobiſcum permanſurum ſcimus, & ideo am=
plius ei adherere oportet, quia vt ſapiens ait: nõ eſt Eccle.
oblectamentum ſuper cordis gaudium. Pulſo timo 30.c.
re, ſpe neglecta, triſtitia oblita gaudebit cor noſtrũ Ordina=
in cœlo, ſed his tribus eget vt gaudeat in via: vn= totũ cor
de arbitror Chriſtum de gaudio mentionem fecisſe ad gau=
ſe, nõ quia alias tres paſsiones voluit excludere (dũ dium.
ſumus viatores) ſed eas in ſeruis ſuis ad gaudiũ or=
dinare, vt ſic totum cor gaudeat, quæ quãuis aliquo
modo videantur ſibi contraire maxime in ſeculari
philoſopho: non cõtradicunt ſe in chriſtiano fideli.
Nam timor dei filialis non facit cor timidum aut
pauidum, ſed ledum, quia ſcriptum eſt. Timor dñi Eccl.1.b
gloria & gloriatio, & leticia & corona exultationis
timor dñi delectabit cor, & dabit leticiã & gaudiũ
in longitudine dierum. De alia autẽ paſsione cor=
dis ait Paulus. Spe gaudentes, Nec ob aliud gaudẽt
ſancti vehementer cũ inuenerint ſepulchrum in die
defunctionis eorũ niſi quod eis euenit ꝙ ſperabant:
& dicunt. Lignũ vitæ deſiderium veniẽs. Cupiẽs er
go diſſolui & eſſe cũ chriſto ſpẽ dirigit ad gaudiũ

De tertia paſsione cordis quæ triſtitia dicitur minime eſt ambigendum quin ad gaudiū ordinari valeat. Quoniam ſecundū Paulum eſt triſticia ad deū quæ ſalutem operatur: de qua dicitur. Cor ſapientium vbi triſticia. Et etiam propheta dixit. Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudinē mali ſcilicet peccati,& incedit curua & infirma,& oculi deficientes: & anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſticiā dñe. Conformiter huic prophete ait Aug. Peccator de peccato doleat: & de dolore gaudeat. Ecce igitur fratres qualiter totū gaudebit cor veſtrum,& quo modo eius omnes paſsiones ad gaudium veniant ordinande, vt ſpiritualiter cum Chriſto reſurgatis, habentes cum eo ſic dotes quatuor glorificati corporis veſtro modo, nam agilitas eſt in timore, quia vt ait ſapiens: timens deum nihil negligit. Impaſsibilitas eſt in ſpe quæ facit vt ferre nil ſentiamus, ideo non laborioſi ſed operoſi dicuntur ſancti, qui putant parua quæ ſufferunt propter ſpei magnitudinem. Claritas proprie cognitionis eſt in triſticia pœnitentiæ, quia ideo dictū eſt cor ſapientium vbi triſticia: quæ clarificat ingeniū. Subtilitas eſt in gaudio cor penetrante: vt cœlū valeat penetrare. Deus etiam ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti, cuius fructus eſt gaudium in præſenti gratiæ & in futuro gloriæ quam mihi &c. De gaudio bonorum lege Bedam ſuper id quaſi triſtes ſemper autem gaudentes, 2. Cor. b.

*Marginalia: 2.Cor. 7.c. — Eccl.7.a — Baru.3.d — Quatuor dotes ſpiritualiter habe. — Ro.15.c.*

¶SERMO.XLV. DOMINICE QVARTE poſt paſcha iuxta euangelium. THEMA. Expedit vobis: vt ego vadam. Iohā.16.



¶Inuocatio ad virginem.

Dominus Ieſus ſapientia incarnata dicit prædicatoribus ſuis. Qui me elucidant vitā æternam habebunt. In ſermone autem elucidatur Chriſtus, væ autem eis qui ſeipſos prædicant, quia iſtis aureola non promittitur, ſed elucidantibus Chriſtū, qui & ſi omni in ſermone pio elucidetur, maxime diebus iſtis in quibus de reſurrectione eius fari oportet, qua lucidior ſole viſus eſt, vt tenebras infidelitatis atq; triſticiæ expelleret: & animæ cuiuſq; fidelis diceret. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſsit, ſurge amica mea & veni. Hyems infidelitatis, imber lachrimarū abiit, & paſſio receſsit, flores id eſt nazareni ſcilicet Ieſus & ſui apparuerunt in terra noſtra iam leta & florida. Igitur in hoc ſermone clarificatur Ieſus, non tñ ſine gratia ſpiritus ſancti, quoniam in hoc euāgelio dicitur: ille me clarificabit, quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Hæc etiam claritas atq; expoſitionis gratia ad verbū dei elucidandum repoſuit ſpiritus ſanct⁹ in Maria, ex quo ei ſuperuenit, vt verbum carnem faceret: velut in pergameno viſcerum ſuorū ſcriptū; nō atramento nigro ſed feruido igne amoris diuini, qui vſq; hodie ardet in virgine, quæ nunc libentius cæteris temporibus gratiam verbi præſtabit, vt lucidior fiat Chriſtus eius: qui occumbēs in morte induxit tenebras ſuper vniuerſam terram, ſed oriente gratia eius in cordibus noſtris effugabuntur, pro qua obtinenda & ei offeramus Aue.

*Marginalia: Eccleſ. 24.c. — Concio Chriſtū clarificat & gratia animam*

¶Argumentum dicendorum.

¶Tota lex vetus anxia erat, dum dicebat, expectās expectaui dominum. q.d. duplici expectatione expectaui: nam expectabat operibus ſacrificiorū, quæ

*Marginalia: Pſa.39.a.*

omnia ad Chriſtum venturum ordinabantur.Et ex
pectabat ſecundo animi affectione,& rationabiliter
Aduētus quia venturus duplicis naturæ credebatᷣ.ſ.diuinæ &
expectatᷣ humane,ideoq; corporaliter & ſpiritualiter expectā
dus erat,qui nō minus iudeorū quā gentiliū expecta
tio futurus erat,qa iuxta apoſtolū ad hoc per ꝓphe
tam dicitur,Letamini gentes cum plebe eius.Dum
ergo tam lōga expectatione acti ſancti patres chri
ſtum dñi expectauerunt: nec mirum ꝙ triſtētur filii
eorum ſcilicet apoſtoli audientes receſſum Chriſti
tamen ipſe volens eos letos reddere ait.Expedit vo
bis:vt ego vadam.In ſermone dicā quomodo du=
Diuiſio. plex eſt via Chriſti,in prima parte de via leta,quę
terminatur in dextera patris,in ſecūda de via triſti
I.pars. quæ terminatur in cruce.¶ In ea cœna qua chriſtus
viaticum inſtituerat,optabat,vt eum interrogarent
apoſtoli de termino viæ ſuæ mirabili, & ſcitu di=
gno,qm̄ eſt precipua ſcientia viatorum ſequentium
eum:nam periculoſius ignoratur terminus ad quem
quā via ipſa.Cupiebat ergo Chriſtus,vt ſciſcitaren
tur ab eo,ad quē nam iret.qm̄ ex hoc pendebat ſci
re,quo & ipſi erant venturi, quis enim viatorū ne=
Incipitᷣ gligit ſcire:quo venturus eſt?Hæc ergo interroga=
euāgeliū tio tam ad eos,quam ad chriſtum faciebat,ideoq;
ait, vado ad eum, qui me miſit, & nemo ex vobis
interrogat me: quo vadis? ratio propter quam eum
non interrogant eſt,quia ipſi nolebant,vt iter age=
ret:nam princeps Petrus nec ipſum volebat ire:di=
cens.Bonum eſt nos hic eſſe,nec ipſe ad aliū ire cu
piebat: dum ait. Ad quē ibimus domine?nam verba
vitæ æternæ habes,Ideoq; iure nō interrogāt,quia
nemo interrogat de nō amatis:immo dum audit
quæ nolebat,triſtis efficitᷣ,ideo ſequitᷣ in euāgelio,qa



hæc locutꝰ ſum vobis triſticia impleuit cor veſtrū.
Gaudio pleni erant,dum Chriſtus aderat,cui dice=
bat vnuſquiſq;. Adimpleſti me leticia cū vultu tuo.
Nunc autem eius abſceſſu triſticia implentur nō tan
tum in facie,ſed etiam profundius in corde, cuius
quatuor ſunt paſſiones ſeu ſinus aut partes.ſ.ſpes,
timor triſticia & gaudiū. Nunc autem ex vno ſinu Intenſa
effluit in alios,vt totū cor triſticia redundet,& oc= paſſio a=
cupet illud caligo: & inuoluatur amaritudine.Me= lios tra=
rito quidē quia prædominans paſſio alias cōuertit hit.
in ſe,patet in maxima triſticia egypti, vbi tenebræ
palpabiles viſe ſunt,& aqua verſa eſt in ſanguinē,
& omnia repleta ſunt morte,& in vnaquaq; domo
erat plāctus primogeniti, vn̄ tota egyptus occupa
ta eſt à triſticia.Nūc autē res vertitur in oppoſitum
quia ſerui dei triſtātur:& mundus gaudebit.Tūc an
gelus percutiens,omne primogenitū egypti occide
re viſus eſt.Nunc autē Iudas angelus ſathane per=
cutit primogenitum dei,quapropter iure triſtantur
apoſtoli expectātes videre in cruce ſigna Egypti
iam innouata.Chriſtus autem volens huic triſticiæ
ſubuenire ait in reliquo euangelii.Sed ego veritatē
dico vobis,expedit quidē vobis:vt ego vadam.Paſ
ſus iſte cōmuniter exponitur à doctoribus de aſcen
ſionis via: poſtquam venit ad apoſtolos ſpiritus
paraclitus, Prima ratio propter quam expediebat
primum aſcendere quam dari viſibiliter ſpiritū ſan Cur non
ctum eſt,vt apoſtoli ſeparati à chriſti conuictu dul mittitur
ciſſimo velut ab vberibus,diſcant ſolidiorē cibum ſpiritꝰ ſan
ſpiritualem inquirere:& ad pura ſpiritualia peruo= ctus ante
lare.Secunda ratio quia ſpiritus ſancti ſolatio non aſceſſio
ita indigebant,donec Chriſtus aſcendit:nam antea nem.
ipſe Chriſtus ſeruabat eos, & poſtea peculiarius

ſeruauit eos ſpiritus ſanctus. Tertia ratio vt oſtenderetur, quod miſsio ſpiritus ſancti erat ex merito Chriſti & totius vitæ ſuæ, Vbi nota ꝙ licet Chriſtus meruit omnia in primo inſtanti conceptionis ſuæ; non tñ ſunt liberati ſancti patres donec realiter Chriſtus illuc deſcendit, vt clarius innoteſceret, quod eius meritis eripiebantur, & ſic noluit mittere ſpiritum ſanctum de cœlo, donec aſcendit illuc, vt id oſtenderet. Cui etiã aſcendenti patent cœli; ſicut deſcendenti patẽt inferni. Quarta ratio vt ſciamus non niſi de plenitudine Chriſti eſſe noſtram plenitudinẽ, ideo eam noluit dare, donec in ſe haberet tam in corpore quã in anima quam in loco totum etiã accidentaliter quod ad ſe pertinebat: hoc fuit in aſcenſione. Et hanc rationem innuit Iohannes dum dixit. Nondum erat ſpiritus datus, quia nõ erat Ieſus glorificatus. Quinta ratio quia maius ac plus dignũ quod cœlum habebat nõ debuit dare, donec reciperet à terra dignius quod habebat, hoc eſt corpus Chriſti: vbi attende ꝙ ſicut non deſcendit filius dei de cœlo: vt caro fieret donec recepit ſummum obſequiũ ſcilicet illud ecce ancilla dñi: ſic nec ſpiritus ſanctus deſcendit ad apoſtolos donec reciperet ſummũ obſequium, & fuit receptũ, quando chriſto aſcendente obtulit ei totam paſsionẽ ſuam & ſeipſum etiã pro nobis. Nam teſte apoſtolo introiuit Chriſtus in ipſum cœlum: vt apareat vultui dei pro nobis. Sexta ratio quia vt ait Thomas ſuperſe primũ caput Iohannis precipue datur ſpiritus ſanctus vt faciat animam ſuſpirare pro gloria cœleſti & quia confert ad amorẽ rei cognitio, & experientia eius: vnde prius quidem debuerunt videre gloriam Chriſti tam reſurgentis quam aſcendentis in



cœlum: vt ſic nimis diſpoſiti eſſent ad eius amorẽ. Septima ratio quia rex nõ ſolet elargiri dona, dum eſt in miſeria, ſed in ſua coronatione, ideo dũ chriſtus gloria & honore coronatus aſcendit: dedit dona hominibus. Octaua ratio quia non niſi Chriſto aſcendẽte diſpergendi erant per orbem, vt experirentur mundi pericula, quapropter tunc egent amplius ſpiritu ſancto, qui & doceret omnem veritatem prędicandã, cæteraꝗ; faceret neceſſaria, propter has ergo & conſimiles rationes ait thema: expedit vobis: vt ego vadam ſcilicet ad cœlum. ¶ Hunc locum & ſi poſt Cyprianũ omnes doctores exponãt de via aſcenſionis quam tetigi. Rupertus tñ doctor non intelligit hoc ſcilicet expedit vobis, vt ego vadam, niſi de via crucis, nam de via aſcenſionis nullus apoſtolorum triſtatus eſt, ſed propter viã crucis euenit eis illud. Triſtitia impleuit cor veſtrũ. Et vt hanc triſtitiã ab eis à moueret: dixit. Expedit vobis vt ego vadam. q. d. expedit me triſtari, vt vos gaudeatis, expedit me nudari, vt vos induã, expedit me torqueri, & cruciari, vt meo liuore ſanemini, me mori vt vos viuatis: alioquin paracletus cõſolator nõ veniet ad delendam triſtitiã veſtram ſi autẽ abiero mittam eũ ad vos ob merita mea. Nam dum inclinato capite emiſit ſpiritum Ieſus: effectiue meruit miſsionẽ ſpiritus ſancti ſuper ſuos. Sed hoc verbũ expedit vobis, vt ego vadam maximũ eſt, atꝗ; nimis expediens: & tanquam tale optabat illud Eſa. dum dixit de ſe & de aliis prophetis. Deſiderauimus eum virum dolorũ & ſcientem infirmitatẽ. Et pater Abraham tanquã multum expediens hãc viã laborioſam Chriſti optauit, dum tres in viſione cõſpexit, & vnum humanandum adorauit cui dixit, vt

2. pars.

Noua expoſitio ſup hunc locum.

Eſa. 53.

Expedit via crucis.

ſub arbore ſcilicet crucis requieſceret, & factum eſt quando inclinato capite obdormiuit Chriſtus in cruce. Quin & beata Maria hanc viam Chriſti optauit, ſicut pharmacũ amarũ optari ſolet filio egro. Nos in egretudine videbat: quos pharmacho Chriſti ſui ſanandos noſcebat. Ideoq́ illud ei optabat, ſciens quantũ expedit vnũ mori pro populo ne tota gens pereat. Hoc etiã optabat ſponſa dum aiebat.

Paſsio Crhiſti deſideratã. Can.5.a.

Veniat dilectus meus in hortũ ſuũ: & comedat fructum pomorũ ſuorum. Hortus dei non fuit paradiſus terreſtris, qui potius eſt luciferi, nam ibi fecit lucifer ꝙ voluit: & in illo ſpoliauit primum hominẽ & cõmune [illegible] ſtatuit apud ſe. Hortus dei eſt gethſemani: vbi ſit voluntas dei chriſto dicẽte. Non mea volũtas ſed tua fiat, comedat inquit fructũ pomorum ſuorũ. Poma Chriſti opera eius ſunt: fructꝰ horum pomorũ redemptio animarum, quẽ comedebat in cruce dum dicebat ſitio. Si autẽ vis plenius videre quantum expediat Chriſtũ ire ad crucem, lege introductionẽ paſsionis: & in prima litera prime partis alphabeti ſpiritualis inueniens duas & viginti rationes ob quas chriſtus iuit ad crucẽ: vñ merito ait. Expedit vobis: vt ego vadam. De operibus quæ facturus erat ſpiritus ſanctus ſequitur. Cũ autem venerit ille arguet mundum. Ecce optimã rationem cur expediebat Chriſtũ ire ſcilicet vt patrem orphanorũ & propugnatorem mitteret ad eos: nã pro eis arguit mundũ etiam totum de peccato & de iuſticia & de iudicio. Mirũ quidem ꝙ iudex nũc ſpiritus ſanctus miſſus ſit, nam oportet, vt rectus iudex, non acquieſcat precibus, nec muneribus flectatur, ſpiritus autem ſanctus orationibus & lachrimis vincitur. Iudiciũ ergo potius ad potentiam patris

Opera ſpiritus ſancti.

Cui ptinet iudicium.



aut ſapientiam filii, quam ad beniuolentiam ſpiritus ſancti pertinere videtur. Igitur quomodo mittis ſpiritum ſanctũ qui bonitate ſua plenißima in omnes benignus eſt? aduerte clementiã Chriſti, quã non timore ſed amore inimicos ſuos confundit, ne fugiant, ſed reſipiſcant, & cõuertantur, & ſanet eos. nam omni mundo e⸗pedit, vt talem iudicẽ mittat chriſtus, alioquin nõ fieret ſalua omnis caro. Et merito hic iudex mittitur cõtra eos qui peccantes in ſpiritum ſanctũ per inuidiam tradiderunt chriſtũ: nam inuidia fraterne gratię eſt peccatũ in ſpiritum ſanctum, ideo ipſe in quẽ peccatur veniat, vt iudicet feram peßimã deuorantem Chriſtũ dñi. Nunc vt mitius iudicet mittitur iſte dilectus iudex amoris, in iudicio autẽ vltimo areſcentibus hominibus ꝑ timore veniet filius dei poteſtate magna, & maieſtate, mũdanum quemq́ arguere terribiliter, ꝓ manſuetis terræ. ¶ Sed videamꝰ: quid ſibi velit iſte iudex? Arguet inquit mundũ de peccato: quia nõ crediderunt in filiũ dei. In futuro iudicio: de operibus fidei exigetur à nobis ratio: nunc autẽ ſpiritus ſanctus quærit ſolũmodo arguere de effectum fidei. Optime quidẽ incipit iudicium ſuũ. Quia maius peccatũ inter cætera eſt infidelitas: nam quis (vt ait Ioh.) eſt antichriſtus niſi qui non credit in filium dei? ſi vt ait philoſophus, paruus error in principio, maximus eſt in fine, qd nobis dicendũ de maximo errore in principio? creſcet ne adhuc amplius in finẽ? maximus error in principio eſt infidelitas: nam fides eſt fundamentũ ac radix rerum ſperandarũ, quo ſublato, ſpiritus ſanctus nõ habet, vbi reponat fructꝰ ſuos: quos imptiri deſiderat. Vtinã nos plantemus arborẽ fidei in cordibus noſtris: vt ſpiritus ſanctus incrementũ præſtet.

Infidelitas maximũ peccatũ eſt.

Ianua ergo donorum dei eſt fides:& hanc ſpiri-
tui ſancto claudit:qui non credit in filium dei.

Ad patrẽ vadit xp̃s & iuſtus,peccator autem recedit.

¶Secundo arguit mundum de iuſticia Chriſti,quæ
ſtat in hoc,quod eſt ire ad patrẽ.Multipliciter chri-
ſtus iuit patrem:etiã in cœlo vbi dum ſpiritum ſan-
ctum ſpirat,ad patrẽ dicitur ire, nam ſpiritus ſan-
ctus eſt amor filii ad patrem,& patris ad filiũ im-
penſus & repenſus vt ait Ricardus. Dum etiã pa-
ter & filius inquantum vnũ ſunt, ſpirant ſpiritũ ſan-
ctum,filius id ad patrẽ,vt ſecum ſpiret ſpiritũ ſan-
ctum:quanuis ergo filius à patre procedit,ad eum
vadit,quia etiam ſemper in eo manſit. Ecce igitur
quomodo etiã in cœlo ad patrem vadit filius,quin
& à cœlo veniens vadit ad patrem:dum per patris
obedientiã venit:bonus autem obediens quocunq;
vadat, principaliter quo ad intentionem tendit in
eum,qui miſit illũ, ideo ſemper Chriſtus etiam de-
ſcendens de cœlo ad patrẽ iuit. Et ſignanter venit
Chriſtus in mundum:vt in membris ſuis iret ad pa-
trem,& omnia opera mirabilia quæ fecit, ea patra-
uit,vt ſcirent homines eũ abiiſſe ad patris equalita-
tem.Opera moralia quoq; fecit vt videntes glori-
ficent patrem in filio:& etiã ad crucẽ vadit:vt ibi
dicat.Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum.
Centurio Chriſtũ etiã morientem ad patrẽ ire con-

Eamus ad patrẽ

ſpexit:qñ dixit.Vere filius dei erat iſte. Et in aſcen-
ſione vadit: vt oſtendat præſentialiter patri omnẽ
gloriam ſuã.O fratres mei quantũ eſt in omni ope-
re noſtro ire ex intentione ad patrẽ,ire ex induſtria
mentaliter ad patrẽ:ire per mentis eleuationem cõ-
tinuam ſemper ad patrem:vt ſurſum corda habea-
mus.Hæc eſt omnis iuſticia noſtra:quia ad patrem
vado: vtinam clericus veredicat. Ad patrem meũ



petrum moraliter vado: & monachus. Ad patrem
franciſcum vado.Et omnes dicamus opere.Ad pa-
trem Chriſtũ vado greſſibus operum.Vtinã non ſi-
mus vt agar ancilla ſarre,quæ non ibat,ſed venie-
bat à patre Abraham recedens ab eo, nos quidem
à patre recedimus,dum ſpernimus,quę placita ſunt
ei.Eos ergo ſpiritus ſanctus arguit de iuſticia, qui
à patre recedunt,ſicut angelus arguit agar,donec
eam reduxit: & eos laudat de iuſticia qui morãtur
apud patrem vt filius ſenior: cui pater dixit. Om-
nia mea tua ſunt:nam hic eſt heres ſicut Iacob vir
ſimplens qui nõ recedebat à domo patris:& ſic me-
ruit benedictionẽ. ¶Arguit tertio de iudicio, quia
princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Arguit mũ-
dum de principe ſuo iam damnato. Quid mirum ſi

Mundus dãnabitͬ.

damnetur mundus:cum habeat iam damnatũ prin-
cipem ſuũ?nunquid ſeruus eſt maior dño ſuo? do-
minus mundi demon iam iudicatus eſt,& damna-
tus,quid ergo erit ſeruo ſuo?certe poſtmodũ & ci-
to audiet. Ite in ignem æternũ: qui præparatus eſt
diabolo ſcillcet principi veſtro & angelis ſuis. De
tali mundo ſcriptum eſt. Mundus eum non co-
gnouit. Errauit in intellectu per infidelitatem: de
qua primo diximus, & errauit in affectu per pra-
uitatem,de qua ſecundo retulimus, ideo quia no-
luit intelligere vt bene ageret, damnatur cum prin-
cipe ſuo ſimilia faciente: nam mundus ex patre
diabolo eſt. Fœlix qui dicere poteſt. Venit princeps
mundi huius, & in me non habet quicquam, nec
de peccato quod commiſi, nec de iuſticia quam
omiſi:nec de iudicio: quod contempſi. In me non
habet quicquam de peccato, quod non diſsimulo,
nec de iuſticia,quia eã ordino,nec de iudicio,quia

non temere iudico. Si hoc fecerimus fratres, non
timebimus iras iudicis huius, qui adhuc per con-
ſcientiæ ſtimulos arguere non ceſſat eos,qui prædi-
ctis malis innodantur,qui peccatum committunt,qui
iuſticiam omittunt: qui iudicium dei contemnunt.
Sic enim gloſat Auguſtinus tria verba prædicta.
Bernardus autẽ dicit,quod qui peccatũ diſsimulat,
& iuſticiam nõ ordinat,& temere iudicat arguẽdus
eſt:atq; damnandus cũ principe ſuo talia faciente.

Demon eſt iudicatus.

¶Sed quia addidit Chriſtus,& princeps mundi hu-
ius iam iudicatus eſt, videre oportet qñ, & propter
quid iudicatus ſit,de quo ſufficiat hoc:qđ ait Chry-
ſoſtomus. Iudicium demonis confirmat iuſticiam
Chriſti:quia morte iniuſti hominis nõ poſſet demõ
damnari:eſt autem iudicatus cum non eſt Ieſus de-
tentus in limbo. Hæc ille:in die igitur reſurrectio-
nis iudicatus eſt demon,& Chriſtus ereptus ab eius
carcere:ſcilicet morte. Iudicatuſq; eſt vt in inferno
clauſus maneat:quia deus mortem & auctorẽ mor-
tis in ſempiternum præcipitans adiudicauit, Chri-
ſtum nõ poſſe teneri nexibus mortis. Igitur demon
damnatus & iudicatus eſt, Chriſtus autem ereptus
à doloribus inferni, & cum ipſe ſit caput noſtrum,
cum capite ſunt & membra erepta,atq; liberata:vñ
iure dixerat Chriſtus apoſtolis. Si filius vos libera-
uerit:vere liberi eritis. Ecce igitur quantũ expedie-
bat, vt Chriſtus ad crucem iret, ad quam omnes
damnati eramus,& occaſione Chriſti erepti ſumus,
ſicut occaſione capti regis liberantur ſui ſtipendia
& precio eius:ipſo pro omnibus ſoluẽte. ¶Nũc fra-
tres ſupereſt dicendũ de via cõtemplationis ad illu-
minationes,atq; de via paſsionis ad actiuos:nã per
has duas vias expedit vobis ire. per primam men-

Iuſtitia Chriſti.



te per alteram pariter & corpore. Alioquin paracli-
tus non veniet ad vos,qui ſi venerit arguet mun-
dum minorẽ: nam quos amat ſpiritus ſanctus ar-
guit, & caſtigat: & quaſi pater in filiis complacet
ſibi in eis. Tria ſolet arguere ſpiritus deuotionis
ſcilicet peccatũ proprium,& iuſticiã Chriſti,& iudi-
cium demonis. Nam de primo dicitur. De propitia-
to peccato noli eſſe ſine metu: ideſt de peccato iã
per per pœnitentiam remiſſo. Væ autem illis, qui nõ
agunt pœnitentiã, aut recidiuantes irritam faciunt:
quam fecerant. Nam iſti arguendi veniũt de multi-
plicato peccato. Ad incipientes ergo pertinet argui
de peccato: ad proficientes vero argui de iuſticia
Chriſti. Nam ſi Chriſtus dei filius non intrauit glo-
riam patris ſui ſine operibus iuſticiæ,quid erit no-
bis:quibus dictum eſt. Niſi abundauerit iuſticia ve-
ſtra pluſquã ſcribarum & phariſeorũ:non intrabitis
in regnũ cœlorum: perfecti vero arguãtur de iudi-
cio principis mũdi huius:qui propter ingratitudinẽ
ſuam damnatus eſt. Si ergo deus huic tanto princi-
pi non pepercit ſuperbo: quid erit tibi terra & ci-
nis? expedit quidẽ tibi humilitatis via,quam vt ſe-
quamur: deus aliqñ recedit à nobis. Fœlix qui ni-
mium ſentit abſentiã dei:vt Iob dicens. Quis mihi
det:vt ſim iuxta menſes priſtinos ſcilicet conſola-
tionis:quando deus erat mecũ in tabernaculo meo,
& ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum,ideſt
eleuatio mentis: & petra ideſt cor meum durũ fun-
debat mihi riuos olei per lachrimas:& lauabam pe-
des meos butiro ideſt affectus meos deuotione &c.
Talis non eſt negligens de ſua ſalute: ſed inter-
rogat. Domine quo vadis? Ad hanc interrogatio-
nem potius tenentur monachi: nam teſte Gerſone,

Moraliter duplex via.

De argumẽtis ſpiritus.

Iob.29.a

Argue teipſum.

aſtricti ſunt ad perfectionem tendere,& facient,ſi ſe ſemper arguant per conſcientiæ remorſum,ſi ſui mundum minorē ſemper corrigant,& prælatū corrigentem diligant. Nam ſpiritus dei habitat in prælato: qñ ſubditum arguit, quando autem eū palpat nō eſt prælatus. Virga igitur correctionis egrediatur de radice ieſſe:hoc eſt de incendio charitatis ad ſubditos: vt corrigantur per ſpiritū amoris, & tunc dicet. Expedit vobis:vt ego vadam ſcilicet ad corrigendum vos. Sed vt ad chriſtū reuertamur aduertite, quod eum ad crucē ire expedit angelis, & beandis,& cruci ipſi,& deuotioni noſtræ,& electioni diuinæ,& fidei chriſtianę,& gratiæ conferēde,& humilitati,& innocentiæ primæ,& liuoribus noſtris,& miſericordiæ ſuæ,& nazreis,& oneribus & pœnitentibus,& quærulosis,& regno eccleſiæ,& ſcripturis,& tentis in limbo,& victoriæ martirum & chriſtianis omnibus.

Via crucis expedit ob multa.

¶ Expedit ergo.

¶ Angelis:vt ruinas eorum impleat. Beandis:vt eis beatitudinem acquirat. Cruci ipſi:vt omnibꝰ lignis ſiluarum præponatur facta lignum vitæ. Deuotioni noſtræ,vt ibi copioſior ſit ei materia. Electioni diuinæ:vt ſignati ex omni tribu veniant. Fidei chriſtiane:vt ibi cognoſcatur filius dei. Graciæ cōferēde,vt ex alto crucis effluat impetu maiori. Humilitati,vt deū habēs ſectatorē amplius honoretur. Innocētię,vt ibi reſtituat̄ eius ſtatus,quo nudi erāt,& nō erubeſcebāt. Liuoribus nr̄is vt dicāt:liuore eius ſanati ſumus. Miſericordiæ,vt ibi decētius vtatur ea ꝓ nobis chriſtus & econtra. Nazareis tuis:vt tibi offerantur religione perpetua. Oneribus noſtris,vt imponātur humero tuo Chriſte. Penitentibus:vt ſis eis exemplum

xp̄m ire ad crucē expedit.



domine. Quærulosis,vt taceant viſo te punito,cui pater non pepercit. Regno eccleſiæ: vt ibi fias rex iudeorum ideſt confitentiū nomen tuum. Scripturis ſacris,vt impleantur,& conſumentur. Tentis in limbo:vt eruantur ab eo. Victorię martyrum:vt per paſſionem tuā vincant mundum. Chriſtianis omnibus, vt ſanguine tuo vngantur,& pinguedine viſcerum tuorum hic per gratiam,& in futuro per gloriam, quam mihi & vobis præſtet ipſe Ieſus qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit.

## ¶ IN DOMINICA QVINTA POST paſcha:ſer.46.de petitione & gaudio. THEMA.

Petite & accipietis vt gaudium veſtrum ſit plenum. Iohan.16.

¶ Inuocatio ad virginem.

DE Alexandro magno perhibetur cuidā pauperi vnam ciuitatē dediſſe:quam cum ille recuſaret accipere:dixit ei rex. Si tuæ paruitati magna eſt donatio hæc; meæ magnitudini parua eſt. Tam magnus agnoſcitur deus noſter rex omniū ſeculorum, quod non ſolū vnam confert ciuitatem vni ſed plurimas cōtulit regibus,immo cuilibet pauperi iubet,vt acquirat primum regnū dei,quod procul dubio ſolus ipſe deus dare poterit &c. ſuperaddit:quia omnia inquit adiicientur vobis. Ex his ſequitur, quod qui plura petit gratior eſt deo diffuſiuo ſui:vñ cum Maria maiora petierit quam angeli,plus placet ei;immo nec omnes ſancti quibus præſtatur gratia per partes: tantū petierunt quantū Maria multum petiit deus à patriarcha; primo qñ poſtulauit vnigenitum dilectū Iſaac ſibi immolandum,ſed parua hæc petitio fuit:nam quod dederat

Maria pluspetit omnibus ſanctis.

petiit: Maria autem nihil heſitant petiit ab æterno
patre filium conſubſtantialē ſibi ac diuinū imum
quem ei dederat vt crucifixeret eum pro nobis
cruce humanitatis noſtræ:nam corpus hominis q
Maria dei filio dedit crux fuit ei & admodū crucis
diſponitur. Iuxta magnificentiā principalem arbitra
tus eſt Aſſuerus regine Heſter conferre qn̄ ei dixit
q etiam ſi dimidiam regni partē peteret, impetra
ret, ſed rex æternus pater poſuit in corde Mariæ,
vt peteret ſibi & nobis filium dei à deo, qui eſt to
tum quod pater eſt, & citius obtinuit quam diceret
fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et datus eſt ei
filius altiſsimi tam principaliſsima largitate: taliq
additamento quod quicquid vltra peteret impetra
ret: vnde vt gratiam prædicandi nobis obtineat ei
aue præſentemus.

¶ Argumentumdicendorum.

¶ Petite &c. vt ſupra. Duo in his verbis videlicet
promotionem ad petendū. Petite inquit & accipie
Intellectꝰ & voluntas docentur. tis. Et declarationē petendorū, vt ſciamus quid pete
re debeamus, & eſt, vt gaudium noſtrū plenum ſit.
Primo roboratur puſillus grex. 2. ignorans quid
petere debeat docetur: vt ſic intellectui & volunta
ti ſubueniatur: vt ſciat homo & etiā audeat petere
Diuiſio. in prima igitur ſermonis parte de petitione agam
in. 2. autē de eo quod petendū eſt: nec enī nobis mi
norem gratiā fecit Chriſtus in ſecuritate petitionis
dum addit accipietis, quā in explicatione petendo
rum dum intulit: vt gaudium veſtrum plenum ſit.
1. pars. ¶ Nunc dn̄s noſter Ieſus expedit ſe: volens ſuos re
linquere: & ne triſtes remaneant ſine tanto patre
& paſtore eos liniebatur blanditiis inquiens: petite
accipietis. Hoc præſidium maximum putamus er



ga apoſtolos: quia præcioſiora vltimo dari ſolent.
Sed vt clarius eluceſcat negotium petenti, & quali Quā malū ſit ab hominibus petere.
ter petere ſit chriſtianum præſidium illud impugnā
tes dicamus Chriſto in perſona cuiuslibet apoſto
li. Dn̄e mendicare erubeſco amplius vellem à te au
dire, date & dabitur vobis, quam petite & accipie
tis. Dum nos petere iubes paupertatē noſtram oſtē
dis, ſi autem facultatē nobis dandi conferres prius
diuites faceres & acceptos omni plebi. Vt videa
mus quā melius ſit dare quam accipere, aduerten
dum eſt dictum illud quid quidā miles defferebat in
armis ſuis & ſignis videlicet. Dare libertas: accipere
ſeruitus eſt: hoc adagium ex illo videtur deductū
quod ſapiens ait. Diues pauperibus imperat, & qui Pro.22.b
accipit mutum: ſeruus eſt fenerantis. Ecce qualiter
dare libertas, accipere ſeruitus eſt, quia imperare li
bertas eſt: & ſeruus fit qui accipit. Quod cernens
ipſemet ſapiens ibidē ſubiunxit. Victoriā & honorē
acquirit qui dat munera animā autem accipientiū
aufert. Vis in cauſis eſſe victorem: da. Ille ſecurius Ne accipias munera.
victoriam obtinet qui iudicibus plura confert. Cau
ſidicis hodie contingit ſicut piſcatoribus, qui piſcā
di virgam rectam tenent, dum non accedit piſcis
ad paratum hamum, ſi autem capit eſcam, & aut
ore attingit eam ſtatim educit virgam putās ſe ali
quid capere; & ſic cupiditate curuat eam. O iudi
ces qui iam eſtis piſcatores effecti & virgam iu
ſticiæ feciſtis arundinem piſcationis: quia quod
cunq; munus etiam paruū nimis tortam facit, & à Munera vincunt.
rectitudine deuiantem iuſticiā veſtram, & ſic victo
riam acquirit non iuſtus, ſed qui dat munera vobis
victis etiam remanentibus ab ipſis paruis auibus
aut pecuniis præſentatis, quia à quo quis ſuperatur

eius ſeruus efficitur. Nec ſolum victoriam in cau-
ſis acquirit munera tribuens ſed honorem prælatio-
nis: quia etiam hodie fit illud quod ſcriptũ eſt. Eſti-
2.Mach. 11.a. mabat liſias templũ in pecuniæ quæſtum habituꝝ,
& per ſingulos annos venale ſacerdotiũ. Ab his vena-
libus ſacerdotibus qui pecunia emerunt officiũ oc-
ciſus eſt Chriſtus ſcilicet Anna & Caypha qui an-
nuatim ob multã pecuniam præſtitã ſuccedebant
ſibi in dignitate. Simoniaticus lyſias multiplex eſt
hodie in eccleſia dei, à quo quanuis immeritus ſit,
honorem acquirit qui dat munera, ſed timendũ eſt
Eſa.5.d. illud. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, &
iuſticiã iuſti aufertis ab eo. Suprema munerum vi-
ctoria eſt, quia vt dixit ſapiens animam accipien-
tium aufert etiã qui dat munera, vel eam aufert à
deo: nam cũ alium peccare facis, eũ à deo auferꝭ,
demis ab eo deum: & eũ à deo pro paruo turpi lu-
cro. Vel eam aufers tibi, vt mens eius ſit tecũ, eam
volens ponere pro te: vñ paruo precio vitam homi-
Melius eſt dare quã accipere. nis emiſti. Ecce igitur qualiter dare libertas: accipe-
re ſeruitus eſt. Sed forte dicis ꝙ cum damus malis
hoc verũ eſt, cum autẽ damus bonis non tm̃ acqui-
rimus: immo amplius per omnem modũ: vbi aduer-
te quod dare etiã iuſtis libertas eſt, primo quia dans
eſt in genere actiuorum, recipiens vero in genere
paſſiuorũ, fere tantum melius eſt dare quam accipe-
Amare præſtat amari. re: quantũ amare eſt melius quam amari, quia ama-
re dicit actionẽ amari autem nec actionẽ nec me-
ritum dicit: quia etiã immeritos amare ſolemus. Item
qui dat, bonum honeſtũ acquirit, qui autem accipit
tm̃ acquirit de per ſe bonum cõmodi: honeſtum au-
tem melius eſt quã bonum cõmodi teſte philoſo-
pho. Tum datio, abundantiæ ſignum eſt, quia nemo



dat, quod non habet, acceptio autem ſignum eſt in-
digẽtiæ, quæ de per ſe mala eſt iuxta id. Melior eſt Pro.12.b
pauper & ſufficiens ſibi: quã glorioſus & indigens
pane. Tum & vltimo quia dans ſimilior eſt deo quã
receptor, & per maiorem aſsimilationem abſq; du-
bio meliores ſumus: immo ab ea tota noſtra boni-
tas meritoria dependet. Et ꝙ ſit deo ſimilior patet,
quia ille omnibus dat, & cunctis neceſſaria largitur
bonorum noſtrorũ non indigens. Pater luminũ di-
citur deus: quia nil præclarum eſt quin ab eo ema-
net. Et etiam illi angeli dicuntur meliores in cœlo,
qui aliis impariuntur actus hierarchicos, & ſol rex
dicitur planetarum: quia in eas diffundit lumen ſuũ
nec ſolum dator eſt ſimilior deo quam acceptor,
ex eo ꝙ proprium ſit deo dare, ſed ſimilior eſt deo
in eo quod melius eſt in ipſo deo: nã quæ ab æter-
no conueniunt deo potiora ſunt, quã ea quæ ei cõ-
ueniunt ex tempore, & in eis quæ ei ab æterno cõ- Deus dat ab æterno.
ueniunt ea meo iudicio ſunt potiora, quæ amplius
ſunt neceſſaria: nihil autem eſt in eo neceſſarius
quam emanatio quædã, & affluentia ſuperabundãs
nec eñ ſterilis eſt deus noſter; ſed ab æterno dedit
ex ſe etiam infinita. Perſpicuum igitur habetis fra- act.20.g
tres quam melius eſt dare quã accipere cum etiam
Paulus dicat. Oſtẽdit vobis qm̃ ſic laborantes opor-
tet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi domini
Ieſu, quoniam ipſe dixit beatus eſt magis dare quã
accipere. Ea quç aducta ſunt quãuis valeãt, vt liben-
tius elemoſinas faciatis, nihil afferunt contra primũ
conſilium Chriſti dicentis. Petite & accipietis: qm̃
bene quidem quod inter homines beatius ſit dare,
quam accipere propter ea quæ dicta ſunt: tamen ſi
inter deum & hominem quæſtio vertatur, beatius

Optimũ eſt petere à deo. eſt mihi ab eo accipere quam homini dare. Et ab
homine accipere indignum arbitror & laborioſum
poſtquam enĩ multum inſeruieris mundo & regi &
pape pauca dabit, & multa improperabit, & expe-
cta, reexpecta dicet tibi: donec deficias animo tuo:
Eccle.7. vñ iuſte ſapientis conſilium eſt. Noli quærere ab ho
mine ducatum: neq; à rege cathedrã honoris. Deo
(inquiens) etiam ſeruiendũ eſt, vt det, nec omnibus
dat: nec ſemper nos audit. Latroni ſolummodo le-
gitur cito dediſſe, qui alienus videbatur ab eo: de
Iohan. 9 cæteris autẽ ait Iohannes. Scimus qm̃ peccatores
deus non audit, ſed ſi quis dei cultor eſt, & volunta
tem eius facit: hunc exaudit. Ob id anima mea nõ
deſiſtas petere: fatemur equidem quòd deus ſerua-
toribus ſuis confert bona: tamen quemadmodũ me
lius eſt petere ab eo quã dare mundo, ſic melius eſt
Ecc.10.b ei ſeruire, quam in mundo regnare, quia rex hodie
eſt & cras morietur: & omnis potẽtatus vita breuis:
de iuſto autẽ ibidem dicitur. Seruo ſenſato liberi ſer
Angeli hominibus parẽt. uient. Liberi angeli ſunt filii dei libertate donati, q
ſeruiunt ſeruo dei. Nec libertate carent ſerui dei,
quia pater æternus ad filium ait. Seruus ſenſatus ſit
Eccl.7.c tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum
libertate, neq; inopem derelinquas illũ. Pete igitur
anima mea à patre & filio eius, qui pluſquã animã
ſuam te videtur dilexiſſe, quoniam eam pro te tra
didit in manus inimicorũ eius, & qui animã dedit
cuncta donabit: qui etiã te à ſeruitute liberauit pec
cati, nec inopem te derelinquet: ſi à petendo non
ceſſes. Petitiones tuæ innoteſcant apud deũ, nec vn
Qui orat ſemper obtinet quam cũcteris dicens q̃ non ſemper audit: qm̃ ipſe
ait. Petite & accipietis, nunquã petis quin recipias,
immo hoc firmiſſime crede, quod qñ videtur tibi



nihil obtinuiſſe ab eo plus accepiſti quam petieras,
quoniam decretum eſt apud deum, vt duplex gra
tia correſpondeat orationi noſtræ, videlicet tempo
ralis & æterna, ſecũda ſemper datur, quæ ideo æter
na dicitur quia in cœlo nobiſcũ poterit perducare.
Petentes pluuiam & ſalutẽ aliaq; huiuſmodi, parum
cogitant de gratia gratum faciente: quæ nihilomi-
nus datur animæ vel cumulatur, quamuis pluuia tẽ-
poranea non detur. Et ſi hæc pluuia aliave res nõ
tibi datur dum petis: nullatenus dubites niſi vel q̃
non bene petis vel quòd deus omnium inſpector
in melius diſponit petitionẽ tuã, quamuis omnia ari
diſſima fiant, quia teſte Augu. deus non fineret ma
la euenire, niſi ex eis aliqua eliceret bona, quibus ele
cti decentius diſponẽtur. ¶ Et vt orationẽ multipli Virt⁹ orationis.
ces attende, quòd quemadmodũ qui dat hominibus
munera, victoriam & honorẽ, & animam accipiẽ
tium acquirit: vt prædixi & quemadmodũ ob ratio Oratio q̃ obtinet.
nes prætactas eſt melius dare hominibus quã ab eis
accipere, ſic melius eſt petere à deo quã ab homini
bus, igitur petite & accipietis victoriã contra de-
mones, quæ ſolũ in oratione obtinetur, & honorẽ
apud angelos qui orantibus aſſiſtunt. Et animã chri
ſti acquires quæ plus diligit plus orantes. Petere à
deo etiam libertas eſt, quia orantibus dat liberũ adi
tum: & benignum præſtat auditũ. Nec indigentia Maior creatura plus indiget deo.
dei miſeriã denotat, ſed magnitudinẽ, qm̃ plus deo
eget homo quam lapis, & angelus quam demon,
quia quo maior eſt creatura eo amplius eget deo.
Et vltra aduerte q̃ ſimilior eris dei petendo ab eo
quam hominibus dando: quoniam deuote petentes
diuina ſimilitudine creſcunt: & in dies fiunt diuinio
res. Nec inter diuinas perſonas deeſt receptor, qm̃

filius & ſpiritus ſanctus deitatem recipiunt:quibus
aſſimilantur receptores graciæ dei:qui voluntariæ
genuit nos verbo veritatis.In eo enim quod dixit
voluntarie, operationē ſpiritus ſancti denotauit, &
in eo ꝙ innuit de verbo vitæ obiecit operationē filii
quibꝰ ſimiles ſunt factores huiꝰ ſententiæ: petite & ac
cipietis.Colligit ergo ꝙ tot bona habet petitio dei,
quot dare hominibus,& mala quę ex acceptione mu
nerum ſequuntur,in bona conuertentur, ſic ea acci
Secunda pars. pias à deo. ¶ Quanuis omnia nobis tradita ſint a
patre noſtro,qui ſpiritum & animam,& vſq; ad ſa=
liuam noſtrā dedit nobis:hanc præcipuam(vt notat
Auguſtinus)inter petitiones ſignauit:quod petamus
vt gaudiū noſtrum plenū ſit. Nec ſolum precipua
eſt hæc petitio ſed certior vniuerſis,& ideo pluri=
Gaudiū peccatoris ſemi=plenū eſt mum oportet inſiſtere.vt ſcias quod eſt gaudiū ple
num.Quid eſt ad plenū letari?aut quid ex parte tā=
tum?Gaudium ſemiplenū noſtrum eſt, ſed non po=
nitur in petitione dei:immo nō placet altiſſimo.Se
miplenum eſt gaudiū peccatoris,cuius riſus dolo=
re dicitur mixtus; & extrema huius gaudii luctus
occupat in perpetratione culpe finito & cōſummato
peccato.Vel extrema eius erūt in inferno;qn̄ præ tri
ſtitia gementes exterminabuntur.De gaudio ſemi=
pleno peccatoris quo angeli pacis amare flebunt:
Eſa.22.d dicit Eſaias.Vocabit dn̄s deus exercituū in die illa
ad fletum & ad planctū,& ad caluitium & ad cin=
gulum ſacci,& ecce gaudiū leticia,occidere vitu=
los,& iugulare arietes,comedere carnes,& bibere
vinum,comedamus & bibamus,cras em̄ moriemur.
In die illa paſſionis vocauit dominus apoſtolos ad
planctum & fletum;qn̄ iuſſit vt vigilarent ſecum,&
ipſi obſequentes triſtati ſunt:quoniam Chriſtus ait,



quia hæc locutus ſum vobis:triſticia impleuit cor
veſtrum.Nos autem filiis ſcelerati non ſic,quanuis
vocemur ad opera pœnitentiæ,& peccatorū contri
tionem,aut ad patiendū cum Chriſto mundi aduer
ſa,ſed vt innuit propheta,ecce gaudiū & leticia,& Quadru
eſt hæc ſemiplena leticia peccatoris quadruplex, plex gau
iuxta quadruplex animalium genus nocte gaudē= diū malū
tium ad lumen lune.Primo nocte gaudet buſo,qui
inflatū ſuperbum ſignat gaudentē in virulenta bel
lorum rabie ac rixarū contumelia:& ideo primam
leticiam huius dixit Eſaias eſſe occidere vitulos,
ideſt , impugnare alios ſuperbos, & contra alios
bellare,vt faciunt duces in aciebus gaudentes: vt
de quolibet eorum dici valeat.' *Stulticia gaudium*
*ſtulto. Secundo nocte gaudent latrones*, vbi aua=
ricia carpitur, quanuis auari ſunt latrones diurni,
contra quos dixit præfatus, quod leticia eorum
erat iugulare arietes, hoc eſt diſſipare, & exhere=
dare ſimplices,& homines imbecilles:quia ſcriptum
eſt.Gaudium onagrorū paſcua gregum.Tertio iti= Eſa.32.
dem noctu letantur mures, qui detractores oſten=
dunt proximi vitā rodentes, & contra hos aſſeruit
Eſaias leticiā peccatorum eſſe comedere carnes,
quod eſt alienæ vitæ detrahere:& hi videntur dice-
re. *Deprehendi* nihil eſſe melius quā comedere, & Eccle.8.
bibere,& gaudere.De his ait etiam Bernardus. Cō
ſolatio ſubditorum:murmurato prælatorū.Væ igitur
illis qui carnes ad veſcendum conferunt,& ſangui
nem innocentium bibunt. Quarto gaudent nocte Guloſi
nycticoraces,quæ oleū comedunt eccleſiarum,vbi noctu
gula reprehenditur,quæ in eccleſiaſticis viget,con gaudent
tra quos ſubiunxit ille propheta, quod gaudium
peccatorum ſcilicet guloſorum erat bibere vinum:

dicentes. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. Horum alter ad alterũ videtur dicere illud

Eccl.9.

eccleſiaſtes. Bibe cum gaudio vinum tuum. Bibere quidem peccatũ non eſt, ſed qui cum gaudio formaliter bibit ſpeciẽ aut ſaltim initium habet gule. Hos igitur nocte & ſemiplene letos & alacres dixerim, quia qui male agit odit lucẽ: & vel ex hac parte defecit gaudium cordis eorũ. Hos ergo nocte letantur, ideſt ficte velut ſomniatores, qui parũ poſt iam vigilantes nil reperiunt: vnde ait Beda ſuper illud Pauli.2.Cor.8. quaſi triſtes ſemper autem gaudentes. Si quis ſomnium indicat, addit quaſi, ſedebam, quaſi loquebar, quaſi prandebam, quaſi equitabam: quaſi diſputabam. Totum quaſi, quia cũ euigilauerit, non inuenit, quod videbat. Quaſi theſaurum inueneram: dicit mendicus. Si quaſi non eſſet, mendicus non eſſet, ſed quia quaſi erat: mendicus eſt. Itaq; modo qui ad leticias ſeculares oculos aperiunt, & corda claudũt: tranſit quaſi eorum, & venit verum ipſorum. Quaſi ipſorum facilitas eſt ſeculi verum autem ipſorum pena eſt eterna. Hæc ille. ¶ Vt autem de iuſtorum leticia loquamur, arbitror quòd in hac lachrimarum valle plena eſſe non valet ex toto, quoniam aliquando opus eſt flere cum flentibus, & ideo opus eſt dum viuis petere: vt gaudium tuum plenum ſit in cœlo, vbi implebuntur horrea tua ſaturitate: & vino leticiæ torcularia redundabunt. Triplex precipue torcular eſt in anima ſcilicet intellectus, memoria, & voluntas.

Gaudiũ plenum iuxta tria torcularia

Primum implebitur quando videbimus eum ſicuti eſt: in quem deſiderant angeli proſpicere.

Ioel.2.f.

De hac prima leticia dicitur. Iterũ videbo vos: & gaudebit cor veſtrũ. Semel nos nũc videt per gratiã deus nõ



tamen ad plenũ gaudere facit: donec iterum nos in gloria videat. O quantũ gaudium erit nobis videntibus clare q; oculi domini in diligentes ſe. Si nũc gaudemus videri à noſtris: quid erit tunc quando reſpiciet dominus in ſeruos ſuos & in opera ſua? O q̃ñ reſpicies domine animam meam, & inicies oculos tuos clementes in eam, quando letificabis me in gaudio cũ vultu tuo? Secundũ memoriæ torcular etiam gaudio redundabit per tentionem, q̃ñ cum ſponſa dicet anima noſtra. Tenui eum: nec dimittam. De hoc alibi ait dominus. Gaudebit cor veſtrum: & gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis. Tentione igitur implebitur memoria noſtra: vbi locum vacuitati non relinquet deus: ne vagari valeat alicubi. Tertium eſt voluntas: quæ fruitione replenda eſt quantum valebit: de quo dñs dicit. Gaudiũ meũ in vobis ſit: & gaudium veſtrum impleatur. Gaudium dei eſt fruitio ſui: qua fruitione beati replentur iuxta id. Replebũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Voluptas dei fruitio eius eſt, quæ torrens dicitur reſpectu beatorum mare autem magnum ac dulciſsimum reſpectu ipſius dei, à quo emanat torrens gaudiorum eſurientem animam replens.

Cur beati non triſtãtur ex peccato.

¶ Mirum quidem eſt quòd nec anima virginis Mariæ dum vixit ex toto plena fuerit gaudio, & quod minimus ſanctus in cœlo vndiq; gaudio repleatur: pro quo aduerte q; gaudiũ ſanctorum in via, ideo non eſt plenum, quia multe ſunt eis triſticiæ rationes: vel quia incolatus eorum prolongatus eſt, vel quia memores ſunt malorum quæ geſſerunt, vel quia peccata deflent aliorum ſicut Samuel Saulis, vel quia vident lachrimas innocentium, & neminem conſolatorem, vel quia

vident penuriã fidei & virtutum, & condolere vo lunt his qui errant:aliquando etiam placet paſſionem Chriſti flere. In cœlo autẽ non ſunt rationes triſticiæ,quia quilibet canit ibi. Conuertiſti planctũ meum in gaudium mihi: & circundediſti me letitia. Sed forte dices ꝙ nec in cœlo deerit potiſſima triſticiæ ratio,quamuis alię conuertantur in gaudiũ. Precipua ratio eſt deum offendiſſe. Huius cum meminit beatus, vel diſplicet ſibi, vel placet. Si primũ triſtatur:quia triſticia diſplicentia eſt. Si ſecundum, nõ videtur beatus cum gaudeat in rebus peſſimis. Si mere priuatiue ſe habet,negligens videtur,dum in re tam ardua non elicitactũ circa illam. Propter hanc rationẽ (vt recitat magiſter ſententiarum) aliqui voluerunt dicere ꝙ peccatorum memoria nõ erit in cœlo,quia beati quorũ remiſſe ſunt iniquitates,& quorũ tecta ſunt peccata,& tñ quod nec ipſi qui ea perpetrarunt videant pterita mala ſua. Hoc dictum aberrat: quia ſolũmodo ſunt in ſanctis tecta peccata:quia non ea imputat deus. Alii dicunt quod beati dum ſunt gloria, memores peccatorũ quæ fecerunt,ridẽt de eis,vti nos ridere ſolemus in ſenectute de puerilib⁹:quæ geſſimus in infantia. Sed hoc dictũ inſcium eſt, & non ſapientibus dignum, multũ quidem intereſt per omnẽ modum ab opere puerili ad peccatũ malicia plenum, ita vt aliqui peccans in ſua obſtinatione diabolus fit. Nec ridere ſolemus de horribilibus noſtris: aut de magnis periculis, ſi autem in ſacra pagina peccatum dicatur opus puerile reſponde tu. Maledictus puer centum annorũ. Alii non bene volunt inſinuare, quod beati gaudent in patria de peccatis perpetratis in via,ſicut gaudere ſolent de malis quæ deus permittit

An triſtã tur beati.



tit in mundo,vt ex eis eliciat aliqua bona,ſed hoc ſolummodo habet verũ in malis pœnæ:non in malis culpe. Pro ſolutione aduerte ꝙ de dimiſſis peccatis multũ gaudẽt dicẽtes. Laqueus cõtritus eſt,& nos liberati ſumus. Si gaudet auis euadens rethe,& piſcis hamum,qualiter gaudebunt qui ab inferno inferiori pene,& ſuperiori culpe liberati ſunt? ob iſtud accidentale gaudium memoria peccatorũ reſeruatur in ſanctis,vbi cui magis dimittitur,magis diligit: & gaudet ſaltim accidentaliter. Dum autẽ recordantur peccatorum ſuorũ ſub iſta ratione tantũ quia commiſſa ſunt contra deum,dicit ſcotus,quia deus impedit ne ſequatur in eis triſticia:& ideo ſcriptum eſt. Abſterget deus omnẽ lachrimam ab oculis eorũ: & iam non erit amplius neq; luctus neq; clamor,neq; dolor erit vltra. Ex hoc miro impedimento triſticiæ non parua leticia ſequitur, dum vident manſuetudinem dei, cui tanta cura eſt de eis, quod non cupit, niſi vt eos letificet tali, quod fugiat ab eis dolor & gemitus. Nec ob aliud dicitur in ſcriptura ꝙ abſterget deus omnem lachrimã ab omni oculo & ab omni facie,niſi quia ex nulla noticia ſequetur triſticia aliqua:quamuis plurimas circa peccata poſſit habere beatus conſiderationes.

Euaſio peccati eſt gaudium.

¶ Ibi ergo gaudium noſtrũ erit plenũ vſq; ad ſummum: vbi ſimul adinuenies omnes gaudendi rationes quas alibi reſperſas. Si dum viuimus bonum eſt & iocundum habitare fratres in vnũ. quid tunc erit qñ dici valebit. Venerunt fratres Ioſeph: & gauiſus eſt Pharao & om̃is familia eius. Si mane oriẽte ſole aues letantes garrulant:qualiter tunc repletum erit gaudio os noſtrũ videntes Mariam quæ omniũ oculis incredibili decore pulchra nimis ap

Exclamatio gaudioſa beatitudinis.

Gen.45.

parebit? Si magis videntes ſtellam gauiſi ſunt gau
dio magno valde: qualiter gaudebimus nos viden
tes quemlibet per ſe beatorū & angelorum? ſi exul
tauit infans Iohannes in gaudio ſentiens Chriſtum
vtero matris incluſum: quomodo letabimur nos eū
videntes ad dexteram maieſtatis in excelſis? Si dum
natus eſt Chriſtus gaudium magnum euangelizan
tes angeli apparuerunt: qualiter tunc inſtabunt vo
cibus vt gadeamus omnes in domino? immo beatus
quilibet alter ad alterum dicet. Epulari & gaudere
oportebat quia frater tuus in mundo perierat, &
nunc inuentus eſt: & à patre luminum honorifice
receptus. Sed Zacheus recepit Ieſum gaudens in
domum ſuam, quanto iocundior nos recipiet chri
ſtus in æterna tabernacula: & in manſiones quas
nobis conſtruxit pater noſter qui eſt in cœlis? Si vi
1.Re.6.c dentes arcam dei bethſamite gauiſi ſunt nimis, quę
leticia erit nobis tunc ſcrutantibus deſiderabilia
eius? Si inueniens theſaurum euangelico in agro
abſconditum tantum letatus eſt, quod præ gaudio
illius venditis omnibus emit eum, quanto nobis
prouenit iocunditas reperientibus theſauros inui
ſos meritorum Chriſti: & premium quod gratis cō
3.Re.1.f donabit deus? Si quando Salomon vnctus eſt in re
gem aſcendit multitudo poſt eum: & populus ca
nentium tibiis, & letantium gaudio magno, & in
ſonuit terra à clamore eorum: quid erit in cœlo
quando non ſolum vnus rex ſed omnes nos vncti
erimus oleo exultationis à rege regū Chriſto, vt in
perpetuas æternitates regnemus cum deo, & agnus
dei nobiſcum, cui ſit gratiarum actio & vos laudis
noſtræ: quia cuilibet noſtrum dicet. Euge ſerue bo
ne intra ſicut natans ad natandum in gaudium do



mini tui: vt intus & extra gaudium tuum plenum
ſit gloria: quam mihi & vobis præſtare dignetur,
dominus Ieſus Chriſtus gaudium noſtrum & coro
na noſtra: qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit &
regnat deus per omnia ſecula ſeculorum amen.

¶ SERMO. XLVII. DE AVXILIIS PRO
pter aſcenſionem Chriſti nobis impenſis, &
de hyſtoria huius feſti. THEMA.
Aſcenſor cœli auxiliator tui. Deut. 33. d.
¶ Inuocatio ad virginem.

BEatus phophetà videns quòd deus impone- Nume.
ret humero ſuo totius populi onus, pondusq; 11.c.
negociorum vergeret in eum: dixit ipſi deo
patri. Nunquid peperi ego hanc multitudinē, quod
dicis mihi porta eam in ſinu tuo? Et beata Martha
dixit filio dei. Domine nō eſt tibi cure, quod ſoror
mea reliquit me ſolam miniſtrare? ſic forſitan fra-
tres cogitationes aſcendunt in corda veſtra, putan
tes quod beata Maria domina noſtra aliquid ſi- Maria oī
mile dixerit ſpiritui ſancto: quando filius eius abiit busrelin
in regionem longinquam accipere ſibi regnū cœ- quitur
li. Interea tamen commiſit matri, vt omnes quos mater
triſtes relinquebat: foueret in gremio: collocaret in
ſinu. Nec enim vbi tantum data eſt nunc virgo in
matrem, vt qñ ſub cruce data eſt Iohāni: ſed à chri
ſto data eſt in matrem omnium: vt ſingulum nu-
triat gratia ſua ſicut infantem ſuū: ideo figuratur
in debora quæ dicebatur mater Iſrael, quanuis er-
go relinquitur ſola omnibus miniſtrare, non eſt cō
queſta, non renuit onerari, ſed ampliſſima charita-
te annuit confidens in deo ſalutari ſuo: & ſciens
quod ſic beatā eam dicerent omnes generationes.

Nec tunc ſe poterat excuſare:nam recumbentibus
vndecim aderat ipſa:& dum Ieſus eis apparet.Nec
dubium quin iuxta matrem ſederit,quapropter bea
tus Bonauentura dicit,qđ ieſu loquẽre de aſcenſio=
ne ſua,mater eius recubuit ſuper pectus eius abſor
pta,quod & Iohanni contigit in cœna. Dum ergo
aſcenderet ad cor altũ filii ſui,non poterat deſere=
re dulcedinem ſuã,quæ eam ex toto nimis occupa
tam tenebat. Dum autẽ euigilat,iam videt aſcendẽ
tem filiũ,qui vidẽtibus illis & plus matre eius Ma=
Exo.16.e ria eleuatus eſt. Tunc eius aſcendente filio ipſa li=
queſacta eſt,qm̃ vt aſſerit ſcriptura, quãdo ſol aſcẽ
dens radios diffunderet ſuos: liquefiebat manna.
Gratia virginis in corde eius velut cera liqueſcit,
vt ſit ibi detenta nihil aliud valens attendere gau
dio ſopita. Aut aliter(& melius)dum Chriſtus aſcẽ
deret:manna(ideſt) gratia ſpiritus ſancti copioſius
liqueſit, vt amplius fluat ad virginem, quæ eſt vas
auri ſolidũ,vbi manna graciæ repoſitum manet in
exo.16.g arca eccleſiæ ad futuras generationes. Qđ etiã quo
tidie liqueſcit,&nunquã defficit,ſed magis ac magis
abũdat in virgine,nam eius charitas eſt velut ignis
qui dum datur non minuitur. Si ergo quotidie no=
bis dat menſuram gratiæ, hodie pro ſabbato ſab=
batorum,quo filius eius requieſcit, duplicem dabit
portionem,nam vt Heliſeus duplici egemus ſpiri=
tu quo ad præſens,ego dicendi,vos autem audien
di,pro quo ei offeramus genibus flexis aue Ma.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Quanto auxiliator eſt maior tanto qui auxilium
recipit eſt ſecurior:nunc ergo propheta vt ſecura
Deitas rem filiũ ſuum redderet,benedictionem quæ ei in
eſt cœlũ. verbis thematis contulit ei,qui vocabatur Aſer,&



interpretatur beatitudo, ad quam requiritur ſecuri
tas:quæ maxime eſt in præaſſumpta ſententia. Nec
enim amplius laudari poteſt auxiliator noſter Ie=
ſus,quã ſi vocetur aſcenſor cœli,pro quo notandũ
quod ipſa diuinitas dicitur cœlum, pro eo ꝙ non
poteſt recipere peregrinas impreſsiones,eſt ergo
optimũ cœlum ipſa diuinitas dei,de quo lucifer ait
in cœlum aſcendã:& ſuper aſtra dei exaltabo ſoliũ
meum. Tũc in altiori cœlo erat lucifer:qñ hæc ꝓ=
tulit verba in quo & creatus eſt,quapropter,vt aiũt
gloſe,ipſum deum intellexit,quando dixit, in cœlũ
aſcendam,ideſt in deitatẽ eam attingens. Ad hoc
cœlum raptus eſt Paulus: quando in ipſo deo vi=
dit arcana dei. Dum ergo Chriſtus dicitur aſcen=
ſor cœli, deitatis aſcenſor vocatur, & eſt à conce=
ptione ſua,vbi impletũ eſt illud: accedet homo ad
cor altum:& exaltabitur deus. Homo Chriſtus ac=
ceſsit ad cor diuinũ verbi:eiuſq; deitatis fuit aſcen
ſor per hypoſtaticã vnionem,& homo exaltatus eſt
deus ope ſpiritus ſancti,qui ad conſolationẽ noſtrã
dicit nobis,aſcenſor cœli auxiliator tui:nam ex tũc
filius hominis ꝗ eſt in cœlo, auxiliator noſter fuit
factus caput noſtrũ. In hoc ſermone agam de im=
penſis per Chriſti aſcenſionem nobis auxiliis,& in Diuiſio.
ſecunda parte afferam aſcendentis hyſtoriam.
¶ O fratres mei ſi ad plenũ daretur nobis ſcire,quã
ti ponderis eſt ſentencia thematis: & ſi breuiſsima Auxilia=
ſit. Quis em̃ principum terræ habet in curia pape, tor quan
aut imperatoris talem procuratorẽ ſicut nos habe tus ſit, &
mus hodie in curia celeſti? Solummodo reges ha= quãta cu
bent in curia romana,qui fideliter poſsit eorũ ex= ra vrget
pedire negotia,vos autem,ò chriſtiani genus electũ eum aſcẽ
regale ſacerdotium gaudete,quia veſter negotiator dentem.

ad luminum patrem aſcendit hodie, vt interpelle
pro minimo etiam chriſtiano, quia puſillum & ma
gnum ipſe redemit,& de omnibus cura eſt illi,tam
grandis q̃ ſi mater oblita fuerit vnici ſui:noſter au
xiliator nõ obliuiſcetur nos,nec aliquem noſtrum,
quẽ ideo in manibus ſuis deſcripſit, atq; exarauit,
quas hodie vt vincat Iſrael,habet eleuatas,quoniã
Eſa.49. eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Non dixit,
d. In manibus meis ſcripſi te,ſed appoſuit deſcripſi,vt
oſtenderet,quomodo ſigillatim per ſingulas partes
quemlibet noſtrum habet in operibus ſuis.Nam to
tus Chriſtus ſe occupat in rebus noſtris:manus ad
iutrices porrigens. Nec dixit deſcripſi vos, ſed te
ſingulariter:ne aliqua confuſio credatur in eo.Ha=
bet ergo te,ò chriſtiane Chriſtus præ oculis,quo=
niam quod in manibus habemus inſpicere nimis
ſolemus.Facile quippe hic negotiator Chriſtꝰ excu
tur à negligentia, quoniam ſolicitior aſcendit pro
nobis.Si manus Chriſti opera eius ſunt,& meliora
opera dignoſcuntur eſſe reſurrectio & aſcenſio ad
nos dirigit hæc omnia:nam ideo in manibus ſuis
nos deſcripto habet.Vtinam & nos ſaltim eum me
moriter haberemus,aut deſcriptum in pedibus af=
fectionum optantes cũ eo aſcendere,quia tunc ani
mæ noſtræ diceretur:quam pulchri ſunt greſſus tui
filia principis.Letemur deniq; fratres quoniam me
liorem habemus procuratorem quam pater Abra=
ham:nam ſi perrexit ille vt quæreret vxorem filio
dñi ſui, noſter auxiliator aſcendit, vt quærat nobis
gloriã paradiſi.It enim parare nobis locũ.Et etiam
meliorem procuratorẽ habemus quam tota domus
Iacob.Nam ſi Ioſeph extitit procurator fratrũ ſuo
rum & patris in Egypto apud regem Pharaonem,



iſte & patris Ade,atq; totius generis humani curã
habet in cœlo coram rege æterno.Si totus populus
Iſrael,ꝓcuratores habẽt Moyſes & Aaron in quorũ
manus velut oues traditi ſunt iſraelite, nos hodie
habemus matrem & filiũ,alterum in cœlo alterũ in
terra,alter aſcendit in montem cœli in Sinay;alter
manet cum populo in eccleſiæ tabernaculo. Fœlix
fuit illa ouis quæ in ſinu domini ſui dormiens de
pane eius edebat & de calice potabatur, eratq; illi
ſicut filia, ſed felicior eſt populus chriſtianus ho=
die qui in ſinu lateris Chriſti aſcendit cum eo, vt
in gloria comedat panem angelorũ, & vino frui=
tionis potetur:ſitq; Chriſto populus iſte non ſolum
filia ſed ſponſa cor vnum & anima vna.Nec mire
mini q̃ dixerim cum chriſto eius aſcẽdere populũ:
quia ſcriptum eſt. In ſinu ſuo lauabit agnos.ſ. eos
quos petro commiſerat. In corde ſuo nos defert.
Iam ergo exhilarate corda veſtra quoniam aſcen
ſor cœli auxiliator noſter eſt.¶ Quoniã magis no= Gaudiũ
bis neceſſaria eſt aſcenſio Chriſti, magis gaudere aſcẽſio=
debemus de noſtro auxiliatore aſcendente,quã aliæ nis.
creaturæ.Angeli qui gaudent ſuper vno peccatore
pœnitentiã amplectẽte,hodie ineffabiliter gaudent,
alioquin deus nõ quæreret à beato Iob. Vbi eras Iob.39.a
cum me laudarent aſtra matutina;& iubilarent om
nes filii dei? Iubilus vt ait Bonauentura eſt quodã
gaudium cordis, quid nequit explicari: nec alteri
oſtendi, quamuis aliquibus agnis valeat inſinua=
ri. Quod & angeli hodie fecerunt quaſi conantes
monſtrare quæ intus ſentiebant, dum enim appa=
rent in veſtibus albis: inſinuant depoſuiſſe iam ex
toto veſtes lugubres: quibus angeli pacis dicun=
tur in paſſione amare fleuiſſe nunc autem vice

verſa ſuauiter gaudent. Nec mirum: nam quemad-
modum in Chriſti morte quia deus pater non po-
terat ſentire triſtitiam: omnes creaturas nigro veſti
uit habitu, vt pro eo dolerent, ſic hodie viceuerſa
facit: nam pro eo qui nec accidentaliter in ſeipſo
poteſt de nouo gaudere: voluit vt omnes angeli de
nouo gaudeant aſcenſore, & vt hoc magnum gau
dium hominibus innoteſcat: vult vt eis appareant
in veſtibus albis. Si ergo iubilus eſt angelis: quid
erit nobis, quibus neceſſario aſcendit auxiliator: nõ
immerito igitur ait ſanctꝰ Dauid. Regna terræ cãta
te deo pſallite dño: qui aſcẽdit ſuper cœlũ cœli. Ca
temus deo canticũ nouum: vt nouo gaudio perfrua
mur: quoniam aſcenſor cœli auxiliator noſter eſt.
Auxilia ¶ Si de auxiliis nobis impenſis aliquid vultis audire.
xpi. 12. Aduertite: atq; audite illud eccleſiaſtici qui de no-
Eccleſi. ſtro auxiliatore ait. Oculi dñi ſuper timentes eum,
34. c. protector potentiæ, firmamentũ virtutis, tegimen ar
doris, & vmbraculũ meridiani, deprecatio eſt offen
ſionis, & adiutoriũ caſus: exaltãs animã, & illuminãs
oculos, dans ſanitatẽ, & vitã, & benedictionẽ. Duo-
decim auxilia breuiſsime poſuit: quæ & ſi partim cõ
ueniant ad ſecum aſcendentes, & partim ad apoſto
los, omnia ad nos aptari poſſunt, nimis eñ conſe-
runt ad ſalutem animarũ noſtrarum: & huic feſto pe
Primum cularia ſunt. Primũ ergo auxilium dixit; qđ oculi
domini Ieſu ſuper timentes eum. Vbi notandum ꝙ
aquila dum habet filios teneros ſuper nidum alti
ſime volans non auertit oculos ſuos ab eis, vt vi-
deat, ſi quis nocet eis: & ipſa vltrix exiſtat citiſsime
deſcendens. Hoc idem fecit Chriſtus, qui ex altiſsi-
Chriſtus mo cœlo videns, quod ſaulus nidum eccleſiæ de-
eſt aqla. uaſtabat, deſcendit ſuper eum: atq; in terram deiecit



dicens. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.
In quibus verbis & aliam ſimilitudinẽ facit allu-
dens nautis, qui dum inimicos conſpiciunt, fortior
eorum altũ nauis aſcendit, & ſtans in apice ſuper
malũ & corona ipſius nauis iacit iacula & ſtimu-
los contra inimicos ſecurior, atq; vtilius: quia plus
exinde ferit. Sic hodie videtur feciſſe Chriſtus, qui
ad coronã ſue nauis: ad coronam eccleſiæ ſcilicet,
ad cœlũ aſcendit: vt inde ſtimulos mittat contra ty
rannidem inuaſoris: ne quis cõtra eccleſiã ſuam præ
ualeat: ad cuius fideles dicit. Qui tangit vos: quaſi
qui tangit pupillã oculi mei quæ citiſsime leditur,
& ſic noſter auxiliator citiſsime ſentit ſuorum gra
uamina, ita vt nolit, quod capillus de capite eorum
pereat. Hic impletur figura Moyſi aſcendentis in
montẽ vide Exo. 24. b. ab illo loco: obſecro vt gra
diaris nobiſcum &c, & ſequitur eiiciã ante faciem
tuam amorreũ &c. ¶ Secundum auxiliũ; quia eſt ꝓ Secundũ
tector potentiæ: vbi aduerte ꝙ chriſtianus quilibet
eſt in potentia aſcendẽdi ad cœlũ, ſi nunc per fidẽ
habitatio eius in cœlis ſit: eſt ergo in potentia non
in actu cœli aſcenſus realis: potentia perficitur per
actus & per meliores magis: aſcenſus autem Chri-
ſti melior eſt cæteris quibuſcunq; aſcẽſionibus, quia
ſicut teſte philoſopho, vnus actus intenſus præualet
multis remiſsis, ſic aſcenſio Chriſti omnibus aliis
præualet: nec raptus Enoch; nec aſcenſus Heliæ; nec
raptus Pauli, cõparatur aſcenſioni Chriſti, quia per
ſolam Chriſti aſcenſionẽ roboratur noſtra aſcendẽ
di potentia, per eamque reducetur in actum, quia
dum caput aſcendit, membra ſe accingunt ad idẽ,
quemadmodũ ergo dum aſcendit dux, pariter exer
citus inſequitur, ſic dum Chriſtus præit: omnis chri

Iudi.9.f. ſtianus poſt ipſum aſcendet. Figura optima eſt in Abymelech: de quo dicitur. Aſcendit in montem Selmon &c. vſq; ibi, ſequebantur ducem, vbi nota, Selmon interpretatur pax, & eſt illa quæ exuperat omnē ſenſum, ad requiem opulentā dux noſter aſcē dit cum ramis victoriæ: nunc melior celebratur p ceſsio ramorum. ¶ Tertiū auxilium, quia eſt firma- Tertium mentum virtutis: vbi aduerte ꝙ apud nos ſunt mul ti infirmi, multi imbecilles firmamento indigentes quoniam dicimus. Infirmata eſt in paupertate vir tus mea: tamen quemadmodum merito ſuæ reſurre ctionis reſurgimus: ſic ſue aſcenſionis merito aſcē demus. Clarius tamen & ad literam fuit firmamen tum virtutis Stephano Chriſtus: quando vt eum fir maret in fide, fecit, vt ſurſum aſpiceret quo diceret. Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dex tris virtutis dei: vt ſcilicet ipſe ſit firmamētū virtutis meæ: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Quod igitur ſic patenter exhibuit Stephano, exhi bet quotidie nobis: quamuis non ſuſpicimus in cœ lum ad videndū gloriam dei aſcendētis. Huius au Nu.10.d. xilii figura eſt in archa federis: de qua dicitur. Ar cha federis dñi præcedebat eos prouidens caſtrorū locum. Ad terram promiſsionis præcedit archa dei, & ad cœlū Chriſtus in quo ſunt omnes theſauri ſa pientiæ & ſcientiæ dei. Magna quidem cōfidentia erat ſequentibus, nimiſq; cor eorum ſtabilitur, dum vident præire archam: & ſic nos Chriſti aſcenſionem contemplantes. Nonne dum iter agimus & ad ul teriora oculos extendimus noſtra firmatur virtus? aliquem eadem via conſpicimus ante nos? quem admodum qui retro manet, aliquomodo relaxat cor viatoris: ſic illud firmat ad eundum: qui præ



¶ Quartum auxilium, quia eſt tegimen ardoris, vbi Quartū. notatur, qꝺ Chriſtus aſcendens tentationes noſtras téperat, qui & operit peccata noſtra, & mitigat oc= caſiones: vnde ait Eſa. Sub tegumento manus ſuæ Eſa. 49. protexit me ſcilicet ab ardore vitiorū, quapropter aſcenſio Chriſti figuratur in illa columna de qua dicitur. Dñs præcedebat eos ad oſtendendā viā per Exo.13.d diem in columna nubis, & per noctē in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroq; tempore. Colūna iſta in die aliquantulū erat ſpiſſa, vt rorare poſſet cōtra ſolis ardorē, nocte autem erat lucida quaſi lā pas ad viam: vñ ipſa duxerat: ſed melius dominus Ie ſus in ea figuratus, qui rorare non ceſſat: vt mitiget nos à diebus malis. Obumbrat igitur ſuos ex cœlo in die proſperitatis humilitatem demonſtrans, quia ipſe aſcendit. Et in nocte aduerſitatis dicit, qꝺ iſta 4. Reg. eſt via quæ ducit ad cœlum: qñ turbine ſcilicet ad 2.a. uerſitatis raptus eſt propheta. ¶ Quintū auxilium, Quintū. quia eſt vmbraculū meridiani, vbi nimia cōſolatio innuitur, quia meridiano tempore nimis egent cō= ſolatione laborantes, qꝺ autem plus cōſolatur eos, qui ſunt in labore: eſt præmii ſpes: alioquin non di ceretur. Vidit Iſachar requiem, quod eſſet bona, & Ge.49.c ſuppoſuit humerū ſuum ad portandū. Chriſtus aſcē dens multum auget ſpem fidelium: quoniā ipſe di= xit. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum Ioh. 14. veniam, & accipiam vos ad me ipſum: qꝺ fit quo= tidie, non ſolum in morte fidelium, ſed vt nos ad me liorem frugem faciat cōſcendere de virtute in vir tutem, ad quod nō eſt piger Chriſtus: qui ait. Vado: & venio ad vos, omnes deniq; ſpem erigite, quia vbi eſt corpus, cōgregabūtur & aquile: vbi eſt chri ſtus, congregabuntur ſancti eius, qui nunc aſcendit

pandens iter ante eos:Propter hoc auxilium Chri-
ſti,figuratur eius aſcenſio in illo cui dicitur.Surge,
& egredere de terra hac:reuertens in terram na-
uitatis tuæ,ſurrexit itaq; Iacob:& abiit: tulitq; om-
nem ſubſtantiā ſuam,& greges,& quicquid in me-
ſopotamia acquiſierat;pergēs ad Iſaac patrem ſuū,
hæc figura optima eſt, & maxima expoſitione in-
diget,vbi præcipue tangitur,qualiter bonus paſtor
ad paſcua yberrima montiū Iſrael duxit oues ſuas,
Sextum. & nunc ante eas vadit.¶Sextum auxilium,quia eſt
deprecatio offenſionis,non ſolum dicitur Chriſtus
deprecator quotidaine offenſiōis noſtræ,ſed ipſamet
deprecatio,vbi innuitur q; quanuis taceat,depreca-
tur per ſolam exiſtentiam,& aſsiſtentiā patri,quod
1.Ioh.2.a & ſenſit qui dixit.Si quis peccauerit:aduocatum ha-
bemus apud patrē Ieſum Chriſtum iuſtū; & ipſe eſt
propitiatio pro peccatis noſtris,non pro noſtris tā-
tum ſed etiam pro totius mundi.Hucuſq; pater deus
quærebat,qui ſe opponeret ei pro terra,& ſurgeret
ad tenendū eum,ne diſsiparet eā,nunc autem aſcen-
dit Chriſtus eleuatis manibus orans & dicens fre-
quentius quam in cruce. Pater ignoſce illis. Nunc
Leui. 16. implet Chriſtus figurā veteris teſtamēti qua iube-
tur:vt pontifex ſemel in anno inferat ſanguinē of-
ferendum in ſancta ſanctorum oraturus pro omni
populo.Chriſtus autē per proprium ſanguinem in-
troiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuen-
Septimū. ta ;virtute ſanguinis ſui.¶Septimum auxiliū,quia eſt
adiutor caſus,quia reparat caſum,nam qui te adiu-
uat,vt cadas, impulſor dicitur.Infra nos habemus
Chriſtus impulſorem demonē,ſupra nos autem adiutorē chri-
eſt aqui- ſtum: de quo dicitur. Et tu adiutor fortis. Oportet
la fortis. enim vt ſit fortis:quia nos euellere habet.Nam adæ-



heſit in terra venter noſter: & ego infixus ſum in
limo profunde maliciæ:& vltra hoc terrena occu-
patio me deprimit,& vos fratres pondere diuitia-
rum preſsi attendite,quia multi dati ſunt in auri ca-
ſus: ideo conuenit q; Chriſtus ſit adiutor fortis ad
nos eleuandū:qui in contrarium reluctamus.Vnde
Chriſtus aſcendens figuratur in aquila Ezechielis,
quæ nunc in arduis ad præceptū patris eleuata po
nit nidum ſuū qui prouocat filios ſuos ad volandū
ſuper eos volitans:vt & ipſi volent. De aquila dici
tur,quod ſi tunc filii eius volare nequiuerint, eos ro
ſtro ferit,& ſi necne,ſubtrahit eis cibum,vt volare
diſcant;ſic nobis euenit aliqñ per Chriſtum,qui nos
immiſſa tribulatione ferit,ſubtrahitq; temporalia,vt
ſaltim mentaliter aſcendamus ad eum.¶Octauum Octauū.
auxiliū,quia exaltans animas eſt dominus Ieſus,qđ
pertinet ad eos:qui cū eo pariter aſcendunt ex lim
bo. Nam ſicut ſol virtute multa exaltat vapores,
quos extrahit à locis humidis,ſic ſol iuſticiæ Chri
ſtus ex lacu inferiori traxit animas ſanctorum, qm̄
ambulantibus in regione vmbre mortis lux eſt or Eſa.38.b
ta.Propter hoc auxiliū figuratur aſcenſio Chriſti in
ſigno dato Ezechie:de quo dicitur. Et reuerſus eſt
ſol lineis per gradus:quos deſcenderat.Non eſt ari
da figura iſta:ſi tempus adeſſet exponendi:quomo
do rex Ezechias eſt genus humanū cui ſalus ideſt
Ieſus conceditur,qui deſcendit per horologiū crea
turarum:ſed iam aſcendit &c.¶Nonum auxilium, Nonum.
quia eſt illuminās oculos ſcilicet per augmentum
fidei,quæ roboratur,ſiue creſcit in abſentia rei,cui
credimus vltra hoc igitur quod tota fides noſtra
miſterio aſcenſionis firmior,& credibilior fit:atten-
de quod ait beatus Thomas.Aſcenſio Chriſti ma-

3.p.q. gis vtilis fuit:quam præſentia corporalis fuiſſe,pri
57.ar.1. mo quidem propter fidei augmentū, quæ eſt de nō
Ioh.16. viſis:vnde ipſe dn̄s dicit, quod ſpiritus ſanctus ad-
ueniens arguet mundum de iuſticia.ſ. eorū qui cre
dunt:vt Aug.dicit ſuper Iohannem:ipſa quippe fi-
delium cōparatio infidelium eſt vituperatio: vnde
ſubdit.Quia ad patrem vado,& iam non videbitis
me, beati enim qui non viderunt: & crediderunt.
Hæc Tho.aſcendit ergo fides noſtra Chriſto aſcen
dente,quia plus valet: propter hoc auxilium figu-
ratur aſcenſio Chriſti in illa de qua dicitur. Moy-
Exo.19.a ſes autem aſcendit in montem ad deum, & ſequi
tur in perſona dei. Iam nunc veniam ad te in cali
gine nubis,vt audiat me populus loquentem ad te
& credat tibi in perpetuum.Mons Sinay cœli figu
ram tenet,ad quod cum aſcēderet Chriſtus,deus in
nube occurrit ei,quando nubes ſuſcepit eum:non
alia quā illa de qua dicitur.Ecce nubes lucida obū
brauit eos:& vox facta eſt de nube dicens.Hic eſt
filius meus dilectus. Nubes ergo eſt pater qui fi-
lium ſuſcipit:eiq; loquitur:nam dei verba etiā opera
ſunt.Dum ergo angelos mittit:dat filio teſtimoniū:
vt ei etiam totus credat mundus: quoniam ideo
plures conuertit aſcendens quam in terra degens.
Decimū. ¶Decimum auxiliū,quia eſt dans ſalutem:vbi no
ta quod ſalus corporis conſiſtit in debita propor-
tione quatuor humorū,& ſic animæ ſalus in debi-
Aſcenſio ta proportione quatuor virtutū cardinalium, quas
iuuat q̄- ampliat in nobis Chriſtus dum cœlū aſcendit.Pru
tuor vir- dentiā noſtrā reddit meliorē dum aſcendit, quia re-
tutes. uerentius ſe habet homo ad ea quæ minus tracta-
ga familiaritas nimia parit cōtemptū.Vñ iam nō ſci-
tur chriſtus ſecundū carnē:ſed altius prudētia vola-



Meliorem reddit chriſtianorū iuſticiam:ideoq; dici-
tur ſacrificiū iuſticiæ,quod totus hodie offert mun
dus corā deo patre per ſemper & ad ſemp.Melio-
rem reddit noſtrā fortitudinē: alioquin nō diceret.
Confidite:quia ego vici mundū & magis nunc qn̄
relinquit mundū:& vadit ad patrē.Meliorem reddit
nr̄am temperantiā:nam ab omnib⁹ ſe abſtinet ani
mus,vt ſecum valeat abire:dum em̄ eius deuotionē
guſtat nauſeat anima iuſti. Ob hoc decimū auxiliū 4.Re.2.
figuratur Chriſti aſcēſio in helia,quē quatuor equi
ignei ſubſtulerūt:& quatuor reliquit diſcipulo ſuo.ſ.
prophetiam quo ad prudentiā, & paliū quo ad for
titudinem,quia eo percutiens aquas iordanis:diui-
ſit eas.Dimiſit & duplicem ſpiritū.ſ.temperantiæ pri
mo quo ad ſe,& iuſticiæ poſtea quo ad alios.nam
teſte Ambroſio iuſticia eſt reddere vnicuiq;, quod
ſuum eſt.¶Vndecimū auxiliū,quia dat vitam.ſ.amo Vndeci-
rem,qui eſt aīæ vita:nam teſte Aug.anima plus eſt mum.
vbi amat quā vbi animat:ꝓpterea q; vbi amat eſt
vitæ.i. amoris fulcimentū aſcendit ergo chriſtus vt Aſcēſio
ſecum ducat noſtrū amorem:vñ monet Paulus di- augeta-
cens.Quæ ſurſum ſunt quærite,quę ſurſum ſunt ſapi morem.
te:vbi chriſtus eſt in dextra dei ſedens,nō quæ ſup
terram.Vbi em̄ theſaurus noſter chriſtus,ſit amor no
ſter:quia vt eū ampliaret aſcendit.Nā ipſe dixit apo
ſtolis.Si ego nō abiero paracletus ſcilicet amor ſpi
ritus ſanctus non veniet ad vos. Iam eū habuerant, Thob.
ſed non ita abundāter:vt poſt aſcenſionem. Dat 12.d.
ergo vitam ampliorem amoris,& propterea figura
ta eſt Chriſti aſcenſio in illo qui dixit tempus eſt
vt reuertar ad eum qui me miſit. Iſte angelus quos
reliquit: in amore fecit exardeſcere: ſemperq; can- Duode-
tare laudes deo. ¶Duodecimum auxilium quia dat cium.

benedictionem:nam dum iret eleuatis manibus be
nedixit eis:vt ait Lucas.Iſta benedictio fratres ma
gni ponderis eſt: nã ſi benedictio patris fundat do
mos filiorum,quid faceret benedictio Chriſti glo
rioſi? ſi benedictio Iſaac ceci cõtulit Iacob ius pri
mogenituræ,quid contulit apoſtolis bñdictio chri
ſti cuncta videntis? ſi erat Iſaac pater Iacob,& po
terat facere quicquid vellet. Chriſtus eſt pater or
phanorum,& nõ eos deſolatos relinqueret,tante er
go virtutis arbitror fuiſſe iſta benedictio Chriſti,
quãte illa erit quæ dicet.Venite benedicti &c.Mo
deu. 33.a rem patrum antiquorum ſecutus eſt dñs apoſtolos
ſuos benedicens: nam patriarcha Iacob ſuos filios
benedixit: ſimiliter & Moyſes omnes filios Iſrael.
Hæc ergo aſcenſio deniq; figuratur in alia, quam
Mat.5.a. ipſe dominus fecit:de qua dicitur.Videns Ieſus tur
bas aſcendit in montẽ: & acceſſerunt ad eum di
ſcipuli eius.Turbas quas ex limbo eduxerat,vide
bat ſemper ſecũ:& cum eis aſcendit in montẽ glo
riæ,tñ prius in montem oliueti,vbi acceſſerunt ad
Hyſtoria eum diſcipuli eius:quo eos benediceret.¶Si autem
feſti aſcẽ vultis fratres mei aſcenſionis audire hyſtoriam lite
ſionis. ralem aduertite,quod quadrageſimo die poſt reſur
rectionẽ: recumbentibus diſcipulis apparet aſcenſu
rus Ieſus,vt edat cum illis,ſicut fecerat:antequam
aſcenderet crucẽ.Longum in altera menſa texit ſer
monem,quẽ & ſi fecit in iſta,noluerunt ſcripto man
dare.niſi φ increpauit eos de fidei tarditate dicẽs.
Si vos videntibus me ſurrexiſſe non credidiſtis,do
nec ego ipſe affuiſſem, quid mirum φ mundus nõ
credat hoc miſterium? O duros corde ad credendũ
videntibus veritatem. Tunc apoſtoli proni in terra
ſe fatentur incredulos fuiſſe: minimamq; aut nulli



exhibuiſſe condignam ſeruitutem tanto domino.
Tunc ipſe Chriſtus ſpiritui ſancto ſtratum para=
bat humilitatis. A cenaculo in Bethaniam perre=
xit cũ eis & ſanctis patribus, quos habebat ſemper
ſecum:quocunq; abiret. Bethania eſt in latere mon
tis oliueti, qui tenet (vt ait Beda) Chriſti figurã in
cuius latere aperto eccleſia quę eſt bethania ſita eſt
vt ex vertice deitate ſcilicet Chriſti oleum miſeri=
cordiæ recipiat. Receptis ergo quæ ibi erant Chri
ſtus apoſtolis viſibilis:immo & credo φ cũctis chri
ſtus tunc viſibilis abiit ad verticem montis,non tñ
feſtinus:qm̃ (vt regi euenit abeũti) apoſtoli nõ ſine
bant eum iter facere: accedentes ſigillatim ad au=
res eius:& dicentes. Dñe hoc mihi donum peculia
re tribue. Et alius aiebat ſecrete:hoc & mihi exhibe
ſingulare beneficiũ. Et alius Chriſti vaporans aurẽ
ſuggerebat. Ne me ſine munere ſpirituali deſeras
domine:ſed exhibe talem gratiã. Ad ſingulum ap=
plicat aures audiendi munificus redẽptor,nullumq;
in donatum dimiſit:nam largitus eſt ſecreto mune
ra iuxta magnificentiam principalem, prærogati=
uaſq; ſingulis conceſsit. O ſi hodie fratres ſic peti
tiones veſtræ innoteſcerent apud deum. Denique
poſtquã ventum eſt ad verticẽ montis,cepit ſingu=
lis vltimũ vale dicere, & amplexari vnumquemq;,
& ei conſentanea dicere verba incipiens à petro,
cui dixit. O bone petre cui exhibui vicem meam.
oueſq; commiſi:eſto ſollicitus:donec reuertar ad te.
Ad Iohannem autẽ ait. O mi dilecte Iohannes cui
matrem cõmiſi: vt inſeruias ei veluti filius chariſsi Expedit
mus. Et Andreæ dixit:tu es primus diſcipulus meus ſe chriſt.
qui & mihi Petrum fratrẽ tuum adduxiſti. Sic er= à ſuis aſ=
go cæteros alloquens mãdauit,vt irent vſq; ad vlti cenſurus

mi·im terræ, doceret omnes gentes, ea quæ ipſe do
cuerat: mundumq; baptizare. Eſſent ſibi teſtes: ac fi
deles coadiutores. Interea quidam curioſi dicunt.
Si in tempore. Hoc reſtitues regnum Iſrael? quibus
ait. Non eſt veſtrum noſſe quæ pater ſibi retenuit.
Sed accipietis virtutē ſpiritus, quem cito mittā vo
bis à patre, quia ſi Iohannes baptizauit aqua: vos
to baptizabimini ſpirituſſancto. Mater Maria geni
bus flexis expectabat etiā vltimum vale dulciſſimū
pro amariſſimo q recepit: qñ filius erat crucē aſcē
ſurus. Poſtquam ergo cæteris ſignauit partes, ad
quas ituri erant prædicare, & diuiſit illis terram: ac
cedens ad matrem ait. O chariſſima parens quam li
benter te mecum defferrem, ſed ne dicant, ſe ſolos
& orphanos remanere (nam non eſt orphanus, qui
matrem habet maxime talē) ne ergo dicant, quod
nos ad gaudia pergimus, & eos relinquimus amari
tudinibus, vellem, vt remaneas ad ſarcinas, quia ſi
cut me nutriſti, vſq; dum grandis eſſem, & me paſ
viſti, ſic & eccleſiā & corpus miſticum foueas do
nec aliquantulum creſcat: & patiatur martyriū. Pro
eis roga, eos conſolare, ſolicitior inuigila, vt quem
admodum eras iuxta crucem, ſis erga quēlibet chri
ſtianum meum: quia ipſe meus frater ſoror & ma
ter eſt. Nunc autem quia tu es theſaurus meus ca
relictus, & ego theſaurus tuus in cœlo repoſitus,
cor meum maneat tibi & oculi mei ſint in te: cor
autem tuum abeat mecum. Tunc & matri regimē
& ſecretum contulit manus: melius quā contule
rat Salomon reginæ Saba. Hoc peracto cepit cun
ctis videntibus eleuari ex monte oliuarum, quia ve
alter Dauid in ſua miſericordia notata in oliua
ſecutus eſt ſedē regni: atq; ideo tēpli hoſtia de oliua



erant hunc locum aſcenſionis deſignantes & velut
pontifex miſſam perficiens benedixit eis ſigno cru
cis, quod eis impreſſit, & vſq; ad interiora cordis
immiſit ne pati pro cruce timerent, ſed optarent, his
verbis ſpiritualiter intelligendo benedictionem ex
preſſit. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrā
eccleſiæ filiis dei per euangelium generatis. Sicut
illa benedictio mundi principio virtutē contulit ꝓ
ducendi primis parentibus: ſic apoſtolis hæc. Dum
ergo aſcenderet, cæteri ſancti & animæ beatæ pa-
riter eleuabantur Chriſti virtute: ſicut vapores aſcē
dente ſole. Tūc impleta eſt hæc prophetia. Tanquā
aues volantes proteget dñs exercitum Hieruſalē: Eſa. 31. c.
protegens & ſaluans. Apoſtoli chriſtū intuentes pa
riter mente aſcendunt, ſed Chriſto iam altius diſtā
te, ne corū viſus amplius fatigetur, nubes ſuſcepit eū
ab oculis eorum, quæ fuit velut ſedes dei à patre 3. re. 8. b.
miſſa Chriſto: nam dñs dixit: vt habitaret in nebu-
la. Miſit & pater: vt adorent eū omnes angeli dei.
Tunc rupti ſunt cœli: vt angelos velociter deſtina
rent, quia ruptus fuerat lacus limbi, vt patriarche
aſcenderent, & ſic immenſa gloria eleuaretur archa
dei Chriſtus in ſublime à terra: vſq; dum ſuper mō
tes armentiæ ſuper hierarchias poneretur. Deſcen- Zach. 13.
dentes ergo angeli vt manus Chriſti oſcularentur, c.
aiunt. Quæ ſunt plage iſte in medio manuum tua-
rum? Et ipſe reſpondit. His plagatus ſum in domo
eorū, qui diligebant me, has nō odio ſed amore ſu-
ſcepi, earum impreſſores iam me diligunt: nil nunc
vindicandū eſt. Sic ergo ꝓcedit aſcenſio: donec per
angelorū ordines progrediens inquiritur de melio-
ri loco. Et omnes aſſignant ſuperius dexteram pa-
tris. Dñe aſcende ſuperius: domine intende proſpere

ad dexteram maieſtatis. Tunc impletum eſt illud.
Pſ.46.a. Tibi reddetur votum in Hieruſalem. In terrena vo
cant, vt moriatur, in celeſti dicitur. Rex in æternũ viua
ue. In terrena Hieruſalem dicunt. Ad crucẽ ad crucem inter latrones. Sed in cœleſti Hieruſalẽ vocife
rant. Ad dexteram patris: ad dexteram patris inter
diuinas perſonas collocetur. Sic ergo ſanctorum &
angelorũ caterua ſtipatus pergit ad patrem ſuũ, qui
aſſurgens filio: & in oſcula ruens dixit. Sede ad dex
tris meis. Hucuſq; in ſiniſtris mundialibus fuiſti &
in rebus aduerſis vſq; dum in manus meas tuũ cõ
mendares ſpiritum. Nunc ſede requieſcens æterna
liter à labore nimio, quem extenſus cruce paſſus es,
& quieſce, quia ego ponam inimicos tuos ſcabelli
pedum tuorũ, & puluerem pedum tuorũ lingent: viã
paſſibilis vitæ tuæ imitantes & amplectentes. Non
vis fili vindictam capere, ſed amore capere eos, qui
te ceperunt in cruce, totum te video amore tinctũ,
ideo voluntati tuæ annuens, ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorũ per amorem ſubiectos: ta
liter vt de eis dicatur. Adorate ſcabellum pedum
eius: quoniam ſanctum eſt.. Spiritum ſanctum mit
temus, qui eos ſanctificet, & vrgeat amore, ami
coſq; tibi multiplicet. Totus ardes, vt ameris, ſede,
quieſce, quoniam cito, mittemus amorẽ noſtrum ſu
per ciuitatẽ. O pater omnipotens inquit filius, ego
procurator aduenio generis humani & filiorũ Adã
vt ſim apud te iugiter pro eis intercedens, quia nũc
tempus miſerendi eſt. Tu autem pater miſericordia
rum & deus totius conſolationis vocaris, cui offe
ro hæc pia vulnera filii tui chariſsimi, quæ pro li
beratione humani generis ſuſcepi, eruens illud, atq;
de manu diaboli ſaluans, vt implerem has deſerta

Pater filium recipit.

Filius dei petit miſericordiam.



ſedes, quas dereliquit ſuperbia: tamen mea & crucis
humilitas optat: vt hos humiles exaltes in eis. Ho
rum exaltatio ſit humilitatis meæ præmium: cui pa
ter. O fili vnice qui tot filios mihi adducis. He ſe
des, ſpolia ſunt principis luciferi: quem deieciſti: vi
ctorem cuncta ſequitur. Tu ipſe eas diſtribue: vt vi
ctricem manũ tuam laudemus pariter. Sic dei filius
in ſedibus collocat, quos ex limbo duxerat, quod fi
guraliter fecit Ioſue: qñ eduxit filios Iſrael de egy
pto, & eis iam in terram ꝓmiſsionis introductis fu
niculo diſtributionis partitus eſt ciuitates dicens, ite
ad ſedes veſtras: & quieſcite. ¶ Nec vlterius loqui
valeo de paterna receptione, qualiter promiſit filio
dare gentes, & poſſeſsionem eius terminos terræ.
Hoc tantũ dico, quod ſi filius prodigus tam hono
rifice receptus eſt, ſi peccatorem tam humane deus
recipit, vt mirentur etiã angeli, qui propterea gau
dent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &
adducunt ei ſtolã primam & annulũ & cætera, quã
to amplius & nunc eos letabundos & patrem deũ
ſolicitũ putatis in receptione tanti filii: qui tam lon
ga peregrinatione peracta totum opus conſumma
uit ſibi cõmiſſum? nec immerito tñ miſterium ſcili
cet aſcenſionis tam paucis, & ſi claris verbis ſcri
pſerunt euangeliſte, niſi vt inſinuarent, quod nimis
confortata eſt hæc feſtiuitas & immenſa, ideoq; nõ
poterant ad eam ſcribendã eſſe ydoneos, quam nec
angeli poterant apoſtolis enarrare, quia ſi nec ocu
lus vidit, nec aures audiuit, nec in cor hominis aſcẽ
dit, quæ præparauit deus diligentibus ſe, quãto ma
iora præpararet Chriſto, qui ampliſsima charitate
vitam pro omnibus quos deus creauerat poſuit?
Iam ergo dominus Ieſus & ſi diuine receptus, atq;

Ioſue.

Aſcenſio eſt ineffabilis.

proſperis ſuccedentibus: non eſt tamen oblitus eorū
qui remanſerāt in exilio: ſed ait angelis duob. Ite
ad montem olıueti, conſolamini populū meum: date
te eis de gloria mea vel micam vnam: qua ſaturetur.
Tunc ecce ſubito duo viri in veſtibus albis, qui
familiariter aſtiterunt iuxta illos. Plures quidē veni
rent (natiuitati namq; multitudo celeſtis exercitus
aderat) ſed ne deeſſent tāto feſto. Et ſatis eſt, vt duo
præbeant aſcenſioni teſtimonium: ſicut & reſurre
ctioni. Nec veniunt timentes quod apoſtoli quære
rent per montes Chriſtū, quemadmodum filii pro
phetarum quæſierunt Helyam putantes q deus eū
cadere ſineret, ſed veniunt, ne amplius apoſtoli fa
tigatione grauentur ſuſpicientes in altum, quo ni
mis caput grauatur: & gloriæ ſint participes: vnde
aiunt. Viri galilei quid ſtatis aſpicientes &c. vſq; ſic
veniet: vſq; hodie vel vſq; ad ſpiritus ſancti aduen
tum ſic ibi eſſent: niſi Chriſtus nuncios ſuos deſti
naret eis, qui eos galileos ideſt tranſmigrantes ā ij
vocant, ac in cœlū tranſlatos in eum; de quo litera
liter dictū fuerat. Præcedet vos in galileā. Magna
quidem laus apoſtolorū, quorū anima ſuſpendiū eli
gerat: & ipſi ſuſpenſi erāt chriſto. Ingerunt eis ange
li nomen Ieſus dicentes. Hic Ieſus qui. a. e. a. vo. in
cœlum: vt eos ad ſe ducant tam dilecto nomine au
dito, & vt angelicā familiaritatem ad chriſtū oſten
dant, ſic veniet: tam maxima gloria ad vos nimis
amatos. Nam & nos qui de eis reſurrectione teſti
monium reddimus: nunc etiam aſſerimus q ſic ve
niet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlū
ad omnes venturus eſt Chriſtus quando veniet ad
iudiciū, vita chriſtiani nil aliud eſſe debet, niſi exp
ectatio iudicii: & iudicis venturi. Apoſtoli poterant



angelis reſpondere. Sed cur vos deſeritis tantum fe
ſtum: cur & vos non eſtis galilei? nam & Ieſus ga=
lileus erat: apoſtoli cum matre Ieſu & cæteris ob an
gelorum monitionem reuerſi ſunt in cenaculum
Hieruſalem expectare. Nunc & nos fratres ſimus
galilei. mente aſcendamus, vel ſacram ſcripturā cō
templemur, finies cum exclamatione figurarū re=
petens. 12. figuras prætactas, & torrente ſermonis ſe
quentis, qui eſt in fine eius.

## ¶ DE RATIONIBVS ASCENSIONIS Chriſti: & de noſtra aſcenſione: ſer. 48. THEMA.

Aſcenſor cœli auxiliator tui. Deute. 33. d.

¶ Inuocatio ad virginem.

INter alios, de duobus cœlis optimis ſacra pa=
gina facit mentionem: vbi dicit. Regna terræ ps. 67. d.
pſallite deo, qui aſcēdit ſuper cœlū cœli ad oriē
tem, magnificentia eius: & virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in ſanctis ſuis: ipſe dabit virtutem
& fortitudinē plebi ſuæ. Totus hic pſalmus de miſte Duo ſũt
riis aſcēſionis agit à principio vſq; in finē, vbi ſan cœli ad
ctus Dauid voluit: vt regna terræ pſallerēt contem primũ aſ
plando miſteria chriſti aſcendentis ſuper cœlū eccle cẽdit xp̃s
ſiæ triūphantis. Hoc cœlū. i. eccleſia triumphans eſt ad ſecun
alterius cœli: nam ideo dixit cœlū cœli. Eccleſia triū dũ maria
phans dicitur eſſe eccleſiæ militantis: nam ex ea im
plet ruinas ſuas, & hic dolātur omnia: vt poſtea ſine
ſono ferramenti ex viuis & electis lapidibus con=
ſtruatur. Duo igitur cœli, ſunt eccleſia militans, &
eccleſia triumphās. Chriſtus aſcendit hodie ad præ
cipuum cœlū eccleſiæ triumphantis: ideoq; virtus
eius in nubibus: quas ponit aſcenſum ſuū. Et eſt mi
rabilis in ſanctis, quos ducit ſecum, datq; virtutem

plebi ſuæ in terra manenti. Hæc virtus & fortitudo
eſt beata Maria mater dei conceſſa plebi apoſtolicæ & toti eccleſiæ, quæ eſt ſecundum cœlum, ad quod
Maria aſcendit hodie. Nunc enim virtus eius innoteſcit, & quo ad innoteſcentiam dicitur aſcendere
ſuper eccleſiam, quanuis antea mater eccleſiæ fuerit: In abſentia ſolis cognoſcitur, quantum luna poſſit, quæ officium ſolis exercet eo abſente, ſic nunc
beata virgo, quia reuertitur ſol ſuper lineas quas
deſcẽderat, ipſa vero aſcendit vt luna plena in diebus ſuis: quæ quidem ſupplet abſentiam filii, quemadmodum & regina in quolibet regno ſupplet abſentiam regis, determinat cauſas, expedit negocia,
dat præmia meritorũ, & confert dona bene meritis. Cum ergo pater abſentatur, ſolicitior cura matri de filiis incumbit, eiq; datur quicquid filiis neceſſarium eſt. Vbi aduerte ꝙ quemadmodũ chriſtus
patrem rogauit: non ſolum pro præſentibus apoſtolis, ſed pro omnibus qui credituri erant per verbũ
eorum in eũ; ſic matri non ſolum præſentiũ ſed futurorum curã impoſuit, quæ eſt velut ſpiritus duplex datus Heliſeo ſcilicet cura præſentium & futurorum. Nec mirum ꝙ Maria ex tunc noſtram leuet portionem gratiæ, quæ noſtrã ſeruauit ſub cruce fidem. Ad noſtram ergo auxiliatricem: vt nobis
porrigat manus adiutrices: pro gratia occurrentes
præſentemus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Vt ait plato, non nobis nati ſumus, & quo abilior
eſt homo eo minus ſibi ſoli naſcitur: vñ Chriſtus non
ſibi natus eſt ſed nobis: quia nobis natus: nobis datus ex intacta virgine. Nec ſibi ſurrexit: quia teſte
Paulo: mortuus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, nec ſibi baptizatus eſt, ſed nobis, deniq; eo modo quo non propter ſe deſcendit de cœlo: ſed propter nos homines & propter noſtrã ſalutem: nõ propter ſe nunc
cœlum aſcendit, ſed ꝓpter genus Ade, vt ſublime faciat illud: atq; collocet quo in diuina prædeſtinatione ſtatuerat apud ſe: quod innuens thema ait. Aſcẽſor cœli auxiliator tuus: in prima ſermonis portione dicam thema cuilibet apoſtolo: in ſecunda vero illud ingerã toti generi humano. ¶ Vt notat Bernardus præſens ſolemnitas partim triſtis, partim vero leta reperitur: triſtis autẽ quia filii ſponſi non poſſunt non lugere ſublato ſponſo. Hæc apoſtolorum
triſticia non parua fuit: ſed adeo profunda vt ipſe
Chriſtus vix plurimis rationibus & promiſſionibus
eam potuerit ſedare. Si autem dñs Ieſus tantum laborauit: vt apoſtolos quos relinquit conſoletur de
abſentia ſua: nos etiã oportet in eorum conſolatione detineri: quia plurimũ hoc ad aſcenſionem confert. Metus cadens in conſtantẽ virum excuſatos facit apoſtolos: quanuis plurimũ triſtentur Chriſto recedente. Vbi nota ꝙ multum languens nimis timet
ſolis occaſum, quia tunc ſe deteriorẽ inuenit, & experientia compertum habet, quod cũ ſole, eius recedit ſalus, & lucente ſibi ſole melius ſe habet: quia
tunc egris ſalus refunditur. Iam ergo quia nouerãt
apoſtoli, quod qñ ſol iuſticiæ chriſtus cognouit occaſum ſuum in cruce, ſe minis deteriores relinq, ac
ſemi viuos relictos, mortuos in anima: viuos in corpore. Quia igitur hoc experientia nouerant: & putabant ſibi hoc proueniſſe ex abſentia chriſti, hinc
eſt, quod nullo modo eum abire ſinunt. Ecce ergo quomodo erat in eis metus cadens in conſtan

Margin notes: Fortitudo eccleſiæ. — Propter nos aſcẽdit xp̃s. — Diuiſio. — Pars. I. — Metus apoſtolorum.



YY

tes viros:merito denique apoſtolus quilibet aiebat
pſ.142.b Chriſto. Ne abſcondas faciem tuam à puero meo
(ideſt) quia tunc ſimilis ero deſcendentibus in lacum
cum ſcilicet inferni. ¶ Ex triſticia etiã apoſtolorum
auxietas eorũ potuit prouenire, & non ex timore,
quem perfecta charitas(per inſufflationẽ chriſti eis
immiſſa)foras miſit,ex triſticia ergo prouenit,quod
eum ire non ſinunt,ne amplius triſtentur:vnde chri
ſtus ait, quia hæc locutus ſum vobis: triſticia im=
pleuit cor veſtrum. Timor ex triſticia ab amore pro
ueniũt,qui radix eſt omnium paſsionum:ex eo quod
immediate procedit à voluntate, quæ eſt potiſsima
potentiarũ animæ:vnde prius rem amamus, ſecun
do timemus ei contrariũ: tertio de malo qđ acci
dit triſtamur. Hinc eſt,quod defectus apoſtolorũ in
Timor eo ꝙ egre ferunt Chriſti aſcenſionem, aliquo modo
& triſti= peccat in amore:pro quo aduerte ꝙ antiqui ad pro
cia oriũ= prium nitebantur res depingere: & ad viuũ amorem
tur ab a= in figura decori iuuenis effigiebant præter oculos
more. quos habet cecos:hic amor cecus non ſolũ eſt mun
dialis ſed ſpiritualis etiam aliqñ eſt cecus ſuo mo
do. Mundi amor potius dici valet exoculatus quam
cecus, vt figuraliter patet in Sanſone: quẽ ob forma
nam eructis oculis molere fecerũt. ¶ Amor dei eſt
Amor in incipientibus nimis rationalis, qui vt amem deum
dei qua= plurimas rationes quærunt, & occaſiones, quibus
lis ſit. moueantur, alioquin frigeſcũt: ſicut ignis lignis de
ficientibus. Amor proficientium eſt aliquantulum
cecus, quia ratione non ducitur, nec temperatur
vbi nota: quod defectus rationis eſt quærere ratio
nem in re tam per ſe nota. Defectus famis eſt in
citamenta quærere vt panẽ regium ædas: & ſic eſt
defectus amantis inquirere rationes amandi tam



amabilem deum. Quando anima(vt ita dicam)qua
dam paſsione ſeu ardore ducitur, nullam attendens
rationem, tunc ſancta cecitate agitur: & amor im=
patiens agitat cor quod charitas chriſti ſola vrget,
fornax ardet nimis, iam paucis indiget lignis ce=
cus dicitur qui aptus eſt videre: qm̃ amor iſte apti=
tudinem magnam habet: vt deũ videat in meridie
perfecte charitatis. Interea tamen defectu nõ caret:
ſi defectus dici debeat: quia nõ eſt defectus niſi re=
ſpectu altioris ſtatus. Reſpectu etiã noſtri dicamus Eccleſi.
de quolibet apoſtolo, quod melior eſt iniquitas vi 42.c.
ri: quã mulier benefaciens. Beatus Ambro. denotãs
hanc proficiẽtis animæ cecitatem dicit ſuper illud
Exo. oſtẽde mihi faciem tuã. Nouerat ſanctꝰ vates, Exo. 33.
qđ inuiſibilẽ deum facie ad faciẽ videre non pote
rat: ſed menſurã ſuper egreditur ſancta deuotio. Ex
hoc habetis documentum, quod qñ viri religioſi ſi
ue alii deuoti altius deflent abſentiã dei, aut palam
ſuſpirãt, aut clamant ad deum etiã ſenſibili voce, aut
aliquid nimis addunt ſeruitio dei, tunc amor impa=
tiens eos agitat, vt aſcendant ad eum: & ſi non gra
dibus ordinatis. Iam ergo apoſtolis triſtibus ex do
mini regreſſu dicamus: vt eorum amorem illumine
mus verba thematis ſcilicet aſcenſor cœli auxilia=
tor tui. Quid meres, ò apoſtole dei, cur non atten= Prima ra
dis: quod aſcenſor cœli auxiliator tuiꝰ propter bo= tio aſcen
num tuũ aſcendit: vt te comẽdet patri: & omnes di ſionis eſt
cere valeatis. Introiuit in ipſum cœlum: vt appareat auxilia=
vultui dei pro nobis. Aſcendit etiam vt ad vos ſpi tio.
ritum ſanctũ deſtinet: quia ideo ſcriptum eſt. Etẽ Heb. 9. d
cœli diſtillauerũt(ſcilicet linguas igneas) à facie dei
Sinay, à facie dei Iſrael, à facie chriſti dei cœli & ter
ræ. Vel in his duobus ſignatur primo ſpiritꝰ ſanctus, pſ. 67. b.

qui velut ignis deſcendit ſuper Sinay, & in Iſrael
notatur, quod quemadmodum Iſraeli occurrerunt
angeli velut caſtra dei: ſic dominus Ieſus miſſurus
erat angelos ſuos pro tuendis apoſtolis. A facie igi
tur ſua ideſt propter ſuã præſentiam cœli ſpiritum
ſanctũ diſtilauerunt & angelos. ¶Si adhuc dicitis
mane nobiſcum domine: audite & aliã rationẽ aſcẽ

Secunda ratio aſ=cenſio=nis eſt meliori=tas.

ſus Chriſti. Corpora quo ſunt naturaliter meliora,
altiori conſiſtunt loco, patet hoc & in elementis, &
in luminaribus cœli, & in ipſis cœlis, & in angelis,
& in membris humani corporis. In elementis quia
ignis eſt nobilior ideoq; ſuper alia collocatur ele
menta. In luminaribus ſol eſt perfectior: ideo altior
eſt. In cœlis cœlum empireum eſt melius: ideoq; ſtat
ſuper cęteros. Angelorum nobiliores ſunt ſeraphin:
ideo altiori manſione ſtabiliuntur, in cœlo. In mẽ
bris meliores ſunt oculi: quapropter altius inſidẽt.
Nunc dñs Ieſus in elementis eſt ignis cõſumens in
luminaribus ſol, in cœlis eſt empireum, quoniã cœ=
los mouet, in angelis eſt ſeraph, qm̃ aſcendit ſuper
cherubin & volauit in membris noſtris, oculis cõ

Tertia ratio aſcenſionis eſt puritas.

paratur Ieſus: qui eſt lux mundi. Cũ ergo ſit in om
nibus principatum tenens, melior locus debetur ei,
qui eſt ille, de quo dicitur. Sedet ad dexteram ma=
ſtatis in excelſis &c. Locus ille pro iſto corpore in
gemiſcit: quod dextera maieſtatis immediate forma
uit ex puriſsimis ſanguinibus purioris virginis. Cũ
ergo naturaliter puriora ſuperius aſcendant, gra=

Quarta ratio aſcẽtionis eſt humili=tas.

men ingeritis aſcendenti, ſi non libenter & vos de
tis locũ abéunti ad locum ſibi tam rationabiliter
debitũ. Si autem adhuc dicitis: mane nobiſcũ domi
ne: audite & aliam rationẽ ſui aſcenſus. ¶Vos ipſi
audiſtis eum ſepe dicentem. Qui ſe humiliat exal



tabitur. Hic non ſolum vſq; ad mortẽ crucis ſe hu=
miliauit, ſed vſq; ad inferiores ptes terræ, q̃propter
neceſſe eſt, vt aſcẽdat vſq; ad ſuperiores partes cœli:
nam inter aues quæ profundius deſcendit, altius vo
lat, vt patet in aquila, quæ vt piſces capiat etiã ſub
aqua immergit ſe, poſtea vero tantum aſcendit: vt
vix valeat ab humanis oculis videri. Ecce aquila

Chriſtus eſt aquila

Chriſtus qui ſub aquis nimis paſsionum ſe immer
ſit pro ſanctis patribus eripiendis, qui naufragium
patiebantur: & pro nobis qui immergimur profun=
do ſceleris ſub vnda. At nunc capta præda ad præ
ceptum patris eleuabitur aquila: & in arduis ponet
nidum ſuũ. Aqua etiam naturaliter ſi ordinate ve=

Chriſtus eſt aqua.

niat, tm̃ aſcendere poteſt, quantum deſcendit, Chri=
ſtus autem ideo comparatur aquæ ſapientiæ ſalu=
taris, qui à fonte paterno, à patris pectore oritur, ta
men ad vallem noſtræ mortalitatis deſcendit ordi=
nate, non vt lucifer qui cecidit, ideoq; aſcendere nõ
poteſt, Chriſtus autem deſcendit per meatus humili
tatis: nunc autem nititur aſcendere ad angelos po=
tandos torrente voluptatis ſuæ, qui hactenus ſitibũ
dos potauerat homines: vt dicatur de eo. A ſummo
cœlo ideſt à pectore patris egreſsio eius: & occur=
ſus eius vſq; ad ſummum eius. Nam ideo ait quidã,
quod Ieſus decem diebus ſpatioſe ac lento gradu
aſcendit per nouem choros angelorũ, in vno quoq;
diem vnũ conſumens: nam cogebant illũ: teſte Ber
nardo dicentes: mane nobiſcum dñe aliquantulum

Quinta rõ aſcenſionis eſt cõueniẽ=tia loci.

qui tantã moram cũ hominibus traxiſti non ſolum
paſſurus ſed etiam ſuſcitatus, igitur in vnoquoq; or
dine diem traxit dum collocat ibi de ſanctis: quos
defert ſecum in ſedes eis debito præparatas. ¶Si
daretur vobis, apoſtoli Chriſtum detinere vobiſcũ:

vt eum volebat detinere Petrus cum ait. Faciamus
hic tria tabernacula, quia bonũ eſt nos hic eſſe. Indi
catis obſecro, vbi nam collocaretis eum: nam locus
debet proportionari locato, Chriſtus immortalis eſt:
mũdus autẽ repleuit omĩa morte: vbi mors regnat.
Chriſtus habet pacem, quæ exuperat omnẽ ſenſum,

Mundus & Chriſtus opponũtur.

mundus preſſuram, qua deprimit ſenſum multa co
gitantẽ. Chriſtus & ſui omnimodam tenent impecca
bilitatem: in mũdo autẽ inundat iniquitas: nata ma
litia. Chriſtus & ſancti ſui habent requiẽ ſempiter
nam: mundus autẽ omnimodã vitiorũ ſeruiturem, &
labor in medio eius & iniuſticia. Chriſtus induitur
gloria mundus autẽ induitur ſicut diploide confu
ſione ſua, mundus eſt carcer, Chriſtus eſt inter mor
tuos liber: quæ comparatio lucis ad tenebras: dei
ad belial? Totus hic mundus in maligno poſitus
eſt: Chriſtus autem ſegregatus à peccatoribus ex
celſior cœlis. Ergo non poterit ei adherere in mũ
do ſedes iniquitatis: migrare eum oportet à ſede

Sexta ratio aſcenſionis eſt operis ſui conſũmatio.

mundi: ſinite eum abire ad locum ſuum. ¶ Hic ve
rus angelus Thobiæ: qui peracto opere illuminatio
nis Ade: vobis ingerit. Tempus eſt: vt reuertar ad
eum: qui me miſit. An neſcitis apoſtoli quòd redi
tu ſuo ſingula gaudent? non venit, vt maneat, ſed
vt abeat, accomodatum habetis eũ, reſtituere opor
tet tantum bonum: ne furto arguamini. Aſcendat

1. Re. 2. b

igitur ad populum accinctum noſtrum: vt ſedeat

Septima rõ aſcenſionis eſt angelorum deſiderium.

ſuper principes: & ſolium gloriæ teneat in domo
maieſtatis ſuæ: non ſit rex ſine ſolio. ¶ Alioquin de
ruſticitate & incuria notabimini non ſinentes chri
ſtum abire. Namq; angeli adduxerunt eum ad vos
quando miſſus eſt Gabriel: & facta eſt alibi cum
angelo multitudo cœleſtis exercitus: nunc autem



in eum deſiderant angeli proſpicere, cuius facies
plena eſt gratiarum etiam pro angelis: qui de ple
nitudine eius accepturi ſunt: ſicut accepiſtis & vos
(ſublimiori tamen modo) igitur vice verſa angelis
concedite: quod ipſi gratis vobis dederunt. Venit de
cœlo ad mundũ deſideratus cunctis gentibus, aſcẽ
dat de mundo ad cœlũ deſideratus cunctis angelis.

Octaua ratio aſcenſionis eſt trinitatis congratulatio.

Immo deſideratus patri & ſpiritui ſancto. Nam ſi ſu
per montem Thabor congratulantur bonis ſuis,
quid facient nunc in præſentiarum? tũc pater dixit
hominibus. Hic eſt filius meus dilectus in quo mi
hi bene complacui: ipſum audite. Nunc idem dicet
angelis Chriſto aſcendente ingerens eis gloriam
Chriſti ſui. Spiritus ſanctus in monte nube lucida
obumbrauit Chriſtũ: & etiam nunc dicetur. Nubes
ſuſcepit eum ab oculis eorũ: vt ſcilicet oculis pa
ternę gloriæ eum repreſentet gradientẽ in multitu
dine virtutis ſuæ. Qui nec immemor erit alicuius
ſerui ſui: nam ipſe dixit. Qui confeſſus fuerit me co
ram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre
meo: quĩ aſcenſor cœli auxiliator tui. Viderês igitur
apoſtoli has & complures rationes dixerunt chri
ſto. Exaltare ſuper cœlos deus, & ſuper omnem ter Pſ. 107. a
ram gloria tua: vt liberentur dilecti tui. Exaltare do
mine prius ad gloriã patris & ſpiritus ſancti & an
gelorum, & omniũ quæ ſunt ſuper cœlos, tñ non de
ſeras terram: ſuper quam gloria tua dilatetur preci
pue vt apoſtoli atq; diſcipuli omneſq; in te creden
tes atq; dilecti tui liberentur ab omni malo: vnde
propter veritatem ſcripturæ, & manſuetudinem ſci
licet crucis, & iuſticiam quam feciſti, quæ & hoc
expoſtulat, intende proſpere: procede & regna in ſe
cula ſeculorum amen. Hæc ad primam partem. Pſ. 44. b

2.pars. Aſcenſio noſtra.

¶ In ſecunda parte nimis oportet ad nos thema di
rigere: nam præcipua feſtiuitas noſtra eſt hodie, quod
enim à natura plus ineſt homini: eſt aſcendere. Aſcen
dendi cupido nimis vexat nos etiam non aduer
tentes: nam ex aſſuefactione prouenit, ſine aduertē
tia fieri: tota namq; cura nr̄a, verſatur in aſcenden
di ſolicitudine, & anxietas quædam torquet nos, vt
ſemper ad ſublimiora nitamur, ita vt adepto mūdo
non quieſcat homo: vt pater in alexandro: de quo
dicitur. Siluit omnis terra in conſpectu eius. Et tñ
adhuc ſi alter eſſet mundus inquirebat. Semper de
niq; videtur homini ad aurem dici. Amice aſcende
ſuperius: & erit tibi gloria. Hic appetitus ignis vo
catur in ſacra pagina, quo nunquam dicit ſufficit,
cuius natura eſt ſemper aſcendere, & quo maior eſt
homo, magis aſcendere cupit: nam adeptis dignita
tibus ſemper irritatur appetitus: ita vt Seneca dicat.
Magno nihil magnū, quamuis ergo non valeat ho
mo addere ſtaturæ ſuæ cubitum vnū: nititur etiam
lanceā apponere ſtatui ſuo. ¶ Ratio potiſsima cu
pidinis huius (vt arbitror) eſt ob id: quod poſtquam
viderit homo, quod nulla terræ ſublimitate adeptus
quieſcit, ſaltim coniectet, quod iſta cupido altius a
dit, cœlum ſpectat, quæ ſurſum ſunt quærit: non quæ
ſuper terrā. Vnde attende ꝙ hanc aſcendendi cupi
dinem deus optimus maximus miſericorditer con
tulit homini tam inſatiabilem ꝙ niſi ad eum aſcen
dat, non ſatiatur: ipſe vult ſolo ſemet paraſidē cor
dis humani adimplere: vnde merito ait propheta,
pars mea deus: dixit anima mea. Ac ſi experta fue
rat: quod cætera nihil erant. Immo & ipſe deus
ait. Ego merces tua magna nimis: ac ſi dicat. Cæte
ra parua ſunt tibi: non ad implent in bonis deſide

Omnis homo cupit aſcendere.

Sol⁹ implet nos.



rium tuum. Iſte igitur appetitus aſcendi ſignaculū
certum dei eſt in homine, vt ſciat ſe à ſolo deo fa
ctum, poſtquam eo ſolo ſatis ſit, ſciatq; deum finē
ſuum eſſe: quia eo ſolo adepto requieſcit. Cur enim
non quieſcemus in ſolum deū aſcendentes, cū ſcia
mus, quod ipſe non quieuerit: niſi homine creato?
cuncta creauerat deus, non tñ quieuerat: niſi cū fe
cit hominem ſimilē ſibi in aſcenſu, qui aſcenderet
ſuper cherubin: & volaret ſuper pennas ventorum.
Hic nimis nota ꝙ quemadmodum à cæteris do
nis homini Chriſto collatis ꝓuenit chriſtianis ſuis
ſingularis & peculiaris participatio nā ab eius vnio
ne hypoſtatica ꝓuenit nobis vnio gratifica, ab eius
filiatione vt filii dei nominemur & ſimus, ab eius
reſurrectione vt reſurgamus: & ſic ab eius aſcenſio
ne vt aſcenſionem optemus: ſed væ vobis ſi hoc
donum rebus caducis dederimus. O igitur fratres
ſi deus cordis noſtri tranſcēdit omnia propter nos
homines, quanto amplius nos propter ipſum cun
cta deberemus tranſcendere? Merito deniq; ait Cy
prianus. Sufficis tu deo: ſufficiat tibi deus. Hic ergo
appetitus & ſacra cupido fecit philoſophos circa
vniuerſi contemplationē curioſos & ſapientes hu
ius ſeculi altiora ſe quærere, tñ errauerunt in ſolici
tudine, id eſt ſine fide ſociante, & viam ciuitatis ha
bitaculi non inuenerunt, quia Chriſtus nondū fue
rat pandens iter ante eos. Hæc deniq; ſacra ambi
tio aſcendēdi etiā ſanctos ſolicitat: & eos quærulos
reddit atq; dicentes: quis aſcendit in montem do
mini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? quis homi
num aſcendere valet ad illū: aut quis angelorū ſta
re in illo? nam lucifer in veritate non ſtetit. Alter
ſanctus etiam dicit. Quis dabit mihi pennas vt co

Adonis chriſti ꝓueniunt donare.

ps. 54. b.

lumbe,& volabo & requieſcã? nec alterius niſi co
lumbe volebat alas, in cuius ſpecie ſpiritus ſanctus
viſus eſt,concupiuit namq; anima eius volare,quo
venerat colũba illa: vt appetitus eius requieſceret
ſpiritus ſancti fauore ſuffultus. ¶ Aduerte tñ quod
quãuis appetitus iſte vigeat in nobis,non facilis eſt
eius executio:nam difficilis eſt aſcenſus. Atq; diffi
cilimus etiam ſanctis viris atq; perfectis,quia nulla
creatura difficilius obtinet ſuum finem quam ho
mo aut angelus, ex eo ꝙ illorum finem potiorem
dignoſcamus:atq; meliorem. Nam de angelo dicit
magiſter ſententiarum, quod ſtare poterat in gra
tia, qua conditus erat:non tamen ad maiorem et
ſe aſcendere ſine noua gratia. Nec homo vt ait bea
tus Thomas,poteſt vti bene accepta gratia ſine au
xilio ſpeciali:qđ & ille poeta videtur ſenſiſſe cũ ait
Facilis eſt deſcenſus auerni. Sed reuocare gradum,
ſuperaſq; euadere ad auras,hoc opus, hic labor eſt.
Qui deſcendit à proprio pondere iuuatur: aſcen
dens autem niſu indiget atq; vi: quando autẽ ſpiri
tualiter & bene voluerit homo aſcendere: opus ei
illi adiutorio. ¶ Quod etiam ſi habeat homo no
cіuum videtur ſibi aſcendere, cũ ſit puluis & cinis,
qui melius infimo tenentur loco: & in aſcenſu eua
neſcũt. Propterea patriarcha Abrahã intuitus ſodo
mam vidit aſcendere de terra fauillã quaſi fornacis
fumum,qui ex ſe deficit: & vento diſpergitur. Adi
& lucifer & Abſalon & Aman volẽtes aſcendere,
vento vane gloriæ diſperſi ſunt: atq; deiecti. In hoc
falluntur homines,qđ videntes ſe cupidos aſcendẽ
di, & ꝙ cœlũ eſt ſurſum concludunt,qđ ſurſum inhia
re debent,cũ ſit econtra, non eñ ſurſum ſed deor
ſum itur ad cœlũ,non verſus cœlũ itur ad cœlũ,ſed

*Quã difficilis ſit aſcenſus*

*Ambitio deiicit.*



verſus terram,quia non qui ſe exaltat,ſed qui ſe hu
miliat exaltabitur, vbi nota ꝙ nemo cecidit: niſi quia
volebat aſcendere: quoniam ſcriptũ eſt. Eiecisti eos
dum eleuarentur. Aſcenſus ergo fit precipiciũ, ve
luti contingit ſuſpendendo,qui eleuatur, vt deiicia
tur: nam officium demonis eſt, eleuare vt deiiciat,
veluti faciũt detractores,qui priuſquam feriant ab
ſentem,extollunt aliquã virtutem eius: vt poſtea ſe
curius mordeant. Nemo igitur gaudeat in aſcenſu
mundiali,qm̃ ad præcipitium ordinatur. Sed etiam
ipſe aſcẽſus cœli,omnẽ quã prædiximus,habet diffi
cultatem: nam pugnare oportet cõtra aereas poteſta
tes: iter noſtrũ obſidentes,quod in oratione ſua vi
dit beatus Antonius, quando ei oſtenſum eſt, quo
modo ipſe lucifer in figura maximi hominis à ter
ra ad cœlũ vſq; attingentis ſtabat, vt animas aſcen
dentium arriperet: atq; deiiceret. Quod & ſi contra
hunc hoſtem præualuerimus: adhuc inutilis iudica
tur aſcenſus: quia ignis eſt ante ianuam paradiſi nõ
facilis,ſed vt ait gloſa eſt veluti os inferni, aut ſpi
raculum ſulphuris: qui nullo modo nec omniũ la
chrimis extingui poteſt. Primo igitur difficilis eſt
aſcenſus ex parte defectus gratiæ: quam nõ habe
mus. Secundo ex parte noſtra quia puluis ſumus.
Tertio ex parte demonis obſidẽtis. Quarto ex par
te ignis ad ianuã exiſtentis. Quinto ex parte che
rub oſtiarii: qui habet curam arcendi volentes in
gredi, ibiq; poſitus eſt,(vt ait ſcriptura) ad cuſtodiẽ
dam viam ligni vitæ: ne homo viueret in eternum.
Hic cherub tante ſapiẽtiæ eſt,quod nulla oratione
aut verbis cõpoſitis vinci poteſt, nec admittit preces
cuiuſquã deprecantis. Habet inſuper obſtaculũ ſex
tum ſcilicet gladium verſatilẽ,qui ſemper vertitur,

*Gigãtes obſident promiſſionis terram.*

*Septẽ obſtant ne aſcendat*

*Gen.3.d.*

ne ſpacium ſperetur ingreſſui: cui nullum ſcutum
Nu.22.d. opponitur.Hic ergo cherub gaudium ſuum vibrat
p̄s.62.c. magis timendum quã gladium Michaelis,quẽ etiã
aſina pertimuit: nam & corpus etiam ferit gladius
iſte.Igitur volentes aſcendere:tradentur in manus
gladii. Eſt & ſeptimum obſtaculum, qm̃ clauſa eſt
Mat.25.a ianua,& infrãgibilis durior adamante:nec hucuſq;
homo clauem eius habere potuit.¶Hæc ſeptem igi
tur inter alia precipue obſtant aſcenſui noſtro,quę
ſi tantum nõ optaremus forſitan dimitteremus,ſed
quia eum nimis optamus, & amplius egemus, ad-
huc erit nobis ſpes tepida:quã reparant verba the
matis dum aiunt.Aſcenſor cœli auxiliator tui.Noli
trepidare homuntio, non te frangat iſta res obſta-
culorum: noli prædictis occaſionibus pauimento
adherere,ſed innitatur cor tuum ſurſum aſcendere,
ſurſum agi, & ſuſpendium eligere, qm̃ iam habes
ducẽ:iam patebit deinceps aditus. Sed forte dices,
nonne iſte homo eſt,nonne ſimilis noſtri effectus
eſt:nonne ſimilis omnibus primã vocem emiſit plo
rans?Etiam iſte aſſimilatus eſt fauille & cineri,qui
ipſe nouit,& expertus eſt figmẽtum noſtrũ,qui pul
uis ſumus.¶Quãuis aſcenſor iſte cineres & pulue-
Chriſtus res humanitatis noſtræ ſecum habeat,ſic vniti ſunt
quomo- in eo ac in vnũ redacti,vt nullum aſcenſui inferãt
do aſcen præiudicium:quoniam & ſi in ea parte qua eſt ho-
dit. mo,aſcẽdere per ſe ſolitarius nequeat,ita per vnio
nem hypoſtaticam innixus aſcendit verbo dei,vt
Can.8.b angeli etiã mirentur dicẽtes. Quæ eſt iſta quæ aſcen
Curr⁹ eſt dit de deſerto:delitiis afluens: innixa ſuper dilectũ
deitas ſuum?De humanitate innixa dilecto filio dei mirati
verbi. ſunt:qui à limbo iam deſerto aſcendit. Ecce igitur
4.re.2.b noſter Helias Chriſtus homo curru igneo deitatis



ſuffultus aſcendit:nam deus noſter ignis conſumẽs
eſt,qui naturaliter ſurſum tendit:atq; tendere facit.
Et licet Chriſtus dicatur propria aſcendiſſe virtu-
te,hoc non refertur ad naturã humanam,ſed ad per
ſonam diuinã,quoniã actus ſunt ſuppoſitorũ:vt ait
philoſophus.A verbo namq; dei habet,vt tam po-
tenti virtute aſcendat,quia humanitas inquãtum hu
manitas aſcendere non poteſt: niſi inquantum hæc
humanitas:vñ ait Auguſt.in ſermone.In eo qui ele
uat diuinam potentiã,in eo qui eleuatur,humanam
agnoſce ſubſtantiã. In ripa fluminis parua vitis &
gracilis eſſe ſoler.quæ maxime adherens arbori,in
aſcenſu equatur ei: propterea ꝙ innititur ei. Chri-
ſtus vitis vera eſt: de quo ait propheta. A ſummo
cœlo egreſsio eius: & occurſus eius vſq; ad ſum-
mum eius. Egreſsio præſertim tribuitur deitati ver
bi ad vnionem & incarnationẽ:nam humanitas nõ
eſt allata à cœlo.Occurſus vero tribuitur humani-
tati,quæ antea nõ erat in cœlo.Et hæc duo vidẽ-
tur equari dum dicitur,à ſummo cœlo egreſsio ei⁹ Pſa.18.b.
& occurſus eius vſq; ad ſummnm eius &c.Vitis er
go humane naturæ adherens ligno vitæ æternæ,
quod eſt verbum dei,tm̃ aſcendit quantum ipſum,
immo cæteris dat virtutem aſcendendi: nam vitis
tribuit virtutẽ aſcenſus foliis ſuis ac racemis ad pal
mitibus.Chriſtus dñs omnibus membris ſuis cõfert
aſcendeudi vires, ideoq; ſuperius dixerunt angeli,
quod aſcendebat deliciis affluens,Affluentiæ deli- Adiuto-
tiarum Chriſti adherent ſancti:vt aſcendant ad de ria nr̃æ
licias paradiſi.¶Ecce igitur contra primũ deffectũ aſcenſio
gratiæ:quem ſupplet chriſtus afluentia gratiarũ ſua nis habet
rum tendentiũ ad gloriam.Cõtra ſecundũ eſt vnio Chriſtus
beatifica,quæ taliter cineres conciliat:vt ſimiles an

gelis faciat homines: hæc autem vnio conſertur
beatis ob vnionẽ hypoſtaricam Chriſti,& ob illam
conciſsionẽ qua eius anima ſeparata eſt à corpore.
Contra tertiũ impedimentũ aſcenſus eſt etiam auxi
lium in Chriſto: nam fugiunt demones ab eo, quẽ
dum mortalis viueret: nec videre nec audire pote
rant dicẽtes. Quid tibi & nobis fili Dauid: qui veni
ſti ante tempus torquere nos? iam equidẽ venit tẽ
pus illud, quo præſentia iudicis torrentur demones,
quia quemadmodũ oriente ſole fugiunt tenebræ,
ſic demones chriſto aſcendente diſparent, & ca
dunt, qm̃ ideo dictũ eſt, qui aſcendit ſuper occaſum
dñs nomen illi. Cõtra quartum obſtaculũ ignis af
fert etiam chriſtus auxiliũ aquã lateris ſui: de qua
dicitur. Vidi aquam. e. de. t. à latere dextro, vſq; ſalui
facti ſunt, à latere dextro templi corporis ſui exiuit
aqua cõtra omnem ignẽ iræ dei. Contra quintũ ob
ſtaculũ cherub oſtiarii defert chriſtus illa dei pmiſ
ſio. Tibi dabo claues regni celorũ. Vt non iam che
rub ſed Petrus ſit oſtiarius. Contra ſextũ obſtaculũ

**Miſericordia tegit iuſticiam.**

gladii, quod cõtra ſeipſos euaginauerunt peccato
res irritantes deum in adinuentionibus ſuis ad vin
dictam: iam deffert Chriſtus vaginã miſericordiæ
aperturã ſcilicet lateris ſui, nec iam ſit nuda iuſti
cia dei, ſed multa miſericordia tegatur, quæ etiam
operit multitudinẽ peccatorũ: propterea igitur pa
ter æternus nõ eſt auxiliatus ei in bello: ſed auertit
adiutorium gladii eius: nunc qui eſt erat cõtra ho
mines gladius abſcondatur in vagina ſua. Cõtra ſe
ptimum obſtaculũ clauſure ianue adamãtine affert
ſanguinẽ ſuum qui teſte Hiero. eſt clauis paradiſi, qui
per propriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æter
na redẽptione inuenta. Defert & aliã clauem, cru



cem: nam ſera lignea indiget claue etiam lignea,
lignum ſcientiæ clauſit paradiſum: ideoq; lignũ cru
cis eſt clauis eius plenum ergo auxiliatorem habe
mus, quapropter vnuſquiſq; ſit accinctus, ad aſcen
ſum cum Chriſto, qui quãuis à primo die reſurre
ctionis hæc omnia quæ diximus, haberet, voluit tñ.
40. dies adhuc expectare non occioſus ſed loquẽs
de regno dei, vt etiã corda huc manentiũ: ſecũ aſpor
taret ad ipſum regnũ dei. Cum ergo dies aſcenſus
aduenisſet: voluit dñs iterum comedere cũ ſuis, vt
aſcenſurus crucem fecerat &c. dic hyſtoriã, tandem
& nos fratres ſaltim mentaliter aſcendamus cũ il
lo per indagationem ſcripturarũ, ſimus & nos ga
lilei ideſt tranſlati aut migrantes animo ad cœlum
ſcripturæ: qm̃ hodie aquila grãdis defert medulam
cedri virginei ad vrbem negotiatorum angelorũ: **Figure**
qui ſunt fautores eccleſiæ archa Chriſtus in plau **aſcenſus**
ſtro nouo corporis glorioſi cũ cantoribus & põpa **Chriſti.**
magna ad verum templũ non manu factũ ducitur
archa federis hodie Abſalon q eſt Adam p Ioab qui **4. re. 2. f.**
eſt Chriſtus introducitur ad regẽ patrem ſuũ: Heli
ſeus de Hierico aſcendit in Bethel. Colũba redit ad
archã gloriæ. Columna ignis præcedit populũ aſcẽ
dit deus in iubilo angelorũ: & dñs in voce tube ſan
ctorum. Egreſſe quidẽ ſunt, angelice creaturæ: vt vi **Apo. 12.**
derent regẽ Salomonem. Filius mulieris coronatæ, i.
Mariæ raptus eſt vſq; ad thronum dei. Gratiæ irri
guum inferius ſit ſuperius ad angelos; vt germen
domini ſit in magnificencia & gloria. Helias cur
ru aſcendit, currus gloriæ corpus eſt: quatuor equi
ignei ſunt quatuor dotes. Ioſeph regi præſentatur
regni prouiſor lumen gloriæ apparet in terris: quo
ſicut veſtimento induti ſunt aſcendentes? Moyſes

aſcendit in montem Sinay. Nubem ſubintrat aſſu
ptus ab aquis mortalitatis. Obuiam exeunt caſtra
dei angeli ſcilicet vero Iacob. Pontifice mortuo
exules reuertuntur ad propria: quia ille propriu
ſanguinẽ intulerat in ſancta. Currus triumphi e
ordo aſcendentiũ: cui Chriſtus inſedit. Raphael re
uertitur. Sanſon infert patri fauũ mellis ob ore le
nis: tronus ſapientiæ in columna nubis: quæ profu
dum abiſsi penetrarat. Pater vocat ex Egypto fili
ſuum: ò qualiter recipitur &c.

## ¶ DOMINICA INFRA OCTAVA
## aſcenſionis ſermo. 49. de noſtra ſpiri=
## tuali aſcenſione. THEMA.

Aſcenſor cœli auxiliator tui.

¶ Inuocatio ad virginem.

QVantum aſcenderit beata virgo, & quan
exaltata fuerit in cades ideſt in ſanctita
vix poterim⁹ indagare: niſi menſurato
prophetã audiamus dicentẽ: quod à loco vulgi v — Aſcẽſio ſanctita= tis Mariæ
ad atrium templi exterius erant ſeptem gradus. E
ab atrio exteriori vſq; ad atrium interius aſcend
batur per octo gradus. Et ab atrio interiori vſq; a
templũ per octo gradus erat aſcenſus. Templũ h
tam ſublime virginis ſanctitas eſt cuius aſcenſ
ſublimis eſt valde. Nam ſi cũ ad huc eſſet infa
quindecim gradus aſcendit: vt templum ſanctita
attingeret: quot arbitramini deinde gradus eã a
diſſe? Tũc ſane ſicut aurora cõſurgens fuit: in ſu
mitate autem aſcenſionis ſuæ terribilis prædica
vt caſtrorum acies ordinata. Ordinata inquã t
bus ordinibus prædictis: in primo ſunt à loco vu
gi vſq; ad atrium exterius ſeptem gradus. Vulgi a



tem locus eſt noſter miſerabilis ſtatus: nos enim pec
catores ſumus vulgus promiſcuum flagrantes de=
ſiderio carnium: numeri. 11. In hoc ſtatu eſt peccati — Septem
ſeruitus, & pene peccandi neceſsitas, quia qui facit — ſtat⁹ chri
peccatũ ſeruus eſt peccati. Secundus eſt gradus pe — ſtiano=
nitentium, vbi eſt & pronitas ad malũ: & difficul= — rum.
tas ad bonum. Tertius eſt ſtatus perfectorũ, vbi nõ
eſt pronitas ad malum: ſed tñ difficultas ad bonũ.
Quartus autẽ gradus ſanctitatis, eſt ſtatus innocen=
tiæ, ſicut fuit ſtatus Ade ante peccatum: quia indif
ferens erat ad bonũ & ad malum. Quintus vero eſt
ſtatus ſanctificatorũ in vtero: in quibus non erat ꝓ
nitas ad malum ſed ad bonũ. Sextus eſt ſtatus beate
virginis ante incarnationem domini, cuius ſancti=
tas ſic pura erat: vt prædictos excederet. Septimus
eſt eiuſdem ſtatus poſt incarnationẽ: vbi nõ habuit
potentiã ad peccandũ, quæ manere non potuit cum
tanta perfectione, & plenitudine gratiæ, ſicut nec
eſt in angelis quos Maria ſtans in terra attingerat
velut ſcala Iacob. Ecce videtis, quia ſicut exaltan=
tur cœli à terra, ſic exaltata eſt; & aſcendit beata
virgo à vulgi loco ideſt à miſerabili ſtatu noſtro.
Sed nec ad ſolum profectũ ſuum exultari ſe putat,
quin profectibus noſtris ſe præbeat: vñ ait thema.
Aſcenſor cœli ideſt Mariæ ſpiritus, auxiliator tui, ò
chriſtiane: quia de cœlo poterit tibi auxilium deſti
nare: nam per ſcalã & propter virginem non ſolũ
angeli aſcendunt, ac deſcendunt, ſed etiam domi=
nus ſcale dicitur innixus ideſt Mariæ, vt per eã de
ſcendat ad nos: cuius gratiæ condeſcenſionem vt
mereamur beatæ virginis deferamus Aue.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ De noſtra ſpirituali aſcenſione acturi præmittere — 2. Pe. 1. b.

Aſcẽſus ad amorem proximi.

debemus aliam: quam beatus Petrus ſcripſit fidelibus dicens. Vos autem curã omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutẽ, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiã, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem: quod autem in prædictis virtutibus Petrus apoſtolus aſcenſum deſcripſerit, ſatis oſtendit: dum ſubiunxit. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Iam ergo primum dicit habendam fidem in mente: deinde ſecundum virtutem in opere: tertio autem ſcientiam in electione ſpiritualium chariſmatum: quarto abſtinentiam in proſperis: quinto autem patientiam in aduerſis: ſexto pietatem in corde: ſeptimo amorem fraternitas in oratione: octauo deniq; charitatem in intentione. Sed quia gradus iſti adhuc in terra ſunt quoniam ad proximum tendunt propterea ad ipſum deum propter ſe diligendum, eſt maior aſcenſus, non terreſtris ſed celeſtis, ideo aduertendum

Aſcẽſus ad amorem dei.

quod ſicut in amore polluto ſunt gradus, ſic etiam in amore diuino, qui per alterum, vt Ricardus dicit, inueſtigari poteſt. Vnde amat interdum iuuenis virginem, & eam precibus interpellat: hic autem amor tepidus. Aliquando & precibus interpellat, & munera mittit: at hic eſt amor prouidus. Aliquando etiam cum præmiſſis dura ſuſtinet: & probitatem oſtendit: hic eſt amor ſtrenuus. Aliquando autem omnia ſua diſsipat, ſicut de filio prodigo legitur, & hic eſt amor prodigus. Aliquando patriam parenteſque relinquens etiam ribaldus efficitur, & hic eſt amor fatuus. Aliquando etiam corpore languet amore: & hic eſt amor languidus. ſ. per effectũ. Aliquando inſanit quodammodo, ſecundum illud poete. Inſanire libet &c. & hic eſt amor ebrius. Per ſimiles gradus in cœlum amoris diuini aſcendere poteritis. Nam primo ſunt aliqui deum amantes, tamen nihil aut parum pro eo facientes vel pacientes, tantum modo precibus eum interpellant. Talibus autem in Apocalipſi dicitur. Vtinam frigidus eſſes: aut calidus &c. & ſunt alii qui elemoſinis peccata redimunt: & hi habẽt amorem prouidum. Tertio autem ſunt qui propter deum, complacent ſibi in infirmitatibus, in contumeliis, & in perſecutionibus, & in anguſtiis pro Chriſto illatis: habentes amorem ſtrenuum. Quarto autem ſunt qui omnia relinquunt & vere pauperes ſpiritu fiunt habentes amorem prodigum. Quinto etiam ſunt qui religionem ingreſſi, viles & abiecti in domo domini appetunt reputari: habentes amorem fatuum. Sexto ſunt qui præ teneritudine amoris domini corpus ferre non præualent, aut nutrire, & iſti amore languent. Septimo autẽ ſunt, qui virtute amoris acti, & totum mundum obliuioni tradentes clamant. Cupio diſſolui: & eſſe cum Chriſto. Hic eſt amor Ebrius. Octauus autẽ gradus in amore polluto nõ inuenitur, & hic eſt amor puriſſimus, qui in cœlum deitatis aſcendens eleuat animam: de quo ait thema. Aſcenſor cœli auxiliator tui. Hoc amore agebatur ſurſum Paulus cũ dixit. Quis ergo nos ſeparabit à charitate chriſti? Tribulatio an anguſtia? &c. vſq; neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate dei: quæ eſt in Chriſto Ieſu. Longum eſſet nũc fratres mei oſtẽdere, quomodo chriſtus per hos gradus aſcẽdit, immo & deſcendit ad eccleſiã ſuã,

Apo. 3. b

Gradus amantiũ deum.

Ro. 8. f.

ex qua nunc aſcendit ad patris dexteram,ſed q̄
etiam cupit in animam noſtrã aſcendere,& nõ p
teſt ſine nobis, nec nos aliquid poſſumus ſine
ideo euangeliũ exponam: vbi oſtenditur quem
do in cœlum animæ noſtræ cupiũt aſcendere.In
to ſermone nil aliud faciam niſi exponere m
ter euangelium:quia eſt deuotiſsimum.

¶Incipit homelia.

Aſcẽſio Chriſti in cor. Iohã.20 ¶Angeli loquẽtes de aſcenſione memorant q
deſcenſionem Chriſti dicentes.Hic Ieſus qui aſ
ptus eſt à vobis in cœlum ſic veniet; quemad
dum vidiſtis eũ euntem in cœlum, Hæc deſcẽ
etiã eſt aſcenſio in cor nr̃um:& eſt illa de qua C
ſtus Magdalene ait.Nolime me tangere:non e
aſcendi ad patrẽ mecum ſcilicet in corde tuo
exponit Auguſtinus.Vnde ſenſus eſt,noli famil
eſſe mihi,donec me credas equalem patri,tunc
ardentius & ſublimius me amabis: & cum ma
reuerentia me tractabis,& tactu fidei cor pene
te me tanges,& tactus ille nimis prodeſſe tibi c
Heſt.15.d gnoſces:q̄m Heſter deficienti dictũ eſt. Accede
Tange Chriſtũ & viues, tur & tange ſceptrum.Tũc magdalena tetigit
ptrum Chriſti ideſt diuinitatem,quando credid
traditã omnem poteſtatẽ in cœlo deitatis:& in
ra humanitatis.Multum ergo nobis confert ta
re fide Chriſtum: nam ſi cadauer cũ tetigiſſet
4.Reg. 13.d. Heliſei,reuixit,quomodo animæ noſtræ non h
buntur vitã gratiæ tãgendo pia deuotione chr
Tunc ergo poteris Chriſtum tangere,cũ ipſe a
derit in cor tuum,& tunc aſcendet,q̄n ſuper o
nia eum dilexeris,quando ei ſedem dederis cor
Canti. q̄m ipſe dixit ſponſe.Pone me vt ſignaculum ſ
cor tuum.Fœlix cor,ſi Chriſto ſignatũ fuerit,q

tunc dicere poterit. Signatum eſt ſuper nos lumen
vultus tui domine:dediſti leticiam ſcilicet reſurre=
ctionis in corde meo. Quemadmodũ ergo lumen
ponitur ſuper lucernam,vt viuat,ſic ponitur Chri=
ſtus ſuper cor,vt reſurgat in gratiã ſuam,ad quam
nobis prius cõdeſcendit:vt patet in euangelio, q̄d
incipit. Recumbentibus vndecim diſcipulis appa= Recumbit peccator in trãſgreſſione.
ruit illis Ieſus.Vndenarius numerus tranſgreſsionẽ
decalogi oſtendit.Dum ergo in rebus caducis trãſ
greſſores recumbunt terræ adherentes apparet Ie=
ſus, quia in operibus manuũ ſuarum comprehen=
ſus eſt peccator,ne poſsit implere manus eius quod
ceperat.Cum per totam diẽ oraſſent apoſtoli:& ſu
ſpirantes optaſſent apparitionem dñi:tempore prã
dii quominus expectabatur venit. Ne vllus tranſ=
greſſor putet eum dormientem. Qūa hora non Dũ peccas etiã venit de
putatis ideſt dum in peccato recumbitis, filius ho=
minis veniet ad carpendum vos.Nonne in tranſ=
greſsione humilitatis recũbit ſuperbus,q̄n amat pri
mos accubitus in menſis: & ſalutationes in foro?
Nonne in tranſgreſsione paupertatis ſpiritus recũ
bit auarus, cum ſcriptũ ſit: qui confidit in diuiciis
ſuis corruet? Nonne in trangreſsione caſtitatis recũ
bit luxurioſus laſciuiens,quando dicit,non ſit pra=
tum: per quod non traniſeat luxuria noſtra? Deniq;
q̄n peccas in tranſgreſsione recumbis: velut illi de
quibus dicitur.Ecce illi diſcumbebant ſuper faciem 1.re.30.d
vniuerſæ terræ comedentes & bibentes: & quaſi fe
ſtum celebrantes die pro cuncta præda & ſpoliis.
Superbus ſpoliat proximum & prædatur honorem
ſuũ.Auarus nudos dimittit pauperes,prædamq; agit
viduarum & orphanorũ.Luxurioſus depredatur ca
ſtitatem puellarum.Et ſic vniuerſi peccatores diſcũ

bunt ſuper faciem floridã vniuerſæ terræ nihil m
li ſuſpicantes: tamen flagrante delicto irruit ſuper
eos Dauid, vt auferat prædam ideſt peccata ab eis
vnde ſequitur in præſenti euangelio. Et exprobra
uit incredulitatẽ eorum & duriciam cordis. Vt ei
aliquis cui Ieſus non appareat mentaliter, vt cõuer
tatur: & viuat. Nec enim conuerſio peccatoris eſt
in facultate præconis verbi dei: ſed in ipſo verbo
infuſo. Tunc ergo Ieſus apparet tibi: quando te re
cogitare facit vitam tuam, & tranſgreſsiones tuas,
tunc enim ſecrete in anima tua exprobrat incredu
litatem tuam & duriciam cordis tui: ad quod vult
Volũtati aſcendere per fidem formatam & viuam. Eius in
& intelle crepatio diſsimulari non poteſt, quanuis omniũ alio
ctui no- rum ſic: nam increpatio interior multum vrget no
cet pec- eſtq; illa flagellũ domeſticũ, & aduerſari⁹ familiar
catum. cui conſentire iubemur. Duo nobis exprobrat ſe
cet in crudelitatem quo ad intellectum, & duric
cordis quo ad effectũ, vtrumq; enim peccando v
lamus: vnde mortale peccatum & fidem extingu
& charitatem demit. Vbi aduerte: quod dum pecca
te modicam fidem oſtendis habuiſſe & minor
charitatem. Quomodo namq; ſe credit inter fil
dei ſortem habiturũ, qui nunc inter demones ...
inter peccatores ſatagit promoueri? quomodo in
ter angelos ſe cõmoraturum ſperat: qui in paucis
plebis dominari cupit? Quomodo diuitias glo
ſibi credit futuras: qui argentũ theſaurizat? qui m
iora indubitanter ſperant, ſolent parua deſpicer
auarus autem ſatis oſtendit, ſe parum credere d
Eccleſi. tias cœli habiturum, poſtquam terrena inhiat: co
24.d. tra preceptum illius qui dixit. Vt ditem dilige
me, & theſauros eorum repleam: dominus p...



me. Hic eſt Chriſtus. Iam ergo de luxuria quid vul peccator
tis audire: cum ei deditus vix credat Iohanni di- nõ credit
centi. Nihil coinquinatum intrabit in illam cœleſtẽ
Hieruſalem. Si te obuium haberem ego inter duas
vias volentem ire in Hieruſalem: ac dicerem tibi.
Ecce dextra tendit in Hieruſalẽ ſiniſtra vero mini-
me. Si tu aſſereres te velle in Hieruſalem pergere, &
ſiniſtram viam arriperes, nonne ego vnum e duo-
bus concluderẽ ſcilicet vel ꝙ non credidiſti mihi:
vel ꝙ non velles (vt dicebas) ire in Hieruſalẽ. Pri-
mum iſtorũ pertinet ad intellectum tuũ, alterum ve
ro ad voluntatem: quia vtrumq; viciat peccatum.
Iure igitur Chriſtus exprobrat incrudelitatẽ & du
riciam cordis ideſt intellectũ & voluntatem pecca
toris. Multi exprobrant nobis hoc: tñ parum cauãt
viſcera noſtra, parum mouent verba hominũ, atta-
men carpit nos deus, propterea ꝙ ad monitionem
aliorum non conuertimur: ideo ſequitur in euange
lio. Quia his qui viderant eum reſurrexiſſe à mor-
tuis non crediderãt. Angeli & prophetæ in ſpiritus
& boni viri Chriſtũ viderunt ſurrexiſſe à mortuis.
Tñ aduerte quòd eſt viſio quædã operatiua, vt illa Mortui
de qua dicitur. Inſpice & fac. Et hæc eadẽ eſt viſio ſunt act⁹
fidei per dilectionem operantis. Illi ergo Chriſtum pecatorũ
viderunt ſurrexiſſe à mortuis, qui cum illo ſurrexe
runt à peccatis: quæ dicũtur mortui iuxta illud. Qui
lauatur à mortuo, vt iterum tangat mortuum: nihil
prodeſt lauatio eius. Ille lauatur à mortuo: qui mũ
datur à peccato. Iam ergo mortui ſunt actus pec-
catorum, quos qui deſerit, Chriſtũ vidit in ſe à mor
tuis ſurrexiſſe. Sic videntibus deberemus credere:
vnde nec mirum ſi peccator concionator peccato
rem non conuertat: ſi tñ prauus homo ad iuſti mo

nitionem non conuertitur: hoc improperabit illis
deus. Iam ergo vt omnino conuertamur ad ipſum
deum: ſequitur in euangelio. Euntes in mundũ vni
uerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Phi
loſophi hominẽ vocauerunt mundũ minorem, quod
uis, Ricardo teſte, irrogent ei iniuriam: quia homo
non minor ſed maior mundus eſt: vñ non dixit chri
ſtus, ite in mũdum, ſed etiã addidit vniuerſum: quia
vniuerſus mundus eſt homo ideſt verti poteſt vni
deo: & ei comparari. Vt ergo mundus ſit vniuerſus,
ire & prædicate ei: nam hucuſq; mundus ideſt ho
mo verſus erat multis: & ad multa ſe conuertebat.

**Homo eſt maior mundus.**

Ne igitur turbetur erga plurima, dicite ei, qđ vnum
eſt neceſſarium: vt, ſit verſus vni ideſt conuerſus ad
vnũ neceſſarium. Si autẽ cupis ſcire; quomodo ho
mo ſit mundus maior: lege Ricardum in ſermone
ſpiritus ſancti ſuper illud: ſpiritus dñi repleuit orbẽ
terrarum: maxime ab illo loco. Nonne philoſophi
videntur erraſſe, qui hominem microcoſmũ ideſt mi
norem mundum dixere? &c. in hoc ergo eſt homo
maior mundo: quia propter eũ factus eſt mundus.
Et quia poteſt verti vni deo ſuo, qđ mundus ſen
ſibilis non poteſt facere: quia infra cœlum ſolus ho
mo poteſt verti atq; reuerti, habet enim vertibilita
tem arbitrii, & propterea vt ad vnũ vertatur eius
animus: ait Chriſtus. Ite in mundum vniuerſum
prædicate euangelium omni creaturæ. Ille ſibi euan
gelium prædicat, qui ſecundum euangeliũ viuit, ille
autem infernũ ſibi prædicat, qui iuxta vias inferni
graditur: quõ de infernalibus viris dicitur. In iuſtitia
cia eſt mortis acquiſitio: impii manibus & verbis
accerſierunt illam. Ecce quomodo iſti verbis & ope
ribus prædicarunt ſibi infernum: quia iuxta eius de

**Quomodo pdicatur euangeliũ aut infernus**



creta vixerunt in ſuburbanis Gomorre. O vos chriſ
tiani prędicate vobis euangelium bonum paradiſi
nunciũ, & viuetis: & ad illum cũ Chriſto aſcende
tis. Nam ſicut infernũ ſibi prædicat, qui peccata ibi
punienda cõmittit: ſic paradiſum ſibi prædicat, qui
bona in eodem præmianda operatur. Euangelium
ergo interpretatur bonũ nuncium ſcilicet paradiſi,
quẽ lex non promittebat ſed euangelium. Iubetur
ergo euangeliũ prædicari in vniuerſo mundo om
ni creaturæ ideſt cuilibet parti hominis, vt omnino
regas omnia tua iuxta euangeliũ. Primum os: ne. ſ.
in eo ſit crapula. Deinde oculos: ne videas mulierẽ
ad cõcupiſcendũ eã &c. & ſic de cæteris mẽbris &
ſenſibus tuis. Dũ hoc bonũ nunciũ prædicas tibi, for
te requires quas ſtrenas debes accipere. Nam qui
bona nunciat: ſperat ſtrenas. Hic aduerte: quod bo
na nuncia ſecum afferunt ſtrenas ſuas: ideo dicunt
Hiſpani. Las buenas nueuas conſigo ſe traen las al
bricias. Cum ergo euangeliũ hoc ideſt bonum nũ
cium ſit, etiam per bonũ & optimum, ſecum habet
ſtrenas ſuas: de quibus ſequitur. Qui crediderit, &
baptizatus fuerit ſaluus erit. Ecce ſtrenas æterne ſa
lutis: ad quas conſequendas nõ ſufficit credere, quia
dæmones credunt: & contremiſcunt. Vbi eſt nunc
Lutherus volens ſola fide ſaluari? non ſufficit crede
re, non ſufficit, quod ceco liniatur oculus luto, ſed
oportet, qđ vadat ad natatoria ſyloe. Cũ fide igitur
debes etiam baptizari. Vt ergo ad vltimũ ſalueris, &
fides tua vltimate perficiatur: aduerte quod eſt triplex
baptiſma ſcilicet fluminis: ſanguinis & flaminis. Pri
mo baptizantur paruuli, altero autem martyres: ter
tio vero apoſtoli: dicente Chriſto. Iohannes bapti
zauit aqua: vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto.

Iohan. 9.

*Sola fides non ſufficit.*

Iā ergo nos qui adulti ſumus, qui martirio, & igne
Triplex baptiſm⁹ viſibili ſpiritus ſancti caremus, & baptiſmum aquæ
iterare non poſſumus, alium triplicem baptiſmum
quæramus: vt ſimus veluti oues aſcendentes de la-
uacro. Iam ergo primū baptiſma ſit lachrimarum
quo mundantur peccatores ab omnibus inquina-
mentis ſuis. Hoc baptiſma plurimū eleuat animam
qm̄ ſapiens dixit. Lachrime viduæ (id eſt animæ or-
bate) à maxilla in cœlum aſcendunt: & dominus
exauditor eſt. Aliud baptiſma ſcilicet ſanguinis eſt
meditatio ſanguinis Chriſti, qui altius eleuat conte-
plantem, quoniam ſi Chriſtus introiuit per propri-
ſanguinem ſemel in ſancta æterna redēptione inuē-
ta, nos quotidie intramus eum cōtemplantes, & per
Iohānes eſt aquila acrementū meriti quotidie aſcendimus. Vnde quia
beatus Iohannes altius hunc ſanguinē: ac diurnius
intuebatur, meruit aquila vocari, de qua dixit Iob,
iob. 39. d contēplatur eſcam. ſ. eucharíſtie in cœna, & de lon-
ge oculi eius proſpiciunt ſcilicet ſanguinē lateris
in caluariæ loco. Pulli eius id eſt affectiones, quas
tunc temporis nutriebat, lambunt ſanguinē ſcilicet
Chriſti currentem per crucē. Tertiū baptiſma nos
altius eleuat: dum per amoré frequentiſſimum flā-
mine id eſt amore ſpiritus ſancti infundimur. Flam-
ma hæc amoris eleuat animam ſecū, vt ſuper cun-
cta cœleſtia peruolet: nam propterea ſeraphin ſupre-
mo loco tenentur: qm̄ amor deſiderat alta tenere.
Et quoniā hæc ardua ſunt, ac difficiliter ſcitur, quis
habeat ea, Chriſtus ſigna quædā poſuit: quibus ſciri
Signa ſanctorū virorum poſsint: vñ ſubiunxit. Signa autē eos qui crediderint
hæc ſequentur. In nomine meo demonia eiicient,
linguis loquētur nouis: ſerpentes tollēt. Et ſi morti-
ferum quid biberint: nō eis nocebit. Super egros ma-



nus imponent: & bene habebunt. Cum Ieſus inter-
pretatur ſalus: in eius nomine demonia eiiciere eſt
intuitu ſalutis æternæ à ſe longe peccata relegare,
ſicut expellitur omnino infirmitas adepta ſalute. De-
mones ſubtiles etiā ſunt nociue cogitationes, quæ
facilliter expelluntur: ſi meditatio nominis Ieſu oc-
cupet cor. Et tunc ſequetur alterū ſignū, quia cū ex Effectus nominis Chriſti.
abundantia cordis loquatur os, ꝓculdubio linguis
loquentur nouis: qui nomen Chriſti habuerint in
corde. Ex hoc ſequetur tertium ſignum, quoniam
per verba dei ſerpentes quarumcunq; tentationū tol-
lent à proximis ſuis. Quemadmodum enim verbū
malum eſt velut ſerpens penetrans & mordens cor:
ſic verbum bonum iurgia tollit: odia expellit, ſuſpi-
tiones fugat. Ex hoc ſequitur quartū ſignum, dum
ſcilicet vir iuſtus audit à malis falſa teſtimonia,
& ſe hypocrita indici, tamen hoc non ei nocet,
quia non eum agit in iram: quia pace dei cuſtodi-
tur. Immo ex hoc ſequitur quintum ſignum, quia
cum vir ſanctus dat bona pro malis, ſuper egros
proximos peccatores manus adiutrices imponit, vt
bene habeant, qm̄ ſcriptum eſt. Si eſurierit inimicus
tuus ciba illum, ſi ſitierit, potum da illi: hoc enim fa-
ciens prunas congeris ſcilicet charitatis ſuper ca-
put eius. Ecce quomodo bene habebunt. Nec mire-
mini, quod omnia hæc ſigna dirigantur ad ꝓximi
ſalutem: nam quemadmodū aſcendente chriſto, om-
nes ſerui eius in terra manentes directi ſunt, vt ſalu-
ti proximorum inſeruirent, ſic ſanctorum virorum
actiones proximis proficue ſunt. Hic enim eſt re-
ctus ordo, vt poſtquā ſaluam feceris animā tuam,
alias pariter velis eripere: & poſtquā aſcenderis in
ſtatū perfectionis, manū porrigas remanentibus in

valle miſeriæ. Nam propterea Chriſtus cum aſcen diſſet: ſpiritum ſanctum miſit. Et quoniam poſt ædificationem proximi debes adorationẽ contemplationem, ſequitur in euangelio. Et dñs quidem Ieſus poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlũ: & ſedet à dextris dei. Spiritualis aſcenſio cõpletur hic: nam propterea dicitur chriſtus poſtquã locutus eſt eis aſſumptus, quia poſtquam impartitur nobi gratiã, quæ in labiis ſuis diffuſa eſt, aſſumũtur per nos in cœlũ animæ noſtræ. Cum anima noſtra virtutibus velut ſyderibus decoratur, & à terrenis eleuatur, & peregrinarum impreſsionũ ſcilicet peccatorum ſuſceptiua non eſt, tunc ſane cœlũ dicitur, & Ieſus gaudit in hoc aſcendere cum magna pompa: de quo mirabatur ille qui dixit. Eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos deus. Super animas iuſtorum velut ſuper cœlos eleuatur deus, vt deos faciat eos, & filios excelſi omnes. nam ſi eos dixit ſcriptura deos, ad quos ſermo dei factus eſt, quanto melius dii poſſunt dici, qui ſermonem omnipotentẽ dei habent ſcriptum & in ſedentẽ animæ ſuæ? propterea ergo dicitur. Et ſedet à dextris dei ideſt viri iuſti, qui habens deũ ſuper ſe deus dicitur: ſicut mundus dicitur clarus qui clarum ſolem habet ſuper ſe. A dextris ergo habet vir diuinus deum, quando eũ ſtatuit in melioribus bonis ſuis, qñ ei omnia meliora tribuit, quando in dextrum ſe credit habere: quin à deo proueniat. Verũ autẽ hominibus prauis, qui deũ habent ſub ſe volentes, vt deſeruiat eorum deſideriis, eumq́ à ſiniſtris ponunt imputantes ei peccata ſua: ſicut fecerat pater Adam: qñ dixit. Mulier quam dediſti mihi: dedit mihi de ligno: & comedi. Sic praui dicunt deo. Caro quam dediſti mihi: precipitat me quotidie. Non

Anima eſt cœlũ.

Pſal. 8. a.

Deum à dextris habe.



ſic fratres: quia ſcriptum eſt. Iniquitas tua ex te Iſrael: tantum à me ſaluatio tua. Dum habes deum ſuper animam tuam ſaluat eam, & facit eam cœlum, & mutat eam in melius: vnde propterea concludit euangelium. Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq́, dño cooperante: & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Ille profectus dicitur à ſeipſo, qui relinquens parua in anteriora ſe extendit: & mutatur in virũ alterum ſcilicet in Chriſtũ. Iste vbiq́ prædicat, quia vbiq́ taliter viuit, quod omnes ædificat. Contionatores noſtræ tempeſtatis non prædicant niſi in cathedra poſtea ſepius contraria operantes depredicant: & diſcedunt à doctrina propria. Sed vir iuſtus vbiq́ prædicat, vbiq́ habet cathedrã honoris. Vbiq́ habet præ oculis deũ: qui confirmat per interiorẽ illapſum: quicquid ipſe dixerit: quia expertus loquitur. Signa ſequentia ſunt virtutes & gratiæ ac dona plurima ei data: & exẽpla bona quæ ipſe omnibus exhibet, & impreſsio ſiue immutatio, quã cauſat in proximis ſuis: qui ei dicunt. Aſcenſor cœli auxiliator tui. Ideſt Chriſtus qui aſcendit in cœlum animæ tuæ, adiuuat te, nunc per gratiam, & in futuro per gloriam: quam mihi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

Cõtionator euangelicus.

¶ Alia inuocatio pro ſermone præcedente.

¶ Non poterat tantum aſcendere Maria, niſi deus eam adiuuaret nimis, vt ſuper omnes cœlos peruolaret: ita vt pſalmographus dicat. Quoniã eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Ideſt Maria, cui magna feciſti, per quã tuam magnificentiam oſtendiſti: eleuata eſt ſuper choros angelorum omnium & ſanctorum. Gloſa ſuper id Dautero. 10. En domini eſt cœlum: & cœlum cœli ita ordinat ſeptẽ

Pſal. 8. a.

deu. 10. c

cœlos.Primum ponit aereum:ſecundũ æthereum ter
tium olimpũ:quartum igneũ:quintũ ſidereum:ſextũ
aqueum:ſeptimũ empireum.Iuxta literam ſpheram
aeris in duo diuiſi, & inferiorem partem, vbi ſunt
nubes & ventus,vocat aereum, ſuperiorem vbi eſt
ſerenitas:vocat æthereum. Similiter ſpheram ignis
diuidit in duas partes,inferiorem vbi eſt ardor pro
pter admixtionem extraneæ materiæ ideſt aeris,vo
cat olimpum,ſuperiorem vero vbi eſt ignis ſine ar
dore, quia in ſua propria materia: vocat igneum.
De aliis patet in litera.Spiritualiter autem per cœlũ
aereum:vbi deſcẽdit pluuia, & vbi ſunt nubes & vo
lucres,poſſumus accipere cœtum doctorum & con
feſſorum; de quibus ait Eſaias. 60. Qui ſunt hi qui
vt nubes volant & ſicut columbe ad feneſtras ſuas.
Per æthereum vbi eſt amenitas & ſerenitas: cho
rum virginum; Exodi.24. ſub pedibus domini ap
paruit opus ſaphirinum. q. cœlum cum ſerenum
eſt. Per olimpum vbi eſt ardor & ventus, exerci
tum martyrum: Danielis.12.c. Eligetur: & dealba
buntur &.q. ignis probabuntur multi. Per igneum
vbi eſt ignis ſine leſura, conuentum apoſtolorum,
quos repleuit ignis diuinus non comburens ſed
illuminans.Per ſidereum accipimus cœtum prophe
tarum,qui tanquam ſidera ſuis mundum tempori
bus, antequam illuſceret vera fides: illuſtrabat. Ba
ruch.3. ſtelle dederunt lumen in cuſtodiis ſuis. Per
chriſtallinum: ordinem angelorum propter clari
tatem ſuam. Eſaias. 40. Quis menſus eſt pugillo
aquas,& cœlos palmo ponderauit,niſi ipſe ponde
rator ſpirituum,qui in numero pondere, & menſu
ra ordines angelorum diuinitus ordinauit? per em
pireum autem accipitur beata virgo: quia ibi eſt

Septem cœli ſup quos aſ=ſumpta eſt maria



lux puriſsima & perfectiſsima præ cæteris cœlis.
Super hos igitur omnes cœlos eleuata eſt beata
virgo Maria tripliciter ſcilicet dignitate, ordine,
& poteſtate: vnde ipſa dicit. In Hieruſalem po=
teſtas mea. Hoc ait vt nos ad petendum inuitet
gratiam: quam vt ſermoni aſſequamur: ei offera=
mus Aue Maria.

¶IN DOMINICA PENTHECOSTES
ſermo.50.de deiuſdem ſpiritusſancti vnitate & ſpi=
ritualitate & ſublimitate:& operatione. THEMA.
Operatur vnus atq; idem ſpiritus.1.Cor.12.

¶Inuocatio ad virginem.

QVia de operibus ſancti ſpirit⁹ nobis immi
net ſermo,eundẽ eſt ad Mariã,in qua cæte
ris maius opus fecit:qñ ipſe ſpiritus ſanct⁹
verbum fecit carnem,deumq; fecit hominem,in
quo opere tantum exultauit ſpiritus Mariæ, & tam
magnificata fuit anima eius:vt dicere valeat. Ap=
prehendit me in cincino capitis mei,& eleuauit me
ſpiritus inter cœlum & terram.Dum Maria ſe exi=
naniuit eleuata eſt. Dum ſtatuit formam ancillę ſu
mere, ſuperuenit ſpiritus ſanctus, & eam eleuauit,
atque ſtabiliuit inter cœlum & terram. Nonne de=
centius eſſet, vel eam cœlis inferre, vel nobis eam
relinquere: quam in tali medio ponere? Attendite
fratres miſterium,quoniam ſi in medio conſiſtit vir
tus: optime collocatur Maria inter cœlum & ter=
ram:quia ei dictum fuerat. Virtus altiſsimi obum=
brabit tibi.Vt igitur dignoſcamus,quod eſt maria
virtus diuina, quæ ad omnia ſe valet diffundere,
ipſa dei genitrix dicitur ſtatuta inter cœlum & ter
ram ad vtrunq; prouidẽdum regendũ & fouendũ.

Maria tenet me=dium & cur.

Ezech.9.a

Per Ma- riam ſit cõnexio

Secundo dicitur eſſe inter cœlũ & terrã vt vtrunq; conciliet: quæ antea inimica erant adinuicem: nunc autem intercedẽte Maria ſit connexio amoris. Nec mirum quia cœlũ diuinitatis & terram humanitatis contexerat. Tertio dicitur eſſe inter cœlum & terram, propterea ꝙ etiam mater dei effecta vitã communem duxerat inter actiuã & contemplatiuam, vt omnes doceat: atq; ſociet. Quarto autẽ & altius aduerte quod medium participat cum extremis, extrema ſunt cœlũ & terra, cum quibus Maria participat: nam ſuperueniens ſpiritus ſanctus etiã à die incarnationis duo contulit Mariæ. Primum vt eſſet impeccabilis cum angelis in bono confirmata. Secundum vt mereri poſſet cũ hominibus laborioſæ vitæ relicta. Habes igitur, ò maria melius quod eſt in cœlo ſcilicet cõfirmationem: & melius quod eſt in terra ſcilicet exercitiũ merendi, quatenus optime dicas. Eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram cõferens quæ meliora ſunt poma noua & vetera. Idem tamen ſpiritus hoc opus operatur etiã hodie in apoſtolis, non tamẽ ſic ad plenum, nec taliter ſicut illud fecerat in Maria: nam illi venialiter peccare potuerunt: Maria autem nequaquã. Imo aduerte: quod tantũ Maria ab incarnatione verbi omni gratia plena fuit, vt aliqui dicant ꝙ nihil hodie ſpiritus ſanctus ei contulit. Nam omnẽ gratiam ad quã erat prædeſtinata recepit tunc. Nunc

Miſsio viſibilis ſit ſine inuiſibili.

autem miſsio viſibilis ſpiritus ſancti venit ſuper Mariam nil gratiæ ei conferens: ſicut columba ſuper Chriſtum in Iordane. Tñ & nunc velut inter cœlum & terrã eſt Maria inter apoſtolos & alios credentes, & ſtatuitur in medio, aqua pariter orante velut à centro ad omnes Chriſti fideles ducta



ſunt lineæ gratiarum. O quis videret ardere rubum Mariam igne ſpiritus ſancti accenſam: filioſq; applicari ſibi. Sed quia rubus non ſolum aues confugientes ad ſe recipit: quin & reptilia etiam amplectatur: ideo nobis auſum præſtat Maria: vt pro gratia impetranda ei defferamus Aue Maria.

¶ *Argumentum dicendorum.*

¶ Parum viſum fuit apoſtolo dicere, quod ſpiritus dei eſſet vnus: & ideo non abſq; miſterio addidit: atq; idem. Et forte in hoc voluit innuere, quod ſpiritus hominis quanuis ſit vnus: non tamẽ eſt idem. Quia ſpiritus hominis mutabilior eſt vento. Et nimia mutabilitas variat eſſe rei. Quis fratres eloqui valet: ſiue narrare mutabilitatẽ ſpiritus peccatoris? nunc amplectitur iſtud, & paruiſsimo tempore interiecto apparet contrariũ, coram profert vnum, & tergo dato idẽ reuocat. Iam proponit hanc ſequi virtutẽ, & ſtatim exercet contrarium facinus, & ſic nunquã in eodem ſtatu permanens plures habet appetitus quã mulier prægans. Vnde iure videtur aſsimilandus peccator illi animali, quod dicitur camaleon, de quo refertur, quod tam diuerſis induitur coloribus, quã diuerſa ſunt colorata loca: in quibus ſedere contingit. Hac ergo varietate cognita in ſpiritu hominis, quis non arbitretur, quod quanuis ſit vnus non ſit idem? nam ex diuerſis actibus: diuerſas potentias arguere ſolemus. Dei autẽ ſpiritus vnus eſt atq; idem, qm̃ apud eum non eſt tranſmutatio. Vñ ſapiens ait: nil ſub ſole nouum (ideſt ſub amore diuino) nec quiſpiam dicere valet. Ecce hoc recens eſt. Super hoc ait gloſa, quia in æterna prædeſtinatione iam facta ſunt, quæ futura ſunt. Secundũ hoc recte dicit Paulus, quod ſolus deus habet im-

Mutabilitas noſtra.

Eccl. 1. a.

mortalitatem quoniam nulla in eo voluntas mutatur: quod ſepe nobis euenit. ¶ Nec ſolum in deo operatur vnus,atq; idem ſpiritus,ſed inſuper aduerte quòd operatur vnus,atq; idem actus volendi,& eodem modo ſe habens omnino,nullam remiſſionem aut incrementũ ſuſcipiens.Super quo puncto, non eſt parua in ſcolis difficultas, quanuis omnes catholici confiteantur,quod ſicut ſemel locutus eſt deus,& eodem verbo fecit omnia,ſic ſemel voluit deus, & eadẽ voluntate & actu voluit omnia: nec aliter vellet,quã voluit.Eſt tñ contra hoc fortiſſima ratio,quia deus acceptat duo contradictoria,ſ.peccatorem damnare,dum vel ſolo conſenſu peccat,& eundẽ ſaluare:dum penitet.Saluari autem & nõ ſaluari ſunt condictoria quæ vnico actu impoſſibile eſt velle.Ergo deus plures habet actus volendi.Reſpondet ſcotus ꝙ ad hoc quod ſit aliqua contradictoria oportet,quod accipiãtur pro eodem & eodẽ modo ſe habente.In exemplo autẽ ſupra poſito nõ eſt ſic,quoniã mutat vitã,qui de peccato tranſit ad pœnitentiam, & ideo deus mutat ſententiã non ꝗ in eo ſit mutatio ſed in te.Nam in deo ſemper etiã ab æterno manet hæc ſententia;volo condemnare peccatores. Et hæc volo ſaluare pœnitentes: vnde ſpiritus ſanctus immutabilis manens dat locũ pœnitentiæ maxime hodie,quando tot pœnituerunt de deicidio Chriſti, Huius mutationis & immutabilitatis eſt exemplum, quia ſi aliquis circa me mutaretur de leua ad dexteram,verum eſſet de me immutato dicere,quod nunc illum habeam ad leuam,& poſtea dicitur etiam de me quòd non eum habeo ad leuã ſed ad dextram, quæ contradictoria videantur.Et ſic immutabilis deus ſi parmanes in peccatis,

Volitio dei vnica

Immutatio dei & mutatio noſtra.



habebit te ad leuam cum præſcitis & cum hedis,Si autem pœnites:eris ad dextram cum ouibus ſuis.Vnde non eſt mutatio in deo, ſed in nobis,quibus cõtingit,vt nauigantibus,qui vident cuncta,quæ circa ſe ſunt,etiam terram & arbores moueri,cum tamen ipſi ſoli moueantur.Ex hac immutabilitate ſpiritus dei mira deriuatur doctrina: & ad bonos & ad malos vtilis. Nam ex hoc firmiſſimus dignoſcitur in promiſſionibus,quas olim fecerat deus,& hodie cõpleuit:inſuper & alia eſt in hoc moralis eruditio, videlicet quòd quemadmodum deus eodem ſpiritu,eodemq; amore nobis aduerſa & ꝓſpera infert,ſic & nos equo animo, & pari amore accipiamus,quæcunq; dederit dulcia ſiue amara. Nam ſpiritus dei pater orphanorum facit ſicut cirurgus,qui & veſtibus valde bonis induit filium dilectũ,poſtea vero ſi habet vulnera cremat ea paternali amore, ſic ergo operatur vnus atq; idem ſpiritus ſanctus. In prima parte quomodo operatur in cœlo: in ſecunda quomodo etiam in terra.

Diuiſio.

¶ Prior pars.

¶ Omne quod eſt de fide tam arduum eſt, & tantũ excedit intellectum noſtrũ,quod vt determinant doctores in prologo primi ſententiarum, neceſſe fuit reuelari nobis cœleſtis doctrina,quæ ſi difficilis ſit, & in ſecretis ſecretorum poſita, in ea tamen vnum eſt magis abditum, magiſq; reconditum quã aliud, quoniam multi dicunt rationi conſentaneum, & fere per ſe notum deum eſſe. Vnde ait Damaſcenus. Deum eſſe eſt vox naturę.Et aliqui philoſophi ſcrutati ſunt generationem filii dei. Vnde in libris triſmegiſtri dicitur. Monas genuit monadem. Ac ſi apertius dicat. Deus genuit deum.In tertio tamen

Spiritus ſanct9 ſcitur difficulter.

ſigno defecerunt magi Pharaonis (ideſt ſeculi ſapientes.) Vnde Paulus prædicat ſapientiam: quam nemo principū huius ſeculi cognouit. Principes ſeculi dicūtur philoſophi. Qui & ſi ſpiritus ſancti nō habuerunt ſcientiam, de eo ignorantes prophetauerunt: ſicut Cayphas de Chriſto. Dixerunt ſiquidem

Exo.8.c.

Luc.11.c.

magi Pharaonis in tertio ſigno deficientes. ¶ Digitus dei eſt hic ideſt ſpiritus ſanctus. Quod enim alius euangeliſta ait, in digito dei, alius expoſuit dicens in ſpiritu dei. Vn̄ digitus dei nominatur ſpiritus ſanctus; de quo ſtrabus ait. Per digitum ſpiritus ſanctus intelligitur, non ꝙ minor ſit patre & filio, ſed quia in digito plurime diuiſiones ſunt, & per ſpiritū ſanctum datur diuiſio gratiarum. Hic aduerte quod quod ſolo digito datur parū eſt, & ſic ea quæ dat nunc ſpiritus ſanctus parua ſunt reſpectu ſui ipſius & reſpectu eorum quæ daturus eſt in cœlo, ideoq;

Digitus dei ſpiritus ſanctus eſt.

Pſalmus.

nunc ſolūmodo dicitur guſtari, in cœlo autem inebriabimur ab vbertate ſua. Nunc digito ſuo dat nobis deus annulū deſponſationis, in cœlo autem vero beatum matrimoniū conſummabitur & brachio & humero nobis occurret bonis ſuis onuſtus deus.

Docet nos ſpiritus ſanctꝰ

¶ Nec ſolum dicitur ſpiritus ſanctus digitus dei, id ꝙ ſubtiles gratias diuidit maxime hodie hominibus ex omni gente, ſed propterea dicitur digitus quia digito ad oculū demonſtrare ſolemus: atque docere. Et ſpiritus ſanctus hodie familiariter & clare docuit apoſtolos omnem veritatē: quam ſapientiam dei chriſtus ſcripſerat in cordibus eorū non ſic aperte vt ſcire poſſent omnia. Vbi nota ꝙ qui longe ituri ſunt ad ardua negocia: ſolent ea ſcribere cum ſucco pomi citrei, & huiuſmodi ſcriptura non apparet, quoniam alba eſt; nec legitur niſi ad ignem



applicata. Chriſtus autem nō ſucco huius pomi ſed ſuiipſius exemplo & ſanguine ardua ſcripſerat in cordibus apoſtolorum, qui legere neſciebant, quoniam ipſe Ieſus dixit Petro: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea ſcilicet cum venerit ignis ſpiritus ſancti cordi tuo applicandus, vt plene capias: quæ operatus ſum in te. ¶ Tertio dicitur digitus, quia medici digitis medentur infirmis, & ſic digitus iſte ſanat animas egrotantes: qm̄ in digito dei eiiciuntur demonia & peccata. Venit hodie digitus dei ad apoſtolos: vt eos faciat medicos animarum errantiū: eiſq; tribuere gratiam ſanitatū contra multiplicem morbū animæ & corporis. Nec mirum fratres mei ꝙ iſte digitus dei, qui cunctis lapidibus & herbis & ſeminibus virtutem aliquā cōtulit, ſanatiuam habeat originaliter poteſtatem, cū & lazari digitus cum ſola gutta aquæ ſe dare poſſet infernalē febrem diuitis epulonis: tamen de hoc ſacro digito fons oritur aquæ viuæ ſalientis in vitam æternā. ¶ Spiritus ſanctus precipue dicitur digitus dei: propterea ꝙ theſaurizantes digito numerant nummos ſuos, & ſic ſpiritus ſanctus numerat multitudinē ſtellarum: & ſigillatim omnibus electis nomina vocat. Vn̄ quemadmodum electi ſumus in filio, qui eſt patris noticia, ad quē pertinet electio, ſic amati ſumus in ſpiritu ſancto, vbi eſt completa prædeſtinatio: qm̄ amor omnia perficit: atq; complet. Multū igitur debemus ei, qui nos ab æterno applicuit ſibi: vt vnus ſpiritus eſſemus cū eo. Sed cauendum nobis eſt, ne ſimus mali aut viles nummi, quoniā in theſauros eius non reponuntur niſi precioſa quæq;: ideo enī apparuit iſte digitus ſcribens in pariete hanc ſententiam. Appenſus eſt in ſtatera,

Medet nobis ſpiritu ſanctus.

tat ſpirationem paſsiuam ſcilicet illud quod ſpira
tur,tunc ſolummodo conuenit tertiæ perſonæ tri
nitatis,quæ ſpirata dici poteſt, quoniam per ſpira
Spiratio dei cor vaporat. tionem habet: quicquid habet. Iam ergo qñ ſpiri
tum ſanctum inuocas,ſpirationē paſsiuam deappel
las ſcilicet illud ꝙ ſpirauit deꝰ pater,& filius eius,q
eſt ſpiritus ſanctus:de quo dicitur. Vapor eſt enim
virtutis dei & emanatio quædam claritatis eius.Et
Sap.7.d. ipſa dei ſpiratio ait. Quaſi libanus non inciſus va
poraui habitationē meam, & quaſi balſamum non
mixtũ odor meus.Fœlix ergo qui inuocat id quod
ſpirat deus,qm̃ omnipotens eſt:alioquin non dice
Eccleſi. 24.b. retur de deo noſtro & ſpiritu eius. Emiſsiones tuę
paradiſus ſcilicet infinitarũ delitiarum. Riuus enĩ
equatur fonti & eſt ei equalis.Notandum eſt tamẽ
quod dicitur ſpiritus ſanctus,quaſi libanus non in
ciſus,quia non ſcinditur à patre & filio:tñ venit va
porare habitationem ſuã quæ eſt cor deuotorum: &
etiã totum cœlũ. Chriſtus etiam inſufflans ſuis ait.
Accipite ſpiritũ ſanctum:quamuis flatus chriſti non
eſſet formaliter ſpiritus ſanctus de quo eſt nobiſc
ſtum præſens.Erat quidem figura eius,quia ſicut ab
anima & corpore tanquam ab vno procedit flatus,
ſic à patre & filio ſimul tanquã ab vno ꝓcedit ſpi
Spiritus ſanctus dicitur flatus. ritus ſanctus. Non procedit flatus à corpore ſepa
ratim nec ab anima ſolitaria per ſe:niſi ſimul ab his
duobus vnitis,ſic nec à patre ſolo vt putant greci,
nec à filio ſolo,vt putant heretici procedit ſpiritus
ſanctus,ſed ab eis ſimul tanquam ab vno, quoniã
ideo dicit thema operatur vnus atq; idem ſpiritus
Spiritus dei ē vnꝰ atq; idē. ſcilicet patris & filii.¶ Iſta vnio quæ eſt in patre &
filio ad ſpirationem ſpiritusſancti,voluntatis eſt nõ
informationis:amoris eſt non carnalitatis.Nec pr



tes hinc atq; inde iſte duæ perſonæ conuenire ad
vnionem illam ſecretiſsimam,ſed altius eleuat in
tellectum:vt ſcias qualiter ſpiritus dei eſt vnus atq;
idem. Nam quamuis à patre filioq; procedat, non
fit vnus tanquam è duobus fieri ; aut conglutina
ri ſolet,nec habet partes aliquas in ſe vnitas, quo
niam hic ſpiritus emanat ab vnica voluntate dei.
Nam in patre & filio vnica eſt voluntas,à qua ve
lut à fonte infiniti amoris emittetur ſpiritus ſanctꝰ
hæc voluntas equaliter eſt in patre & filio, ideoq;
nulla prioritate admiſſa procedit ab eis tanquã ab
vno nec prius ab iſto quam ab illo:ob vnitatē ſu
premam quã habent.Cum deus pater communicat
eſſentiam ſuã filio per intellectum integrã volunta
tem cõmunicat ei,atq; tribuit,qui nõdum habet in
primo ſigno originis expletam operationē ſuam. In
ſecũdo autem qñ expleta operatione intellectus di
uini generato filio: iam voluntas amando eſſentiã
pariter eſt in filio tota pleniſsima,& infinito amo
re fecunda:quo actualiter amat actu infinito. Iſte
amor productus eſt ipſe ſpiritus ſanctus à duobus
ſcilicet patre & filio, productus tanquam ab vno,
qm̃ vnum principiũ producendi eſt in eis ſcilicet
voluntas ardentiſsima,quæ exercet ſe amãdo eſſen
tiam patris & filii,& actus huius exercitii eſt ſpiri
tus ſanctus. Quemadmodũ actus intellectus diuini
eſt noticia genita filius ipſe. ¶ Nec ſolum dicitur Sublimitas ſpiritꝰ ſancti.
vnicus ſpiritus dei propter iam præallegatas ratio
nes,ſed ob ſuam maximã ſublimitatem:nam quod
omnibus præcellet vnicũ dici ſolet quantum autē
emineat ſpiritus ſanctus. Aduertes ſi attendis quo
modo primus ſpiritus dicitur vegetatiuus,ſecũdus
ſenſitiuꝰ,tertius animalis,quartus rationalis,quintus

Intellectualis. Primus viget in plantis & herbis &
floribus quo nutrimur. Secundus & in omni quod
mouetur ſuper terrã: in quo ſpiritus vitæ eſt. Tertius
in animalibus aliqua vtentibus anima. Quartus vi
get in hominib⁹. Quintus in angelis. Primus eſt bo
nus. 2. melior. 3. optimus. 4. habet ymaginem dei, fa
ctus ad eius ſimilitudinem. 5. eſt proximus deo. Et
horum ſpirituum qui minor eſt in cœlo: maior eſt
Iohanne baptiſta in terra viuente. Per hos autem
ſpiritus angelicos aſcendendo reperies plures gra
dus quam ſtelle ſint in firmamento cœli, quia non
eſt numerus militum eius, quantum autem ſpiritus
angelicus, collegam ſiue ſuperiorem ſuum exce
dat beatus Thomas innuit dum dixit, eos ſpecie
differre: & ſpecies ſe habent (teſte Ariſtotele) ſicut
numeri: qui ſemper vnus exceditur ab alio. Iã ergo
anima mea propera per gradus tam altiſsime ſcale
aſcendere. Si tñ ſuppetũt vires, quoniam attenuati
ſunt oculi mei ſuſpicientes in vnicum ſpiritum dei
nec omnes ſpiritus angelici potuerunt inueſtigare
quã ex alto veniat ſpiritus dei. Dicitur tamen ſpi
ritus ſanctus ponderator ſpirituũ, ſeptem ſpiritus ha
bet in conſpectu throni ſui: qm̃ in omnes ſpiritus
vniuerſaliter influit: & in cœlo & in terra. Nam quem
admodum ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas in
mũdi principio, ſic etiam ſuper cœlos ferebatur in
angelos: quapropter ait thema. Operatur vnus atque
idem ſpiritus. Vt autẽ videas huius ſpiritus vnitatem
pariter & ſublimitatem aduerte figuram Iohanni
oſtenſam in ſua Apocalipſi: vbi ait. Oſtẽdit mihi an
gelus fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquã chri
ſtallum procedẽtem à ſede dei & agni. Conforta
eſt hæc viſio, & ſolũ ingeniũ euangeliſte nõ pote

Figura ſpiritus ſancti de fluuio. apo. 22. a

rat ad eã, niſi angelo ſibi oſtenderetur in ſpiritu: nã
de ſpiritu ſancto agitur in hac viſione, vbi vocatur
fluuius, cuius quidẽ impetus letificat ciuitatẽ dei etiã
totam, quanuis ſit magnus & ingens tractus habi-
tationis eius. Nam intus circuit eam per girũ tam
abundanter, vt aquis dulcibus nauigent angeli ad
ipſum deũ, & natare valeãt in his aquis: quæ ſuper
cœlo ſunt. Ideo ſpiritus ſanctus dicitur fluuius quia
ſemper fluit, ſemperq́ emanat, nec decreſcit, aut ſic
catur: ideoq́ aquæ viuæ dicitur. De quo ipſe chriſtus
ait. Fiet in eo. ſ. credẽte fons aquæ viuæ ſalientis in
vitã æternã. Hoc autem dicebat de ſpiritu, quẽ ac-
cepturi erant credentes in eum. Tam viua eſt hæc
aqua vt ſaliat in vitã æternam. Nã hæc eadẽ aqua
eſt vita æterna, & ꝓprium eſt aquæ ſalire tm̃ quan-
tum deſcendit. Splẽdidus dicitur propter viſionẽ ma
nifeſtam multorũ ſecretorum: quæ in eo relucent.
Hic aduerte ꝙ ſpiritus ſanctus eſt angelis via, veri
tas, & vita. Propter primũ dicitur fluuius, quo naui-
gant ſpiritus angelici redducti ad ſuum principium.
Propter ſecundum dicitur ſplendidus: vbi omnis ve
ritas relucet. Propter tertium dicitur aquæ viuæ,
ne ibi timeatur mors. Nec te offendat, quod ſpiri-
tus dei comparetur aquæ, quia hæc aqua non eſt
fluida ſicut noſtra, ſed ſolidiſsima, & in æternũ per-
manens tanquã chriſtallum, qui ſemper eſt ſolidus,
imo & firmior in dies reperitur. Fluuius iſte diuinus
procedit à duobus montibus tanquã ab vno, ideo
enim dicitur procedere à ſede dei & agni: quæ al-
tiſsima eſt. Vbi nota qđ ſedes agni eſt adimpletio
volũtatis, nemo em̃ quietius ſedet, quã ille qui adim
pleuit deſiderium ſuũ. Pater igitur & filius, deus &
agnus dei ſedent in voluntate ſua, videntes eam

Spiritus ſanctus via veri-tas & vi-ta.

expletam in productione ſpiritus ſancti:qui ab eo
rum ſede ideſt voluntate procedit.De iſta ſede me
dia charitate conſtrata dicitur.Quis ſcit niſi tu de
Sapi.9.b deris ſapientiam: & miſeris ſpiritũ ſanctum tuũ de
altiſsimis?totum hoc nonũ capitulũ eſt oratio apo
ſtolorum. Et dicitur ibi: mitte illũ de ſede magnitu
dinis tuæ. Nam voluntas dei eſt maior ſedes eius.
De loco ergo voluptatis procedit fluuius iſte ad
irrigandũ paradiſum.Et ſicut nec fluuius,ſic ſpiritus
ſanctus nõ reliquit originẽ quamuis ab æterno pro
cedat. Quæ proceſsio fluuii manifeſtat in diuinis
perfectionem naturæ,diffuſionem gratiæ,plenitudi
nem gloriæ: actualitatem influentiæ ad inferiora.
Vnde ſicut in patre & filio operatur vnus atq; idẽ
ſpiritus: ſic etiam in angelis & in omnibus quæ
ſunt ſuper cœlum.

¶Sequitur ſermo.51.ad idem.

NVnc vt videamus qualiter in terra eccleſiæ
militantis operatur vnus atq; idem ſpiritus
hodie eadem quæ operatus eſt in cœlo.Ad
Officiũ ſpirituſ= ſancti. uertendum eſt,quod non immerito dicitur ab anti
quis doctoribus q ſpiritus ſanctus eſt nexus pa
tris & filii:& oſculum oris patris ad filium.Eſt eñ
ille in patre & filio pax æterna,concordia perem=
nis,vnitas,& federis vinculum indiſſolubile.Vñ om
ne opus ſpiritus ſancti ad vnitatem properat,ideo
eñ actus hierarchicos ordinauit: vt angeli adinui
cem ſe iuuarent.Et qñ ſpiritus domini ornauit cœ
los:influentiam vnius ad alterum fecit. Et cum lu=
mina eorũ creauit,totum lumen dedit ſoli:vt ei or
dinarentur cætera luminaria cœli. Et quando ſpiri
tus domini ferebatur ſuper aquas elementa ſimbo



lizantia fecit,vt vnum alterius ſibi coniuncti qua=
litatem participaret.Hanc ergo vnionem venit fa=
cere in mundo:vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Nam vult,vt ſit apoſtolis cor vnum,& anima vna
cũ Chriſto, quatenus ſicut in cœlo ſunt angeli per
ipſum deo vniri, ſic in terra ſint homines capiti
ſuo Chriſto:quod incepit ſuperueniens mariæ dñę
noſtræ,& nunc amplius perficit: vbi completur illa
Chriſti petitio:qua dixit patri.Sint vnum:ſicut ego
& tu vnũ ſumus. Pater & filius ſunt vnum princi=
pium ſpiritus ſancti,& vniuntur in eo,& ſic voluit
Chriſtus, quod ſpiritus ſanctus ſibi ſuos vniret, vt
capiti & mẽbris eſſet vnus atq; idem ſpiritus. Qui
non ſolum eſt nexus patris & filii,ſed etiam Chri=
ſti & membrorũ eius,vt eodem ſpiritu vegetentur
& membra:quo caput cui vniuntur. Quoniam qui
adheret deo; vnus ſpiritus fit cum eo. Quapropter
venit in igne nunc dominus: quo metalla vniun=
tur:& vnum fiunt. Vñ nota quòd idem fluuius qui Fig.ſpiri
letificat ciuitatẽ ſupernam, idẽ hodie ſanctificat ta tuſſancti
bernaculum dei,& fere eodẽ modo: nam per Da= Dan.7.c
nielem prophetã dicitur. Fluuius igneus rapiduſq;
egrediebatur à facie eius:millia millium miniſtra=
bant ei. Ipſa perſona ſpiritus ſancti à Chriſto deo
procedit, & eius dona procedunt etiã meritorie à
Chriſto homine,quia intuitu meritorum Chriſti,ea
confert ſpiritus ſanctus:vñ propterea dicitur quòd
à facie Chriſti procedebat fluuius iſte; qui hodie
influit in apoſtolos.Nam pro Chriſti præſentia ad
uocante pro nobis coram patre hodie datur ſpiri=
tuſſanctus.Solent magnates ſibi inuicem dona mit
tere,& quia decem retro diebus in conſpectu an=
tiqui dierum ſedentis ſuper thronum obtulerunt

Chriſtum patriarche in cœlo, ideo pater ipſe conſi
derans præcioſitatē doni præſentati, decreuit hodie
mittere donū ſimile ad eccleſiā chriſti, & quod eſſet
tanti valoris ſicut alterū: miſimus melius ꝙ erat in
terra, & ſimiliter ille mittit melius, quod eſt in cœlo
dans ſpiritū bonum & rectū & principalē petentī
busſe. Et id miſit in ſpecie ignis, vt innueret amorē

Cur venit in igne.

quo mittebatur. ¶ Iā ergo ille fluuius qui in cœlo
chriſtallino erat, igneus fit ad nos: an forte ꝓpterea
quia plus amat nos. Gaudiū namq; eſt in cœlo ſup
vno pœnitēte, quā ſup plures qui nō indigent pœ
nitentia. Vel venit ad nos amore ignitꝰ magis quā
angelis, quia plus fecit ꝓ nobis quā pro illis. Immo
& forſitan plura nobis donabit quā illis. Venit ergo
igneus cuius natura eſt aſcēdere ſurſum, vt apl'os ele
uet ad illud principiū: à quo & ille proceſsit. Et ve
nit rapidus neſciens tarda mollimina, ſed vehemen
ti impetu venit operās mirabilia hodie p millia mil
lium angelorū qui miniſtrabant ei quorū miniſterio
lingue formate ſunt, & factus ſonus, qui vſq; hodie
ſonat in aures deuotorum: ſicut & lingue perſonāt
in ore fidelium chriſtianorum linguam eucharē ha

Narratio hiſtoriæ & apoſtolorū ꝑparatio.

bentium. ¶ Fit ergo ſonus non terrificus ſed muſi
cus, & optimo ſonorus ad apoſtolos conſolandos,
ideo dicitur vehemens, quia mentes eorū vehebat
ducebatq; ſurſum opreſſos triſticia. Quæ quidem ſe
cundum deum erat, ideoq; plurima bona operaba
tur in illis. O quis dicere ſufficiat, quā diſpoſiti erant
carbones iſti, qui ſuccenſi ſunt ab eo igne, qui mira
culoſe holocauſta ſolebat abſorbere? Nec mirū quia
hi ſunt holocauſta gratiſsima. Aſcenderāt in cenacu
lum ad ſuperiora velut obuiā ſpiritui ſancto mēte &
corpore terrena dimittentes. Erantq; pariter in codē
loco ſecum non diſperſi vt nos, ſed vniti, quia om
nis virtus vnita eſt fortior ſeipſa diſperſa. Nihil va
luit contra eos terrena habitatio, quæ ſolet ſenſum
deprimere, qm̄ iſti iā ſemi cœleſtes erāt ſenſum chri
ſti habētes. Nec eorū corpus aggrauat animā, vt po
te ieiunio maceratū: doctumq; ſeruire ſpiritui. Fides
erat illis viua ad Chriſti ꝓmiſſum, ſpes certa ad aliū
paraclitū: charitas feruida ad ſpiritum ſanctū. Sitiūt
ad deum fontē viuum: nā cuiuſlibet anima ſuſpen
dium elegerat. Nec immerito venit hora tertia ſpi
ritus ſanctus eis, qui ſunt intenti trinitati: quā pręedica
turi erāt. Ad alterū alter ꝑcutit alas ſuas vt ſeraphin.
Nunc eſt iocundū habitare fratres in vnū, gemitibꝰ
enim alterius: alter gaudet atq; excitatur. Deniq; ſpi
ritualiter tendunt aquile vbi eſt chriſti corpus, & ve
lut abſorpti & ſuſpenſi deo ſiue in corpore ſint, ſi
ue extra corpus neſciunt. Et fit repente ſonus, vt re
deant ad ſe è cœlo, qm̄ ſpiritus quę quærūt: iam exit
obuiam eis in linguis: quæ canendo veniebant per
aera ſonum mirificum ad eos letificādos. Et vt ipſi
loquerentur ex abundantia cordis: quam hactenus
explicate non poterant. Repletis ergo eorum cor
dibus, ex ſuperabundantia: repleuit etiam totam do
mum cenaculi. Iamq; ſpiritum non valentes extin
guere nec mitigare: exeunt qui ſpiritu dei aguntur
leonibus fortiores. Et ecce adſunt ianue iudei vi
ri religioſi, & hi qui ex omni natione quæ ſub cœ
lo ei: erant Hieroſolymis. Qui audientes ſonū pu
tauere tonitruum. Et videntes ignem putant fulgu
ra micantia deſcendiſſe ad comburendam domum
Dauid, vbi erat cenaculū: cui ſubuenire ſatagt. Ad
hoc em̄ (facto pręedicto ſono) conuenit multitudo,
ſed ſtatim mentę confuſa eſt, non eo modo ꝙ in

Occurrunt ſpiritui ſancto.

turri Babel ſed econtra: nam ibi nullus capit lin
guam proximi ſui, nunc autē audiebat vnuſquiſq;
lingua ſua illos loquentes velut compatriotas.Vi
dentes igitur eos in ſpiritus feruore prædicantes
dicebant. Quid vult hoc eſſe: nam eorum ver
ba ſicut facula ardebant. Reſpondit ergo Petrus
Chriſti vicarius pro omnibus. Hoc eſt de quo
dominus Ieſus per Ioel dixit. Effundam de ſpiri
tu meo ſuper omnē carnem, & prophetabunt filij
veſtri.Hoc ait dñs Ieſus quē vos crucifixiſtis, Qui
memor noſtri ex regno ſuo miſit nobis cœleſtia
dona:quæ cernitis.Poſtquam ergo Petrus prædica
uit,aſtantes dixerunt apoſtolis. Quid faciemus fra
tres?q.d. quomodo expiare poterimus tam grande
peccatum?& apoſtoli reſpondent.Baptizetur quiſ
bet veſtrum in nomine domini Ieſu:& mundabi
mini.O rem mirabilem.Aqua eñ quam adduxerit
pro extinguendo igne domū Dauid comburentē
Opera ſpiritus ſancti.
valuit ad accendendum in ipſis ignē ſpiritus ſan
cti,vt fierent domus dei;vbi ſemper ignis iſte iu
betur ardere.Sic ergo in apoſtolis & in cæteris ba
ptizatis operatur vnus atq; idē ſpiritus ea quæ ope
ratur in angelis.Nam vt ait Cyprianus:ſpiritus ſan
ctus eſt ſacrorū ordinum diſtributor, quia in cœlo
alios facit cherubin,alios ſeraphin &c.nunc autem
ordinē:& rationem cœli ponit in terra. Nam qui
facit in cœlo angelos,nunc homines angelos pacis
conſtituit:eiſq; condonat angelicā puritatem.Qui
archangelis tribuit mandata maiora,nunc ſecreta
Acto.7.
rios & conſcios dei facit apoſtolos: immo eis ac
ceſſum tribuit ad regimen vniuerſi:vñ aiūt:viſum
eſt ſpiritui ſancto & nobis.Qui erga principat⁹ ope
ratur in cœlo curā principum & regnorū,facit nūc



apoſtolos principes terræ:& epiſcopos:vt principa
tum habeant etiam in cœlo:vbi eorum confirmatur
ſententia. Qui operatur erga poteſtates potentiam
Dignitas apoſtolorum.
in demones: idem operatur in apoſtolis confirmās
eis virtutē ſuper omnem virtutem inimici,& ſuper
aereas poteſtates:ad ydola deſtruēda. Qui erga vir
tutes angelicas miracula operatur,nūc homines fa
cit ſignorum factores:ita vt faciant maiora ſigna
quam Chriſtus. Qui in cœlo operatur erga domi
nationes præſidentiā inferiorum,hos ſuper cæteros
extollit ſanctos:qm̄ vt ait gloſa:ſicut accipiunt pri
mitias ſpiritus tempore prius:ita cæteris abundan
tius qui ſtabiles facit thronos in cœlo,nunc dei fer
cula facit apoſtolos:vt eū deferant vſq; ad fines ter
ræ in manibus ſuis:nam ad earū impoſitionem da
batur ſpiritus ſanctus, eoſq; confirmat in gratia, ne
amplius peccent: vt ſecurius deferant in ſe deum.
Qui erga cherubin operatur ſcientiam,nunc docet
homines ſcientiam: vt ſint docibiles dei. Qui ſera
phin accendit:exardere facit apoſtolos vt ignē vrē
tem rubum:vt ſint velut vulpes Sanſonis mundum
accendentes:iſti ſunt lapides igniti inter quos am
bulat ſpiritus ſanctus, & vaſa templi, quæ poſſunt
tranſire per ignem ſunt & oſſa agni dei, quæ igne
conſumuntur,immo & conſumantur, hic per gra
tiam:& in futuro per gratiam &c.

¶DOMINICA PRIMA POST PEN
thecoſten:ſermo.52.de gloria trinitatis.THEMA.
Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.
Ex ſancta ſinodo nicena.
¶Inuocatio ad virginem.

INter beati Iohannis baptiſte prærogatiuas an
Maria numeratur iſta videlicet:quod cæteris prior mi
pluſquã ſterii trinitatis fuerit indagator, ſigillatimq; di
cęteri no uinas nouerit perſonas:qñ in iordanis profluuio ha
uit trini= bens inter manus filium dei,ſpiritũ ſanctum in co
tatem. lumbe ſpecie vidit:atq; auribus erectis cœlum aper
tum conſpiciens:patrem audiuit ibi dicentẽ.Iohan
Mat.3.d nes attende, quoniã hic eſt filius meus dilectus:in
quo mihi complacui.Quanuis hæc omnia Iohana
nes nouerit miſteria, quod fateri neceſſe eſt, nõ ta=
men in hoc miſterio fuit prior omnibus nec ꝓfun
dior,præiuit eñ beata dei genitrix,quæ eſt prior in
donis,maior in ingenio,aptior huic miſterio:qđ an
tea ei angelus retulerat etiã nondum nato Iohan
ne.Scimus enim Gabrielẽ de patre æterno immacu
late virgini retuliſſe.Dñs tecum ideſt pater deus te
cum vult habere filiũ communem:vt ambo ſitis in
vno eodemq; filio eius:de quo ſubiunxit.Quod na
ſcetur ex te ſanctũ:vocabitur filius dei.De tertia ve
ro perſona dixit.Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.
Ecce igitur qualiter tres diuinas perſonas enarra=
uit angelus Mariæ primitus atq; diſtinctius:quaſi fa
miliarius Iohanne ſenſit etiam intra ſe in iordane
viſcerum ſuorũ concipiendo trinitatis opere ipſum
dei filium.Sed non miramini fratres ſerenũ Mariæ
animum:quæ non eſt turbata in ſermone trinitatis
inaudito cunctis retro ſeculis:ſed in ſermone incar
nationis inſperate ſibi.Nec mirum ꝙ non turbetur
tres diuinas audiendo perſonas:quas iamdiu contẽ
plans nouerat noſtra regina Saba celeſtem Hieruſa
lem aſcendens:vt rex vniuerſæ creaturæ doceat eã
ſuper omnes ſeruos eius:qui audiunt ſapientiã ſuam
ſtantes coram eo:quoniã beata virgo ab ipſo deo



Immediate inſtructa angelis doctior eſt:vt igitur
hoc miſterium doceat nos per gratiã ſuam ad eius
pedes prouoluti:ei offeramus Aue Maria.

¶Argumentum dicendorum.

¶Vt libentius & gratius thematis verba cantemus
non ſolum in fine cuiuſlibet pſalmi ſed in fine cu=
iuſcunq; operis,omnia trinitati dedicantes,duo fa=
ciam in duabus ſermonis partibus.Primum eſt oſtẽ Diuiſio.
dere qualiter antiqui hoc cecinere carmen:ſecũdo
autem carmen iſtud enodabo vt nos illud ſapiẽtius
propalemus.¶Fatemur equidem ꝙ chriſtianis non 1.pars.
eſt deus recens neq; adorant deũ alienum ab illo:
quem colebant patriarche ꝓphete:atq; omnium ce
teris antiquorum:quibus ait dñs.Tribus vicibus per exo.23.b
ſingulos annos mihi feſta celebrabitis:& infra.Ter
in anno apparebit omne maſculinum ſuum coram
domino deo tuo.Primum feſtum dicitur paſcha,ſe Tria fe=
cundũ penthecoſtes,tertium ſcenophegia.Primũ co ſta anti=
lebãt in memoria tranſitus ex Egypto:ſecundũ au= quorum.
tem in memoria legis date in monte Sinay:tertiũ Exo.5.a.
vero in memoria tabernaculorum:quibus tot annis
patres antiqui demorati ſunt.Sed nũc in hac præcla
ra feſtiuitate harũ trium ſubſtantiã complectimur,
qñ illi trinitatem ſequebãtur figuraliter dicẽtes.Ibi
mus viam triũ dierum in deſerto.Tres dies,tres ſi=
gnant perſonas,tamen vna eſt via,vna eſſentia dei
in quo viuimus mouemur,& ſumus,per ipſum & in
ipſo & cũ ipſo:per patrem in filio cũ ſpiritu ſancto.
Deſertum quo imus nunc fides chriſtiana eſt, qua
nos oportet ſenſus deſerere:immo & rationẽ natu=
ralem:quia dicit Ambro.Tolle argumentũ vbi fides
quæritur.In hoc ergo deſerto fidei:q ambulat ſim=
pliciter ambulat confidenter.Deſeramus ergo nos

verbo domini ducendos in fidei deſerto ſubiicien
tes omnem intellectum in obſequiũ chriſti.In hoc
ſancto deſerto fidei rationem ipſam deo immola
mus abnegantes omnẽ humanam ſcrutationẽ,& iſta
Fides eſt ſacrificiũ — abnegatio & ſubiectio equiualet ſacrificio Abra
hæ, qui filium dilectũ immolare decreuit, quamuis
in oppoſitum de pueri ſucceſsione haberet promi
ſsionem:tñ contra humanum iudiciũ credidit deo,&
reputatum eſt ei ad iuſticiã. Fœlix qui ſe ſacrificat
filiũ ideſt intellectus indaginem confitendo trinita
tem.Primũ ergo feſtum in deſerto celebratum fuit
paſcha,& interpretatur tranſitus domini:nam ſigni
ficat perſonã patris:qui per creationẽ tranſtulit nos
ab egyptiatis tenebris,& ab illis maioribus de qui
Gen.1.a. — bus dicitur. In principio creauit deus cœlum & ter
ram:terra autẽ erat inanis & vacua:& tenebræ erãt
ſuper faciem abyſsi:& ſpiritus dñi ferebatur ſuper
aquas.Hic in opere creationis vniuerſi: totius tri
nitatis ſit mentio,quia creauit nos deus pater in prin
cipio hoc eſt in filio:quoniam vt ait Auguſt. filius
eſt ars omnipotentis dei plena omniũ rationũ for
malium. Et ſpiritus dñi venit ſuper materiam pri
mam fouens eam. Quamuis creatio mundi, totius trinita
Creatio tribuitur patri. — tis ſit opus,tamen tribuitur patri,quia perſonæ pa
tris nil aliud præſupponitur,ſicut nec ipſi creationi
cui ſolũ nihil præcedit,quod eſt tenebræ exiſtentes
ſuper faciẽ abyſsi:ex quibus pater æternus tranſtu
lit nos per creationem ad eſſe naturale, vt nos lu
cis ſuæ quæ erat in colũna conſortes faceret:& per
fidei deſertum in terrã viuentium duceret omnibus
promiſſam: quia vult omnes homines ſaluos fieri.
Paſcha ergo (hoc eſt) tranſitus domini ad patrem
pertinet:qui ſua maxima potentia nos fecit tranſire



de non eſſe ad eſſe:& ad bonum eſſe. ¶ Secundum
feſtum eſt penthecoſte, & quia ibi data eſt lex, filiũ
dei ſignificat,qui dedit nobis legem diuinã:nam vt
ad terram pertingas:prius neceſſe eſt ad agnitionẽ
dei peruenire: quia terra viuentium terra illius eſt.
In hoc feſto deus deſcendit ad montem:quia con
deſcendit in lege ſua quãuis alta ſit ad nos. In hoc
feſto deus in caliginoſa nube apparuit, quia filius
dei noſtræ humanitatis caliginem intrans:legẽ præ
dicat in monte euangelii. Ibi tonitrua & fulgura vi
ſa ſunt:quia comminationes gehenne fecit contra
incredulos: ne legem irritã faciant contemnentes.
In monte etiam euangelii ſicut in monte Sinay,pe
percit deus hominibus factus eorum amicus. Aliud
dicitur ſcenophegia: & eſt feſtum tabernaculorum
ſpiritũ ſanctum repreſentans qui eſt vmbraculũ diei
ab eſtu:& operit multitudinem peccatorũ non ſolũ
exiſtentem in nobis:ſed venientem cõtra nos:nam
interponit ſe noſq; ſibi preparat habitacula. In hoc
deſerto fidei demoramur in ſpiritu ſancto, & ipſe — Quæ ꝑſtat ſpiritus ſanctus.
in nobis,vt nos cognoſcere faciat:quod ſumus tã
quam peregrini & aduene in hoc ſeculo habentes
aliud refrigeriũ quam vmbrã eius,ſub qua viuimus
inter gentes: & pro releuando tedio fructus ſpiri
tus eſt dulcis gutturi noſtro:nam vmbraculũ iſtud ar
bor fructifera eſt: & ex viridi ligno conſtat taber
naculum ſpiritus ſancti:ſicut & in deſerto fieri con
ſueuit. Habes ergo ꝙ creatos à patre erudit filius,
& protegit ſpiritus ſanctus vbi ſunt tria feſta ſcili
cet creationis,eruditions,& remiſsionis. Fuerunt igi
tur vmbratiles ille feſtiuitates,quarum hæc præſens
eſt veritas, vbi ter in anno aſcendimus in Hieruſa
lem,ideſt viſionem perfectam dei trinitatem confi

tentes:quæ eſt annus tribulationis diuinæ tam feſti
lis:quod ipſe ait.Ego merces tua magna nimis.An
tea non erat viſio manifeſta: ſed iam poſtquā nota
fecit nobis Chriſtus quæ patris erant:viſionem per
fectā aſcendimus per deſertū quamuis nō conſum
matam:vt in gloria.Ideo eñ Hieroſolima interpre
tatur viſio perfecta vel cōſummata. Si ergo figura
huius feſti tanto preconio colebatur, quod omnes
cōuenirent:& nemo vacuus in conſpectu dñi,ſedle
tantes & nouis veſtibus induti,quāto amplius acce
lebrius deberet hoc agi feſtū:vbi ſimul ille tres feſti
uitates iungūtur? In primo igitur trium dictorum
feſto dicebant gloriā patri:in ſecundo gloriam fi
lio:in tertio gloriā ſpiritui ſancto.Si ergo illa feſta
tanto concurſu populorū & tam multiplici ſacrifi
cio & fumigatione & oblatione ſunt celebrata,tan
toqꝫ muſicorum genere:cur hoc feſtū tranſit in ſilen
tio? ſi etiam feſtū corporis Chriſti: aliaqꝫ id genus
tanta veneratione colit eccleſia:cur hoc non ſic?nam
eſt origo feſtorum omnium: cætera enim ſunt ve
lut riuuli huius immenſitatis.Et ideo hoc eſt ſabba
tum ſabbatorum,& ſabbatum dedicatum:Nam ſi in
cæteris feſtis dei bonitas nobis communicatur,etiā
in hoc plus datur, quia diuinis perſonis & totali
ter tribuitur, ex quo amplius eſſet gaudendum:i
deū vere diligeremus.Si autem dicas,qđ cætera fe
ſta magis ad nos faciunt,quia in reſurrectione re
ſurgimus cum Chriſto,in aſcenſione pariter mente
aſcendimus:in ſpiritu ſancto paracletum conſolato
rem expectamus,quamuis hoc ita ſit,plus facit qui
dem ad nos,hoc trinitatis feſtum:nam quicquid pa
ter dedit filio: filius contulit nobis. Et omne quod
datum eſt ſpiritui ſancto etiam dedit nobis. Imme

celebriꝰ hebreis colamus feſta.

& ſunt aliqui doctores tenentes, quod ſi ad intra nō
eſſet,communicatio minus inueniretur ad extra col
lata creaturis:multū ergo habemus à trinitate quia
non ſolum in ea baptizati ſumus:iuxta id.Ite doce
te omnes gentes baptizantes eos in nomine patris
& filii & ſpiritus ſancti.In ea pariter ſumus creati:
& ad ſignaculum & ſimilitudinem eius facti: nec
eſt aliqua res tam ſimilis nobis ſicut beata trinitas.
Si animam tuā videres: certe tranſlationem trinita-
tis inuenires: ex quibus magis in huius feſti amo-
rem deberemus accendi:quia ſapiens monet nos di
cens. Fili in manſuetudine ſerua animam tuam: &
da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Nil ho-
noratius eſt in nobis ymagine trinitatis,quam ho-
noramus ſecundum meritum & naturam ſuā,quam
accepit à trinitate dicente. Faciamus hominem ad
ymaginem & ſimilitudinem noſtrā. Vox trium ſo-
nat dum dicitur faciamus:& vnitatē exprimit dum
dicit noſtram ſimilitudinem.Vbi nota quod omnia
fecit deus inquantum vnus: Ideo enim philoſophi
in cognitionem vnius dei deuenerunt non autem
trinitatis quia in quantum vnus deus condidit vi-
ſibilia,ex quibus dei cognitionem ſcrutabantur,ta
men angelos & homines videtur creaſſe deus in-
quantū trinus,quia angelorum officia tria ſunt, pa-
riter hierarchiæ:& animá hominis trina eſt in poten
tiis vna in eſſentia:quamuis ergo tota trinitatis vni
uerſa condiderit: quia nos creando amplius expli-
cuit ſe dum cætera creat deus:nō loquitur de ſe ſed
de ipſis creādis: dum autē venit ad hominem prius
quam eum crearet ſe trinum oſtendit: dum ait facia
mus &c.Ideo hoc feſtū magis noſtrū eſt quā omniū
aliarum creaturarum,quæ omnes dant gloriā patri

Trinitatī debemus multum.

Eccl'. 10.

Deus creans nos explicuit ſe.

& filio & ſpiritui ſancto,nos eam ſpecialiter debe-
mus:ideoq; vel ſepe in anno vel nunc celebrius de
beret agi hoc feſtum:ſed in huius rei fenore ordi
nauit ſinodus nicena:vt quotidie frequentiſſime re
peteretur thema:diceremuſq; gloria patri & filio &
2.pars. ſpiritui ſancto.Hoc de primo ſufficiat. ¶ Nũc in ſe
cunda parte de ſenſu verborũ agendum eſt,vbi ad
uerte ꝙ quicquid applicatur deo,ſecundum altiorẽ
ſignificationem debet ei aptari:nam quod purius &
altius eſt in rebus participatio quædam eſt deitatis:
vñ merito dixit Chriſtus neminem bonũ niſi ſolũ
deum,propterea quod ſi bonitas eſt in rebus accõ
modata eſt:& ab ipſo rerum artifice collata:vnde
qñ per indagationem creaturarũ deum quærimus,
per id quod ab eo purius habent quærendus eſt,
vt ſic de ipſo faciendo ſermonẽ reddamus ei:quæ
dedit nobis: vt Dyoniſius notat de diuinis nomini
bus loquens.Iam ergo altior ſignificatio huius no
minis gloria(nam multa ſignificat)eſt diuina eſſen
Philip.2. tia de qua Paulus ait. Omnis lingua confiteatur,
quia dñs noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei pa
tris.Hoc dictũ apoſtoli ſi communiter capiatur,etiã
Lingua de fure qui cum Chriſto eſt crucifixus,intelligi va
ignea let,quod nõ eſt opus ab omni fateri lingua,ſed al
deum ex tius intelligendo:omni lingua & non quilibet ſed
plicat. ignea opus eſt ad narrationẽ tanti miſterii,& quod
hæc lingua é cœlo deſcendat:& etiã de cœlo trini
tatis quia huius eſt miſterium de quo loquimur.So
lummodo omnis lingua ſpiritusſancti dicere pote
rit: qualiter Ieſus Chriſtus dñs noſter eſt in gloria
dei patris,quia ſpiritus ſcrutatur etiam ꝓfunda dei,
cæteris creaturis abſcondita,quia propterea Iohan
nes dixit,quod in deo tenebræ nõ ſunt vlle,tamen



ſunt in omnibus aliis, quia etiam ſeraphin velãt fa
ciem:quatenus eorum noticia non omnia compre
hendit miſteria trinitatis,q̃uãuis dicant.Sanctus ſan Eſa.6.a.
ctus ſanctus dñs deus exercituũ.Nec mirũ ꝙ nõ ex
toto capiant:quia deus lucem habitat inacceſſibi-
lem,vbi nemo nouit ex toto filiũ niſi pater,neq; pa
trem quis nouit,niſi filius,& ſic perſonæ diuinæ ad
plenum ſe norunt:quia in ſolo deo tenebræ nõ ſunt
vlle.Si ergo linguis hominum eloquentiũ loquar &
angelorum,explicare minime potero,qualiter dei fi
lius eſt in gloria dei patris: niſi adſit omnis lingua
quæ diſpartita in apoſtolos deſcendit. Eloquentia
ſpiritusſancti dicitur omnis lingua,quia omnem ha
bet virtutẽ omnia proſpiciens. ¶ Iſte ergo ſcit qua- Gl'ia dei
liter filius eſt in gloria dei patris, quæ eſt eſſentia eſt eſſen
patris æterni non ab alio ſibi præſtita: aut commu tia eius.
nicata.Gloria ergo dei patris eſſentia eius eſt, glo-
ria inquã ſuperior gloria maior,gloria quæ poſte-
riores glorias continet:atq; tribuit,qm̃ ab hac ſupe
riori gloria ſic effluunt cetere:vt Eſaias dicat. Deli eſa.66.d
tiis affluatis ab omnimoda gloria eius.Væ nobis af
fluentibus voluptatũ delitiis, quæ non dant locum
ei:cuius deliciæ ſunt eſſe cũ filiis hominũ:omnimo
da ergo dicitur gloria dei figurata in manna om
nis ſuauitatis contentiuo. Tanta eſt gloria hæc vt
in reliquiis eius diues poſſet fieri homo atq; ange
lus,& multiplicari gloria domus eius:nec mirum
quia vt aiunt ſeraphin.Plena eſt omnis terra gloria
eius,quã cœli capere nequeunt, quia pleni ſunt cœ
li & terra gloria eius. Attendite fratres prodigium Eſa.6.a.
nouum:& mirabile dictũ quoniam gloria hæc ad-
implens omnia,fugit intellectũ noſtrum,non intrat
in eum,anguſtus enim eſt.Quis intellectus ſcrutari

ſufficiet qualiter dei eſſentia occupat omnia? qua
liter non ſit locus:qui ſe abſcondat ab ea? qualiter
ſit in cœlo & in terra & in omnibꝰ abyſſis? De quo
miratus propheta dixit.Si aſcendero in cœlū tu ille
es,ſi deſcendero in infernū ades: ſi ſumpſero pen
nas meas diluculo:& habitauero in extremis maris
&c.Ecce quomodo vbiqꝫ eſt gloria hæc,& tñ no
ſter intellectus nihil de ea ſcit. In hoc negocio ſe
habet noſter intellectus ſicut oculus noctue ad lu
men ſolis,quæ ſtatim clauditur, ſic ad hanc gloriā
clauditur noſter intellectus,nec eam poteſt videre:
Prima apparitio gloriæ dei. immo nec inueſtigare. ¶Vnde gloria hæc ſemper
hominibus eſt oſtenſa in nube:primo in deſerto ſiue
vbi dicitur. Reſpexerunt ad ſolitudinem:& ecce glo
ria domini apparuit in nube.Sin interpretatur ru
Exo.16.c bus,& eſt pater æternus,cui primo eſt gloria,quia
primo dicimus gloria patri. Nec miremini fratres
quòd pater diuinus ſignetur in rubo:quia ſcriptum
eſt. Apparuit ei dominus in flamma ignis de me
dio rubi:& videbat ꝙ rubus arderet: & non com
Exo.3.a. bureretur.Dixit ergo Moyſes.Vadam & videbo vi
ſionem hanc magnam. Magnum quid latet in ru
bo ad quem eſt confugium & refugium omnium
animantiū minimorū.Iam ergo rubus eſt pater æter
nus pater miſericordiarum & deus totius conſola
tionis in quo apparet dñs filius, & eſt ibi flamma
ignis: qui eſt perſona ſpiritus ſancti. Nec mirum
quod rubum incombuſtam dicat eccleſia beatam
virginē propter inuiolatam virginitatē ſuam:qua
eadem ratione hoc totum conuenit patri,qui eſt
virgo ex ſe filium genuit ex vtero ante luciferū
ante omnem creaturā:& ante ſecula.Ignis qui ſu
uenit in Mariam: & apoſtolos ſpiritus ſanctus e



Apparuit in rubo dominus: quia filius apparet in
patre hoc miſterium prædicans: & in perſona to-
tius trinitatis dicit propheta eodē loco. Ego ſum Trinitas in rubo.
deus patris tui,deus Abraham,deus Iſaac,deus Ia-
cob.Tres iſti patriarche trinitatē præ ſe ferunt,pa-
ter eſt Abraham,qui & ſi multarum gentium,tamē
filium dilectū non vi coitus,ſed vi fecunditatis ge-
nuit:vt aduerteres patrē æternum non modo huma
no ſed diuino genuiſſe filium ſuū chariſſimum,qui
pater etiā eſt orbis terrarum,& pluuie pater:alio tñ
modo:Iſaac ſic filium dei repreſentat,quod non ſit
opus expoſitione:Iacob autē amore feruidus figu-
ram tenet ſpiritus ſancti,qui peregrinus effectus,
duas accepit vxores Lyam & Rachel,quoniā ſpiri
tus ſanctus in mundum veniens & ſinagogā & ec
cleſiam fecundauit.Et videtur ſibi pauci dies,quos
ei tribuit præ amoris magnitudine,donec omnes
ducat in terram ſuam,vbi non eſt dies neqꝫ nox,
neqꝫ egent ſole,neqꝫ luna,qꝛ lucerna eius eſt agnus.
¶Secundo autem apparuit gloria domini vbi dici Secunda apparitio glīæ dei.
tur.Poſtq̄ iā omnia perfecta ſunt,operuit nubes ta-
bernaculū teſtimonii:& gloriam dñi impleuit illud.
Nec poterat Moyſes ingredi tectum federis nube Exo.4.d.
operiente omnia:& maieſtate domini corruſcante.
Tabernaculum eſt ipſe filius dei, tabernaculum nō
manu factū. i. non huius creationis: de quo Iohan
nes ait.Audiui vocem magnam de throno dicentē.
Ecce tabernaculū dei cū hominibus:& habitabit cū
eis.De throno paterno dicitur vox dans teſtimo- Apo.21.
nium filio cōmoraturo apud nos:vt abſtergat om-
nem lachrimā ab oculis eorum: qui anxie optabāt
aduentū eius,Ergo dei filius eſt tabernaculū teſtimo
nii:qui de patre ſuo dicit nobis,quæ credēda ſunt,

& de ſpiritu ſancto : quia propterea etiam dicitur
tectum federis & tabernaculũ federis: amicicia enim
& amor patris ad filiũ, ipſe ſpiritus ſanctus eſt: qui
dicitur nexus amborum. Gloria ergo dñi ideſt pa-
tris eſſentia implet tabernaculũ illud, quæ eſt eadẽ
in filio & in patre: ideoq; dicimus: gl'ia patri & filio.

Tertia apparitio gloriæ dñi. 2. Parali. 5. & 7.

¶ Tertio autem apparuit gl'ia dñi eo tempore quo
primũ introducta eſt archa dñi in templum Salo-
monis: ideo enĩ dicitur. Compleuerat enim gloria
domini domũ dei. Potentia producẽdi exhaurit ſe
in productione ſpiritusſancti: ideo ibi dicitur glo-
ria dñi completa ſuper archam federis, vbi etiã to-
ta trinitas figuratur, ſed precipue ſpiritus ſanctus:
nam arche coopertoriũ vocabulo dicitur propi-
tiatorium, de quo reſponſa populo nunciantur: & p-
pitius eis erat deus. De ſpiritu ſuo dat nobis deus do-
na & gratias ſeptiformes velut de archa. Nec mirũ
quod ſit ſpiritus ſanctus propitiatorium patris &
filii ad nos: pro quibus clamat gemitibus inenar-
rabilibus. In archa iſta quæ ſpiritusſanctus eſt, tu
reperies virgam ideſt emanationẽ, qua egreditur à
patre & filio, hæc virga egreditur de radice Ieſſe:
ideſt de incendio diuini amoris: de ardenti volun-
tate diuina. Et ſunt tabule due vbi mandata dei &
proximi continentur, qm̃ ſpiritus ſanctus ſcit omnia
neceſſaria & contingentia: vt apoſtolos omnia do-
ceat. Et eſt manna conſolationis: quoniam qui eum
guſtauerat dixit. O quã ſuauis eſt dñe ſpiritus tuus
in omnibus. Super archam ſiue ad latus eius erant
duo cherubin pater ſcilicet & filius verſis vultibus
in propitiatoriũ, & ſuper illud expãdentes alas ſuas,
quoniam totus pater & totus filius intendunt totis
viribus producere ſpiritum ſanctum: & tamen di-



cuntur expandere alas ſuas ſuper eum, eumq; obum-
brare, quia & manet in eis, & eum cooperiunt &
abſcondunt: nam cooperitur ſpecie linguarũ, & in
forma ignis: & in nube figuratus. Super archam er-
go apparuit gloria domini: quia ſpiritui ſancto eſt
eadem gloria quæ patri & filio: vñ propterea cani-
mus: gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. His tri-
bus vicibus quæ apparuit gloria dñi, viſa eſt in nu-
be ſemper, & non facile: nam oportuit ad ſolitudi-
nem reſpicere: eam videre cupientes. Qui enĩ ma-
nent negotiis ſecularibus implicari, nec ſenſus car-
nis relinquere cupiunt: minime eam poterunt con-
templari. Secundo dicitur apparuiſſe poſtquã omnia
perfecta ſunt: nec enim imperfectis licet tam ardua
rimari: niſi omnia prius perfecerint inferiora quæ
ad Martham ſpectant. Tertio autẽ apparuit ſuper
archã non vbicunq;, ſed quando erat in locũ ſuum
quietiſſimũ collocata: qm̃ à tumultu cogitationum
oportet etiã ſeparari: ſi cupimus nunc contemplari
gloriã dei. ¶ Sed forſitan quiſpiam dicet. Qualiter
gloria domini viſa eſt in caligine aut nebula, cum
quotidie videamus nebulã totam terrã tegere? eſt-
ne dei eſſentia lata vel extenta ſicut nebula? Huic
quæſtiuncule ſilentio videri meo reſpondendũ eſ-
ſet: quoniam ſapiens ait. Scrutator maieſtatis oppri-
metur à gloria. Quod patuit in thabor excelſo mõ-
te: vbi nubes quæ tabernaculũ dei operire ſolebat,
& ibidem videri, apparuit iam clarior, & lucidior,
quia manifeſte corruſcant miſteria trinitatis, & lu-
cidius ſolito, ibi namq; videtur filius in carne aſ-
ſumpta: auditur pater in voce prolata: & ſpiritus ſan-
ctus aduenit in nube lucida. Petrus autem ſcrutator
maieſtatis concluſerat intra ſe: atq; dixerat tria ta-

Non facile deus videtur.

Qđ deus eſt vbiq;.

bernacula conſtruenda, ac ſi perſonæ eſſent diuiſæ,
aut diſcordes,ideoq; oppreſſus eſt à gloria cũ aliis
mortalibus, & ceciderunt ſuper faciem: donec di-
ctum eſt eis. Ego ſum: quod eſt nomen dei ſolius.

Noſce te deinde deum.

Sed fœlix oppreſſio, ſi ſuper faciem propriam [illegible]
ad ſui noticiam ſe homo conuerteret:memorenim
quòd intraturus tabernaculum ſe lauare ſolebat in
quadam magna pelui, quæ erat ad oſtium, ſpe[illegible]
mulierum circundata: vnde qui voluit fidei taber-
naculum per contemplationem intrare,abluet quic-
quid in ſe muliebre inuenerit:donec deſinãt in car-
ne ſua fieri muliebria. ¶ Sed vt amplius miremini ad-

Nebula tenet figurã dei

uerte,quod nebula,dei eſſentiam figurabat,& tñ ſa-
cerdotes & Moyſes intrare potuerũt in eam,immo
& nos in ea viuimus,mouemur,& ſumus. Quia teſte
Damaſceno,dei eſſentia eſt pelagus infinitæ ſub-
ſtantiæ. Et alius dixit. Deum eſſe ſpheram intelligi-
bilem,cuius centrum eſt vbiq;:circunferentia vero
nuſquã. Ergo omnes nos & omnia cœlum & infer-
nus intra ambitũ dei ſunt:in eoq; cuncta velut piſces
in mari natare dignoſcuntur:in eoq; accipiunt fir-
mamentum ſubſtinentiæ. Dat exemplũ beatus Au-
guſti.de vita voſtra in qua eſt corpus & omne mẽ-
brum hominis,qua ſublata omnia diſſoluũtur,& pe-
reunt:vñ plus manent mẽbra mundi minoris in ho-
minis vita,quã in ſe ipſis,aut corpore quod conſti-
tuunt. Et ſic totus mũdus & cœlorum ambitius plus
manet in deo,quam in ſe, magiſq; firmantur in eo
quã in molle ab ipſo conſtituta. Nõne ad oculũ vi-
demus cõgeries corporis humani tabeſcere deficiẽ-
te vita:in ea eñ magis quã in toto compoſito fir-
mantur humana mẽbra,& ſic in deo terra & orbes
ſtabiliuntur,ne pereãt,ideoq; multi deũ vocauerunt



animam mundi. Et ſane intelligendo,optime dixe-
runt, dei enim eſſentia, eſt ſuper omnes vitas,cun-
ctaq; ſtabilire non ceſſat intus & foris:de quo mi-
ratus Auguſtinus dicebat de ipſo deo. Extra omĩa,
& non excluſus,intra omnia & non incluſus,infra
omnia & non deiectus,ſuper omnia:& non elatus.

Deus nobis dat vitam.

Ex omnibus quæ diximus infero,quod eſſentia dei
magis eſt eſſentia mea,quam ea quæ dat mihi eſſe
corporeũ,& ſubſtantia dei plus me ſubſtentat, quã
mea propria:vnde qui naturaliter quolibet appetit
ſui permanentiã,conſequenter etiam demones de-
bent dicere gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.
Nam ſi deus nõ ſubſtiteret,nec demones viuerẽt,
quapropter ſcire debent ꝙ tenentur optime velle
deum viuere:ſicut homo tenetur bene velle cauſis
ſuperioribus,& omnibus elementis,alioquin ex eo-
rum pugna,& aeris infectione ſequitur mors homi
nis,ſed nõ niſi in corpore,ex incolumitate autẽ dei
vita ſequitur: & totius mundi & animarum & dæ-
monum & angelorũ. Habeo igitur gratias eſſentiæ
dei,quæ me magis tenet quã anima mea: alioquin
Dauid minime diceret. Tu formaſti me, & poſuiſti
ſuper me manum tuam,vt ſcilicet teneres opus tuũ:
ne corruat. Inſuper ſequitur,quod vbiq; eſt dei eſſen
tia,vt cunctis iuuamen eſſendi præſtet & qđ vbiq;
eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus,& tota trinitas:
quia ideo dicitur per prophetam. Qui appendit tri-
bus digitis mollẽ terræ. Manus,eſt dei eſſentia,digi
ti tres,ſunt tres perſonæ diſtinctæ inter ſe,tamẽ vni
ficantur in eſſentia:ſicut digiti in manu noſtra.

Vna perſona eſt gloria alterius.

¶ Quamuis ſint plures rationes ſuadentes eadẽ eſſe,
gloria patri & filio & ſpiritui ſancto:ſufficiat nunc
vnam adducere. Nam cum nihil boni deſit deo, &

ipſe pater gloriam ſuam vocet filium ſuum,ſequi-
tur quod in filio eſt eſſentia, quia pater eſt glorio-
ſus:& ſic conſequenter de aliis perſonis.Deus pater
dicit in Pſal.Gloriā meam in puluerē deducam,q̄d
fecit,quando verbum caro factū eſt:quia teſte Sala-
mone,gloria dei eſt celare verbum,dei eſt incarnare
filium ſuū:vbi erat gloria eſſentiæ ſuæ.Filius etiam
ait patri.Tu es gloria mea,tu es ſuſceptor meus &
exaltans caput meū.Tu es inquit gloria mea:quia
tu es id quod eſt eſſentia mea.Tu es ſuſceptor me
qñ in cruce dixi. In manus tuas commendo ſpiri-
tum meū.Tu exaltans caput meum in reſurrectio-
ne:quia illud inclinatū tenueram in paſsione.Simi-
liter & ſpiritui ſancto dicitur. Exurge gloria mea
exurge pſalteriū & cithara.Exurgit ſpiritus ſanctus

Son⁹ ſpiritus ſancti optimus eſt.

quando animas facit exurgere ad cœleſtia,qui pro-
pterea in ſpecie ignis venit qui ſurſum aſcendit.
Spiritus ſanctus em̄ eſt currus igneus:quo ad cœli
vſq; oportet aſcendere.Et vocatur pſalterium & ci-
thara propterea q quando venit ſuper apoſtolos
dulces fecit modos:quia factus eſt repente de cœ-
lo ſonus,tam dulcis quòd nulli cauſa tui compare-
tur,ſed ſi tanquam aduenientis ſpiritus vehemen-
tis,ideſt talis fuit ſonus qualis decebat ſpiritui ve-
hementi:qui mentes vehit dulciter ad cœlum.Vñ in
die penthecoſtes ſignanter dicitur ſpiritui ſancto.
Exurge gloria mea:fac animas exurgere ad ſuaui-
tatem tui cantus,qui melior eſt quā vlla vox citha-
redorum cytharizantiū in cytharis ſuis.Nemo igi-
tur putet vox illa fuiſſe terroris,quia ſatis erant te-
riti propter metum iudeorū,ſed fuit ſonus ſonorus
in victoriam:quemadmodū beatus Dauid cum can-
toribus ſuis ſonare cōſueuerat acute ac penetranter
ad mentis eleuationem,dum ſpirituſſancto plenus
erat:& per ſuauem melodiam cupiebat eundem ſpi
ritum in alios tranſferre:ad quod pſalmos omnes
inſtituit.Si ergo gloria patris æterni eſt filius ſapiēs:
& pater in ſe pleniſsime glorioſus ſit,aperte conſtat
hoc nō aliunde prouenire:niſi q in filio eſt patris eſ-
ſentia. Qua de cauſa & inter diuinas perſonas ab
æterno canitur gloria patri & filio:& ſpiritui ſan-
cto.Nec vlla creatura poteſt alteri dicere talia ver
ba qualia pater ad filium:quia nulla res includit eſ-
ſentiam alterius.Perfectius ergo atq; ſublimius ca-
nitur thema inter diuinas perſonas quā inter ſera-
phin.Nos autem fratres ſperemus illud in cœlo ca-
nere,adhoc enim decreuit deus:vt inhabitet gloria
in terra noſtra intus in corde noſtro:propter nimiū
amorem quo amauit nos.O bonitas tante gloriæ,
cui ſi cæteras glorias conferas:erunt vt ſtercus ter-
ræ.Merito domine deus eſſentia tua dicitur currus

Exclamatio gloriæ.

gloriæ tuæ,quia quicquid extra illam gloriatur,mē-
titur iniquitas ſibi:quia glorioſum eſſe non poteſt.
Hæc tua gloria dñe mi deſcribi non poteſt ob im-
menſitatē,ideoq; recte figuratur in propitiatorio ra-
ſo:atq; exiſtenti ſuper cherubin. Efficit angelos ex
hominibus huius gloriæ ſola oſtenſio: inſtanterq;
poterit effugare omne quod repugnat beatitudi-
ni:ſi nuda fuerit oſtenſa. Hæc finxit omnia ad ſui
honorem creatrix eſſentia:cunctaq; ad ſe reuocat.
Gloria hæc eſt omnibus ſanctis qui non alio veſcū-
tur pane quam diuino, nec in alio glorificantur,
quam in eo quo glorificatur deus. Hanc nemo vi
dit vnquā:niſi vnigenitus dei qui eſt in ſinu patris
Eſt tanta quòd inferni penam ſedaret gloria hæc:ſi
damnati cœlis apertis viderent gloriam dei.Nam ſi

ſola angeli gloria in fornace fere paradiſum fecit
quid faceret gloria dei?hæc tam letiſsima eſt,vt can
ticum nouum ſemper putet verſum iſtum,gloria pa
tri & filio & ſpiritui ſancto.Minui non poteſt glo
ria hæc,ſi tñ quis hoc intendat,omnia quæ fecerit
conuertentur in melius:ſic vtgloria dei ſemper in
nouetur.O magnã rem,quod ipſe deus nemini am
plius nocere valeat,quam ſi ab inimico ſuo abſcon
dat gloriam iſtam:huius eñ gloriæ abſconſio peior
eſt quam inferni tormenta etiam ſempiterna.Fra
tres mei ſi ſunt cantica canticorum:ſi ſabbata ſab
batorum nos de hac exclamantes dicamus,ô glo
ria gloriarum glorifica me,hæc tanta eſt,quod per
turbari nequit : vti perturbatur gloria ſtellarum.
exo.33.d Quaſi vltimum poſtquam multa petierat Moyſes
finaliter dixit deo ſibi blandiendi. Domine ſi tan
tum me diligis:oſtende mihi gloriam tuam.Cui ſta
tim reſpondit deus. Ego oſtendam tibi omne bo
num:quaſi dicat rem maximam poſtulaſti.Rex ip
Salomon in omni gloria ſua:miſer nimium iudica
bitur,ſi diuinæ gloriæ compararetur.Sola hæc tri
tas angelos:& homines faciat & omnia implet ſu
nitate.Te,ô gloria beatiſsima plus tenemus,& mi
nus oſtendimus:qm̃ omnis gloria cuiuſlibet iu ta
intus.Vna iſtius gloriæ gutta totam gloriam pro
xit,quæ eſt in campis:immo extingueret ſola gut
ta eius quancunq; inferni miſeriam teſte diuite cu
Ione.O chriſtani cauete:ne peccetis quoniam pe
catum & ſi parum qui videatur vobis:infinite ma
lum eſt propterea q; contra tantam gloriam perp
etratur.Intime cogitate,quod hæc eſt brauium,mar
tyres confeſſores & virgines acuens in prælium.Vti
nam & nos excitet tale præmium,quod liquide ip



dominus per Iob ſanctiſsimum cuilibet chriſtiano
repromiſit dicens. Qui ſe humiliauerit erit in glo
ria,quam mihi & vobis præſtet Ieſus amen.

¶DOMINICE SECVNDE POST PEN
thecoſten ſermo. 53. ad euchariſtiam ex euangelio
præſenti iuxta narrationem Matthei.THEMA.
Ecce prandium meum paraui venite. Matth. 22. a.

¶Inuocatio ad virginem.

NVnc ſane(vt ait Paulus)quæritur inter diſpẽ
ſatores:vt fidelis quibus inueniatur.Diſpen Prandiũ
ſator verbi dei eſt prædicator.Solent autem eſt do=
diſpenſatores accipere ſibi optimam partem plus ctrina.
& prius ac de melioribus cibis, alioquin iudicatur
ineptus, ſi autem non comedit cibos,quos cæteris
confert,infidelis iudicari ſolet,ac ſi in eis velut in
olla prophetæ eſſet mors ab eo poſita vel præſum
pta.Væ autem nobis prædicatoribus qui non pran
dium noſtrum ſed alienum paramus in prædicatio
ne populis. Si noſtrum eſſet ex eo manducaremus,
& prius quæ dicimus ore, opere compleremus, &
meliora ſepararemus nobis,ac ſpiritualiora, immo
& maiora. Si ergo prandium virtutum eſt ſermo
prædicantis,tunc ſuum iudicabitur quando non ſo
lum ex abundaria cordis, ſed operis os loquitur,
quando ea quæ prædicat comederit,quando ex eis
ſaginatus vere probauerit qualem ſaporem habent
virtutes:quas populo affert. Sed nemo eſt qui hoc
vt oportet faciat ſine beatæ virginis fauore:pro=
pterea enim dicitur doctrix diſcipline dei: quia &
eſt electrix operum illius. Nam optimam partem
operum dei & virtutũ elegit ſibi Maria quæ opera
ta eſt & prædicauit conſilio manuũ ſuarũ.Manibus

quippe mater dei prædicabat, & nos digito non
volumus tangere quæ docemus niſi lingua tantum,
vt ergo recte prædicem: quæramus gratiam ſpi
ritus ſancti quam vt per Mariam aſſequamur ei of
feramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Euchariſtiæ ſolemnia nos compellunt, vt loqua
mur de illa, cui etiam aptiſsimũ eſt euangelium pre
ſentis dominice, ſed quia luce narrationem iam ſe
pe audiſtis, decreui eandem rem vobis proponere
iuxta Mattheum, qui apertius, & longius enarrat no
bis conuiuiũ ſanctum, ad quod omnes quotidie vo
cantur, & per ipſum Chriſtũ dicentem. Ecce pran
dium meũ paraui. Totus ergo ſermo erit fundatus
ſuper illud euangeliũ: quod incipit. Simile factũ eſt
Incipit homelia regnum cœlorum &c. ¶ Huius euangelii parabolã
ad principes ſacerdotum & phariſeos dominus di
rexit: in quibus proculdubio & noſtri ſacerdotes, ma
nus electũ, & monachi figurantur: quapropter non
ab re credendum eſt de ſacramento altaris eos in
ſtruxiſſe: quaſi de potiori eorum officio, vt vigi
lantiores eſſent: & cautiores in hac re. Sic ergo ait.
Regnũ cœlorũ quale ſit. Simile factũ eſt regnum cœlorũ homini regi. Multi
plici ſignificatione viget in ſacra pagina hoc nomen
regnũ cœlorũ nũc autẽ ipſum cœlorũ artificẽ nobis
repreſentat: de quo & alibi dicitur. Regnũ cœlorum
vim patit. Si modo cœleſti vixerimus rapiemus hoc
regnum: quia propterea dicit propheta. Regnum obti
Dan.7.c nuerunt ſancti. Si autem ad litteram intelligere vo
uis, qđ iſti cœli materiales quos videmus aliquod
regnum habeant: etiam eſt ipſe pater deus de quo
Ecclesi. 43.b. ſapiens ait. Species cœli gloria ſtellarum: mundũ il
luminans in exelſis dominus. A patre luminum

eſt prouenire cœlis decorem: ſicut regi honorem à
regno. Sed melius dicemus quod pater eſt regnum
cœlorũ ideſt ſanctorum virorũ, nec mirum quia eſt
pater miſericordiarum, & deus totius conſolatio-
nis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra:
& diuites facti ſumus in illo. Qui ergo hunc patrẽ
habet: regnum cœlorum habet. ¶ Nec difficile ha- Homo rex deus eſt.
betur: qm̃ propter nimiam charitatem ſuã fit iam ſi
milis homini regi permagnifico. Homo dicitur pa
ter & rex, quia regalem humanitatem nobis vult
exhibere, humaniſsime ſe habens ad nos, ſed quo-
niam habet filiũ ſibi chariſsimum, & vult nos ei tra
dere, immo & illum nobis: quia propterea fecit nu-
ptias filio ſuo, vt nos inuitatos & cognatos faciat
omnia enim propter electos, & quos elegit, hos &
vocauit ad nuptias ſcilicet ſacramentales: quarũ pro
uinciam in hoc ſermone ſuſcepi. ¶ De his ergo Io Apo.19.
hannes ſic ait. Venerunt nuptiæ agni: & vxor eius
præparauit ſe. Ecce ſponſus venit agnus dei ad nu
ptias quotidie ſacramenti: quas dei ſacerdos agit,
quarum thalamus eſt altare: vbi exhibet ſibi dei fi-
lius vxorem, quã acquiſiuit precioſo commercio,
& multo ſeruicio ac labore: antiquitus enim mari Nuptiæ eccleſiæ.
ti emere ſolebant vxores. Chriſtus autem dei filius
velut alter Iacob plurima ſeruitute emit eccleſiam
vxorẽ ſuam, quæ nunc eſt Lya: poſtea vero in cœ-
lo erit Rachel formoſa valde quando non habe-
bit maculam neq; rugam. Nunc Lya lippa eſt, quia ſacerdos induit ſe omnium neceſsi- tates.
videt per ſpeculum in enigmate fidei, maxime in
hoc ſacramento: vbi ſola fides ſufficit. ¶ In perſona
totius eccleſię celebrat ſacerdos paranimphus: ideoq;
debet viſcera eius & pietatem & penuriam induere
ſe: ita vt in veſte ſacerdotis totus ſit orbis terrarũ, Sap.18.d

& parentum magnalia, & nomina filiorum Iſrae
ideſt videntium deum. Vnde & omnis eccleſia ſan
ctorum iungitur in hoc ſacramento per indu
boni ſacerdotis. Sed forte dicet quiſpiam. Iam de
preceſſerunt nuptiæ in Chriſto & eccleſia. Iam in
crucis thalamo conſummatum eſt matrimonium,
Iam filios procrearunt. Pro reſponſo aduerte, quod
quando maritus multum diſtat ab vxore, puta qu
eſt in indiis aut hyſpania noua, & vxor eſt in vete
ri, tunc dies aduentus eius pro nuptiis cõputatur. &
ſic eſt in præſenti, Chriſtus namq; maritus eccleſie
abiit via longiſsima in nouam hyſpaniam cœli, &
reuerſurus eſt in domum ſuam: quoniam ipſe dixit
nauis eſt Iterum videbo vos: & gaudebit cor veſtrum. Sed
euchari. vt citius veniat, mittit ei vxor ſua nuncium ſacerdo
tem, & nauigium hoſtiam: de qua dicitur. Facta eſt
Pro. 31. d quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuũ.
Panis eccleſiæ eſt ſponſus eius qui ait. Ego ſum pa
nis viuus. Panis mendacii multus eſt in mundo &
panis mortis: quo eodem die moriuntur comeden
Peccatũ tes. Vnde recte dicere valent. Comedamus & mo
eſt mors. riamur, ſiquidem anima quæ peccauerit ipſa mo
rietur. Chriſtus autem eſt panis viuus, qui non vult
mortem peccatoris, ideſt peccatum, ſed quod magis co
uertatur & viuat. Panis mortis eſt in cunctis vi
Deute. tiis ſeculi: nam de ſuperbia dicitur. Qui ſuperbierit
17. d. nolens obedire ſacerdotis imperio morietur. De lu
xuria vero dicit Suſanna. Si hoc egero: mors mihi
Iob. 15. d eſt. De auaritia & gula dicit Iob. Cum ſe mouerit
ad quærendum panem, nouerit quod paratus ſit in
manu eius tenebrarum dies. Cum ſe mouerit (in
quit) videlicet à deo: vt contra eius legem quærat
Prandiũ. cibum veluti Adam & Cayn. ¶ Sed videamus quid



noui defferat ex noua hyſpania eccleſiæ ſuæ Chri
ſtus in euchariſtiæ nauicula. Quid domine mi af-
fers mihi pauperi in nullo alio ſpem habenti? Def
fero inquit primo oĩa merita mea: ideo dicite in-
uitatis. Prandium meum paraui venite. Prandiũ ſuo
rum meritorum parat nobis Chriſtus in hoſtia, alio
quin dixiſſet, prandium veſtrum paraui quod qui-
dem macillentum eſſet atq; tenue, ſed non ſic quia
prandium ſuum parauit nobis, quemadmodum enĩ
Aſſuerus non inuitatos ſed propriam contemplatus
eſt maieſtatem in conuiuio permagnifico, quando
vinum attulit, quod magnificentia regia dignũ erat
ita vt non eſſet opus nolentes cogere ad bibendũ
quoniam ipſius vini optima bonitas ſatis alliciebat
Sic in propoſito agnus dei deus non noſtrũ ſed ſuũ
parauit nobis prandium. Sed quod eſt inquies hoc
prandium tanta auiditate dignum? hic eſt agnus
dei, hic eſt qui tollit peccata mundi, hic eſt qui vt
ait Bonauentura totam trinitatem ſatiauit, figuratus
in vitulo illo: quem tribus angelis dedit Abraham:
quo eis paraſidem adimpleuit. O beatiſsime agne Agnus
dei Ieſu: quoniam ipſe ſaturaſti patrem ſatiſfactio- dei deũ
ne noſtrorum delictorum, & filium dei fratribus ſa faciat,
tiaſti, vt qui ſolus naſcitur plures haberet regni cõ
ſortes, & ſpiritum ſanctum eructare feciſti charita-
te tua, quoniam pro nobis eum nimis dilexiſti, quod
nos non poteramus adimpleſti. Eſt ergo tam ma-
gnus agnus iſte dei cuius nuptiæ quotidie vene-
runt nobis in thalamo altaris, quod multitudo filio-
rum Iſrael nõ ſuffecit ad eſum agni, nec multitudo
legis naturæ, nec multitudo chriſtianorũ eccleſię: vñ
hos tres iratus inuitat rex ter in præſenti euangelio
ad agnum edendũ, quia occiſus eſt (vt ait Iohãnes)

ab origine mundi, vt omnium peccata deleret. A
quotidie venit accenſus & aſſus amore vt tolla
peccata mundi. Saturitas abundans ſuorum mer
rum ſupplet egeſtatem & penuriam ſeptẽ annorum
& totius vitæ decurſus. Tantus eſt agnus iſte ſpõ
ſus & cibus meus: vt orans dicam deo. Emitte agnũ
domine dominatorẽ terræ, de petra deſerti ad mõ
tem filiæ Sion. Per manſuetudinem dei fratres a
tendite ad agnum dei Chriſtũ eius: qui mittis & hu
milis corde per benignitatem dominator eſt tota
terrę, quamuis ei non deſit petre fortitudo, quoniã
de petra deſerti, de deitate paterna venit, cui mis
rium tribuitur ſacramenti propter difficultatẽ ope
ris, quia hoc opus vt ait Thomas, difficilius eſt ope
re creationis, & patri poteſtas tribuitur: vnde vt fi
lius hoc notaret dixit. Pater meus dat vobis pa
de cœlo verum: quamuis ipſe filius hunc dat pa
nem. Ad montem ergo filiæ Sion agnus mittitur
qui eſt ſacerdotalis dignitas, quæ ſolum reſidet in
filia Sion eccleſia: de quo monte à beſtia non ta
gendo dicitur. Faciet dominus omnibus populis in
monte iſto conuiuium pinguium & medularum &
conuiuiũ vendemie defecate id eſt ſanguinis im
glorioſi, quia in monte hoc ſapientia ædificauit ſi
bi domum: excidit columnas ſeptem ſcilicet ſepte
eccleſiæ ſacramenta: de quorũ primo ſequitur im
mediate. Immolauit victimas ſuas: miſcuit vinum
& poſuit menſam. O mons qui ſtas erectus in ver
tice montium ſacerdotalis dignitas, quæ ſuper do
minum cœlorum habes poteſtatem altiorem quã
papa in terra & quam ſeraphin in cœlo, quoniam
papa inquantum talis non habet poteſtatem ſu
ſuper corpus miſticum & ſacerdotes etiam ſuper

Euchariſtia eſt deo patri

Dignitas ſacerdotis eſt mons.



corpus Chriſti verum, & angeli omnes non valent
ipſam Chriſti perſonam adducere nobis ſicut ſa=
cerdos, qui verbo conſecrationis penetrat cœlos
& angelos: dominumq; cœlorum facit aduenire.
¶Vinum vendemie defecate & meriti & glorioſi
non videtur indigere mixtione, aut alterius liquo=
ris ſocietate, ſed agnus gregis ductor ſocietatem nõ
aſpernatur: aliorumq; opes ad noſtram ſalutem in=
quirit: nam & in horto Gethſemani fertur dixiſſe.
Vigilate, ſuſtinete, & orate mecum. O manſuetudi=
nem humilimam Ieſu Chriſti qui eſt inter mor=
tuos liber: & ſolus potens nos liberare, tamẽ per hu
militatem coadiutores noſtræ ſalutis quærit caput
noſtrum coaptans ſibi membra ſua. Ne ergo dicant
heretici nulla eſſe nobis ſanctorum merita, nec ex
eis eccleſiam vllos habere theſauros, quia de the=
ſauris coadiunctis Chriſto in euchariſtiæ naui ſe=
quitur. Tauri mei & altilia occiſa ſunt: venite. Tau
ri qui fortes facti ſunt in bello, martyres Chriſti
ſunt, qui caſtra verterunt tyrannorum: immo & im
peratorum. Altilia per contemplationem volantes
ſunt confeſſores deuotione: & ſpiritus dulcedine ſa
ginati: & in ara pœnitentiæ oblati deo. Horum om
nium fructus & meritorum reliquie ſunt admiſte &
iuncte calici ſaluatoris: quia ideo miſcuit vinum.
Nec mirũ: quia vt ait Chryſoſtomus martyrum ne
ces populi ſacrificia ſunt. Et forte nunc ideo non
eſt bene actum nobis: quia deſunt talia ſacrificia.
Vtinam eſſet qui cum apoſtolo diceret. Ego impen
dar & ſuper impendar pro animabus veſtris. Me=
rita ergo martyrum ſunt in calice ſalutari & con=
feſſorum & virginum, quæ etiam ſignantur in aui
bus ſaginatis non corpore ſed mente. ¶Mi domi

Vinum eucha.

Tauri & altilia ſũt martyres & confeſſores.

Potior eſt euchariſtia ſacrificio antiquo.

ne quid amplius affers in tua naui nobis exilia
ua hyſpania? nunc aduerte ꝙ in duobus præcipue
veterum ſacrificia cõſiſtere videntur ſcilicet in a-
malibus & auibus,& deniq; in ſanguine omnia
dabantur: & ſine ſanguinis effuſione non fiebat re-
miſsio. Omnis autẽ illius ſanguinis virtus etiam
in calice,qa vt ait Dauid,inclinauit ex hoc in hoc
ex veteri in nouum. Vnde poſtquam dixit ipſe
propheta,quid retribuã domino,pro omnibus quæ
retribuit mihi,ſtatim addidit,calicem ſalutaris ac-
cipiam,vt tibi dñe ſacrificem hoſtiam laudis. Ecce
quomodo plus valet calix noſter quam cætera
dederat antiquis, quoniã & hic in hoc ſacrificio
veterum impletiuo eſt virtus eorum. Melius tamen
dicendum arbitror, quod nos nõ ex eis accepimus
incrementa,ſed ipſi ex nobis: deus enim dixit. San-
guinem hyrcorũ & taurorum nolui, nec ex eis
ducaui,nec bibi. Quare dñe dicis, nolui, ſi noluiſ-
xiſſes, crederemus tibi, quia omnia illa tranſierunt
tanquam vmbra,tamen tempore ſuo placuerunt ti-
bi: alioquin non preciperes talia ſacrificia. Mihi | Sacrifi-
me inquit deus,placuerunt nec volui ea per ſe, | cia erant
inquantum præ ſe ferebant: & figurabant ſangui- | vt crux.
nem agni immaculati ac diuini. Non ergo res
vmbra ſua emolumentum accipit, ſed vmbra
ipſa re ex qua cauſatur, nec ab vmbra corpus
cium ſumit: ſed vmbra à corpore. Nos ergo ha-
mus corpus Chriſti, illi autem tantũ vmbram. Si-
cut virtus adorãdi crucem ſtat in illo reſpectu
habet ad Chriſtum & non in ſolo ligno, ſic virtus
ſacrificiorũ nõ erat in eis, ſed in reſpectu quẽ habe-
runt ad ſanguinẽ Chriſti, tñ ſunt in euchariſtia
nia vetera ſacrificia velut in complemento ſuo

Sacrifi- cia erant vt crux.



fine, ſicut lineamenta prima & rudiora ſunt in ſu-
perueniente figura, quæ ſuper lineamenta curio-
ſe & pulchre perficitur. ¶ Dici etiam poteſt quòd
in altari ſunt occiſi tauri dei ideſt iuſticiæ auſteri-
tates & minæ: quoniam agnus eſt qui ait clemen-
ter. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati
eſtis, quia miſereor ſuper turbam, venite, ego refi-
ciam vos meipſo. Tollite iugum charitatis meæ ſu-
per vos: vt iuncti ſimus in ea. Habete veſtem nu-
ptialem: vt nubat anima veſtra mecum. Altilia mea
vobis parata ſunt, quia cœleſtia vobis, & non ter-
rena dare cupio. Quatenus non ſolum comedatis
bona terræ ſed cœli: quia & omnia parata ſunt ve-
nite. ¶ O grande verbum, omnia parata ſunt: nun-
quid deus paratus eſt? ſane quidem: nam ille eſt om
nia: quia ipſe cuidam amico ſuo dixit. Merces tua
magna nimis: ego oſtendam tibi omne bonum.
Et beatus pater Frãciſcus deo dicebat. Deus meus
& omnia: deus meus & omnia. Deus ergo para-
tur nobis in altaris menſa, dum proportionatur par
uitati noſtræ: & admodum noſtrum fit. In cœlo
autem pro angelis non ſic, nec paratur eis viden-
tibus eum ſicuti eſt in propria forma dei (ac ſi di-
cerem) crudum: & prout eſt in ſua natura. Impara-
tum ergo ſe confert deus angelis, & nobis ſe mille
ambagibus concinnat: in tantũ vt ipſi angeli cõcu-
piſcant videre quæ in hoc ſacramento pro nobis
operatur deus, qualiter ſe cõcinnat, & præparat, qua-
liter ſe diſponit: prout decet inuitatos eũ comedere.
Dixerat enim deus. Non videbit me homo: & vi-
uet. Ergo multominus poteramus eũ viuentes co-
medere: niſi præpararet ſe tali modo vt nõ vidẽtes
eum frueremur eo, amplecteremur eũ non tangẽtes

Omnia para ſunt ideſt de-

Subtilius eſt deus in hoſtia

ipſum, ſed velut inuolutum velamine comeden
tes,donec releuata facie gloriam domini nudã ſpe
culantes cum angelis in cœlo:in eandem ymagi
nem trãſformemur. Nec miremini fratres quod ſic
ſe conferat nunc nobis deusnoſter:quoniam ſa
Pro.9.d. pum eſt. Aquæ furtiue dulciores ſunt:& panis ab
conditus ſuauior. Aquasgratiarum velut furtiue
fert nobis Chriſtus in hoc prandio: immo & ipſe
met velut furtiue à cœlo venit panis abſconditus
ſic ſecrete vt nec angeli deprendant eius abſentiã
neq; enim eſt abſens eis dum venitad nos ſuauis
panis abſconditus. Vtinam nunc letetur in abſcon
dito cornoſtrum ſcrutans qualiter paraſti in dulcedi
ne tua pauperi deus teipſum. Attendite fratres quo
niam ſuauis eſt dominus vniuerſis, ſuauior tamen
eſt nobis quam angelis,quia ſe nobis concinnando
plura miracula facit,quam ſe angelis in cœlo ap
ponendo,immo ibi nulla,hic autẽ multa,vbi & om
nia præcedentia renouat, mirabilia. Igitᷣ opera tua
deus & anima mea cognoſcet nimis: quanuis car
nalis ſenſus hæc non attingat. Omnia deniq; ſunt
ſecrete parata in hoc ſacramento: ſicut ſapores in
manna erant abſconditi, ad quod intrat ipſe deus
vt videat diſcumbentes,ſi decenter ſunt & ipſi para
ti:quoniam felices qui parati ſunt occurrere illi.
¶Præparat ſe deus nobis, vt nos præparemus:
Præpara tio com- munio- nis. quoniam ad agni nuptias vxor eius præparauit ſe.
Et prudentes virgines ornauerunt lampades ſuas
vt exirent obuiam ſponſo. Non ob aliud rex inui
tauit per ſe:qui erant poſtea vocandi per nuncios
curſores ad prandium, niſi vt interea præpararent
ſe, & quærerent ſibi pro regis honore veſtes nu
ptiales: ne poſtea ſtupentes audirent. Amice quo



modo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?
Magnã incurrit penam ſacerdos,dum ſine ſtola cõ
municat, & maiorẽ chriſtianus quiſq; ſi careat veſte
charitatis in prandio amoris:qdᷓ ipſe amor præpara
uit nobis. Induit ſe mutatoriis deus in hoſtia habitu
inuentus vt panis: & in ſimilitudinẽ vini ſe redigit
aliena ſpecie venit,vt nos meliora quæramus indu
menta:nouamq; veſtẽ animabus noſtris imponamus
videntes hanc nouitatem:quæ fit ſuper altare ad ve
tuſtatem exuendam: nam ideo butirum & mel co-
medit chriſtianus in euchariſtia: vt ſciat reprobare
malum & eligere bonum indumentũ gratiæ bone.
¶De inuitatorum differentia nunc eſt dicendũ ali-
quid,quoniam qui non venerunt in triplici ſunt dif Differen
ferentia,primi vocati nolebant venire,ſecundi ne- tia inui-
glexerunt,& abierunt,alius in vllam ſuam,alius in tatorũ eu
negociationem ſuam, quoniam alter agricola: al- chariſtię
ter negociator erat. Reliqui autem qui ſunt in ter
tio modo tenuerunt ſeruos eius:& contumeliis af-
fectos occiderunt. Tripliciter peccant homines vel
per ignorãtiam, aut impotentiã ſeu maliciam. Pri-
mi videntur per ignorantiam peccaſſe quando no
lebant venire:vnde huic deffectui ſubueniens rex
ait ſecundis nunciis. Dicite inuitatis. Ecce prandiũ
meum paraui:tauri mei &c.quod autem ſecũdi per
impotentiam peccarunt patet,quia ville amor & im
plicatio negociationis:fecerunt eos prandium ne-
gligere:vnde impotentia nunquam venit niſi alte-
rius vicii oppreſſione:quando ſerui dominati ſunt
noſtri. Vltimi autẽ peccant per maliciam,qui contu
meliis affectos occidunt ſeruos. Et ecõtra hos præ
ſertim iratus eſt rex quia miſſis exercitibus ſuis per
didit homicidas illos. De cæteris autem non di-

xit:niſi quod inuitati non fuerat digni. ¶ Quãuis apud nos vigeat hæc inuitatorum differentia fra tis fratres,& bene ſcitis,quoniã quidam ex nobis per ignorantiam miſteriorum, non dicunt panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: neſcientes quòd ignorans ignorabitur. Alii autẽ non accedunt ad hoc prandium ex impotentia,quia ſaturati pane mendacii,& ſiliquis porcorum indignos ſe faciunt ſcientes ſe non poſſe ſimul bibere calicem dei & calicem demoniorum,amplius volunt ſedere ſuper ollas carniũ quã ſuper altare. Reliqui autem qui peſſimi ſunt & malicioſi cõtumelioſe tractantes eos qui communicant,ſatagunt eos impedire,quod eſt homicidium ſatis graue: quoniam ſcriptum eſt. *(Ecclesi. 34.d.)* Panis egentium vita pauperis eſt,qui defraudat illum quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. O magnam auctoritatem, cui tempus non ſub petit ad dicendum qualiter panis altaris eſt vita pauperis ſpiritu, à quo nemo per maliciam ſuam defraudandus eſt, alioquin vir ſanguinis eris, quia non corporis ſed anime vitam rapuiſti. Vnde non reſtat niſi quòd homicida voceris infantium animarum,quæ te inuitabant:dum deuote ſe ad communionem præparabant: nam efficacior eſt vox operis quam vox ſermonis.

*(Inuitati ad prandium eucharistiæ)* ¶ Nunc autem vt de inuitatione tractemus, aduerte quod ipſe regis filius Chriſtus deus noſter, dum apud nos viueret omnes inuitauit dicens. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis:& ego reficiam vos. Hæc eſt ſimplex inuitatio: ſed maior eſt illa. Niſi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. Maxima autem eſt illa, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem:habet vitam æternam. Multiplex igitur eſt inuitatio Chriſti in euangelio ad nos. Qui hoc minime contentus inuitatores mittere non ceſſat etiam à ſummo cœlo: nam angeli ſunt adminiſtratorii ſpiritus miſſi à Chriſto, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis ideſt hoſtiam ſalutarem:vt frequentius etiam capiant & reuerentius. Ad hoc prandium libentius inuitant angeli animas iuſtorum, quam ad ſubcineritium panem inuitabant Heliam: immo etiam libentius quã Chriſtum inuitarunt ieiunum in deſerto, vbi acceſſerunt angeli,& miniſtrabant ei,non aliud certe niſi prandium,quod filio mater Maria parauerat. Alii vocitatores quos deus mittit dicere inuitatis,quod veniant,ſunt huius ſacramenti deſideria & fames, qui enim eſuriunt, & ſitiunt iuſticiam: ab illo mouentur de quo dicitur. Miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Ignis deſiderium eſt,qui famem generat:vt de tepidi dicuntur & frigidi, qui non dixerunt. Si ergo paruuli petierint panem hunc,& dixerint. Vbi eſt triticum? credite quòd eorum cor mouent ſacra deſideria ſibi à deo in miſſa dicente. Dilata os tuum & implebo illud. Noui ſiquidem ego plures hoc igne excitatos ad communicandum. Tertio autem mittit deus nũcios homines pios,& ſanctos libros ac prædicatores ſuos dicentes cuilibet animæ in perſona Chriſti. Apud te facio paſcha cum diſcipulis meis ideſt donis cœleſtibus. *(Differentia inuitantium.)* Sed hoc tres modos inuitantium, ſic melius diſtinguere poteris, quod primi ſint confeſſores animas purgantes pœnitentia: alii ſint prædicatores animas illuminantes doctrina: alii vero ſint angeli animas perficientes amore. Iam autem di-

ximus qualiter nos miſeri nolumus venire,& neg
gimus,& rebelles ſumus, & ideo non ſumus d
miſeratione hac. ¶Sed veniet hora mortis qua
neceſſe eſt ſalutis viaticũ accipere:ſi viatores
mus fieri comprehenſores.De hac hora mortis
ſaltim conuertendus eſt peccator:ſequitur.Ite
ad exitus viarum: & quoſcunq; inueneritis voca
ad nuptias.Via eſt vita hominis:de qua dixit Sa
mon.Tria ſunt difficilia mihi,via aquile in cœlo
hæc eſt vita ſuperba.Via nauis in medio mari,
hæc eſt vita auara,via colubri ſuper petram,&
eſt vita luxurioſa, quæ verſatur in lapide luteo lu
xuriæ,quo lapidatur piger, quia locus luxuriæ
pigritia,& via viri in adoleſcentia:vbi & cætera
cia regnant.Ad exitus ergo viarũ iubentur ire
ui,quando vitas ſuas deſerunt homines exeu
ab eis:& à vitiis earum. In hoc ergo exitu nece
eſt prandium viaticum accipere ad nuptias Chr
venire bonos & malos boni veniant vt fiant me
liores,mali vt fiant boni,in hoc tali exitu opu
conuerti ad dominum.Si ire debemus quo iſ
domine niſi ad te,qui verba vitæ æternæ habe
li tempore amplius inuitas homines ſciẽs quia
ſeniores ſunt demones intendentes acrius per
ni tuorum: quoniam modicum tempus habent
hoc paſſu & conflictu implentur cœleſtes nup
diſcumbentium ad euchariſtiam in eccleſia qu
locus prandii,& tunc intrat rex eccleſiam per
cium particulare,quod timebat:ille qui dixit.N
intres in iudicio cum ſeruo tuo domine,quia n
iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens.In
ergo iudicio dum intrat deus vt videat qualiter
dederimus euchariſtiæ,videt ibi hominem dam

*Via eſt vita hominis.*

*Iudiciũ ſingulare*



dam:eo quod non habeat veſtem nuptialem chari-
tatis,cum qua neceſſe eſt mori.quia operit multitu-
dinem peccatorũ.Nam cautũ erat olim nequis veſ-
titum ſacco regis Aſſueri palatium intraret,quoniã
nullus aut ſago mortalitatis indutus: aut peccato
veſtitus intraturus eſt regnum dei.Adhuc ergo erat
in conuiuii loco,in eccleſia erat:qui audiuit.Amice
quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptia-
lem ex lana agni immaculati confectam:ad vnum
ſigillatim loquitur,quia non confuſe ſolum,ſed ſin-
guli iudicandi ſunt peccatores, ac ſi quilibet ſolus
eſſet,& totus legis rigor vergeret in eum.Tñ voca-
tur amicus ob grauitatem iudicii,vbi deus impro-
bat nobis chriſtianitatẽ,cæteraq; dona collata,quæ
amicis dari ſolẽt:ac ſi dicat.Amicus fuiſti receptus
in domo & menſa mea,non tamen vt amicus, ſed
vt extraneus nunc es inuentus: quia non habes ve-
ſtem amoris mei. Emiſit deus peccatores primos à
paradiſo pellibus veſtitos,in figura,quod niſi veſti-
ti lana alba agni dei eſſent: illuc non redirent.
¶Interrogatus igitur homo iſte obmutuit,qm̃ & ſi
in conſpectu hominum ſaltem poſſumus reſponde-
re pro nobis quamuis manifeſtum ſit delictũ,quod
non illud mala intentione fecimus, hæc reſponſio
non habet locum in iudicio dei,vbi ipſa conſcien-
tia patula erit,& omnis intentio & conſilia cordiũ
manifeſtabũtur. De ſic ergo deprehenſo ait rex mi-
niſtris.Ligatis pedibus eius & manibus mitite eum
in tenebras exteriores.Pedes pigros ad viam pacis
manus debiles ad bene operandũ,quid mirum ꝙ li-
gentur:in purgatorio tantum manus operũ habent
ligatas,quia ibi non poſſunt meritorie operari, ha-
beat tamen pedes ſolutos,ideſt deſideria, quæ ſunt

pedes tanquam ceruorum: quibus ſuper excelſa m
Pene in-ferni. ſaltant. In inferno vtrunq; habent ligatū: quia ne
poſſunt bene velle, nec bene operari, nunc autē in
ter nos & ſi manentes in peccato mortali vtrunq; ha
bent ligatum. ſ. pedes & manus, tamen ore ſe poſ
ſunt ſoluere in confeſsione peccatorū ſuorum, cu
non eſt locus in inferno: vñ retro habuit iſte ma
nus ligatas quo non poſſet ſe ore ſoluere. In infer
no nec ſe poſſunt ſoluere, quia retro ligātur manu
nec ire ad aliquem, qui eos ſaluat, qm̄ & pedes li
tur in purgatorio, & ſi non ſe valeant ſoluere, poſ
ſunt ire ad aliquem qui oblatione aliqua eos ſ
uat. ¶ In inferno ergo ſunt tenebre etiam exterio
res ſic vt palpari queant, dēſiores quā tenebre Eg
ptiorum: ibi erit fletus ex fumo tormentorum, & ſt
dor dentium ex frigore, quoniam teſte Iob, tra
Honor inuitatorum. ſient ab aquis niuiū ad calorem nimiū. Concl
euangelium, quod multi ſunt vocati, quia ſepe n
nuncios miſit, pauci vero electi: quoniā pauci v
re voluerunt. Vtinam & nos fratres mei inter pa
cos computemur: quoniam & ſi pauci ſunt num
ro, plurimi ſunt dignitate, quia vnus quiſq; pro
cem milibus cōputatur. O felices conuiue qui
riter eſtis & reges, qm̄ ideo rex regū inuitauit
tanquam regni cōſortes, vt honoretis nuptias
& ampliorem ab eo capiatis honorem, quia om
vobis parata ſunt & tradita. Nolite ergo timere
ſillus grex, quia placuit patri veſtro dare vobi
gnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam ſua
regno ſuo, veſtiti ac tincti ſuo ſanguine: quoni
veſtis veſtra eſt ſicut purpura regis diuini tinct
nalibus plagarum Chriſti Ieſu: qui tinctorio
cis veſtes veſtras tinxit, ac nimis decorauit, v



reformaret corpus humilitatis veſtre, configuratum corpori claritatis ſuæ, qui ſanguine clariſsima potat vos quotidie, vt intingat eo animas veſtras, & ſic digni ſitis paternali aſpectu, & congratulatione diuina in menſa gloriæ, quam mihi & vobis preſtet Ieſus. Amen.

SERMO.LIIII. DOMINICE TERTIE poſt penthe. de paſtore bono & oue. THEMA.

Imponit in humeros ſuos gaudens. Luc. 15. a.

¶ Inuocatio ad virginem.

DEcretum erat pluſquam humanum, vt ſacerdotes archam dei humeris deferrent: vñ referente ſancto Bonauentura, Oza percuſus eſt, quoniam archā bobus comiſerat: cum eā humeris ſuis geſtare teneretur. Si ergo deus tanti faciebat archam mirificam, quanti facturū arbitramini archam diuinitate plenam videlicet Mariam virginem, vbi *(maria eſt arca dei angelicis humeris delata)* diuinitatis plenitudo habitauit etiam corporaliter? hæc ſane archa non ſacerdotum humeris, ſed angelorum geſtabatur: iuxta illud quod canit eccleſia. Vidi ſpecioſam ſicut columbam aſcendentem deſuper riuos aquarum ideſt ordines angelorum: de quibus in propheta dicitur. Paſcam oues meas *(Ezeechi. 34. d.)* in montibus Iſrael ideſt in contemplatione trium perſonarū diuinarum, & in riuis ideſt inter ordines angelorum, & in cunctis ſedibus terræ ideſt in congregatoine ſanctorū. Ecce quos cibos paſtor iſte apponet ouibus ſuis inter quas precipuā habet ouiculam vnā paruam, quæ vt ait Nathan Dauidi, creuerat cum filiis ſuis. i. cum angelis, qui vocantur filii dei, apud quos tantum creuit, tantumq; profecit beata virgo, vt humeris eorum dicatur geſtari, quia

ſuper eos eſt:nam aſcendit ſuper cherubin & vola
uit.Volauit ſuper pennas ventorum ideſt ſuper hu
meros aut intelligētias ſuperiorum angelorum,qui
ſeraphin dicūtur.Hæc ergo de qua loquimur oues,
& relictis in deſerto ideſt angelis,& pditis in agro
mundi ideſt hominibus pręponitur,quapropter opti
me figuratur in Rachel,quæ oues cuſtodiebat pa
tris ſui:& ipſa interpretatur ouis. Maria igitur om
nium ouiū cuſtos eſt:ac per conſequens nunquam
perdita. Quin & paſtorem iuuit,vt oues quæreret,
quemadmodū figuratur in prædicta Rachel,quæ
cum Iacob erat,oues eius agēs. Maria ergo,vt hoc
innuat:ſic ait.Cum eo erā cuncta cōponens,& de
lectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni
tempore:ludens in orbe terrarum. Ecce qualiter tu
paſtor aſſumpſit in coadiutricem,vt cunctas compo
neret oues,quæ delectabiliter eum ſociauit, lude
batq; ouis hæc,vt tedium demeret paſtoris,qui an
xiæ quærebat in orbe terrarum nos perditos, inue
nitq; per Mariam illuminatricē,quæ vt in euange
lio præſenti dicitur, accendit lucernam, & euerrit
domum,donec reperiret:quod quærebat.Sed quo
modo potuit lucernam verbi æterni accendere,cum
verbum dei caminū ab æterno habuerit in Hieru
ſalem? Ad hoc reſpondit ſcotus,quod Maria &c.
non meruit incarnationem verbi,vt pote non ca
dentem ſub merito, meruit tamen accelerationem
incarnationis, & hoc eſt lucernam accendiſſe,quam
quotidie accendit,vt ardentius conferat nobis lu
men gratiæ:pro qua obtinenda ei offeramus Aue.

¶Argumentum dicendorum.

¶Emuli ſaluatoris in tantam dementiam, ac perni
ciem deuenerunt,vt iam in ſpiritum ſanctum pec



care non erubeſcerent,erant enim inuidia fraterne
gratiæ capti, quod eſt peccatum in ſpiritum ſan-
ctum. Cum enim dominus Ieſus vt pote clemens
& pius,daret omnibus affluenter,& nemini gratiā
omnium peccatorum negaret parua pœnitentia re
cepta indignati ſunt phariſei:qui potius ad peniten
tiam agi deberent. Et ex bonitate Chriſti oculum
nequam ſumentes dixerunt.Hic peccatores recipit:
& manducat cū illis.A facie oculorū Chriſti vole-
bant eos proiici:ac famelicos remanere.Tamen do
minus Ieſus,qui neminem vult perire,nec venien-
tem ad ſe nouit eiicere foras,& peccatores fouet,
vt iuſtificentur,& inuidos torquet:vt ſordeſcāt ad-
huc.Cum enim materia inuidie ſit felicitas aliena,
venientes ad ſe feliciores oſtendit, vt nos doceret
inuidos vincere ſcilicet addendo virtutes virtutibꝰ,
& ſic ipſe dona donis cumulando poſtquam rece
perat ac manducarat cū peccatoribus:dixit de vno
eorum. Imponit humeris ſuis gaudens ſcilicet ve-
nientem ad ſe.In priori parte agam de paſtore, in Diuiſio.
poſteriori vero de oue ipſa. Quanquam thematis 1.pars.
verba melle fauoq; dulciora ſint, oportet nos totū
euangelium perſcrutari, vt ſapientiam ab occultis
trahamus,pro quo aduerte, quod quanuis multam
maliciam doceat fraudulentos inuidia, ſic magna
eſt diuina bonitas,quod adhuc præualet. Profunde
quidem locuti ſunt inuidi,quando videntes publi-
canos & peccatores accedere ad Ieſum, dixerunt.
Hic peccatores recipit:& manducat cum illis. Hic
ſcilicet ſolus & non alius,quoniam in hac vita ne
mo præter Chriſtum caput noſtrum, poteſt mem-
bra ſibi conciliare,quod nouerat:qui dixit.Ipſi mō
tes nolunt recipere fugam noſtram. Si enim peſſia

ma peccatorum effigies,prout latet,videretur,cō
eum inſurgere omnis creatura , & nunc etiam im
pleretur illud.Pugnabit pro eo orbis terrarum con
tra inſenſatos.Sed miſericordia ſaluatoris,dum vi
uimus,vt locum pœnitentiæ præbet,peccata noſtra
tegit, quia eius charitas operit multitudinem pec
Nudus catorum,quæ ſibi occulta non ſunt:quia teſte Iob.
eſt pecca nudus eſt infernus corā eo:& non eſt operimentum
tor,quē perditioni:dum longe ſumus ab eo.Dum autem ei
tū operit appropinquamus: pallio venit nuda noſtra prote
Chriſtus gere vnde anime peccatrici ait. Expandi amictum
meum ſuper te:& operui ignominiam tuam.Ami
Eze.16.a ctus iſte operit peccata,ſicut ſol operit niuē quam
operiendo delet,nudi ſunt ergo peccatores,dū lon
ge ſiunt à Chriſto,& abominabiles ſicut ea quæ a
lexerunt,tamen ei accedentes decorantur & mun
dantur:& propterea incipit euangeliū,Erant appro
pinquātes ad Ieſum publicani & peccatores.Primi
peccatores perpetrato peccato,nudoſq; ſe videntes
erubuerunt,& in arboris alas ſe conferentes,latere
volunt tamen minime potuerunt,ideo iſti ad Chri
ps.30.d. ſtum confugiunt:vt in abſcondito faciei ſuæ abs
condat eos ideſt in miſericordia ſua,quæ à facie
mentis eius abſcōdit peccata noſtra. Hoc autē va
cinante iudeorū inuidia murmurantes & obloquen
tes dixerunt ſcribe & phariſei. Hic peccatores reci
pit.ſ.ad miſericordiam,quod patet per hoc ꝙ addit
Et manducat cum illis. Nec mirum ꝙ manducat
cum eis:quoniam ipſi ad manducandum venerant
Dicente Luca.erāt appropinquantes ad Ieſum pu
blicani & peccatores,vt audirent illū. Auditio ipſa
optima eſt manducatio.Comeſtibile quidē eſt ver
bum dei,ex quo caro factū eſt,ſed quia(vt dixi)cha



ritas dei tendit in ampliora,ipſe Ieſus libens con-
cedit,darq; locum ſententiæ ſcribarū in lege doctiſ
ſimorum:additq; miſericordię ſuæ dicēs. Quis ex vo
bis homo,qui habet centū oues&c.q.d non ſolū re
cipio peccatores,cum eiſq; manduco,ſed eos per-
quiro,pro eis laboro,& omnia propter eos relinquo,
eiſq; me ipſum cibū præbeo,vt ingredientes& egre
dientes paſcua inueniant:ideo vt clarius hoc intelli
gatis,aduertite,qđ ego ſum homo ex vobis habēs
centū oues.Ex vobis inquit,quia me veſtrū fratres
& amicum fateor,qm̄ de me vobis dicitur.Prophe Deu.18.c
tam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ideſt
verum hominē ſuſcitabit tibi deus: ipſum audies.
Peccatores & publicani accedūt,vt me audiāt,vos
autem dedignamini tabeſcentes inuidia fraterne
gratie,quam eis exhibeo,ideo relinquam vos in de
ſerto iudeæ,in deſerto ſinagoge ſint.99. oues ſine
paſtore: nam de cetu veſtro ſcripſit ſapientia dei.
Neq; cum inuidia tabeſcente iter habebo,quoniam Sapi.6.d
talis homo non erit particeps ſapientiæ ſcilicet in
carnate.Dum Chriſtus nō vult iter habere cū iſtis,
proculdubio dicam,quod relinquuntur in deſerto
expoſiti periculo:vnde cadentes etiam à iuſticia le
gali audient.Non veni vocare iuſtos:ſed peccato-
res ad pœnitantiā.Ecce quomodo bonus paſtor prę
termiſsis iſtis:vadit ſolicitus ad ouem quæ perierat
ideſt ad peccatorem ex ignorantia & ex fragilita
te peccantem. Hunc inuenit: quando ipſe in ſe de
cætero peccandi voluntatē non inuenit.Et ſicut ouē
errantem audit eum dicentem. Velle adiacet mi-
hi:perficere autem bonum non inuenio,qui hoc di
xit oues erat,qui per ignorantiam peccarat,eratq;
in perditione,donec requiſiuit eum bonus paſtor.

Et inuentum peccatorem in humeros ſuos pone
gaudens. In his tribus verbis tria notantur ad hu
ius ouis reportationem neceſſaria ideſt ad inuenta
tionem ſimplicis ac fragilis peccatoris pernecesſa
Tria peccatori pernecesſaria. ria. Primo viriũ animæ fortitudo, quia propter hãc
peccatori tribuendam imponitur humeris Christi
crucem baiulantibus, cuius intuitu cõſolidantur de
biles peccatores. O dñe Ieſu paſtor optime, qui nõ
ſolum me ouem errantẽ imponis humeris tuis, ſed
totam perditionem meam, & perditionem totius ge
neris humani, quod in ligno vetito perdidit ſe, quã
propriis baiulas humeris, vt tu ipſe perdaris & ge
mat.27.b iesus perditur. neris: quoniam de te ſcriptũ eſt. Principes autem ſa
cerdotum & ſeniores perſuaſerunt populo, vt pete
rent Barrabã: Ieſum vero perderent. Quare te per
dere volebant: niſi quia tu me perditum quærebas
nec mirum ꝙ perdatur, qui perditum requirit, alio
quin quomodo poterit eũ inuenire niſi & ipſe va
dat in eandem perditionem? quod tu ipſe notaſti
cum dixiſti. Vadit ad illam, quæ perierat: donec in
ueniat illam. Ibas equidem tu in perditionem no
bis debitam: cum dicebas. Qui videbant me foras
(ideſt tantũ in humanitate) fugerunt à me. Obliuio
Pſa.30. ni datus ſum tanquã mortuus à corde. Factus ſum
tanquam vas perditũ, qm̃ audiui vituperationẽ mul
torum commorantium in circuitu. Sui met oblitus
erat dominus Ieſus, dum ibat viam perditionis no
ſtræ, factus tanquã vas perditum plenũ ſane perdi
Eſa.53.b. tionis noſtræ, qm̃ Eſaia teſtante, vere languores no
ſtros ipſe pertulit, & dolores noſtros ipſe portauit
cuius liuore ſanati ſumus. Dicamus ergo cum bea
to Ambroſio. Humeri Chriſti, crucis brachia ſunt,
illic peccata mea depoſuit, in illa nobilis patibuli



ceruice requieuit. Eya igitur, ò peccatores vires aſſu
mite, glorificate, & portare deũ in corpore veſtro,
vt iubet Paulus, quando quidem ipſe portauit vos
in corpore ſuo: qui ouem impoſuit humeris ſuis.
Alterum qđ fecit paſtor eſt, quod pedes ſuos oui
accommodauit, quæ vt pote ſimplex neſciret redi
re ad ouile, non enim agebat ouem paſtor ſed por
tabat. Credo namq; tam extenuatam ac debilem & Gaudiũ conſciẽtiæ bonæ
cecam peccatricem animam, quod pedeſter mini-
me poterit, nec ſcire redire, ideo dum eam paſtor
humeris defert pluſquam dux eius ſit, qui propterea
currus Iſrael: & auriga eius dicitur. Tertium vero
peccatori perneceſſariũ eſt conſcientiæ bonæ gau
dium de ſua recuperata ſalute: vnde gaudens dici-
tur paſtor iſte dominus ouiũ: quia eas letabundas
efficit. O nos inſenſatos, qui exultantes eramus in
rebus peſſimis. Nunc autem triſtes domino red-
dimus famulatum. O infelicem ouem quæ gaudet
in medio luporum, & apud paſtorem triſtatur: cum
ſcriptum ſit. Non enim habet amaritudinem cõuer
ſatio illius, nec tedium conuictus illius ſed leticiam Sapi.8.c.
& gaudiũ. Quod ſignanter eſſe debet tempore con
uerſionis noſtræ: de qua Eſaias dixit. Letabuntur co Eſa.9.a.
ram te, ſicut qui letantur in meſſe, ſicut exultant vi
ctores capta præda, qñ diuidunt ſpolia, iugum eñ
oneri eius, & virgam humeri eius: & ſceptrum exa
ctoris eius ſuperaſti. Nam his oppreſſa erat ouis:
& perdita. Iugum eſt prima ſubiectio, qua volun-
tarie nos peccati ſeruituti conferimus, virga vero
quæ iam minamur eſt peccati conſuetudo, ſceptrũ
vero quo dominamur eſt diaboli præſcriptio, qui
eius ſerui efficimur, quæ omnia ſuperat gratia redẽ
ptionis per tria iam dicta. De iſto igitur gaudio ſe-

quitur in euangelio præſenti. Et veniens domũ con
uocat amicos & vicinos dicens illis. Cõgratulamini
mihi, quia inueni ouẽ meam: quæ perierat. Si conſe
quenter ad ea quæ diximus, loqui voluerimus, do
mus hæc ad quam Chriſtus oneratus venit eſt glo
ria beatorum, de qua pendens in cruce dixit cui
dam oui perdite ſed iam inuente. Amẽ amen dico
tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Ad hanc domũ
conuocat ideſt ſimul realiter vocat vicinos ſcilicet
ſanctos patres qui è vicino erant cum eo glorioſi,
& eius vice fruebantur. Cõuocauitq; amicos, ſ. apo
ſtolos in die reſurrectionis, omnes inquam amicos
etiam Thomam, & gauiſi ſunt diſcipuli viſo domi
no, glorioſum apportante de inferno triumphum.
Dum ergo apperuit eis ſenſum, vt ſcripturas intel
ligerent, & per dies quadraginta loquebatur eis de
regno dei quid (obſecro) aliud faciebat quã eos in
domum ſuam conuocare, vt congratularentur ei de
mundi redemptione ac de redemptione Ade pa
tris orbis terrarũ, quem ſub ouis nomine intellexit
propterea q; quemadmodum prima errante oue, ca
tere neceſſario errant, ſic patre Adam peccante, om
nes nos ſicut oues errauimus originaliter. De pec
catis autem actualibus ſubiunxit Eſaias. Vnuſquiſq;
in viam ſuam declinauit. Quod autem prætactam
parabolam pro ſeipſo Chriſtus adduxerit: in ſequẽ
tibus oſtendit luce clarius dicens. Dico vobis quod
ita gaudium &c. vſq; pœnitentia. Communiter ex
ponitur hoc de gaudio accidentali, quod (vt aiunt)
maius eſt de peccatoribus conuerſis: quam de innocẽ
ſaluatis. Hæc expoſitio mihi non arridet: nam in
virginibus aureola eſt in eo quod non ſunt inqui
nate, nec indigent pœnitentia, maius ergo gau



dium accidentale eſt nunquam in corruptionem
cecidiſſe, quam ab ea poſt contractũ crimen libera
ri. vnde alia expoſitio quærenda eſt, qua luculenter
oſtendatur pœnitentia vnius præponderare iuſticię Hoſtia ꝓ
omnium aliorum. Pro quo inquirendo aduerte, peccato;
quod ſacra ſcriptura vt patet Oſeæ. 4. b. Peccatum dicitur
vocat hoſtiam pro peccato: vnde Paulus legis do peccatũ.
ctor ait. Deus pater eum, qui non nouerat peccatũ, 2. cor. 5. d
pro nobis peccatum fecit. Ideſt fecit filium ſuum
hoſtiam pro peccatis noſtris. Iſto ergo peccato ideſt
hoſtia pro peccato dicitur Chriſtus peccator, & vi
ce corporis ſui miſtici, quorum perſonam agit. Iam
ergo pœnitentia huius, notum eſt, quod omniũ iu
ſticiæ præponderat, quia precioſior eſt cunctis ope
bus & meritis. Super iſto igitur pœnitẽtiario noſtro
ideſt ſuper fructibus pœnitentiæ ſuæ plus gaudii ce
lebratur quam ſuper angelorum meritis: qui non in
digent pœnitentia. Vnde propterea Chriſtus non
dixit congratulandum oui ſed ſibimet, quia ſuper
eius optima pœnitentia celebratur gaudium præ
cipue, & non ſuper oue inuenta, ſed ſuper inuento
re ſuo: qui ſua pœnitentia nos reperit. Si autem bre
uius velis exponere, dic quod omnes homines ne
ceſſario indigent pœnitentia Chriſti, quia non eſt
aliud nomẽ datum hominibus, ſub quo deceat nos
ſaluos fieri: ergo. 99. iuſti ſunt angeli, & ouis reper Homo
ta, eſt natura humana, ergo eoipſo, quo dei filius eſt maior
plus fecit pro nobis quam pro angelis, plus gaudii angelis.
agitur in cœlo pro nobis quam pro illis. Filio nũ
quam iuniori occiditur vitulus ſaginatus, & pulſa
tur ſimphonia: & nõ ſeniori. Angeli autem quia in
uidi non ſunt gaudent, & altius exultant ſuper ho
minum ſalute quam ſuper propria, quia mirabilior,

ac pene diuina eſt noſtra ſalus Ieſus,qui tantum in
cubuit operi redẽptionis,vt in eo & nos ſuper an
gelos exaltaret & gloriam ſuam magis quam alicu
bi magnificaret,dum vt ait thema impoſuit nos hu
meris ſuis gaudens,ad quos dum aſcendit homo, &
ipſe ſublimatur,& exaltatur deus:ita vt velut iacta
ter dicat.Ego ſum paſtor bonus.

¶ Altera pars.

¶ Nunc nobis de oue agendũ ſupereſt.Putatis ne
quod quilibet ouis eſt digna humeris Chriſti? non
ne ſunt aliquę oues ſubſtractè pedibus demonis?
alioquin non diceretur.Sicut oues in inferno poſiti
ſunt:mors depaſcet eos. Hæ nimirum oues ſub dia
boli pedibus ſunt,quas mors non ex toto deuorat
ſed lacerabit in æternum morſu amariſsimo, tamẽ
Paſcua ouium Chriſti. oues Chriſti ſunt ſuper humeros eius ideſt ſuper
montes,infinite à metu mortis eleuate:vbi non eſt
niſi vita æterna.Duo Chriſti humeri ſunt,diuinitas
& humanitas eius,quibus oues optime fruuntur,q̃
ipſe dixit. In montibus Iſrael paſcam oues meas.
Eze.34.d. Montes videntium deũ ſunt humanitas ac deitas
ſaluatoris:vbi ſcilicet non paſcuntur niſi deum vi
dentes, vbi dapes ineffabiles reperiuntur, & pa
ſcua nimia varia: quoniam de oue illa perdita in
Egypto:& iam humeris boni paſtoris in promiſſio
Deut.32. nis terram delata:dixit Moyſes.Conſtituit eum ſu
per excelſam terram ideſt montuoſam,vt comede
ret fructus agrorũ,vt ſuggeret mel de petra,oleũq
de ſaxo duriſsimo.Butyrum de armento,& lac de
Nouẽ ꝓprietates bone ouis. ouibus cum adipe agnorũ,& arietum filiorum ba
ſan,& hircos cum medulla triſtici,& ſanguinẽ vuę
biberet meraciſsimum.Si hæc nouẽ fercula ſiue pa
ſcua vis obtinere,vide quod habeas nouem pro



prietates bone ouis:prima eſt innocencia.Quis eñ
iniuria non eſt,nec ferit cornu vt taurus iniurian-
do:vt ſapiens ait Eccleſia.6.Non te extollas in co Innocentia.
gitatione animæ tuæ velut taurus.Nec dente mor
det vt ſerpens detrahendo.Eccl.10.c. Quomodo ſi
mordeat ſapiens in ſilentio,nihil eo minus habet,
qui occulte detrahit.Nec vnguibus lacerat:vt aqui
la rapiendo.Dani.4.f.Vngues eius quaſi auium ſci
licet rapacium.Nec pede calcitrat vt equus:occulte
odiendo.Leui.20.Non oderis fratrem tuum in cor
de tuo.Secunda virtus bone ouis eſt patientia,qm̃ Patiẽtia.
de oue illa pro nobis immolata dicitur per Eſaiam.
Sicut ouis ad occiſionem ducetur. Hanc virtutem
Chriſtus apoſtolis iniunxit dicens.Ecce ego mitto
vos ſicut oues in medio luporum.Hæc virtus opti
me diſcernit inter oues & lupos:nam multi veniũt
in veſtimentis ouium:intrinſecus autem ſunt lupi ra
paces. Si autem paſtor has ab illis diſcernere vo-
luerit faciat,vt omnes oues tranſeant in virga ſub
manu ſua numerentis eas,& percutiat numerando
quamlibet virga ſua, ouis percuſſa impatientia &
pace tranſibit,lupus autem percuſſus mox percuſſo
ri dentes oſtendet:vnde Gregorius ait.Qualis vnuſ
quiſq; apud ſe lateat:illata contumelia probat.Ter
tia virtus eſt prudentia,ouis enim agnoſcit propriũ Prudentia.
paſtorem:quoniam paſtor dixit.Iohannis.10. Agno
ſco oues meas:& cognoſcunt me meæ.Lupum au
tem aborret,etiam ſi nunquã lupum viderit,ideoq;
de bonis ouibus dixit paſtor,quod alienum non ſe
quuntur:ſed fugiunt ab eo.Item agnoſcit propriũ
agnum:dictat enim ei eſtimatiua ſua huic agno eſ
ſe miſerendum,& ab hoc lupo fugiendum:vñ Am
bro.ait.Paſtor aliquando errat in agnitionę ouium

ſuarum,agnus in agnitione matris neſcit errare,pa
ſtor ſepe fallitur,ſed ouis pietate nõ fallitur,agnũ
matrem balatu agnoſcit: mater agnum odoratu.
Simplicitas. Quarta virtus eſt ſimplicitas: de qua Pſalmus ait.
Deduxiſti ſicut oues populum tuum. Et bonus pa
ſtor Dauid ait.2.Regum.24.Iſti qui oues ſunt;quid
Humilitas. fecerunt? ego ſum qui peccaui. Quinta virtus bo
ne ouis eſt humilitas,cum enim habeat plures gra
tias & vtilitates,nec aliquam ſe nouit habere,ſe
quens conſilium paſtoris dicentis.Cum omnia be
nefeceritis dicite,ſerui inutiles ſumus.Vnde boni vi
ri dicunt cum Pſal.Eſtimati ſumus ſcilicet à nobis
ipſis ſicut oues occiſionis.Et in libro Geneſeos.39.
legitur.quod cum Ioſeph plura exhiberet bona do
mino ſuo ſimplici corde:ille autem tanquam bona
ouis in manu Ioſeph nihil nouerat præter panem
Paupertas. quo veſcebatur.Sexta virtus eſt paupertas ad ſe,eſt
enim pauper ſibi,quia parcitate alimenti contenta
eſt:vñ Ariſtote.ait.Oues pinguiſsime ſterileſcunt,&
quia in aridis paſcuis diutius viuunt,in paludibus
& pinguibus diu viuere non poſſunt.Hoc ſane bo
nus paſtor noſter Ieſus nouerat: cũ ouibus ſuis cra
pulam & ebrietatem interdixit nunc,quia in ſeculo
futuro bonis omnibus replebit eas:dicente Maria.
Eſurientes ſcilicet in hac vita,impleuit bonis ſcili
cet in alia,diuiteſq; in iſta,dimiſit inanes in alia,vt
patet in Lazaro & purpurato diuite: cui dicitur.
Recepiſti bona in vita tua,Lazarus ſimiliter mala,
nunc autem ille ſcilicet abundans letatur: tu vero
Pietas. cruciaris flãmea ſiti.Septima virtus eſt pietas,dici
tur enĩ de oue,quod cum in feruore ſolis cõſortem
deficientem iacere cernit,ipſa ſtans iuxta infirmi
vmbram ei facit. Apoſtolus autem nos hortatur



ad ſimile dicens.Rom.14.a.Infirmum in fide aſſu
mite ſcilicet protectione veſtra iuuandum. Hinc
etiam Hierem.(31.)Rachel plorans filios ſuos.Ra
chel interpretatur ouis:nam hæc ob nimiã pietatẽ
deflebat alienos tanquam proprios filios. Octaua Socialitas.
virtus bone ouis eſt ſocialitas,ad omnem equidem
timorem conglobantur oues:ſcientes quod ſolita
riis lupus inſidiatur. Nam quia lupus rapit,ac di
ſpergit oues: conquerebatur deus per Ezechielem
(34.)dicens.Diſperſe ſunt oues meæ: & facte ſunt
in deuorationem omnium beſtiarum ideſt hereti Lutherani ſunt lupi.
corũ,qui ab eccleſiæ ouili moliuntur eas ſubtrahe
re,vti faciunt lutherani raptores,qui omnium be
ſtiarum antiquorũ ideſt hereticorum iandudum &
ab antiquo damnatorum veſtigia ſequentes omni
no ſeparant oues Chriſti ab eccleſia,& putans ſe
verum paſtorem habere,ac ſi diuiſus eſſet chriſtus,
qui ouem illã ambigentem.ſ.apoſtolum Thomam
non curaret,niſi ad eccleſiæ gremiũ reuerteretur:nã
ſcriptum eſt.Poſt dies octo erant diſcipuli eius in
tus:& Thomas cum eis &c.tunc ergo diſpergun
tur oues,cum in varias hereſes dilabuntur,ac dein
ceps parent demonibus & erroribus,diſpenſor autẽ
eſt lutherus,qui percutiens paſtorem ſummum pon
tificem diſpergit oues Chriſti , animas videlicet
Chriſtianorum , quas ab eccleſiæ vnitate profu
gat,vt ſolitariis lupus inferni valeat inſidiari.Quis
autem fœlix erit illa, quæ ſub manu eccleſiæ ſe re
duxerit: quia hoc angelus conſulit agar fugienti
& erranti.Nona virtus omnium Chriſti eſt vtilitas: Vtilitas.
vnde habenti plura & varia pecora ſapiens ait.
(Eccleſia.7.)pecora tibi ſunt,attende illis, & ſi ſunt
vtilia tibi:perſeuerent apud te.Eſt autẽ vtilis ouis

præ aliis pecoribus,quia dat nobis vellus in indu
mentum,pellem in documentum,lac in nutrimentũ,
fimum in medicamentum,carnes in ſacrificium da
re ſolebat,viſcera in ſolatium,agnum in conſortiũ
caſeum in ſuſtentamentum, butyrum in condimen
tum:quid plura? hoc fac & viues,hoc fac,& a dex
tris cum ouibus collocatus audies.Venite benedi
cti patris mei &c.quia eſuriui: & dediſti mihi man
ducare &c.ſed omnia: quæ ouis nobis confert vi
deamus,immo & nos conferamus,dare enim debet
vir iuſtus & bonus vellus annuum ideſt reditus an
ni præteriti iugiter in executionẽ largitatis:vt fa
ciebat ille qui dixit.Velleribus ouium mearũ calefa
ctus eſt.(Iob.31.)Item pellem ſcriptam vitis patrum
in documentum honeſtatis.Vñ Paulus ad Thimoteũ
ait. Exhibeas teipſum exemplũ bonorum operum.
Item lac verbi dulcis in nutrimentum:quia Paulus
ipſe dicebat. Lac dedi vobis potũ. Item fimum in
abiectionis & vilitatis exemplum,& in medicamẽ
tentationũ,quoniã vt ait auicena,fimus ouis adultæ
cum aceto linitur ſuper morſum canis rabidi.i.ho
ſtis antiqui:vñ Iaco.ait(.5.c.) exemplũ accipite fra
tres exitus mali,& lõganimitatis,& laboris,& pati
tiæ prophetas.Itẽ carnes in ſacrificiũ exmplũ peni
tentiæ.(Iob.31.d.)quis nobis det de carnibus eius
vt ſaturemur? Item viſcera pietatis in exemplũ mi
ſericordiæ iuxta illud Pauli(Colo.3.b.)induite vos
ſicut electi dei ſancti, & dilecti viſcera miſericor
diæ,benignitatem,quaſi cordas cithare: qñ Eſaias
dixit(.16.d.)venter meus ad Moab quaſi cithara
ſonabit:& viſcera mea ad murum cocti lateris.Ci
thara dulciter ſonans eſt cor pium ad murum ideſt
virum induratum: quem dulcius agreditur. Item

Ouis.i. animaex ſe dat no uẽ bona

Pietas maior ad durio rem.



dat vir iuſtus caſeum fortis adiutorii dimicanti,ſi
cut fecit Dauid,qui caſeos detulit fratribus ſuis(.1.
Reg.17.)Item butyrum doctrine conſolantis:vt cũ
Iob(.29.)accipiens dicat.Lauabam pedes meos bu
tyro.Item agnum in conſortiũ per prædicationem:
& aliorum conuerſionem.Deut.34.Benedictus in
filiis Aſer.Ecce nouem virtutes bone ouis,quas vir
probus debet in ſe oſtendere, vt frui poſsit nouem
pabulis,quæ iam diximus apud montuoſam terrã
promiſsionis inueniri: quæ Chriſti gerebat typum.
Hic ergo paſtor noſter non tantum beatis ſed via
toribus quoq; præſtat illa nouem quæ vidiſti. Nec
enim famellica erat ouis in regreſſu:dum eam pa
ſtor ad alias reduceret humeris ſuis, quibus omnia
defert:omnia ſuſtinet. Nec mirum ꝙ omnia hume
ris deferat ille:de quo dicitur.Portanſq; omnia ver
bo virtutis ſuæ:purgationem peccatorum facit. In
Chriſto igitur tanquam in terra promiſsionis om
nia ſunt,quæ ad populũ dei pertinent:nã propterea
in vna oue,omnes alias voluit intelligi,& omnem
gregem ſuũ.Iam ergo vt noueris,quomodo Chri
ſtus totum pecus cibat,pernotabis ꝙ in terra pro
miſsionis dicũtur inueniſſe filii Iſrael fructus agro
rũ ſcilicet mel de petra,oleumq; de ſaxo duriſsimo,
butyrũ de armento, lac de ouibus cum adipe agno
rum & arietum filiorum Baſan: & hircos cum me
dulla tritici: & ſanguinem vue meraciſsimum.Ho
rum quatuor ad intellectus:quinq; ad affectus per
tinent refectionem. Intellige namq; in melle ſen
ſum anagogicum,qui contemplationis dulcedine re
ficit.In oleo allegoricum:qui per fidei veritatẽ illu
minat.Iſta de petra dura,ideſt legis littera, & ſaxo
duriſsimo ideſt de cerimoniaruum multitudine ru

Nouem paſcua Chriſti.

Senſus ſcripturę quatuor

di & in compoſita:cum labore ac deſiderio ſuge
renda ſunt.In butyro à caſeata ſubſtantia ſepara
to,moralem ſenſum pinguiſsimum,à littera vniuer
ſaliter mala inſtar caſei:accipe.In lacte quod nutri
mentum eſt paruulorū,plenam hyſtoriam,& liqui
dam,atq; dulciſsima exempla ſanctorū.Itaduo ma
xime de armento prophetarum & apoſtolorum,&
de grege ſanctorum patrū accipimus. Cæterum in
triplici adipe hircorū,agnorum; & arietum triplicis
cordis intellige refectionem,in adipe namq; hirco
rum pœnitentiū contritionem, in adipe agnorum
humilium deuotionem,in adipe arietum,prouecto
rum ſeu prælatorū intellige compaſsionem.Ex his
tribus adipibus triplex conditur vnguentum,quo
rum primum: ſecundum Bernardum vocatur con
tritionis,ſecundum deuotionis,tertium pietatis.Li
cet autem omnia hæc ſeptem, reficiant dulciter ani
mam,& interdum impinguare videantur:tū nec ſu
Eucha- ſtentando confirmant,nec inebriando letificant ſi
riſtia nu- ne medula tritici,ideſt ſine ſpirituali manducatione
trit. corporis Ieſu Chriſti, quæ per medullā intelligitur.
Nam ſi ſolum ſacramentum comederis, non adipe
ſatiaris ſed furfure,aut inflatus manebis,vel intoxi
catus. Nec letificatur anima ſine ſanguine Chriſti
meraciſsimo.i.ab omni impuritate remotiſsimo,hic
eſt enim panis,qui confirmat cor hominis,& hic
eſt vinū:quod letificat illud.Hic ergo nouem fercu
la ſiue paſcua ſunt cibaria ancillis ſuis ſcilicet omni
bus rationalibus data per Chriſtum in eccleſia mi
litanti,vbi quemadmodū dicitur in principio euan
gelii, cū publicanis & peccatoribus manducat ma
giſter gregis,hic per gratiam,& in futuro per glo
riam:quam mihi & vobis præſtet Ieſus amen.



## ¶SERMO.LV.DOMINICE QVARTE poſt pentheſten.THEMA.

Duc in altum.Luc.5.a.

¶Inuocatio ad virginem.

QVamuis beata virgo ſit nauis maxima quæ
ſecuriſsime in altum duci poteſt,dicitur ta
men propter nos nauicula,ne quis ambi-
gat eam viribus ſuis aptare,ne quis timeat ei adhe-
rere,idcirco eū figuratur in eo loco vbi ſcribitur.
Naues regis ibant in tharſis cū ſeruis hiram,ſemel 2. Parali.
in tribus annis,& deferebant inde aurum,& argen 9.e.
tum,& ebur,& ſimias & pauos.Cum ſeruis alienis
cum ſeruis Hirā regis Tyri, cum ſeruis peccati, cū
peccatoribus vadit beata virgo,cuius corpus & ani
ma due naues erant (nam & duobus nauiculis fit
mentio in euangelio)nō occioſe non vacue.Quia
vt peccatores ditaret iungebat ſe illis,ibatq; in thar
ſis,quod interpretatur exploratio gaudii.i.ad nundi
nas celeſtes,quibus nos & omnia noſtra vellet ven
dere.Qñ nauis de longe venit,ac extraneas merces
& raras affert,auide requiruntur,iocunde recipiun-
tur,& care emuntur.In cœlo autē bona abundant:& maria eſt
nunquā ibi viſa ſunt mala pene vel culpe.Ideo pha nauis
riſeus ille euangelicus nō inuenit,qui reſpiceret eū onuſta.
vel merces ſuas,qui onerauerat nauem ſuam bonis
ſuis veris vel ſimulatis dicens.Ieiuno bis in ſabba-
to &c.Publicanus autem quia malis ſuis oneraue-
rat nauem ſuā,ſtatim expeditus fuit,& deſcendit iu
ſtificatus in domum ſuam. Hoc attendens prudens
virgo cuncta mala huius mundi accipiebat ſuper
ſe,& onerabat naues ſuas.Vñ quia nunquā tales mer
ces fuerunt viſe ibi, cū gaudo excepit eā rex Hie-
ruſalem, & quanti voluit vendidit; & vltra. Nam

3.Reg.10.dicitur quod rex Hieruſalem dedit regi=
ne Saba omnia quæ voluit,& petiuit ab eo:excepta

Chriſtus eſt mer=cator.

his quæ vltro contulerat ei munere regio.Nec lau=
tis fuit hoc,quin & ipſe rex in his mercibus nimium
delectatus,inſtitor & negociator factus aſcendit in
nauim, & venit in ciuitatem noſtram afferens ſe=
cum omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ,quære=
re & emere huius mundi margaritas ſcilicet pau=
pertatem,vilitatem,aſperitatem,perſecutiones & paſ=
ſiones,& omnes labores mūdi huius,& peccata no=
ſtra pro quibus vendidit:& tradidit ſemetipſum.O
admirabile commercium creator generis humani
animatum corpus ſumens de virgine naſci digna=
tus eſt,& largitus eſt nobis ſuam deitatem.Sic ergo
ex tunc facta eſt Maria quaſi nauis inſtitoris cur=
rens & recurrens de nundinis mundi, ad nundinas
cœli deferens ſecum noſtras miſerias,quas ei com=
mittimus,& referens nobis aurum,ideſt manſuetu=
dinē cordis,argentum ideſt dulcedinem oris, ebur
ideſt firmam ſanitatē corporis, ſimias ideſt iocun=
ditatem mentis, pauos ideſt honeſtatem conuerſa=
tionis.Sed pro ſermone præſenti,argento nunc ege=
mus gratiæ,quam vt accipiamus:ei genibus flexis
dicamus aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Si velo & malo caret nauis in altū duci non po=
teſt,quia dum ſolo vtitur manuum remigio,parum
aſcendit in mare, & periculo exponitur,& labore
nimio ducitur:vn̄ in malo & velo eſt tota felicitas
magne nauis.Sinagoga quidem cius quilibet ſtans
velut nauis vtiq; fuit,quoniam de eis exponit gre=
gorius illud Iob. Tranſierunt tanquam naues po=
ma portantes.Leue quidem onus,quod minime po=

Eccl'ę nauis eget malo & velo.ſ. Chriſto.

teſt in altum maris duci:nam oportet, vt nauis in
altum ducenda ſit etiam bene onerata: ne ventus
aut fluctus euoluat eam.Poma quidem erant ceri=
monie,& ritus legales,& cætera terrena quæ ei da=
bantur in præmium.Illa ſiquidem nauis, onuſta nō
erat mercibus gloriæ,nec ad portum paradiſi per=
ducebat:quia malo & velo carebat.Vnde eius gu=
bernator Moyſes ſub vndas & inter fluctus maris
eduxit nauem ſinagoge ab Egypto ſane in deſer=
tum:qm̄ non ei dicta erant thematis verba ſcilicet
duc in altum.Si autem quæritis:cur mare mūdi nō
poteſt tranſiri ſine malo & velo:reſpondit pſalmo=
graphus.Hoc mare magnū & ſpacioſum manibus ps.130.c.
illic reptilia quorum non eſt numerus. Spacioſum
inquit eſt manibus ſcilicet remigantibus,quia nul=
le manus remis plene poſſunt hinc ad paradiſum
tranſmeare,nulle manus inquam remis plene ideſt
nulla quidem opera quanuis digna meritis,quia re=
ptilia peccatorū & occaſionum,& rerū mundi hoc
vetant,& reptilia,ideſt mali ac peſsimi heretici quo=
rum hodie non eſt numerus: vnde neceſſarium eſt
velum & malū, quoniam alieno adiutorio poteri=
mus in altū ducere:& ad portum pertingere. Malū
eſt verbum dei,& velū eius anima & caro:qm̄ pro=
pheta dixit.Cedrum de libano tulerunt: vt facerēt
tibi malum. Byſſus varia de Egypto texta eſt tibi Eze.27.a
in velum: vt poneretur in malo. Hoc non dicitur
ſinagoge ſed gentilitati:quoniam ſic incepit Eze=
chiel.O tyre,tu dixiſti,perfecti decoris ego ſum.Ce=
drum ergo de libano, ideſt filium dei de cœlo tu=
lit beata trinitas pro eccleſiæ naui,& byſſum variā
ideſt animam & carnē Chriſti,vt poneret in malo
verbi per hypoſtaticā vnionem,& totum erigere=

Chriſtus eſt velū & malū eccleſiæ.

tur in hac naui,vt congrue poſſet in altum duci &
portum attingere: vnde cum Chriſtus eleuatus in
cruce.q.in altum ducens dixit latroni. Hodie me-
cum eris in paradiſo. Nec altius potuit eum ducere.
re. Vt ergo nos letemur ſpe attingendi portum ait
Petro. Duc in altum. Nil aliud faciam in concione
hac niſi euangelium ad longum exponere altius
quo potero: mihi namq; arbitror dici. Duc in altum.

¶ Incipit homelia.

¶ Verba thematis irritant intellectũ noſtrum,vt hoc
totum euangelium in altum & anagogicum ſen-
ſum. Immo talia ſunt, quod ſemper ea præ oculis
deberemus habere, vt vbiq; ſurſum corda haberẽ-
mus:& in directione cordis operaremur omnia. Iã
ergo quamuis ſacra pagina interdicat, ne ſequamur
Turbe p̃ turbam, ſtatim addidit ad faciendum malum, quo-
deſtina- niam & ſunt aliquae turbe, quæ hortantur ad bo-
torum in num, quoniam & filius dei dicit ſe habiturum chari-
Ieſum tẽ tatem ad turbas, & eius ſapientia in capite turba-
dunt. rum, teſte Salomone, clamitabat. Hæ optime turbe
ſunt, & exercitus dei viuentis, quæ in altum ducit
indaginem noſtram: de quibus incipit euangelium.
Cum turbe irruerent in Ieſum: vt audirent verbum
dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum geneſareth. Felices
turbe, quæ certatim properant: vt verbo dei ſatien-
tur. Laudabatur Maria, quia ſedens ſecus pedes do-
mini audiebat verbum illius, feliciores tamen ſunt
turbe iſte Ieſu: quæ viribus & poſſe: irruebãt in ſer-
monem eius. Verbum equidem dei auiditatem re-
Ecc.25.b quirit: quoniam ſapiens ait. Beatus qui inuenit ami-
cum verum: & qui enarrat iuſtitiam auri audienti.
Iſte amicus verus fratres mei eſt dominus Ieſus, quẽ
turbe iſte inuenerunt, quoniam ipſe eas prius ina-



uenerat. Duc in altum, eleua intellectum, & reperies
quod turbe prædeſtinatorum irruerunt in Ieſum,
quaſi cadentes ad gloriam filii dei ab initio, quo-
niam eius auxilio indigebant, quod exprimitur, In filio
dum datur cauſa hæc. Vt audirent verbum dei. Nec ſumus
dubiũ quin per verbum dei, & in eodẽ prædeſtina electi.
uit nos pater miſericordiarum: in cuius filium om-
nes prædeſtinati auide irruunt: quoniã vt ait Augu-
ſtinus. Filius eſt ars omnipotentis dei plena omniũ
rationum formalium. Formas omnium & ydeas in
verbum dei audiendum irruere dicimus, quoniã ab
eo captant fauorem vt finem prædeſtinationis cõ-
ſequantur electi. Cum ergo pater æternus teſte apo
ſtolo, elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutio
nem velut turbe irruimus in eum, cui proculdubio Chriſtus
ex tunc maxima cura eſt de nobis, qñ ſapientia in habuit
creata dei dixit. Et radicaui in populo honorifica- curã om
to, & in partes dei mei hæreditas illius. ſ. populi, & nium.
in plenitudine ſanctorũ detentio mea. Populus ho
norificatus eſt cetus prędeſtinatorũ, in quo filius dei
radices cogitationis ſuæ miſit, vt ei daret hęreditatẽ
gloriæ, quę eſt plenitudo ſanctorũ, in qua volens ſe
detinere filius dei, vt eã impleret, manum ſuã miſit
ad fortia: tñ aliquantulũ ſeipſum detenuit, nec em̃
cito venit, ſed iam diu deſideratus cunctis gentib⁹
& turbis prædictis: vñ propterea dicitur fuiſſe iux
ta ſtagnũ geneſareth, quę interpretatur protectio prin
cipis, & eſt opulentia glorię ſuæ, qua pater æternus
ab æterno protegit filiũ in ſinu ſuo, ne veniret ad
nauigationẽ loborioſam. Sed turbe ſanctorũ patrũ
irruebant in eum, volentes & exoptantes audire, im
mo & videre verbũ dei iam viſibile factũ & incar- Vocatus
natum. Nonne illorũ verba ſunt illa. Oſculetur me Chriſtus

oſculo oris ſui quia meliora ſunt vbera tua vino
oſculum oris eſt verbum verbi,eius vbera ſunt ca
poſitiones& ſciētiæ faciliter lac propināteſ paruulis.
Non quidem lac vile:quia pręcellit doctrinam phi
loſophorum deſignatam in vino. Iam ergo filius
dei non ſurdus auditor,ſed ad opus ſuum exire &
deſcendere deſiderans à ſummo cœlo proſpexit vt
ſequitur in euangelio. Et vidit duas naues ſtantes
ſecus ſtagnum. Iſte due naues:due ſunt eccleſiæ ſci
licet triumphans & militans, ad quas oculos ſuos
direxit filius dei,maxime dum ſtabant ſecus ſtagnū
Naues due ſunt eccleſiæ. ſcilicet expectantes eum. Secus detentionem filii dei
ſtare dicuntur, quoniā vtrobiq; deſideratur, vt ve
niat,& ipſe vtranq; reſpiciebat: vnde ſcriptum eſt,
Ge.49.b Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione
nauium pertingens vſq; ad Sydonem. Nato Zabu
Ge.30.e. lon dixit mater eius. Dotauit me deus dote bona,
ideoq; Chriſtum ſignificat,quem qui habet,dotem
bonam habet. Hic in littore maris apud nos habi
tauit,& in ſtatione nauium.ſ. in gloria:vbi omnes
quieſcunt:vñ dicitur pertingere vſq; ad Sydonem,
quæ eſt portus ſcilicet gloriæ.Has ergo naues di
ligebat filius dei,quoniam Salomon in omni gloria
ſua mercator factus eſt in nauibus.Sed cauſa qua
re has naues dilexerit filius dei:ſub infertur in euan
gelio dum dicitur.Piſcatores autē deſcenderant,&
lauabat rethia:harum nauiū merces ſunt piſces,&
piſces quidem ſunt hominines,quibus vt videbimus
vult filius dei ambas nauiculas adimplere. De
ſcenderant quippe ſancti viri docti equidem,vt
homines caperent:quia ideo lauabant rethia. Pro
pheræ & patriarchæ:immo & ſancti angeli piſcato
res boni ſunt,qui deſcendunt,& cōdeſcendunt no



bis,vt mundo rethe capiamur,qui quotidie in re=
the immundum & obſecum incidimus,de quo di
citur. Luſtraui vniuerſa, & inuenit amariorem mor Eccl.7.d
tem mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſa=
gena cor eius, vincula ſunt manus illius, qui pla
cet deo, effugiet illam: qui autem peccator eſt:ca=
pietur ab illa.Mulierem dicit mortę amariorē,quia Sagena eſt cor fe mine.
non ſolum aliquando interficit corpus ſed ſemper
animam:ſi eā in ſagena ſui amoris capit. Quemad=
dum ergo diabolus immundat ſagenam ſuā ideſt
cor fœmine male, vt plures capiat, ſic viri ſancti
emundabant corda ſua,vt ipſum filium dei poſſent
capere, ac tenere: vñ quidam in omnium perſona
dicebat.Cor mundum crea in me deus:& ſpiritum
rectum innoua in viſceribus meis.Sancti ergo la=
chrimis lauabant rethia ideſt corda ſua, vt cape=
re amore munditiæ poſſent deum,quod quidē vel
ex hoc apparet ita factum,qm̄ mundior eum cepit Mūdicia Mariæ.
ideſt beata virgo Maria:in quam ſe tranſtulit pro=
pter ſuam mundiciam. Iſtam enim ſagenā angelo=
rum manibus ſubtiliſsime creditur fuiſſe contextā,
ipſi enim ſunt illi:de quibus dicitur. 1.Paralip. 4. d.
Qui operabantur byſſum in domo iuramenti,ideſt
in tabernaculo federis,quod fuit pectus virginis,in
quo angeli habitant non occioſi,ſed plectentes &
texentes ſubtilia,& ſubtiliori modo quā poſſet dici
vel cogitari. Si enim tam parua beſtiola vt eſt ara
nea de propriis viſceribus, ita fila ſubtilia educit,ac
telam ita ſubtiliter texit, vt ſi nunquam fuiſſet vi=
ſum,vix fuiſſet creditum,quomodo putas illi bea=
ti ſpiritus,qui illa beata viſcera Mariæ virginis cu
ſtodiebant,ſubtiliter operentur in eis& ex eis,ne vi
deri poſſet à diabolo opus quod faciebant:vt filius

dei caperetur amore? Iam ergo per huius virgi[nis] mundiciam venit filius dei ad nos: vnde in euan[gelio] ſequitur. Aſcendens autem in vnam nauem quæ erat ſimonis, rogauit enim à terra ideſt à mu[ndi]nis reducere puſillū, hæc eſt altera ex duabus qu[am] viderat filius dei, qui ſe humiliauit in virgine, vt aſcenderet in ecclesiam militantē, quæ nauis dicitur Simonis, qui interpretatur obediens: nam per obedientiam Chriſtus meruit fieri caput eccleſiæ, Paulo dicente: humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortē: propterq; & deus exaltauit illum. Et propter eandē cauſam Petrus chriſto ſucceſſit, & principatum tenens, quia ei obediuit primo, & [in] pluribus quam alii, vt patet legentibus euangelia. Eccleſia ergo militans eſt Chriſti, & eſt Petri, quam Chriſtus equauit ſibi, eum caput eccleſiæ relinquens: hoc lutherus nullomodo patitur, ſed vos fideles ad[uer]tite primo hanc nauiculam eſſe militantem ec[c]leſiam, quæ nauicula dicitur reſpectu alterius [nauis] licet triumphantis: quæ maxima eſt. Iam ergo iux[ta] Bedam & Ambroſium, hæc nauicula in qua dei filius perſonaliter docuit turbas præ admiratione irruentes in eum: eccleſia eſt. Hæc dicitur Petri, [hanc] enim Petrus regebat: vt patet in præſenti euange[]lio. Eccleſia ergo Chriſti eſt eccleſia Petri, qui eam ei tradidit, eumq; caput eius conſtituit ſub ſe. Vn[]de Hieronymus exponens illud: tu es Petrus & ſu[]per hanc petram: ait. Ideſt ſuper te: & tibi dabo cla[]ues &c. Hanc promiſsionē adimpleuit chriſtus poſt reſurrectionem dum dixit Petro. Simon Iohannis diligis me plus his? dicit ei Petrus. Etiam domi[]ne tu ſcis quia amo te. Dicit & Ieſus. Paſce agnos meos, qđ & tertio repetiit, paſce oues meas, hic [quod] Petro in præſentia aliorum apoſtolorum commiſit oues, vt principi apoſtolorū: nam paſcere in ſacris literis, ſignificat regere & paſtores dicuntur reges. Ezechielis, 34. Eſa. 44. & 56. Iere. 2. & 22. Primatus etiam Petri probatur etiā ex multis aliis ſcripturis. Luc. 22. Simon, ecce ſathanas expetiuit vos, vt cri[]braret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuerſus con[]firma fratres tuos. Vnde, pro Petro rogat præ cæte[]ris, & duo petit indefectibilitatē fidei, & poteſtatem confirmandi fideles. Sic Auguſtinus, Chryſoſtomus, Leo, Cirillus, & Beda capiunt. Dixit Chriſtus Petro. Vade ad mare, & mitte hamū, & eū piſcem, qui prius aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterē, illum ſumens da eis pro me & te. Patet Chriſtum pluribus diſcipulis preſentibus, ſolū Petrū ſibi equaſ[ſ]e in ſolutione tributi. Ita intelligit Hierony. Aug. Chryſo. Ambro. Et Matt. 10. & Mar. 3. & Luc. 6. vbi deſcribitur apoſtolorum conſtitutio ab omnibus, Petrus vt caput nominatur primo: qđ pro eius primatu. Hiero. & Chryſoſtomus exponunt. Solus inſu[]per beatus Petrus ſuper aqua maris ad Chriſtū peruenit in ſignū ſingularis pontificii: vt ait Bernard. de conſideratione ad eugeniū. Et ſi diſcipulis aliis imperatur in præſenti euangelio, vt laxent rethia, ſoli tamen Petro dicitur. Duc in altum: quod pon[]derat ſanctus Ambroſius. Tamen quia lutherus ad huc irrationabile dicit totam eccleſiam ſubiici vnī Petro, aduerte optimam rationem: quia ei cōmittitur totum pecus. Fuit ſummus ſacerdos in veteri ac di[]uina lege, cuius auctoritas eſt Deutero. 17. c. Et re[]gimen monarchium eſt optimum: & talis inſuper ordo eſt in eccleſia triumphante. Si ergo vt pul[]

Per obediendiā Chriſtus meruit fieri caput.

Vicē capitis Petrus tenet.

Iohā. 21.

Mat. 17.

Iohā. 21.

Ratio primat⁹ eccleſiæ.

chrē nimis inducit nazãzenus,Moyſes indubi[illegible]
uidit ſinagoge.Deut.17.cur Chriſtus non pro[illegible]
ſet ſuæ ſponſæ eccleſiæ?& etiam Grego.lib.21.[illegible]
ralium adhoc ſic ait. Omnes homines natura [illegible]
les genuit,ſed ratione meritorũ ordine: alios [illegible]
occulta diſpenſatione poſt poſuit,ipſa vero di[illegible]
ſitas quæ ceſsit ex vna,diuino diſpenſatur iudici[illegible]
vt qm̃ omnis homo iter vitæ non rectè gradi[illegible]
alter ab altero regatur.Deſiderat forte hereticus [illegible]
cleſiam militatē non habere caput miniſteriale [illegible]
quod fiat in eccleſia: quod ſcribitur Iudic.17.& [illegible]
In illis diebus nõ erat rex in Iſrael,ſed vnuſqu[illegible]
ꝙ ſibi bonum videbatur:ſic faciebat. Noluit Chri-
ſtus hanc licentiã in ſua eccleſia remanere, ideo [illegible]
Petrũ præeſſe decreuit,cuius eſt nauicula,de qua lo[illegible]
mur,in qua Chriſtus realiter ſedit,& ore ſuo d[illegible]
bat turbas euangeliũ ſuum,tñ primitus inſtruct[illegible]
trum:quem præfecit.Nemo igitur audeat,nemo [illegible]
ſumat aliunde captare doctrinam fidei,quia ſol[illegible]
eſt in Petri nauicula,ſolũ reſedit in eccleſia ei [illegible]
ra,cuius fides poſt conuerſionem ſuã non def[illegible]
nec deficiet,qm̃ non Petrus,ſed oratio Chriſti,[illegible]
ius negocium gerit:hoc meruit.Ex his ad litter[illegible]
quitur,quod lutheri dogma furtiuum eſt,quia [illegible]
proceſsit: nec ſubiacere vult Petri vicario. Q[illegible]
autē Petro magiſterium primitus tradatur:pate[illegible]
hoc quod ſequitur in euangelio. Vt ceſſauit au[illegible]
loqui:dixit ad Simonem.Duc in altũ.In hoc v[illegible]
tat Ambroſius,petri authoritas innuitur,qui vt [illegible]
tet etiam in præſenti euãgelio ſolus in verbo C[illegible]
ſti laxauit rethe:& ſolus audiuit ab eo. Noli ti[illegible]
re:ex hoc iam homines eris capiens. Quis,ô fr[illegible]
tres mei nunc ſufficeret enarrare qualiter be[illegible]

Doctri-
na luthe
ri furtiua
eſt.



Petrus in altum duxit ſibi traditam poteſtatem?nũc recenſere nolumus quæ Iohan.6.& Luc.5.&.12.& Mat.19.&.14.&.17.&.18. recēſuerũt de Petro,ſed qm̃ in actibus apoſtolorum pontifex iam creatus audia mus quid fecerit. Nam primo Matthie ordinatio-nem in apoſtolorũ direxit. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit.Viri fratres &c. Act.1. Et etiã ſecundo in die penthecoſtes omnes apoſtolos de-fendit.Stans Petrus cũ vndecim eleuauit vocē ſuã. Act.2.tunc ſane ſpiritus ſanctus ſuggerebat ei.Duc in altum. Et laxauit rethe cũ tot millia conuertit. Tertio autem præſente Iohanne ſanauit Claudum &coram populo defendit Act.3.Quarto autem in conſilio defendit ſe & Iohannem: Act. 4. Quinto in Ananiam & Saphiram ſententiam mortis protu lit Act.5.quod fuit maximum poteſtatis coerciue iu dicium.Sexto Simonis maledictam nundinationem cohercuit Act. 8. Septimo iuſſus fuit etiam gentes tanquã prælatus in ſuam poteſtatem ſuſcipere,quan do vidit lintheum: in quo erant beſtiæ & reptilia &c.& facta eſt ad eũ vox.Surge Petre ſcilicet duc in altum:occide & manduca. Act.11.Hic iuſſus fuit velut caput gentes incorporare eccleſiæ. Octauo in concilio apoſtolorum fuit author ſententiæ ceſ-ſationis legalium:vt docet Hieronymus ex Act.15. Iam ergo in omnibus iſtis locis Chriſtus quaſi ceſ ſans loqui, ei frequenter ingerebat. Duc in altum. Duc inquam in altum eccleſiam meã.Vnde in præ ſenti euangelio dicitur de Chriſto.Vt ceſſauit autē loqui,dixit ad Simonem.Duc in altum:& laxate re thia veſtra in capturam. Chriſtus ceſſat loqui,dum ceſſat cum hominibus conuerſari,tamen in Petro nobis loquitur & in vicario eiꝰ quotidie,cui præci

Opera
Petri.

pitur, vt in altum, ideſt in profectum & melio[rem]
frugem ducat eccleſiã, quæ per mandata red[ucitur]
puſillũ à terra, & per conſilia euangelica in altum
perfectionis ducitur. Laxantur rethia, dum euange[lizan]
tur etiam in indos euangelia Chriſti. Sed Petrus [vt]
oſtendat nihil habere à ſeipſo reſpondens ipſe [Si]
Papa po mon obediens dixit Ieſu. Præceptor per totam [no]
teſt dare ctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo
prçcepta laxabo rethe. Præceptorem vocat Ieſum: quaſi pro
fiteatur ſe ei paratum obedire. Sed lutherus ex [hoc]
arguit, quod ſolus Chriſtus & non Petrus pote[rat da]
re præcepta: cum in rei veritate apoſtolorum præ
Luc. 10. cepta ſint præcepta Chriſti dicentis. Qui vos au
Act. 16. dit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Vñ in acti
bus apoſtolorum dicitur. Cũ pertranſirent ciuita
tes, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant de
creta ab apoſtolis & ſenioribus qui erant in Hie
roſolymis. Decreta inquit: quia non erat ſolum de
cretum de ceſſatione legaliũ. Nam Chriſtus nõ ſo
lum dedit poteſtatẽ plantandi eccleſiã per prædica
tionem, ſed etiã regendi & gubernandi, modo [quo]
includit poteſtatem faciendi ſtatuta pro ſalutari re
gimine: ſine quibus hic non viuitur. Attendite ig[i]
Act. 20. tur vobis, & vniuerſo gregi in quo vos poſuit [ſpi]
ritus ſanctus &c. Dum ergo Petrus Chriſtũ voc[at]
præceptorem, oſtendit ſe nõ excedere niſi ſecundum
eius præcepta recturũ eccleſiam. Per noctem totam
laborat, & nil accipit, qui ſuo proprio iudicio natu
rali regitur, petrus autem nõ ſic, ſed in verbo Chri
ſti laxat rethe doctrine: vnde propterea ſequitur. [Et]
cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudi
nem copioſam. Quemadmodũ apud Chriſtum [eſt]
copioſa redemptio, ſic apud Petrũ copioſa fuit [a]



[ani]marum lucratio, quæ hic deſcribitur ſub metapho-
ra piſcium. Vbi aduerte, quod ſicut in hoc mari ma
gno ſpacioſo diabolus piſcatur hamo. i. per cõcupi
ſcentiam carnis, rethi. i. per concupiſcentiã oculo-
rum, & ſagena. i. per ambitionẽ honoris: Abac. 1. Sic Deus ac
etiam dominus Ieſus hamo piſcatus eſt, de ſeipſo demõ pi
faciens hamum: vnde Iob quærit. An extrahere po ſcãtur in
teris leuiathan hamo? Gloſa leuiathan hamo captus mundo.
eſt, quia in redemptore noſtro dum per ſatellites
ſuos eſcam corporis momordit: diuinitatis eũ acu-
leus perforauit. Rethibus etiã piſcatur Chriſtus per
apoſtolos & præcones ſuos: Hieremiæ. 16. Mittam
vobis piſcatores &c. Rethia fuerunt prædicato-
res vel eorum conciones, ſicut & mali prælati vo-
cantur rethe diaboli: Oſeæ. 5. Laqueus facti eſtis ſpe
culationi: & ſicut rethe expanſum ſuper thabor. Vñ
vnum rethe miſit dñs in indiam Thomam alium
in italiam Petrũ: & ſic de aliis quos laxauit in ca-
pturam animarũ. Maria vero ſagena fuit totum oc maria eſt
cupans & amplectens: totum ad littus trahere ſata- ſagena.
gens: vnde ait. Girum cœli circuiui ſola, & per cõ- Eccleſi.
ſequens quicquid cœli ambitu continetur, ergo & 24. d.
ipſum etiã infernũ: qui in viſceribus terræ eſſe cre
ditur. Vnde merito Maria ſagena dicitur, quæ non
ſibi ſoli laborabat, aut pro ſe ſola, aut pro ſuis do-
meſticis, aut pro ciuitate ſua, aut populo, aut regno
ſollicita extitit, ſed totum vniuerſum in ſuo conclu
dens pectore ipſius reparationẽ & reuocationẽ cha
ritate copioſiſſima impetrauit. Vnde tot piſcatori-
bus in dei opere laborantibus bene ſequitur in prç
ſenti euangelio. Rũpebatur autem rethe eorũ, & an
nuerunt ſociis, qui erant in alia naui, vt venirent, & Orandi
adiuuarent eos. Alia nauis vt diximus eſt eccleſia ſũt ſancti

triũphans: quæ ex militante quotidie impletur. Quam
vocare decet in adiutorium noſtrũ, quanuis luthe-
rus dicat, quod non oportet orare beatos, tamen
nos exemplo Petri eorũ exilium imploremus, quia
Gen. 48 patriacha Iacob dixit. Inuocetur nomen meum ſu-
per eos: & nomina patrũ meorum Abraham, Iſaac.
Vnde ſi beatos inuocamus, ipſi inuocabunt deum
Baru.3.c ſuper nos: quoniã propheta dixit. Dñe omnipoten-
tens deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum
Iſrael: & filiorũ ipſorum. Nec ſolum beati homines
ſed angelici ſpiritus adiuuabunt nos, quia omnes
ſunt adminiſtratores eorũ qui hæreditatem capiunt
Apo.8. ſalutis. Immo & cuilibet angelo data ſunt incenſa
multa de orationibus ſanctorum virorũ etiam ter-
reſtrium, vt adoleret ea in altari aureo, quod eſt ante
Act.27. oculos domini. Si ergo Paulus orabat pro cõnaui-
gantibus, cur iam qui eſt in portu ampliori chari-
tate dotatus, non adiuuabit nos cum aliis orans
pro nobis? O igitur beati iam in portu ſecuri me-
mentote malorũ mundi, quæ etiam vos paſſi eſtis
experti malorũ miſeris ſuccurrite, longe ſit à vobis
obliuio pincerne: qui abſolutus à carcere non ha-
buit curam Ioſeph conſortis & interpretis ſui, ca-
ro veſtra & fratres veſtri ſumus: & conregnãtes eri-
mus. Si dominus veſter Ieſus intercedit pro nobis,
cur vos non adiuuetis etiam nos? nam qui ſuorum
maxime domeſticorum curam non habet, infideli
deterior eſt, vos igitur quomodo poteritis obliuio-
ni tradere filios veſtros? ſi dominus veſter Ieſus in
manibus ſuis deſcripſit nos, in corde veſtro noſ ha-
bite, vt obtineamus nunc in præſenti gratiã, & vo-
biſcum gloriam per Ieſum Chriſtum Amen.



¶SERMO. LVI. QVINTE DOMINI-
cæ poſt penthe. De remittendis quærelis: ac
etiam de amore proximi. THEMA.
Frater tuus habet aliquid aduerſum te. Matth. 5.

¶Inuocatio ad virginem.

MVltum equidem habet aduerſum nos fra-
ter noſter & dominus Chriſtus, quod ma-
xime oſtendit in præſenti euangelio dũ
dicit. Amen dico vobis, niſi abundauerit iuſticia ve-
ſtra vſq; cœlorum. Hoc dicitur nobis: quibus abun-
dauit iniquitas. Perfectiores veteris legis fuerunt
ſcribe & phariſei, ſuper quos abundare debemus,
qui vix poſſumus adiicere ſtature noſtræ cubi- Maria
tum vnum: nec noſtram perfectionem cumulare. excluſos
Et ſi non abundat iuſticia noſtra ſuper abundan- ducit ad
tiam iuſticiæ eorum, iam taxata eſt à Chriſto pe- regnum.
na, ne videlicet intremus in regnum cœlorum, qđ
eſt durius inferno: nam acrior eſt pena dãni, quam
pœna ſenſus. Optimum tamen eſt nunc remedium,
ſcio quid faciam, vt nos recipiat in regnum ſuum
cum amoti fuerimus à præſenti vita. Eſt quædam
mulier tam gratiſsima ei, quod eum fratrem noſtrũ
fecit, huic nunquam eſt clauſa ianua, omnium cau-
ſas agit, & eſt beata dei genetrix, cui cura eſt de his
qui foris ſunt, puſillanimes iuuat, excluſos includit,
peccatores iuſtificat, diminutos reſtaurat, de quo vt
nos irritet ad petendum dicit. Vt ditem diligentes
me, & theſauros eorum repleam: dominus poſſe-
dit me. Ad Mariam igitur fratres eamus pro gra-
tia obtinenda: quam vt aſſequi mereamur ei offe-
ramus Aue Maria.

¶Argumentum dicendorum.

¶Qui puſillum & magnum fecit, de omnibus cu-

ram habet, qui leſo dixerat, ne iraſceretur fratri,
nec ei maledictum redderet pro maledicto, nunc a
Chriſtus recõcilia tor eſt. cit ledenti, quod frater ſuus leſus habet aliquid ma
ſte quærele aduerſus eum, & ipſe dñs qui amborum
pater eſt, nec oblationẽ, nec etiam miſſam vult re
pere ab iſto, donec reconcilietur fratri leſo, qui ha
bet aliquid contra ledentẽ ſe iniuſte. Sed quia leſus
ſolet multa improperare, quãuis pauca patiatur, ideo
aduerte quatuor ex illata iniuria reſultare in leſo.
Primum eſt quærela quædã coram deo. Secundũ eſt
rancor in corde radicatus. Tertiũ eſt aliquod ſigni
huius oſtenſum extra. Quartum eſt actio iudicialis
Diuiſio. contra offenſorẽ. De his quatuor agam in ſermo
ne oſtendens quid iuſte retinere & habere poteſt le
Prima q̃rela leſi in vero damno. ſus contra ledentem ſe. ¶ Certior quærela ſemper ex
vera oritur calũnia, & nõ ex opinata cõtumelia aut
ficta: nam quærula ſi vix audiant verbum aliquod
quin contra ſe dictũ putent, immo & facta quæ ex
alia intentione proueniunt ex malicia in ſe perpetrata
decernũt, quãuis ꝓlator verbi aut factor operis nec
ſi tu natus eſſes meminerit. Ex induſtria demonis
ꝓuenit falſa extimatio tua, q ſeminat inter fratres
diſcordias, & hoc faciũt pariter, qui ſunt ex parte
narrantes tibi maligniter ſimplici animo fuere pro
lata. Immo & ſunt quidã ſerpente callidiores, qui
& illum audientes referunt inter vos quæ minime
dixiſtis, nec etiã corde cogitaſtis: vt vos adinuicem
reddant inimicos. Sic demõ medius extitit in para
diſo inter Euam & deũ mentiendo, vt ſup eius men
dacio amborum fundaretur vera diſcordia. Hunc er
go fuge tanquã à facie colubri. Sed nunc de vera
iniuria aut damno fari oportet particulari, finem
regnorũ lites, & dñorum terreſtriũ & clericorum



beneficiis, quæ maleficia dici poſſunt, quando tot
controuerſiis obtinentur, ſinamus pariter monacho
rum veteres adinuicem inimicitias & præſumptio
nes ac diſcordias inextinguibiles, ſed generalia odia
vel ad deum vel ad generale conſilium deuoluen=
tes ſolum agamus de iniuria peculiari vnius, & ve
ra, vbi ſi vel corpore leſus, vel pecunia fraudatus,
vel denigratus fama immerito fueris. Ex hoc dam
no illato prius oritur in animo tuo quærela ad
deũ vſq; proclamãs. Scis namq; ex præſenti euange
lio quod fratris oppreſſor reus eſt gehenne ignis,
quam quia iuſte infliget ei deus, ideo licite putas
reclamandam: maxime dum in terra non ſit tibi ius.
Tunc forte dicere aſſoles inimicis tuis, veniat mors
ſuper illos deſcendant in infernum viuentes. Im=
mo & ipſi deo ingerit leſus. Cur taces conculcan= Inuoca=
te impio iuſtiorem ſe? mitte contra iſtum vindi= tio vindi
cem manum tuam, nec differas in poſterum, ſed ctæ.
in operibus manuum ſuarum comprehendatur:
nã hæc & dixit & fecit in me: & addit peccare ad=
huc. Quærela iſta fratres aliena ſit à viro Chriſti,
nec eam habeat aduerſus fratrem, quia id habemus:
quod de iure habemus. Furtium eſt: ſi eam habes. Nã
vt ait quidam doctor. Lex dei punitiua non eſt re=
clamanda à te, quia iudex iſte non dormit, nec ge=
henne penã declarauit, vt eã alleges coram eo, ſed
vt mali timeant. Si autẽ iuſtorũ anime proclamant:
vindica dñe ſanguinem noſtrũ, ad nos minime per Apo.6.c.
tinet hoc, qui in multis peccauimus, ideo mulier in
adulterio deprehenſa, & à peccatoribus accuſata,
corã deo nõ eſt lapidata, quia peccator vix auditur
contra peccatorem in diuino iudicio: vnde phariſei
nullum commodũ reportarunt. Time ergo ne dum

iuſticiam petis immediate à deo, quod etiam veniat
ſuper caput tuum rememoratis iniquitatibus tuis.
Vox ipſius dilecti clamat coram deo: & clamor ini
quitatis aſcendit ad aures eius: quod ſufficit. Nam &
iudex delictum conſpexit, & iura dicunt humana,
quod notoria crimina teſtibus nõ indigent: immo &
tũc ſi iuſticiã peteres & vindictã, ꝑterea quę dixi dum
mala faceres primũ vecordẽ notares deũ: ſecundo
quia legem eius duriorẽ redderes, quæ dat locũ pe
Luc.18.a nitentiæ: quem tibi deeſſe noles. Sed forte inculcas
quod Chriſtus in euangelio euexit viduam recla
mantem iudici: ad quod ego. Plurimi ſunt inimici
tui, videlicet carneus appetitus demon, & mundus
& quodlibet peccatũ, contra quos deum inuoca ra
piſsime, audi etiam gloſam, quæ ſuper exemplo vi
due ait. Nota quod ſancti interra degentes, nõ pe
tant vindictam aduerſariorũ per gehennã, ſed orãt
deum, vt deſinant eſſe mali, iuxta illud, verte impios
Pro.12.a. & non erunt ſcilicet impii. Vel orant, vt licentiam
perdant & tyrannidẽ, qua iuſtos inuadũt. Deinde ſan
cti viri zelo iuſticiæ moti, aliquando precabantur
deum, vt calamitates mitteret in aduerſarios, vt emen
dati non offenderent amplius deum. Dato quod ſan
ctis qui purgatas habent animæ affectiones, liceat
incuſare malos, & in eos clamare ad deum, ab hoc
ipſe qui peccator es caue, nec ſermonem proferas
qui prouocet iram ſed miſericordiam, quamuis ea
iuſticia ſe nunc dormire oſtendat. Vñ vt probat Ga
3.d.30. briel, & ſcotus, non datur caſus in quo abſolute li
ceat mortem petere inimico, vel ſolum corporalem
quanto minus æternam. Nec malũ verbum loqua
cet ad deum vel ſatellitem eius demonẽ contra fra
trem te ledentem. Ex quo Chryſoſtomus ait ſuper



illud Chriſti: orate pro perſequentibus vos. Multi
econuerſo humiliati, & terrã fronte feriẽtes, ac ma
nibus extenſis orant deũ, non ꝑ peccatis ſuis, ſed cõ
tra inimicos ſuos, quod non eſt aliud quam ſeipſos Ora ꝑ
lancea tranſfigere, dum oras contra inimicum, eum inimico.
qui iuſsit orare pro illo, vt te audiat maledicentẽ
eis. Quomodo poſsibile eſt te exaudiri, eo indignã
te, qui eſt te auditurus, maxime dũ lingua feris eum
pro quo orare iuſſerit: quid facis homo, ſtas pro im
petranda peccatorum venia, & amaritudine imples
os: tempus orationis, tempus placationis eſt & ge
mitus: non furoris. Tam amicus miſericordiæ eſt
deus, quod non vult aliquem nunc ad ſuã appella
re iuſticiam ante tempus, nam ſatis eſt ſibi cure fa
ciendi iuſticiam: ideoq́ cuilibet noſtrum dicit. Ec
ce ego iudicabo cauſam tuam: & vlſciſcar vltionẽ Hie.51.d
tuam. Deuiaret à recto ſi deus vetaret nos ad ſuam
appellare iuſticiam, cum grauamur, ſi hoc interdi
ceret, ne nobis ſatiſfieret, & vt hoc auertat à cogita
tione noſtra dixit ſe cauſam noſtrã iudicaturũ, im
mo & vindictam accepturum, nam ſciet, atq́ pote
rit eam plenius capere, ſed nimis letatur interea dũ
videt nos tam miſericordiæ deditos, vt eũ pro ad
uerſariis interpellemus, ita vt libentius te audiat, dũ Miſeri
pro inimico ipſe oraueris tuo, quam alios amicos cordia ꝑ
eius pro eo deprecantes, vt patet in aduerſariis bea cendi.
ti Iob, quibus parcere noluit, donec ipſe Iob pro
ipſis intercederet ſacrificiumq́ offerret. Ergo ſimili
ter tu offer deo id quod paſſus es ab inimico tuo:
vt ei parcat miſericors deus. Nec mireris ꝙ hoc ex
pectat deus atq́ deſideret, nam & ſecularis iuſticia
non parcit inuaſori, donec inuaſus à quærela deſcẽ
dat, ſi autem oret pro aduerſario: nimis valet ora

tio illa.Sic ergo deus cupit te pro aduerſario ora
re,vt citius ei parcat,quia nunc eſt tempus miſericor
di eius & noſtri: quantum ergo adhoc chriſtianus
quiſq; tenetur,& ad iniuſticiã non reclamare,nec i
ſuis orationibus eum expellere,quæ offenſam me
lit. Inſuper aduerte,quod viri perfectiſsimi plus di
ligunt aduerſarium quam antea,ideoque inſtantius
Act.7.g. orant pro eo, memores beati Stephani qui magis
ex animo pro ſuis perſecutoribus orabat,quam pro
ſeipſo:nam dum pro eis orauit,flexit genua,& cla
mauit dicens, domine ne ſtatuas illis hoc pecca
tum,& allegans pro eis addidit, quia neſciunt,quid
faciunt. Dum autem pro ſe oraret,nil fecit nec al
legauit:nec dixit niſi hoc.Domine Ieſu accipe ſpi
2.quære ritum meum. ¶Secundo ex iniuria illata ſequitur
la eſt ran rancor ſeu maliuolentia in offenſorem:hunc ran
coris. corem etiam tenemur dimittere,vt ait Bonauentu
ra:nam eſt contra amorem proximi & contra cha
ritatẽ:quin & deus aperte iubet hunc dimittere di
Leu.19.c cens.Non oderis fratrem tuum in corde tuo,ſed pu
blice argue eum: ne habeas ſuper illo peccatum.
Corre- Non quæras vltionẽ:nec memor eris iniuriæ ciuium
ctio fra- tuorum. Super hoc ait gloſa. Ne tu diſsimules et
terna. rancore peccatũ alicuius,vt poſtea vindictã capias,
nec fingas te eum odiſſe caute:vt corrigeretur:nam
ſcriptũ eſt.Noli eũ putare inimicũ, ſed tanquã fratrem
eũ corrigere.Nec murmure detrahas occulte,ſed aper
te eũ carpe inter te & ipſum ſolũ. Si quis proximũ
ſineret cadere, vt culpabilior fieret: peccaret.Niſi
Mar.18.d ergo remiſeritis proximis de cordibus veſtris,deus
Epheſi. pater vindictam capiet à vobis:& Paulus ait.Eſto
4.d. te inuicem benigni : condonantes inuicem ſicut
deus nobis condonauit in Chriſto. Si ergo deus



tantum perdit rancorem, vt poſt veniam dicat, ſe
non eſſe memorem iniquitatum noſtrarum,ſic pari
forma nos qui tenemur parcere debemus ex ani-
mo & totaliter miſericordiam venie præſtare,ac ſi
nihil preceſsiſſet:nã ſapiens ait. Qui vindicari vult Ecc.18.a
à domino inueniet vindictam, & peccata illius ſer
uans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te,
& tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo
homini reſeruat iram,& à deo quærit medelam:in
hominem ſimilẽ ſibi non habet miſericordiã,& de
peccatis ſuis deprecatur.Ipſe dum caro ſit,reſeruat
iram:& propitiationem petit à deo. Quis oxorabit
pro delictis illius,memento nouiſsimorum:& de-
ſine inimicari.Hæc ait ſapiens:qui verba multipli-
cat,vt rancorem à nobis expellat:hic aduerte quod
eſt duplex rancor,alter eſt in ratione,alter tantum
in ſenſualitate. Secundus quando expelli non po-
teſt non eſt peccatum:nam caro noſtra naturaliter
fugit ledentem ſe,& impoſsibile fere eſt:quin viſis
inimicis tangatur.Beatus tamen qui nititur expel-
lere hoc à carne ſua.¶Ex illata iniuria ſequitur ter 3.quæſtio
tio ad extra ſignum rancoris: quod eſt multiplex. la eſt ſi-
Primũ eſt ei non loqui:ſecundum eo nõ couti:ter gnum rã
tiũ nolle audire de eo,& ſimilia quæ vt ait bonauẽ coris.
tu tenemur dimittere,dũ tñ proximus ac inuaſor per
ſe vel per aliũ orauerit nos:aut per epiſtolam,tamẽ
vere fiat.Vnde ſi aduerſarius tuus humiliauerit ſe ve
niam poſtulans,teneris dimittere illa ſigna rancoris,
quæ merito hactenus ei oſtenderas ad correctio-
nem ſuam:qua viſa & adepta de ſine ſigna illa:ſicut
& reliqueras rancorem. Tamen ſi ſe noluerit humi
liare, iuſte poteris ſeruare ſigna , non ad vindi-
ctam,ſed ad correctionem:ne iterum inuadat te ac

perinde labatur in peccatum. Et aduerte quod dum
veniam petit: obligatur tibi ſatiſfacere bono mo-
Luc. 17. a dio, quia dñs dixit. Si peccauerit in te frater tuus in-
Veniā da crepa illum. Et ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et
ſolum pe ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die con-
nitenti. uerſus fuerit ad te dicens penitet me. Dimitte illi.
Super hoc ait Beda. Non paſſim dicit parcendum
ſed pœnitentiam agentibus, vt ſic & ſcādala & pec-
cata euitentur: & zelus iuſticiæ ſeruetur. Et Augu.
ait. Non parcens pœnitenti: non putet ꝙ deus par-
cet illi, quia deus negat veniam negantibus eam.
Nam ideo in oratione ſua inſeruit, dimitte nobis
debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ no-
ſtris. Quaſi dicat: non dimitā ſi non dimiſeritis. Cō-
cluditur ergo ꝙ iudicium ſine miſericordia fiet cō-
tra nolētes miſereri ſuo inuaſori. Et merito tale iu-
dicium fiet: quia ſi ſecundum delictorū qualitatem
eſt plagarum modus iuſte non parcit deus eis: qui
parcere noluerunt. Menſura eadem remitietur ti-
bi. Deus qui cunctorum eſt pater, vult prouidere il-
li ſicut & tibi: te lucratur deus parcens tibi. Et vult
illum lucrari per hoc ꝙ tu parcas illi: quin & am-
bos lucratur: dum vos paci operam datis. Si non par-
cis tua res agitur, periculum tuū vertitur: negocium
tuum periclitatur. Nam nec loqui poteris, nec ora-
Loquela niſi contra te, dum non parcis, quia deus ſic oratio-
nō eſt ne nem ſuā compoſuit, vt ſi non parcis eam proferas
ganda. contra te, & ſic ab ore tuo te deus iudicet: nam dū
orationem dominicam pronuncias, ſententiā pro-
fers cōtra te: acſi dicas. Deus pater noſter qui es in
cœlis non dimittas peccata mea, qui ego nolo di-
mittere debitoribus meis. Dum ergo nō parcis ad-
uerſario tuo: tu ipſe ſis aduerſarius contra te ale-



gans contra te duritiam tuam. Si quis aliquid ma-
lum perpetraſſet in regem & in præconem redundās
rex autem dimitteret partē ſuam parcens illi, præco
autem noluiſſet: nonne præco ſtultus eſſet? Si autē
rex iuberet illi: vt parceret nonne magis ſtultus eſ-
ſet nolens: quam primus offenſor? certe iſte plus of-
fenderet quam primus. Qui ergo te offendit, etiam
deo infert offenſam: quia ergo ille parcit ob ſolā
contritionem: parce & tu: nam lex dei hoc iubet.
Alioquin te culpabiliorem alio iudica, qm̄ ille non
habet offenſum niſi te, tu autē habes offenſum deū,
cui non acquieſcis: nec mandatis eius. Sunt tñ ali-
qui ſectatores inimicitiæ, qui volētes ſigna rācoris
ſeruare dicunt. Ego bona volo ei: tñ alloqui nolo,
ſint ſua ſibi, longe ſit à me, & ego ab illo, ne aliquo
die iterū oriatur diſſenſio: nā eius cōditio & mos aut
cōuerſatio: diſſimilis eſt operibus meis. Ad hæc & ſi-
milia verba paci aduerſantia dicit apoſtolus, quod
non ſunt facienda mala vt veniāt bona. Mala ſunt
ſigna rancoris, quæ ſeruari nō debēt vllo ꝑtextu nec Signa rā
bono: vñ qñ inimicus tuus penitens ac ſatiſfaciens coris ma
veniam petit, teneris ei veniam præſtare, ac ſigna la.
rancoris proiicere, & eum alloqui, nam loquela nō
negatur. niſi excommunicatis. Præterea iubet apo-
ſtolus nos ab omni ſpecie mali diſcedere, & nulla
deterior ſpecies mali reperitur quam negare inimi
co loquelam tuam. Nam ſtatim ille iudicat te odi-
re illum, cæteriq; hoc videntes etiam perpendunt
vos inimicos adinuicem. Antequam veniā poſtu-
let, antequam emendationē promittat, bene poteris
ei negare loquelam, non tamen poſtea, quia iam cō-
fuſus erubuit, quapropter magis indiget conſola-
tione quam rigore. Reſpondere adhuc non ceſſant

bellicoſi dicentes, quod in ſacra pagina licite ma-
niuntur ſigna rancoris ſeruata: nam Dauid duobus
annis loquelam negauit Abſaloni filio ſuo: & ipſe
deus iuſſit ſeruari virgam in ſignum rebellionis fi-
Nu.17.d. liorum Iſrael, ſic ego in ſignum quòd ille offendit
me ſeruo ſigna rancoris: licet non ipſum rancorem.
Hæc exempla miſericordiam non primo merentur
ſed iram: quia male adducuntur, & peius intelligun-
tur: hæc ſigna non poterit ſeruare chriſtianus: cui iu-
bet Chriſtus amare & benefacere & orare pro per-
ſequentibus ſe & cætera quæ ad hoc mandatū per-
tinent. Non faceres ei bonū aliquod ſi ab eo deme-
& ſeparas loquelam tuã, quæ eſt minus bonum et
præſtandū & dulcius ac per conſequens magis de-
bitū. Nam ille inſpector cordis non eſt, ideoq; di-
loqui deſiiis, quomodo poterit ſcire, te eũ amare? ho-
mo iudicat niſi ex viſis & auditis, in te omnia ſunt
mala dum ſeruas ſigna rancoris, ergo non credit,
nec tu tibiipſi: nam iniquitas odii mentitur tibi
atq; fallit, cum te credere facit, quod proximum di-
ligas: cui amoris indicia negas. Nec dicas quod
ſatis ſit deo, te diligere in corde creaturam ſuam:
nam etiam in hoc negocio iubet oſtendere
extra bonam conuerſationem tuam amicabilem
ad ſocietatem, ne ſcandalizes vel vnum ex puſillis
aut cæteris præbeas occaſionem vetandi loquelam
Indiciū ſimiliter proximo. Tu & propriam domum atq; fa-
caue ran miliam totam alterius ſcandalizas, ei negando lo-
coris. quelam quam nec iude Chriſtius negauit. Ad illud
de Dauid nolentis loqui Abſaloni perpende quod
iudex, eumq; per duos annos exulem fecit, tu au-
noli fieri iudex in cauſa propria. Et illa quam di-
xiſti, virga non fuit rancoris, ſed amoris ſignum



quia florida erat, & fructum medicinalem habuit.
Quod autem deus ad vtilitatem populi virgam ſer-
uari iuſſit: patet per hoc quod immediate ſubditur. Nu.17.d.
Quieſcant querele eorum, quas habent contra me:
ne moriantur. Aduerte ergo quam iuſte de te deus Ge.4.c.
& aduerſarius tuus poterunt conqueri. Nam & ſu-
per Cayn non odii, ſed protectionis ſignum po-
ſitum eſt poſt delictum: ne quis noceret ei. Atq; Eſa.5.f.
deus ipſe ſerpentem ſuſpendi fecit in ſignum amo-
ris: ne morerentur inimici eius. Et leuat ſignum ad
nationes, non vt diſpergat, ſed vt congreget diſper-
ſos Iſrael: ne igitur ſerues rancoris inditium: nam
loquele negatio ſignum ſuperbie etiam eſt, quod
exemplo Heſter debes abominari. Habe autem ſi- Heſter.
gnum amoris virgam auream bone loquele, qua 14.c.
ſignum clementiæ proximis monſtratur. Nil ergo
nunc ſupereſt nobis dicendū niſi quòd vt ait Chry-
ſoſtomus, ſic deus faciat tibi, ſicut tu facis cum pro-
ximo tuo, ſcilicet quod te diligat in corde ſuo, qui
nihil audiuit, eorum quæ fecit, non tamen oſtendat
tibi ſigna dilectionis ſuæ, nec tibi vnquã loquatur,
aut benefaciat, nec iungat te ſibi: nec intres in do-
mum ſuam quia ſatis eſt: quod te diligit intus.
¶ Quartum q; ex illata iniuria ſequitur, eſt actio iu- 4. quarre-
ridica ad procedendum contra offenſorem tuū, pe- la eſt a-
tens ab eo omne damnum tam fame quã diuitiarū, ctio iuri-
quod ex eius iniuria ſecutū eſt. Hoc quod eſt prin- dica.
cipale remanet tibi, nam poteris licite eum conue-
nire, coram veſtro iudice, vt tibi iubeat ſatiſfieri ſe-
cundum iuſticiam ſuam: quæ nullum malum relin-
quit impunitum. Cuicunque igitur ſiue ſacerdoti
aut monacho aut ſeculari, manet ius conuenien-
di offenſorem, donec reddat omne damnū ex illata

iniuria proueniens,ſubiaceatq; penis in iure taxatis
3.d.30. ſimilibus caſibus.Videat tamen,qui iuſticiam petit,
quo animo illam exequatur, quia ſecundum ſanctos
Licet cõ tenetur deponere omnem rancorem, & non eam
uenire in petere amore vindicte ſed amore iuſticiæ, quia ſic
uaſorẽ. ſte iuſticia petenda eſt,immo & cum pœnitentia, &
te peniteat illum pati,aut affligi,tamen ne deteriora
ra contingant opus eſt punire malefactores. Sicut
chirurgus vrit vulnera infirmi non liuore ſed compaſſione
paſsione ac deſiderio ſalutis patientis,ſic tu teneris
procedere contra aduerſarium tuum,nolens eum perdere
dere ſed lucrari,quia frater tuus & filius dei eſt, meruerit
teritq; ſaluari,& eſſe tecum in perpetuas æternitates.
Si ergo iuſte poteris accuſare proximum inuaſorem
tuum,& illum iuſticiæ tradere,vt pennas luat,ſequitur
tur quod ille mortaliter peccat, dum veros teſtes
non admittit ſed eos calumniatur, ac infames reddit.
dit. Peſsimum enim eſt ſe iniuſte cum damno alterius
rius defendere, quod ſolum cum moderamine inculpate
culpate tutele vim repellere licet & non aliter. Nec
inter monachos deeſt hoc malum.Væ autem prælatis
tis qui non expellunt ab ordine ſeditioſos, nam ſi
adeſſet priſtina ſanctitas quilibet ordo eſſet in pace,
ce,quia tamen adeſt ambitioſa iniquitas,oportet ut
ait Zacharias, quod in ſanctitate & iuſticia coram
ipſo ſeruetur ordo. Prius dixit in ſanctitate, quæ
Ordinis fuit in priſtinis monachis, qui vltronei manebant
reforma in cenobiis ſuis,ſed iam in illis qui ſunt detenti,
tio. ſut aqua putrida in ſtagno periit ſanctitas, quam
parat iuſticia prælati teneri rigide caſtigantis ſeditioſos
tioſos ac aliorum conuitiatores. Nec vllus ordo
erit ſanctus donec ſtabiliatur,vt abeat qui voluerit,
rit,& qui non vixerit quiete: etiam nolens expellatur.



tur. Tunc reuera exirent à nobis:qui nõ ſunt ex no Epiloga
bis. Quãtum ergo ad quatuor quæ diximus aduer tio.
te q primum ſcilicet querelam iuſticiæ diuinæ te=
neris dimittere, nec dicas offenſori: deus exquirat
hoc à te.Secundum etiam ſcilicet rancorem tene=
ris pari forma eiicere etiam non requiſitus:tertium
ſcilicet ſigna rancoris debes etiam deponere, ſi al
ter pœnitentia ductus veniam poſtulauerit,& emẽ
dationem obtulerit:quantum ad vltimum.ſ.reſtau=
rationem ſiue ſatiſfactionem tibi faciendam,manet
tuum ius tibi,vt poſſes petere iuridice ab eo totum
damnum:tam perſone quam facultatis aut fame.
¶Quæ diximus neceſſaria ſunt,etiam cuilibet chri
ſtiano:tñ perfectis nunc aliquo ſupereſt dicendum.
Mercennarii chriſtiani tenentur ad prædicta,qui au Perfe=
tem ſunt filii dei ad conſilia Chriſti conantur ſe ctio amo
transferre,nã in qualibet virtute eſt aliquid de præ= ris,pximi
cepto,& alquid de conſilio,ea quæ vidimus pertinẽt
ad præcepta,dicẽda vero pertinent ad conſilia chri
ſti,qui conſulit quo ad primum illorũ quatuor,qd^r
ores pro aduerſario tuo,& loco querele ad diuinã
iuſticiam,quam mali proclamant,tu deuotam ora=
tionem emittas:vt parcat illi deus. Quo ad ſecun=
dũ ſcilicet de rancore,vult amator Ieſus te dilige=
re tenerius inuaſorẽ tuum poſt offenſam illatam,
quia tunc in maiori eſt neceſsitate, & languentes
maiori compaſsione indigent. De tertio vult dñs:
vt loco ſignorum rancoris oſtendas etiam non re=
quiſitus amoris indicia, & amicitiam offeras aduer
ſario,ne pereat in odio.Propter iſta tria dixit domi
nus.Diligite inimicos veſtros,orate pro perſequen
tibus & calũniantibus vos, benefacite his,qui ode
runt vos. Quo ad quartum perfecti chriſtiani petẽ

tibus tunicam dant pallium, ideo cuncta diſſimu
lant propter deum. In caſu tamen melius aliquan
do erit: vt ſoluat. Si tñ dum ſoluit non meliorātur,
dimitte illi, etiã ingrato, quia pater miſericordiarũ
benignus eſt etiam ſuper ingratos, vt ait filius eius,
Luc.6.c. qui nouit mores patris: & etiam ſapiens dixit. Pa
Ecclesi. ſcet, & portabit ingratos, & ad hæc amara audiet.
29.d. Deus paſcit inimicos exhibendo eis temporalia, &
patitur adhuc peccata eorum, & audit amara ver
ba blaſphemiæ. Hæc ſeruus dei pati debet exem
plo patris æterni: vt ſcilicet doctrina & ſubſidio pa
ſcat ingratos inimicos ſuos, nec ſperet gratias, ſed
poſtea etiam amaras detractiones audiet: nam for
te murmurabunt pluſquam antea. Immo dicent ti
bi, quod metu & non religione parcis illis: dicentq;
malum de progeniæ tua. Et quod tu non audeas
loqui illis: ſiue eis opponi. Et conabuntur probare,
nil boni à te recepiſſe, ſed potius tibi præſtitiſſe,
quia nõ te interimunt: aut peſſundant. Hæc eo ama
riora ſunt, quo ad inimicos frequentius ea oſtende
ris, reſpice deũ, pro quo ſolo hæc ſufferenda ſunt, &
nõ erũt amara ſed dulcia. Qui ergo portat ingratos
crucem portat cum Chriſto. Crucem inquã magnã
diuturnã, quia in dies durat: immo & quotidie auge
tur. Et vix aut nunquã habebit obuium Simonẽ Cy
reneum, vt eum adiuuet hanc ferre crucẽ: nam ſunt
multi homines, qui non hortãtur ad iſtã virtutem,
ſed alios retrahunt, ac ſeparant ab ea, ingerentes ti
bi ſuperborum exempla, vt vindices cauſam tuam
ſicut illi fecerunt, qui malum pro malo reddentes
victores effecti ſunt. Tu autem frater non quæras
quæ tua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti: vt cũ eo ſaluus
ſis. Omnes quidem crucem portant, quia non ſine



labore redditur malum pro malo, tamen iſti portãt
latronis mali crucem, immo & gladium Petri, de
quo dici poteſt. Qui gladio ferit: gladio perit. Patiẽtia
Iſtis enim nunquam deerit lex talionis ſuo tẽpore eſt marti
quam Chriſtus abhorret, qui propterea in contra- rium.
rium iuſſit, vt percuſſa quidem altera maxilla, percuſ
ſori obiiceretur altera, ne chriſtianus quiſq; auderet
conuicio reddere conuicium, cum & Ieſus cun-
ctis præceperit orationem pro inimicis veraciter
fundere: vt retaliare nemo præſumeret. Vt autem
inflamas animum ad virtutem hanc, dico tibi quòd
non minus eſt pro conſilio patientiæ Chriſti ſer-
uando, in contumeliis letari, quam illud de quo di
citur. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu conci
lii: quoniam digni ſunt pro nomine Ieſu contume
liam pati. O ſi & nunc iremus & nos de virtute in
virtutem à conſpectu perſecutorum noſtrorũ, quo
niam digni habiti ſumus ab eo pro cõſilio ſuo ſci-
licet patientiæ ſeruando contumeliam illatam pa-
ti. Quid nunc dicis, quod martyres eſſe non poſſu
mus, cũ parum differant à martyribus, qui veraciter
& pure contumelias gratanter patiuntur pro cõſi-
lio Chriſti complendo? Iſti ſane abnegant ſemet-
ipſos crucem in altum quidem tollentes vt ipſum
Chriſtum (quanuis non paſsibus equis) ſequantur.
Triplex eſt crux ſcilicet mali latronis, & boni, & Triplex
Chriſti: primam quidẽ baiulant qui recalcitrãtes pa crux.
tiantur pro ſuis ſceleribus. Alteram vero deferunt:
qui pro ſuis patienter patiuntur peccatis. Crucem
autem Chriſti ſublimiter baiulant, qui pro vir-
tutibus exhibitis contumeliam reportant. Talis
equidem crux erit eis vehiculum gloriæ, & ſca-
la cœli, qua videbit angelos pro illo aſcendentes,

ac deſcendentes, vt eum in humilitatem deſcendentem faciant, & poſtmodum in gloriam, quam mihi & vobis præſtet dominus Ieſus qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum Amen.



## ¶DOMINICE. VI. POST PENTHE. ſermo.57.ex euangelio de miſericordia Chriſti erga nos. THEMA.

Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me. Matth.8.

¶Inuocatio ad virginem.

EO noſtra opera meritoria dignoſcuntur, quo in deum tendunt: vnde propterea dixit ſapiens, quod deus fecit hominem rectum ſcilicet ad ſe: vt mereri poſſet operibus ſuis attingendo finem ſuũ. Nec enim per qualemcunq; fidẽ acceſſum habemus ad deum, ſed per eã fidem, quæ per dilectionem operatur. Opera vero miſericordię quæ proximis exhibentur, non videbantur deum attingere, ſed in via remanere, deus autem ita dilixit a nobis obtineri, & tangi q; nollet ſub aliquo inferiori nos detineri, quoniam propterea iuſſit. Neminem per viam ſalutaueritis. Sed ne quis dubitet, an opera pauperibus impenſa etiã ipſum deum cõcernant dixit ipſe. Quicquid vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Optimam quidẽ ambagem reperit: vt opera miſericordiæ noſtræ adirent faciẽ eius. Sed meliorem ambagẽ: immo & compendium inuenit beata Maria, vt ipſimet perſone dei miſericordiam præſtaret, quia non ſolũ minuit eum pauloминus ab angelis, ſed eum fecit agnũ ita pauperem ac nudum: vt matri ſuæ dicere valeat. Pellibus & carnibus veſtiti me. q.d. nudus eram: & mihi veſtem tribuiſti naturalem. Huius rei figura eſt in Rebecca, quæ videns pauperẽ filium ſuum Iacob ei contulit pelles, quibus protexit eum. Et poſtea veſti

Opa miſericordiæ deũ cõcernũt

Maria exhibuit miſericordiam deo.

bus maioris filii valde bonis induit eum. In pelli
bus oſtenditur naturæ indumentum, quo Maria in
duit filium dei: nam in eo teſte Paulo: habitu inuen
tus vt homo ſcilicet mortalis Chriſtus eſt. In veſti
bus valde bonis oſtenditur miſericordia quã beata
virgo exhibuit chriſto: cui ſeruire ſatagebat modo
quo poterat. Sicut ergo lac ipſum quo Maria nutrie
bat Chriſtum erat optimum: ſic & panis & cætera
quæ præſtabat ei, prout ſibi poſsibile erat: immo
cruciabatur ſpiritus eius in ea, dum præ inopia
pati aliquid videbat. Nec enim putabat ſufficiens
totum mundum: vt Chriſto deſeruiret, cum quo
prẽ opa miſericordię turbata erga plurima exercuit
de quibus nunc recenſere longum eſſet, vnum tan
tum aduertite: quoniã & ſi nos nullam miſericordiam
poſſemus exhibere deo, quia bonorum noſtrorum
eget, Maria duplicem habuit miſericordiã priorem
in ipſum deũ, poſteriorem vero in proximũ, de
minore ait. Miſereor ſuper turbam. Si ergo miſere
tur noſtri: nos recognoſcentes ad eam pro gratia
genibus flexis deferamus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Dum verba thematis ingerimus auribus veſtris
non vtrunq; audiatis ea: ſed tanquam ab ore Chri
ſti promanantia: cuius miſericordia non ſolũ eſt
per omnia opera noſtra, ſed ſuper oĩa opera
eſt eñ miſericordia Chriſti excelſior vniuerſis ope
ribus eius & in gradu pluſquã heroico: vnde magis
delectatur in ea quã in creatione angelorum, quam Plus letatr̃ deus in
propter ſanctus Dauid ait. In ſancto apparui tibi deus in
viderẽ virtutem tuã, & gloriã tuam, qm̃ melior mĩa quã
miſericordia tua ſuper vitas. ſ. omnium angelorum in alio
hominũ, quia non ſolũ miſericordia dei excedit quocũq;.

rum merita, ſed magis gaudet exhibẽdo miſericor
diam hominibus quã angelis miniſtrando vitam, vt
patet in exemplo de oue, cui maximã miſericordiã
exhibuit, quod iudeis expoſuit dum eũ miſereri ve
tabant, quibus dixit, qđ plus delectabatur in miſerẽ
do, quam in recipiendo eorũ ſacrificia: quę deo quo
tidie offerebant. Magis delectatur deus: dum miſeri
cordiã impendit nobis quã dum ſacrificia eidẽ im=
molabant. Magno ergo põdere pronunciandũ cen=
ſeo. Miſereor ſuper turbã &c. Sermo erit de miſeri= Diuiſio.
cordia Chriſti bipartitus in priori parte de mĩa ex=
hibita penitenti: in altera de miſericordia generali
Chriſti. ¶ Nolo fratres mei iuxta hereſim luthera
norum ſic magnificare miſericordiã dei, vt opa nr̃a ſper
nat, ac proiiciat, qm̃ ficta eſt talis magnificentia, quę
potius eſt paruificentia. Si enim vt ait lutherus ope Sola fi=
ra eſſent hypocritarũ: fruſtra diceret Iohan. de viris des non
ſanctis. Amodo enim iam dicit ſpiritus, vt requieſcãt ſaluat.
a laboribus ſuis: opera eñ illorum ſequuntur illos Apo.14.
& fruſtra Chriſtus diceret, vt volens in vitam intra
re ſeruet mandata. Et fruſtra in præſenti euangelio
ceſſit ac laudauit laborẽ ſequentium eũ. Vt autem
oſtendamus quã maior eſt miſericordia chriſti acce
ptando noſtræ charitatis opera quã ea reiiciendo
aduerte: quod in Pſal. 67. Vbi nos habemus, accepiſti p̃s.67.d.
dona in hominib9, Paulus legit. dedit dona homini eph.4.b
bus quę cõtraria omnino eſſe vidẽtur, qm̃ dare dona
& accipere dona oppoſita ſunt. Si autẽ funditus per
pendamus miſericordiam redẽptoris, illa contraria
nõ ſunt, qm̃ dum Chriſtus in hominibus accipit do Deus ac
na, quid aliud facit: quam ſua in compotũ accipere? cipit do=
cum nil boni habeamus ex nobis, & ipſe deus ſolũmo na quæ
do bona vellet accipere à nobis neceſſario ſequitur, dat.

quod quæ dedit nobis acceptare debet,ideo qui de
dit dona hominibus:accipit ac meritũ noſtrũ dona
in hominibus:quæ ipſe dedit. Tanta ergo eſt miſe
ricordia redemptoris,quod dum non præmia ſua
na ſua coronat. Et opera bona,quæ operatur in no
bis,ac ſi nos ipſi ſoli ea operaremur laudat:& ex
tollit. Vñ incipit euangelium. Cũ turba multa eſſet
cum Ieſu. Turba multa demoniorũ fuit cum Ieſu
in cœlo credentium eum,tñ non dedit eis panẽ vi
te,quia Chriſtus per os Pauli dixit contra lutheri.
Qui non laborat,non manducet,quod vtiq; & ſpi
ritualiter & corporaliter ſeruari debet. Illa ergo tur
ba demoniorum in veritate nõ ſtetit,nec voluit ſu
ſtinere Ieſum aut momento vno. Sed quid magni
eſt eum ſuſtinere? ſi eum lucifer ſuſtinuiſſet,aut vt
ſuperbi:non caderent tanquã fulgur de cœlo. Quan
tum ergo grauedinis habet ſuſtinentia Ieſu,cum ſa
piens dicat:eius conuictum carere tedio & habere
leticiam & gaudiũ? adhoc dubium ſapiens ait. Pon
Ecc.13.a dus ſuper ſe tollit: qui honeſtiori ſe communicat.
Honeſta Quantũ ſit iſtud pondus:quomodo poterimus ſcire
ti Chri- niſi honeſtatem Ieſu cognouerimus? de hac ſane di
ſti cõmu citur. In operibus manuũ illius honeſtas ſine defe
nicemus ctione. Et ſuperius in eodem lib. dicitur:innumera
Sap.8.d. bilis honeſtas eius. Vnde ſi nec deficere, nec nume
rare poteſt infinita perhibetur, quapropter infinito
pondere cecidit ſathanas,non quia ſe communica
uit filio dei vti debuit,ſed quia male ſe voluit com
municare,& eo abuti habẽdo eum equalẽ ſibi,quem
ſuper ſe debuit habere. Qui ergo miſericordiam Ie
ſu voluerit obtinere, debet eũ ſuper humeros ſuos
ferre tanquam honeſtiorẽ,& ſe ei cõmunicare ideo
aſſimilare,vti fecit turba hæc,quando erat cum Ie



ſu ſcilicet communicando laboribus eius:& fami.
Væ autem nobis fratres qui à baptiſmate Ieſum tu
limus ſuper nos,& crucem eius ſunt ſcapulas acce-
pimus,& tñ vix ei communicamus,vix ei corde ad
heremus,parum ſentimus in nobis quod & in chri
ſto Ieſu cum debeat eſſe honeſtior: qui honeſtiori
ſe cõmunicat. Fœlix hæc turba euangelica,cuius tã
ta erat honeſtas,tanta ſimilitudo Chriſti: vt euange
liſta dicat. Cum turba multa ſcilicet peccatorũ amã Societas
tium iam deum ſuũ,eſſet cum Ieſu. Fœlix ſocietas, ieſu felix
cum quo nam ſunt angeli? cum quo ſunt pater &
ſpiritus ſanctus,cum quo eſt Maria virgo niſi cum
Ieſu? nonne videtur vobis,quod ipſa turba etiã mi
omni ſpecie mala in locutione & cōtractu nolen=
tes diabolo dare animā ſuam pro tēporali lucro: &
æternum ꝑdere. Sed ſpecialiter vocatur ille adeo:
qui non ſolū libros ſuos ſed libros patris ſui corri=
git. Conſiderans quo precio vendebatur triticū tali
anno: quo pater eius huius rei negocium gerebat.
Penſatis circunſtantiis ſi fraudem reperit, etiam poſt
plures annos reſtituit, conſiderans quòd peccatum
auaritiæ quo ad vſurā, eſt cōtagioſum, ad filios ne

Vſura omnes damnat.

potes & ſeruos attingens: nam ſi ex propriis diui=
tiis poteſt habere tres ſeruos: & venit quartus cui ex
vſura præmiū tribuis: ille tenetur ad reſtitutionem.
Et quicunq; hæredes per vſuram acquiſitorū qua=
cunq; generatione: quia iniuſte poſsidens nunquā
præſcribit. Sic ergo multis euenit: vt cuidam ve=
tulæ quæ habens plures pullos cum gallina time=
bat miluum ſuper eam volitantem. Vt autem ſecu=
ra eſſet hoc reperit conſilium: vt filo mater & filii
ligarentur: ne totū ferret pondus. Miluus autem for
tis erat, & deſcendens arripit vnum pullum & filiū:

quo omnes duxit & matrē. Sic demon quia non eſt
poteſtas ſuper terram, quæ ſuæ valeat comparari,
quando plures videt vſuræ filo ligatos non dubitat
eos omnes inuadere. Quod forte timebat ille qui
dixit ſe habere quinq; fratres, qui hæredes extiterant
bonorum ſuorū. Et ſuſpicabatur eos venturos in
locum tormentorū. Cum illo qui eis dimiſerat hæ-
reditates male acquiſitas. In hoc euangelio nihil re-
ſpondit villicus dño ſuo: nam coram deo conſcien-
tia ſui conſcia mali fere obliuiſcitur, quod habeat
os ad loquendū: nam contra deū non ſeruit ei quæ
ipſe dedit. Seneca in prouerbiis ſuis dicit. Non eſt
maius malū quam vocem non habere in tormen-
to. Ac ſi multa patiens dicas. Heu heu heu. Et non
ſignares partem vbi dolor viget: quia tunc ſigni
eſt, quod totus homo nimis patitur. Sic euenit pec-
catori mortali peccato laboranti, qui vocē non ha-
bet in tormentis vermis conſcientiæ, quæ intus re-
ſpondit ſibi. Quid dicam ei cū ipſe fecerim? Vnde
maius malum culpe eſt non habere vocem: quia
culpabilē redderet: vnde rectè dicitur. Vox calcan-
tium irruit. Vox eorū qui alios cōculcant irrita eſt
& cadit intus in guttur non audens ad os eleuari
aut venire. Vñ rectè ſubiungitur. Ait villicus intra
ſe. Ecce quomodo vos faucibus hēſit. Replicat ta-
men ſibimet mala quæ ſibi accidunt. Quia fodere
non valet mercator: iam effeminatus & delicatus
ex ocio effectus. Dum enim mercator ad ſcribendū ca-
lamo & lingua laborat: & deditus ocio ineptus effi-
citur ad laborem. Et quia optimis indumentis fue-
rat ornatus erubeſcit mendicare: maxime quia ſa-
nus eſt. Et ſanis dicitur vt fodiant aut arent: & ſuo
labore acquirāt victum. Ob iſta ergo inconuenien-

Cur villicus nihil reſpōdit dño ſuo ſed ſibi.

peccator obmutuit.



tia mercatores aliqñ reſtituere nolunt, & qui peſſimi
ſunt vt iſte villicus plus incumbunt vſuris iuxta prę
ſentem materiā facit Adrianus vnam quæſtionem
in qua quærit: An qui debet centum mille poſsit li-
cite retinere ea: dum vnoquoq; anno reſtituat quinq;
millia, ne ſi reſtituat totum ſimul ad penuriā deue-
niat. Et reſpondit quod tenetur totū ſimul reſtitue-
re, vel ab eo cui reſtitutio debet fieri: obtineat ex-
pectationis copiā. Et addit amplius Adrianus, quod
ſi quis moriatur & in teſtamento iubeat fieri reſti
tutionem: quā ipſe facere poterat, quod iſte non bo
no ſtatu diſcedit. Hanc quæſtionem alibi amplius
emodabo: ſatis ſit ad prēſens ſcire ꝙ nemini licet alie
nis opib⁹ viuere inuicto dño ſine ſudore vultus ſui.
¶Concludit dominus parabolam dicens mercato
ribus, vt amicos faciāt de mammona iniquitatis. Nā
villicus iniquus dum diuitias tractaret ſibi pro tem
pore paupertatis prudenter ex eis fecit amicos. Hic
videnda ſunt duo. Primū cur diuitiæ vocentur ini-
quæ. Secundum quomodo ex eis licet amicos face
re. Poſtea videbimus, qui ſunt iſti amici, tam poten
tes: vt nos valeant in æterna tabernacula recipere.
Mammona vt aiunt eſt quidā demon, quem diui-
tiis præſidere credebant antiqui, & mirum eſt, qđ
ſe intromittat demon in his quæ dei ſunt, ſed par-
cendum eſt illi hoc: nam cū vidiſſet Chriſtum: de
diuitiis nihil curare. Eaſq; pro nihilo habere: nam
vidit demon ꝙ latroni inde denarios ſuos commi
ſit Chriſtus, ſine vlla præuia monitione & Petro tā
optimo viro tribus monitionibus præuiis agnos
ſuos cōmiſit. Ait ergo demon ſi deus tantum diſsi
mulat cum diuitiis, quod furi eas conferat erogan
das, etiam nihil curabit, quod ego me præferā eis

Mammona iniquitatis.

tanquam dominus: & vt cogitauerat cõpleuit. Nam ipſi Chriſto dixit quaſi dñs diuitiarum hęc mihi tradita ſunt: & cui volo do illa. Ab iſto ergo iniquo vſurpatore diuitiæ dicũtur iniquę. Eſt etiam alia ratio magis propinqua: quoniã diuitiæ pluſquam aliæ res mundi materia ſunt iniquitatis: nam qui eas habet ſuperbus efficitur: alioquin non diceret apoſtolus. Precipe diuitibus huius ſeculi nõ ſuperbe ſapere. Precipe (inquit) vtinam id per deprecationem faciant. Auaritia cum diuitiis creſcit: nam vt ait Satyricus. Creſcit amor nummi: quantum ipſa pecunia creſcit. Luxuria per diuitias acquiritur: nam diues quaſcunq; ſolicitat, & concubinas diuites habere ſolent: & pecuniis ſuis earum filios procreare. Inuidus ob diuitias efficitur homo, ex eo quòd alter plures poſſideat. Gula in diuitibus regnat, quia pauperes veſcuntur, vſque dum plus non habent: diuites vſq; dum plus non volunt. Ira nonne regnat in diuitibus contra plebeios: & eos affligunt pugno & pio? De accidia vero quid opus eſt dicere: cum illos diuites ſciamus tam ſero audire miſſam: vt egrebulla tam poſt meridiem de ſtratu laſciuioſo vix ſurgunt. Pauper autem diligentia prædictus ſummo mane ſe diſponit victum acquirere. Ecce igitur quomodo diuitiæ ſunt materia iniqtatis cõſentrate.

Auaritia omnia peccata nutrit.

¶Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Communiter ſic exponitur. De male acquiſito acquirite bonos amicos. Mihi autem videtur quòd mammona iniquitatis non poteſt amicos ſed inimicos facere: nam quidam mercator cum haberet plures diuitias iniquitatis decreuit ex eis eccleſiam fabricare, quam cũ optime perageret, accerſiuit epiſcopum vt eam conſecraret, qui cũ intraret ad hoc eccleſiam

amici de quo faciendi ſunt.



epiſcopum ethiopum in medio eccleſiæ throno reſidentem, & aqua & hyſopo nigro vrens eccleſiam videbatur conſecrare. Interrogatus autem cur hoc faceret conſtanter reſpondit. Volo conſecrare mihi eccleſiã meam meis pecuniis fabricatam. Quid ad vos? hic aduerte q; vt aiunt doctores in quarto 4.di.15. ſententiarum duplex eſt turpe lucrum, alterũ debet proprio ac primo domino reſtitui, vt eſt vſura, alterum vero non ſed pauperibus, vti eſt illud quod ludendo & luxuriãdo acquiritur. De iſto ſecundo intelligitur dñi conſiliũ. Si autem hos feceris amicos de bene acquiſitis melius erit, ſi vero de rebus propinquioribꝰ & de labore tuo feceris: tũc erit optime.

¶Pro amicis faciendis nota, quod plus egent diuites pauperibus, quam pauperes diuitibus. Nam vobis diuitibus dicitur: vt pauperes veſtros faciatis amicos: de quibus non paruã habetis neceſsitatem. Nec enim vos fecit deus propter illos, ſed illos ꝓpter vos, vt ſi bene eis egeritis recipiant vos in æterna tabernacula. Habet quippe deus quo alere poſsit pauperes ſuos, qui & nutriuit in deſerto filios Iſrael tamen ſcit, qđ opus eſt diuitibus, vt pauperes enutriant, ideo pauperes facit hos, & ditat illos tabernaculis æternis: vnde merito ait quidam doctor. Amicitia pauperum amicitia regis: paupertas autem reges facit. Iſti reges habẽt tabernacula æterna: eis equidem dicitur. Beati pauperes ſpiritu: quoniam veſtrum eſt regnum cœlorum. Nec ſolum modo eſt veſtrum pro vobis, ſed vt illud dare poſſitis ſeu in illo recipere alios quibus obnoxii fueritis. Si diues ille qui micas Lazaro negauit ei antea bene feciſſet, ſi eũ habuiſſet amicum, ſane quidẽ q; qñ dixit Abrahæ, vt eũ ſibi mitteret: melius actum

Diues & Lazarus.

eſſet ei.Quod petiit non obtinuit quia petierat
dederat,aquam petiuit,& aquam etiã negarat
aduerte ꝙ fruitio dei aqua dicitur ſapientiæ ſalu
taris,quia per merita præſertim Chriſti Ieſu acq
ritur,qui eſt ſapientia patris,& ſalus noſtra:nam Ie
ſus interpretatur ſalus. Aqua igitur diuina eſt fruitio
dei,per manum notatur opus vitæ actiuæ:per digitum
autem opus vitæ contemplatiuę. Dixit ergo diues
vt mitteretur ad ſe Lazarus,dum tñ digiti extremi
tatem afferret intinctam, vt ſaltim vna aquæ gutta
poſsit accipere:& voluit dicere.O ſi haberem mini
mam gloriam Lazari:ſaltim illam quæ correſpon
dit minimo gemitui aut ſuſpirio eius. Quia illa
me beatum faceret.Nam etiã minima pars beatitu
dinis poterit quemlibet beatificare.Iſte non meretur
aquam viuã, qui illam prius negauerat ipſi Laza
Elemoſina eſt aqua dei. ro:hic nota quod elemoſina eſt aqua dei,qua que
reri quis poterit aquã ſapientiæ ſalutarem. Ely in
terpretatus deus & moys lingua egyptia interp
pretatur aqua quia ideo puer ſumptus ab aqua vo
catus eſt Moyſes.Vñ ely & moys elemoſinam com
ponunt,quam faciunt ſonare aquã dei: de qua dñs
Ieſus dixit.Facite elemoſinã,& omnia munda erunt
vobis:aqua dei non ſolum partẽ ſed totum mun
dat: vt ſic valeat homo per eam intrare in æternã
requiem:quia vt ait Iohannes.Nihil coinquinatum
intrabit in illã.O fœlicem virtutẽ quæ angelos fa
cis hoſpites hominum & cornelii nuntios per te
fecerunt ad deũ. Tu facis beatos prædicari largi
tores:ita vt ipſe deus eos laudet. Tu es charitatis
vexillũ: vbi depingitur bonitas dei. Deus ipſe in
te iactat ſe,dum vt elemoſinam faceret, euangeli
zare pauperibus venit. Attendite fratres vim huius



virtutis: quia vt angelus dixit Thobiæ. Elemoſina Laus elemoſine ampla.
a morte æterna liberat, nec ſinit animã ire in tene
bras:ſed facit inuenire vitam æternã. Hæc eſt flam Thobiæ 12.b.
ma cordis Chriſtiani, quæ frigida corda calefacit
etiam contrariorũ: nam dum eis benefacis, carbo=
nes viuos congregas ſuper caput eorũ.Hæc etiam
gratiam hominis quaſi pupillã conſeruabit.Iſta vir Ecc.17.d
tus exhibitia Heliæ farinam & oleũ multiplicauit
mulieri vidue.Hæc ianuas cœli aperit:vt recipiant
vos in æterna tabernacula pauperes. Eſt & lancea 3.Reg. 17.d.
pugnans aduerſus inimicos(vt ait ſapiens)& ſuper
ſcutum potentis. De tua elemoſina repetita dicere Luc.6.d.
poteris.Placabo deũ muneribus quæ præcedunt,&
poſtea videbo eum:non timeas in iudicio tibi ma= Ecc.29.c
le fore:quia Chriſtus dicet tibi.Eſuriui & dediſti mi
hi bibere:nudus eram & veſtiſti me &c. Hæc vir=
tus eſt oratio viua coram deo perſiſtens:quia ſcri=
ptum eſt. Abſconde elemoſinam in ſinu pauperis,
ipſa eñ orabit pro te.Hæc eſt propitiatorium no=
ſtrum,quia deũ reddit nobis propitium, dum videt
nos imitari eius maximã virtutem ſcilicet largita=
tem. Elemoſina viri quaſi ſaculus cum ipſo in via ec.2.9.d
longiſsima deſeruiens: quo poteris tecum deferre
omnia bona tua quæ hic poſsides.Hæc valet in fo
ro dei ſola quia ideo dictum eſt per prophectã re
gi.Peccata tua elemoſinis redime.Hæc eſt illa mi= Ecc.17.d
rabilis ſcala Iacob cui dñs innititur, qui ſibi dicit
fieri,quod vni ex minimis eius fit: vt ſic per hanc Daniel. 4.d.
cœlorũ ſcalam vſq; ad ipſum deũ valeas aſcende=
re. Igitur fratres theſaurizate vobis theſauros in
cœlo:quia etiã qui parum illuc habent dicuntur di Mat.12.f
tiores regibus:nam vetulam ob duo minuta obla=
ta Chriſtus laudauit præ cæteris:qui iam vltimam

perfectionem euangelicam videtur in eleemoſ
conſtituiſſe:dum ait. Si vis eſſe perfectus,vade,&
de omnia quæ habes:& da pauperibus. Hæc Za
cheum publicanũ,& Mattheum theolonariũ
2.pars. cat in breui:cæteroſq; ſectatores ſuos. ¶Vt aut
tot tantoſq; monachos preſens euangelium ad
aduertandũ eſt ꝙ erga nos potiſsime dicitur
Villa eſt diues dum tam affluenter nos paſcit:vt dicam
religio. Dedit eis regiones gentium:& labores popul
poſſederunt,vt cuſtodiant iuſtificationes dñi:&
gem eius exquirant:iſte homo diues habet vil
potiſsimam ſcilicet religionem de qua dicit. Op
manuum mearum tu es hęreditas mea Iſrael. In
ius hæreditatis ianua poſuit arma ſua ſcilicet
tre noſtro Franciſco:qui eſt oſtium religionis
ſtræ in quo vulnera ſua Chriſtus expreſsit:vt
inuentione humana ſed diuina cognoſceretur
religio ſtabilita,vbi villicus non tantum eſt p
tus,ſed quilibet frater dum apud ſe ſolicitus eſt
domini ſunt non quærens quæ ſua ſunt,ſed qu
ſu Chriſti:nam vnuſquiq; noſtrũ de omnibus bo
huius ville reddet rationem:ac ſi ſolus eam p
derit. Bona quæ diſsipari non dicunt, ſunt op
paupertas & caſtitas in quibus viget tota chri
ta. Vulgus habet ſolũ mandata quæ lege natur
ſcripta vigebant. Nos autẽ ſubſtantiã vitæ Ie
Bona hu bemus in eius villa & eius domo quæ eſt
ius ville. gio vbi maiora ſunt bona. O dñe Ieſu qui pe
pertatem omnes res tuas obtuliſti deo,per ca
proprium corpus hoſtiã viuentem ſanctã deo p
tem:per obedientiam propriã animã,obedien
nõ triuialis ſed vſq; ad mortẽ crucis fuit,vbi
pertas reſplendet,quia non habes,vbi caput



dines,& ibi relucet caſtitas,quoniam nimis caſtiga
us virginibus Maria ſcilicet & Iohanne circunda
tus es. Quare dñe tam dura & laborioſa bona habe
re voluiſti in vita tua? propter te homo illa cõſer
uaui,vt ꝑ obedientiã meã te libertate filiorũ donarẽ:
qui captiuus eſſe ſolebat. Per caſtitatẽ meam te mũ
daui ab omnibus inquinamẽtis tuis. Per paupertatẽ
donaui te diuinis bonis:& vt horũ trium eſſet memo
ria in futuras generationes villam religionis ſtabi
liui,vbi tria illa credita ſunt tibi tanquã villico bo
nitatis meæ. Caueas tñ ne ea diſsipare contingat. O
fratres mei quoniam quando ego quaſi ſingularis
ferus extento colle vanitatis meæ audire contem=
no paruipendens prælatum meum:& non gaudeo Diſsipa=
penuria rerum. Sed niſi fuero ſaturatus murmurare tio bono
non ceſſo,& cogitationes quę religate fuerant diſ rum.
ſipate ſunt hinc inde vagantes non torquentes ſed
afficientes cor meum. Iam iã diſsipantur bona diui
na Ieſu in me,quãuis in bono viro cõſeruentur vbi
chriſti religio viget. Nam eã nemo ex toto diſsipa
bit,quæ in animas ſanctas ſe trãſfert deſidebatq; pi
gras fugiens. Ideoq; dicitur quaſi diſsipaſſet,nemo
namq; nec heretici religionẽ poterunt diſsipare. Sed
quia diſsipatio iſta ſpiritualis & ſecreta eſt dicitur
quod malus fuit apud dñm diffamatus,quanuis ho
nuncio,quãuis fratercule te mundus veneretur,&
magna reuerentia te cæteri proſequantur,quid tibi
prodeſt ſi apud illũ qui nouit interiora cordis diffa
matus es? Quis eſt qui ſaluet quem deus condem=
nat? Quis eſt qui abſcondat quẽ deus vocat,redde=
re rationem villicationis ſuæ? Nemo quidem ideo
dicit. Iam non poteris villicari. Sed qm̃ iſta conta=
minatio nõ ad vindictam ſed vitæ emendationẽ,&

conſcientiæ reparationem fit intus in anima ... ſequitur. Ait villicus intra ſe: quid faciam? De... iſte pœnitantiam agere: ne pereat. Nam in alio ſ... lo fodere per opera meritoria non valebit ne... dicare, quia orationes ibi parum valent: niſi ad ... properiū & verecundiam præterite deſidie. Iam e... go decreuit vocare debitores dñi ſui, qui ſunt in... tellectus & voluntas, vt per cautionem pœniten... tiæ ſibi prouideant. Intellectus debet centū co... tritici, hoc eſt perfectam doctrinā panis vitæ & in... tellectus: nam ex tritico fit panis filiorū. Panis au... canibus mittendus detractio eſt: & cætera quæ ... rem nō pertinent. Doctrina ergo euangelica op... tet ꝙ vigeat in eis qui euangelium promiſerunt ... alia, nec ignorantia: quia ignorans ignorabitur. ... luntas debet dn̄o centū cados olei deuotionis ... carent virgines fatue: qm̄ qui fatuū habet intelle... inſipidū & ſiccū habet affectū, qd ergo quæritis ... vos, in quo ſpiritualis vita conſiſtat, cum in his ... bus anime potentiis ſemper & optime occup... conſtet virtus contemplationis? Aduerte tamen ... centenarius numerus perfectionem denotat, ... Chriſto debes, qui intellectu & voluntate ſol... fuit pro nobis: quoniam ſcriptū eſt. In ſpiritu i... cii (ecce intellectum) & in ſpiritu ardoris (ecce affe... ctum) abluet dn̄s ſordes filiarum Sion. Propter ... duo figuratur dominus Ieſus in duobus viris ... rum primns dicitur egreſſus ad meditandū in ... & alter ſcilicet Iacob amore feruidus abiit ad quæ... rendam vxorē Rachel. Meditemur & nos fratres ... amemus, vnuſquiſqꝫ ſedeat ſecum, accipiat lit... ſuas, litteras amoris, litteras confidentiæ & in... eas in tabulis cordis ſui. Et quoniam ex parte ...

Debitores ſunt intellect⁹ & voluntas.



...gnoſcimus, & per conſequens ex parte amamus di... catur quod ſcripſit multum minus quā debet. Quia nemo poteſt occurrere deo, vt decet, nec (vt aiunt doctores) dilectionis præceptum poteſt in hac vita adimpleri. Nec mandatū ſcientiæ dei quæ confortata eſt, & non potero ad eam. Tn̄ iubet deus ꝙ in altari voluntatis noſtræ, vbi voluntariæ ſacrificamus ei omne quod habemus: ardeat ignis amoris nō tepide ſed feruide eleuet ſuper omnia flammā ſuā ad deum ſuum ſaltim per deſiderium iaculatoriū. Et vt hoc fiat in voluntate ſacerdos in lege ſatis doctus qui eſt intellectus noſter ad nutriendū amoris ignem ſubiiciat ligna aromatica montium per altas conſiderationes, quas velut in ſilua lignorum inueniet in ſacra pagina, vbi dei beneficia iam exhibita, & promiſſa in poſterum, & bona futuræ reperiet gloriæ: quam mihi & vobis præſtare dignetur Ieſus Amen.

## ¶DOMINICE. IX. POST PENTHE.

ſermo. 60. de occurrenti feſto beati Petri ad vincula, vbi & exponitur euangelium dominicæ præſentis. THEMA.

Tibi dabo claues regni cœlorum. Matt.16.c.

¶Inuocatio ad virginem.

IN ſacra pagina regnum dei vocatur eius gratia, dicente Chriſto. Regnum dei intra vos eſt. Qui tale bonum habet intra ſe, cur ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, cum portet theſaurum in vaſis fictilibus, & eum attente cuſtodiri tota animi ſolicitudine oporteat? De hoc theſauro dicitur. Infinitus' eñ theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ dei, ſola enim gratia eius

Luc.17.e

Gratia eſt regnū dei.

facit hominem gratum & amicum altiſſimi. [illegible]
hoc regnum facile perditur, cito amitti poteſt, quo
niam violenti demones rapiunt illud à nobis. [illegible]
ſimiliter acquiri poteſt faciliter quoniam pecca
ri dicitur. Pœnitentiam agite & appropinquabit re
gnum cœlorum. Vnde prima huius regni clauis [illegible]
pœnitentia: ſecunda vero eſt beatæ virginis lingua
quæ non ſolum aperit, & confert quotidie gratiam
per orationẽ ſuam: ſed ſupremum & maximum re
Chriſtus gnum cœlorũ adduxit ad nos ſcilicet Chriſtum fi
eſt regnũ lium dei, de quo dicitur ſcribis. Auferetur à vobis re
cœlorũ. gnũ dei: & tradetur genti facienti fructus eius. Hoc
regnum cœlorũ erexit Maria, ideoq; reginæ [illegible]
propter illum obtinuit: nam Chriſto dicitur. Aſti
tit regina à dextris tui &c. Chriſtus ergo eſt regnum
cœlorum habet enĩ tres cœlos; primũ eſt carnis [illegible]
cœlum eſt, ꝓpter mundiciam: qm̃ ſegregatus a pec
catoribus excelſior erat in ſanctitate iuſtitiæ. Aliud
cœlum eſt anima Chriſti, quæ ſicut primũ cœlum
eſt ſuper homines, ſic illa eſt ſuper angelos in glo
ria. Tertiũ cœlum eſt chriſti deitas, quæ eſt inter ter
nas perſonas. Iam ergo propter hos tres cœlos dici
tur chriſtus regnũ cœlorum: ad quorũ primum mit
ſe dicit Paulum, qui ꝓpterea raptus eſt in chriſtum
ad tertiũ cœlũ, vt puritatẽ Chriſti cognoſceret, [illegible]
de ſanctitatẽ animę eius: tertio autem ſublimitatem
diuinitatis ſuæ. Ex hoc ergo triplicis cœli regno ve
nit ad nos omnis gratia: nam diuerſa regna diuerſis
opibus ac diuerſis proprietatibus ſigillatim pollent
2.co.12.a hoc regnum præ cæteris: immo & pro cæteris a
Maria dat gratia emanante: qm̃ gratia & veritas per Ieſum
clauẽ ha Chriſtũ facta eſt. Et quoniã beata virgo erexit
bet grãæ. regnum in mundũ, quæ non ſolum fundauit illud



ſed oſtendit illud mundo in chana galileæ, quan-
do ad ſuggeſtionem Mariæ Chriſtus manifeſtauit
gloriam ſuã, ideo quia per eam cũ vino cepit chri
ſtus ſuam gratiã effundere, manent Marię claues cel
le vinarię, claues gratię: de quibus dicitur peccatori.
Tibi dabo claues regni cœlorum. Si ergo habemus
apud Mariam claues gratiæ, ad illam pro illa huic
ſermoni obtinenda genu flexo dicamus *Aue*.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Quia feſtum Petri ad vincula occurrit, & Luthe-
rus his temporibus conatur eum iterũ in vinculis
ponere negando eius poteſtatem, oportet cæteris
prætermiſsis aliquid tangere de illa, quę quidem tan
ta eſt vt omnes peccatores poſsit abſoluere, & om-
nes iniſtos habeat ſub eius clauibus, de quibus ei à
domino regni cœlorum dicitur. Tibi dabo claues
regni cœlorum. Duo notantur in verbis iſtis, alterũ
eſt Petri dignitas ibi, regni cœlorum, alterum vero
eiuſdẽ perſonę ſublimitas: ibi tibi dabo. Sic erit bi-
partitus ſermo: in prima parte de clauibus, in ſecũ- Diuiſio.
da de clauigero. ¶ Cum reges nouiter accipiunt re
gna (vt moris eſt) omnia innouant, officiales mu-
tant, vt ſuã ordinent domũ, vt patet in Dauid, qui
poſtquã conſecutus eſt ſedem regni perpeſſus plura
nouos inſtituit officiales. Dñs Ieſus poſt paſsionem
ſuam obtinuit regnum data ſibi omni poteſtate in
cœlo & in terra. Tunc amouit ab eccleſia ſua ve-
teres officiales, & inſtituit nouos iuxta illud quod
per eundem Dauid promiſerat dicens. Pro patribus p̃s.44.d
tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſu-
per omnẽ terram. Hęc autoritas ſufficit ad auferen
dum omnẽ autoritatẽ iudeis ſi credere vellent. Pa-
tres fuere patriarchę, & prophetę, leuitę ſacerdotes

Chriſtus mutat officiales.

rectores iudeæ,horum autem filii in patrum laborem intrantes ſunt apoſtoli & euangeliſtæ:martyres & confeſſores.Filii ſunt potiores patribus,& maioris autoritatis: quia conſtituti ſunt principes ſuper omnem terrā.Hoc de antiquis officialibus intelligi non poteſt,qui ſolū regnabant in vno regno paleſtine, ſed noui officiales ad omnia ſe extendunt terrarum ſpacia, quia in omnē terram exiuit ſonus eorum in orientē,occidentem,& ſeptentrionem,& etiam meridiē reſonabat apoſtolorum fama. In omni terra ſcitur quis fuit Petrus & Paulus.Hi ſunt noui officiales quos chriſtus poſuit.Baptiſtam fecit,vt eſſet preceſſor,& Lucam, & alios tres fecit ſecretarios,Paulum fecit de ſecretis ſecretorum,qm̄ audiuit archana verba:quę non licebat ei loqui nunquā. Super omnes autem Petrū fecit clauicularium totius regni cœlorū: quod ei promiſit dicēs.Tibi dabo claues regni cœlorū.Hęc non eſt datio ſed promiſsio:nā ſicut Dauid exiſtens in perſecutione multa promittebat ſeruientibus ſibi, quæ ad impleuit poſtea: ſic dn̄s Ieſus ante reſurrecttionem hoc Petro promiſit officiū pro confeſsione fidei præſentis euāgelii & poſtea dedit ſibi illud. Nā chriſtus præſcius noluit ſtatim dare,ne diceret lutherus,quod dū Petrus negauit Chriſtū,perdidit claues eccleſię,quas tunc temporis Chriſtus habebat.Sed eas vt promiſerat à mortuis ſuſcitatus dedit Petro: vt patet Iohan.21. Quanuis regnum cœlorū multa ſignificet,in verbis ad Petrum directis capitur pro ipſa beatitudine,& pro ſacra ſcriptura & pro conſcientia hominis: & pro eccleſia domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam ad omnia iſta Petrus habet introitum,ad beatitudinem, vt eam bonis auctoritate Chriſti confe



ra.Ad ſcripturam,vt eam exponat,& eius expoſitio valeat pro textu. Ad conſcientiam vt eam abſoluat:& mitiget vice dei.Ad eccleſiam vt eam regat & diiudicet qui ad eā pertineant. Hæc vltima poteſtas erat in ſinagoga reſpectu eccleſiæ veteris, quoniam Chriſtus eius rectoribus improperat dicens.Væ vobis ſcribe & phariſei, qui clauditis regnum cœlorū ante homines. (mat.23.b) Clauis ergo ideſt poteſtas à deo collata regendi eccleſiam antiquā reſidebat apud antiquos in ſummo ſacerdote,cui ſub pena mortis,& eius decreto tenebantur omnes obedire. (Deut.17.) Iſdem modus in lege noua reſedit in Petro, quem Chriſtus fecit ſummū ſacerdotem gentis ſuę, cuius decreto ſtare tenetur,alioquin ligabit nos mittendos in tenebras exteriores extra gremium eccleſiæ ſuæ vt eſt lutherus cum ſuis.

Petrꝰ eſt ſummus ſacerdos

Iam ergo lege vbi ſupra de ſummo ſacerdote antiquo maxime ab illo loco.Si difficile & ambiguū apud te iudicium eſſe proſpexeris &c.vſq; ibi nullus deinceps intumeſcat ſuperbia ſcilicet vt lutherus, qui tenuit obedire Petro,cum ipſe Paulus qui euangeliū ab homine non accepit,& Barnabas in dubio & ſeditione illa de obſeruantia legis & euangelii ad Petrum aſcenderint & eius decretum tenuerunt & vſq; hodie tenet eccleſia:vn̄ ait textus. (Act.15.) Cum autē veniſſent Hieroſolymam ſcilicet Paulus & alii primates ſuſcepti ſunt ab eccleſia & ab apoſtolis,vbi & maior ſeditio eſt orta:an deberent cum euangelio ſeruare quoq; legem veterē,multi enim tenebant ꝙ ſic:nam Chriſtus dixerat ſe non veniſſe legē ſoluere ſed adimplere:ſed dicta eorum nihil valebāt, quia claues nō habebant:vn̄ ait textus.Cum autem magna queſtio fieret ſurgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres, vos

ſacerdote optimo: de quo deus per Eſaiam dicit.
Et erit in die illa: vocabo ſeruum meum Eleachim
&c. vſq; ad omne vas muſicorum. Optima ſunt ver-
ba iſta nimiſq; cõducunt ad præſens. Quæ dies fue-
rit illa per nomen declaratur: nam Eleachin inter-
pretatur dei reſurrectio, ſiue dei affirmatio. Poſtq
dñs reſurrexit, vt patet in Iohan. 12. dedit Petro cla-
ues, in quo & apud nos quotidie reſurgit in eccle-
ſia, vbi manet poteſtas, quam dedit Petro quia dici-
tur dei affirmatio, quia quod Petrus & eccleſia
firmant in cœlo affirmatur: vt dicitur in præſen-
euangelio, & aduerte quod Eſaias expreſſit, cuius
filius erat ſacerdos ille, quemadmodũ & Chriſtus
in euangelio expreſſit cuius filius erat Petrus. Hel-
chias vero interpretatur lenitas domini: vñ Petrus
eſt filius lenitatis & benignitatis Chriſti qui ſi o-
nes linire & vngere dignatus eſt, plus tñ Petrum
magis lenis eſſet nobis, quia in eo poſuit oĩa no-
bis neceſſaria, paſce agnos meos, paſce oues meas
Pietas diſpẽſationum. &c. Hinc oriuntur piæ diſpenſationes ſedis apoſto-
lice, quia Petrus eſt filius lenitatis Chriſti: quoniam
ideo dicitur. In fide & lenitate ipſius ſanctũ fecit
illum, & elegit eum ex omni carne &c. dixit ergo
Chriſtus in die illa poſtquã à mortuis ſurrexero vo-
cabo ſingulariter ei apparens ſeruum meũ firma-
tem meã petram: ſuper quẽ ædificabo eccleſiã meã.
Nam illud ſuper hanc petram Hieronymus, idest
per te petre. Hunc ergo petrũ induam tunica tua
ſcilicet ſacerdotali, quia dedit Petro ſacerdotiũ re-
gnum, & ſtatuit ei teſtamentũ ſempiternum, vt in-
per omnes ſacerdotes habeat poteſtatem ſicut Io-
ſeph ſuper fratres ſuos. Et ſequitur. Cingulo tuo con-
fortabo eum. De hoc cingulo dicitur. Fides cinc-



lorum renum eius, vt ſcilicet per fidem generet filios
Chriſto, qui pro eo ſigillatim rogauit, ne deficeret
fides eius poſt conuerſionẽ, ſed ita creſceret, vt fra
tres confirmaret in fide ſequitur. Poteſtatẽ, ideſt ſum
mi ſacerdotis dabo in manus eius, & erit quaſi pa-
ter habitantibus Hieruſalẽ: & domui Iuda. In Hieru
ſalem, ideſt in primitiua eccleſia fuit Petrus quaſi pa
ter ideſt quaſi Chriſtus, ad quem aſcendit conſulẽ-
dum etiam Paulus. Et eſt nunc quaſi iſdẽ pater do
mui Iuda ideſt eccleſiæ Romanæ: vbi regnũ & cõ
feſſio fidei viget. Sed qm̃ adhuc maiora dedit: ſequi
tur. Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerũ
eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, &
non erit, qui aperiat, quoniam quæ ligauerit ſuper
terrã erunt etiam à deo ligata in cœlo, & quæ ſol-
uerit pari modo ſoluta. Hęc datio parum differt ab
illa. Dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris eius, &
regnabit in domo Iacob ineternum: & regni eius
non erit finis. Habet enĩ Petrus regale ſacerdotium
inter fratres ſuos: quos rexit. Cui cum tm̃ honoris
daturus eſſet: ſepe generaliter monuit eum vt eſſet
humilis. Qui maior eſt inter vos, fiat miniſter veſter
immo eius humilitatem in cœna fuit omnibus in
exemplũ, quam niſi per cõminationem vix potuit
vincere Chriſtus, qui à Petro audiuit, nõ lauabis mi
hi pedes ineternũ, tamen poſtea victus obtulit ma
nus & caput. De claue autem crucis data Petro: ſe- Crucis
quitur. Figã illum paxillum in loco fideli. Locus fi clauis da
delis eſt crux: quæ eſt etiam ſicut fides fundamen- tur petro
tum rerum ſperandarũ. Huius crucis Petrus fuit pa
xillus, vt firmius ſtaret. Nam dum Chriſtus aſcendit
erectus crucem, clauis Dauid velut mediũ girum fe
cit, & cœlum apperuit latroni, dum autem Petrus

aſcendit euerſus crucem perfecit girum clauis, &
apperuit eccleſiam omnibus credētibus: vnde et ge
neraliter dicitur. Tibi dabo claues regni cœlorum:
nam rethe Petri rumpebatur prę multitudine piſcium.
Ruptura vero vt notat Auguſtinus non facta eſt,
vt piſces fugerent, ſed vt alii intrarent, quoniã idem
impleuit ambas nauiculas ideſt eccleſiam militantem
& triumphantem. Vnde ob id ſequitur in Eſaia. Et
erit in ſolium gloriæ domui patris ſui, ſcilicet chri
ſti: nam ſolium Petri crucifixi euerſi cœlum reſpi
cit, ſurſum inſpicit, quo nos omnes ducere vult. Vn
de ſequitur. Suſpendã ſuper eum omnem gloriam
domus patris eius vaſorum diuerſa genera ideſt di
uerſos ſtatus ſanctorum: & omne vas paruulum id
eſt peccatorum. Vaſa craterarum ſunt peccatorum
Poteſtas pœnitentiæ: vaſa muſicorum ſunt confeſsiones iu
Petri om ſtorum: nam omnia Petrum recipiunt: cui dicitur.
nia capit Tibi dabo claues regni cœlorum. Tria huius regni
habet genera vaſorum ſcilicet vaſa craterarũ ideſt
corda regum & poteſtates ſeculares: quæ deferantur
Petro. Et vaſa muſicorum ideſt corda omnium ſan
ctorum, quorum muſicam ipſe debet temperare, con
ſtat omnis poteſtas eccleſiaſtica. Vas paruulum eſt
reliquum vulgus eccleſiæ. Clauis at ſuper humerum
eius eſt ceptrum imperii: nam debet ſecundum le
ges confirmare & coronare imperatorem. Omnia
hæc in themate includuntur: vbi dicitur. Tibi dabo
claues regni cœlorum: qui habet claues theſauri a
proprio domino datas totum habet. Hæc de pote
ſtate Petri nunc ſufficiant.

¶Secunda pars.

¶Vidimus dignitatem Petri, videamus aliquid de
perſona eius ſanctiſsima, vbi aduerte, quod bono



clauigero neceſſaria ſunt tria ſcilicet quod ſit di-
ſcretus, & fidelis, & fortis. Primo debet eſſe diſcre-
tus in aperiendo maxime temporibus iſtis nouiſsi-
mis: nam alio tempore inuenires ſeras planas & ſim
plices, nunc autem eas reperies multis obſtaculis
occupatas: & ocluſas. Vnde quia tempore iſto con- Tria ne-
ſcientias reperimus implicatas negotiis ſecularibus, ceſſaria
& non planas oportet, quod conſcientiæ clauiger claui ge-
diſcretus ſit, vt Petrus, qui quoniam cæteris diſcre- ro.
tior erat: claues accepit cœli. Enarrat euangelium,
quod Chriſtus interrogauit diſcipulos ſuos dicēs.
Quem dicunt homines eſſe filium hominis? vnuſ-
quiſq; ad emendationem vitæ deberet interrogare
amicum ſuũ: quid ſentit de ſeipſo dici maxime dum
prælatus eſt. Qui autem amicus fuerit, vti fecerunt
diſcipuli: verum debet reſpondere. Dicunt quod es
relaxatus, quod es importunus, quod es inurbanus,
quod es auarus, quod es male indolis, econtra ve-
ro adulator reſpōdit, dicunt, qđ es magnanimus vt
Alexender, fortis vt Hector, doctus vt Salomō, pru
dens vt Octauianus, iuſticiæ amator vt Nero. Non
ſic reſpondent apoſtoli ſed dicunt: alii autē Iohan-
nem Baptiſtam, alii autem Heliã, alii vero Hieremiã
aut vnũ ex prophetis. Chriſtus autē volens homines
dimittere, quia vt homines loquebantur nec mirũ
quod humanitus loquerentur, quia liber de quo iu
dicant ſignatus eſt ſigillis ſeptem. Diuinitas latet
ſub humanitate cum ſeptē ſigillis, quæ ſunt miſteria
incarnationis ſecundum Bernardũ: ideo vos apo-
ſtoli qui ſecretiora noſtris, quibus datũ eſt noſſe mi-
ſterium regni dei: quem me eſſe dicitis? Omnes ce-
dunt clauigero ad aperienda miſteria diſertiſsimo:
qui vice omniũ reſpondit, Tu es Chriſtus filius dei

diſertior
eſt Petr9
cæteris.

viui.Chriſtus autem vt Petrum oſtenderet diſertiſ
ſimum apoſtolorum, pateſeci quid deberet de Pe
tro dici:dum ait.Beatus es Simon Bariona,quia ca
ro &ſanguis non reuelabit tibi:ſed pater meus qui
eſt in cœlis. Quod in ſe precioſum eſt,ſi videatur
in vmbra vile apparet,& ecõtra ſcilicet vile apparet
in vmbra precioſum,& in luce vnumquodq; appa
ret,quod eſt ſcilicet precioſum videtur precioſum,
& vile in luce videtur vile ſicuti eſt.Et pannus aliqſ
in vmbra ſiricũ apparet,ſed in luce apparet ſiricũ.
In luce autem ſiricũ id apparet:quod eſt.Aurum in
vmbra videtur æs:& æs in vmbra videtur aurũ,ſed
in luce videtur aurum,aurũ,& ęs videtur æs.Huma
nitas noſtra eſt vmbra: dicente Iob.Dies mei ſicut
vmbra prætereunt.Gratia vero diuina eſt lux,& eſt
radius ſolis, qui precioſum oſtendit precioſum, &
huic eſt,quod homines in vmbra humanitatis non
cognouerunt aurũ deitatis:quod erat in Chriſto.Et
Petrus irradiatus luce patris luminis: ſtatim cogno
uit archanũ verbi:vnde propterea dicitur. Caro &
ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in
cœlo reuelans miſteria. Ecce quomodo propter di
ſertiſſimam contemplationẽ Petri dedit ei claues re

Cur de=
bet ſacer
dos ordi
nari.

gni. Videant ergo qui dum ordinantes ſacerdotes
accipiunt claues,an hoc faciant propter lucrũ tem
porale:quia tunc ſimoniã perpetrant.Videant etiam
hoc pater & mater iuuenis, an ſoliciti ſint intuitu
tu principali, vt ſacerdos ordinetur ad temporalia
congreganda,tunc eñ & ipſi fiunt ſimoniaci,quia
hoc bonis propter maiorem bonitatẽ acquirendam
debet ſolum dari & accipi. Secundo clauiger de=
bet eſſe fidelis: nam ianua eſt initium boni vel ma
li.Fidelis fuit Petrus:& propterea dictum eſt ei.Tu



es Petrus:& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã.
meam. Ex hoc nititur lutherus probare, quod Pe= 1.Cor.3.
trus non ſit caput ſubordinatum eccleſiæ,quia non
ſuper eum ſed ſuper petrã Chriſtum fundatur: vñ

Petr9 eſt
petra in
lutherũ.

cum petra ſecundũ apoſtolum ſit Chriſtus,non po
terit referri in Petrum,qm̃ fundamentum aliud ne
mo poteſt ponere præter id,quod poſitũ eſt, ſcili=
cet Chriſtus Ieſus.Magnum putat hoc argumentũ
lutherus:in quod fidei defenſores optime reſpõdent:
nam & ſi Chriſtus ſit petra principalis,& fundamẽ
tum primariũ, tamen habet vicarios & ſubſtitutos
ſecundarias petras:nam cũ dicto Pauli: quod ſolus
Chriſtus ſit fundamentum: ſtat dictũ Iohannis in
cap.21.Apoca.Et murus ciuitatis habens fundamẽ
ta.12.in ipſis.12.nomina.12.apoſtolorum & agni. In
ſtet contra Petrũ lutherus,quod negauit,& tũc por
te inferi præualuerunt contra eum,& qđ tunc ec=
cleſiam petri cecidit. Aduerte primo quod tunc tẽ=
poris Petrus non erat fundamentum eccleſiæ, nec
acceperat claues:nam promiſſiones huius euange=
lii cõplete ſunt poſt reſurrectionem Chriſti & po=
tius in aduentu ſpiritus ſancti,vbi cæteris feruen=
tior extitit, & totam eccleſiã defendit, vt patet in=
uenti.Dum ergo diceret ei Chriſtus, tu es Petrus
& ſuper hanc petrã &c.nondum Petrus erat petra,
ſed poſt reſurrectionem Chriſtus fundauit ſuper eũ
eccleſiam ſuam:vt expreſſe teſtatur Hieronymus hic
ſuper Mattheum,qui hoc ſuper hanc petram refert
ad petrum: quem Chriſtus nunc vocauit petram.
At enim Hieronymus ſuper hoc,quia tu es Petrus,
& ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meã.Sicut
ipſe lumen apoſtolis donauit,vt lumen mundi ap=
pellarẽtur,cæteraq; ex domino ſortiti ſunt vocabu

la,ita & Simoni,qui credebat in petram Chriſtum
Petri largitus eſt nomen. Ac ſecundum methapho
ram Petre:recte dicitur ei. Edificabo eccleſiã meam
ſuper te. Et vltra hoc aduerte ꝙ lapſus perſone nõ
tollit poteſtatem,nec enĩ ſummus põtifex antiquus
erat amouendus ſi peccaret,vtinã iudas reſipiſce-
ret:quia adhuc eſſet apoſtolus. Cum ergo lutheras
per petram intelligat fidem,& fides Petri,quam cõ
feſſus eſt,in omnibus Chriſti fidelibus ſit,manifeſte
ſequitur,quod omnes fideles ſunt fundamentũ ec-
cleſiæ per fidem. Et ſi omnes ſunt fundamentũ,quid
tunc dabit eccleſiam? Vbi ſunt parietes eccleſiæ vbi
ſunt tecta? Vbi ſunt manſiones,vbi eſt reliquũ ædifi
cium,neceſſe ergo eſt ꝙ Petrus ſit petra,& ſuper eũ
fundemur,ſed quia de Petri negatione locuti ſumus
aliquid ad eius excuſationem dicamus. Hoc enĩ Pe
trus habet pro ſe: quia ſi ore negauit non tñ cor-
de. Hic ſane caſus Petro imputari non debet ad to
tum damnum:nam per diuinã promiſſionẽ ſeu di-
ſpoſitionem euenit ei dicenti. Tu cognouiſti ſeſſio
nem meã,& reſurrectionem meã:intellexiſti cogita
tiones meas de longe. Vt Chriſtus in altũ cum ni-
mis erigeret:permiſit eũ cadere. Cum enĩ vultis emit
tere virgam in altum:eam prius ſubmitere oportet
vſq; ad terrã vt melius emitatis eam ſurſum. Chri-
ſtus magnum habens brachium,fecit potentiam in
brachio ſuo dum erexit Petrum: nam ſurſum emi-
ſerat baptiſtam: & magis ſurſum in dignitate euan
geliſtam Iohannem. Volens autẽ ſuper omnes Pe-
trum erigere,& ſurſum agere in primatu eccleſiæ,
prius eum vſq; ad terram dimiſit,vt de ſtercore pau
perem erigeret:vt ſedens cũ principibus terræ apo
ſtolis ſolium gloriæ, ideſt locum Chriſti teneat.

Caſus pe tri eſt ad meliorẽ, reſurre-ctionem



Immo ſic actum eſt Petro in hoc negotio, quod
plus gloriæ quã confuſionis aportauit. Audiſtis ne
hiſtoriam illius auis:quæ dicitur fenix? Hæc vnica
eſt in ſua ſpecie,ipſamet dum ſeneſcit ignẽ accen-
dit,& ſedens ſuper eum concrematur: tñ in cinere
ſuo remanet quidam vermis,cui deinde plume in-
creſcunt,& ale oriuntur,& ſic ei renaſci contingit:
egrediturq; ab eo loco renouata. Hæc auis fenix eſt
beatus Petrus,dum erat ſuper prunas ardens,quia vt
ait euangeliſta:erat Petrus tunc tẽporis ad ignẽ ca
lefaciens ſe. Et inſuflat non veſtis ora ſed ore,primo
flandum dicit. O mulier non ſum. O petre:quia com
bureris:non ſuffles amplius. Tamen ſecundo ſufflat:
dum ait. Neſcio quid dicis. O Petre,quia iam ardes
vivus. Tertio autem fortius flauit, dum cepit ana-
thematizare, & iurare, quia neſcio hominẽ iſtum
quem dicitis. Hic ergo tantus fuit flatus,quod ignis
peccati exarſit,& comburitur omnino fenix noſtra,
& ex Petro nil remanſit niſi cinis mortalitatis. Me
mento homo quia cinis es. Gallus cantauit: & re-
cordatus eſt Petrus. Exiit à cinere incipiens bullire
vermis,ſcilicet conſcientiæ, quia vermis peccantiũ
non extinguetur:nec in damnãtis. Per vermẽ recor
datur verbi Ieſu,& credidit,vitamq; captat. Ex hoc
verme, cum eum reſpexit Ieſus oriuntur Petro ale,
& recuperatur fenix, alas habet ſpei venie, quia
continuo exiuit foras:& fleuit amare. O petre,auis
fenix intraſti in domum Cayphe: & auis fenix
egreſſus es. Intraſti debilis,exiſti fortis:intraſti pau
per fide: atque regreſſus es diues ſpe. Fides ergo
quæ poſt negationem reuixit in Petro, eſt mira fi-
delitas:propter quã ei dicitur. Tibi dabo claues re
gni cœlorũ:tertiũ clauigero neceſſariũ eſt fortitudo.

Petr⁹ eſt fenix.

Fortis eſt Petrus.

Nam fortitudine opus ad ianuā cuſtodiendam quod
Petro Chriſtus prædixit: dum ait. Porte inferi non
prævalebunt aduerſus eam ſcilicet petrā, quæ eſt Pe-
trus: nam Petrus interpretatur ſaxū vel petra: vnde
expoſitio Hieronymi, qua dicit, quod petrus eſt illa
petra, ſuper quam ædificatur eccleſia, literalis eſt &
ad ſenſum Chriſti, qui Simonem vocauit Petrum,
ideſt petrā, ac ſi diceret. Ego mutabo te in fortem
ſtabilemq; faciam, vt ſuper te poſsit ædificari eccle-
ſia mea. Hic vnū aduertamus ſcilicet quod quāuis
lutherus pro ſe adducat expoſitionem Auguſtini,
non eſt ei concedenda, nec debemus admittere pro
ſe dicta doctoris, quia non aſſumit eius auctoritatē
niſi vt impugnet eccleſiam, quā Auguſtinus defen-
debat, ita vt nec euangelio crederet, niſi prius illud
eccleſiam recepiſſet. Hic autē lutherus tanquam ex
agro alieno furari vult, quib⁹ impugnet nos, cū eius
cor cum Auguſtino non ſit: cuius fedauit habitum
religioſum. Vñ iuxta ſententiam ſapientis in ore ſtul-
ti, ideſt lutheri reprobabitur parabola q amui vera
& bona ſit: quia non dicit eam in tempore ſuo. Sūt
enim aliqua dicta doctorum, quæ priſco tempore,
quo hereſes nō vigebant, bona quidem erant, nūc
autem quia increuerunt ſerui, qui fugiunt dñm ſuū
ſumum pontificē, ſolum illis expoſitionibus docto-
rum adheremus, quibus nouitas lutheranorū deſtrui
poteſt. Tam fortis ergo eſt noſter Petrus, quod por-
te inferi ideſt tyranni non præualuerūt contra eū,
ſed Petrus contra eos: nam porte inferi erant Am-
nas & Cayphas vbi negauit: ſed tandem prçualuit.
Porte inferi erant Nero & domini Romani con-
tra quos præualuit &c. Vide originem. Sed quia euā-
gelium præſentis dominicæ nimis facit ad rem: ſic



enim incipitur. Cum appropinquaret dominus Hie-
rusalem, videns ciuitatem fleuit ſuper illam &c. Si
hæc per allegoriam notare placet, videbis mala
præſentis eccleſiæ, quæ eſt Hieruſalem mater no-
ſtra, cui dñs iandudum appropinquauit per carnis aſ-
ſumptionem: quādo lapis angularis eius factus eſt.
Nunc autē excreſcentibus impietatibus noſtris, cum
eius nō obliuiſcatur, neceſſe eſt, vt per miſericordiā
ei appropinquet, & per auxiliū exhibendū, & vt eius
condoleat: vnde ſequitur. Videns ciuitatem fleuit ſu-
per illam: videlicet eccleſiā virtutibus vacuam, pec-
catis plenā, ambitione refertam, & ſui redemptoris
oblitam, diſcurre per ſtatus velut per vincos, & quę-
re quem diligit anima tua, & vide an reperias chri-
ſtum in Hieruſalē, eſt quidem in Hieruſalem: eſt in
eccleſia ſed abſconditus: ſed in angulo. Quis ho-
die patenter Chriſtum agit? in quo relucet charitas
redemptoris? Videns ergo eccleſiā vt plurimum vir-
tutibus orbatam & ſceleribus infectā, & in exilio
letantem vane & inaniter, ipſe quaſi docens quæ fa-
cere deberet ciuitas: fleuit ſuper eam dicens. Si co-
gnouiſſes & tu. Flet, vt flere doceat. Dum deus di-
citur flere & angeli pacis vltimum malū imminet,
acſi diceres, quod ſol tenebras emittit. Hoc extre-
mum malū tangitur dum dicitur. Si cognouiſſes &
tu. Vix quidem poteſt ſciri quantū ſit malum here-
ſum: maxime dum in pace creſcunt quia ideo di-
cit lutherus, quod non debemus turcis reſiſtere, vt
ſua hereſis in mala pace creſcat. Nam alter hereti-
cus nollet vt alteri reſiſtamus. De hac ergo mala
pace ſequitur. Et quidē in hac die tua, quæ ad pa-
cem tibi, ò paupercula eccleſia in pace vexata: vt
dicas. In pace amaritudo mea amariſsima. Hanc

Expoſitio euāgelii dominicæ.

ego pacem mittere non veaio ſed gladium, quē
non per Petrum, per imperatorem & reges filijs exi
ſtentes educi debet in aduerſarios fidei: quia duos
gladios habuit Petrus. ſ. eccleſiaſticam & ſecularem
poteſtatem. In hac ergo die tua ab altitudine diei
timebo, quando mundi glora proſperatur, & fidei
altitudo proſternitur: tu autem ò eccleſia non tan
tum times: & ratio ſequitur. Nunc autē abſcondita
ſunt ab oculis tuis. Cauſa præſentis letitiæ eſt igno
rantia futuri mali de quo ſequitur. Quia venient
dies in te ideſt contra te. Dies iſti quibus eccleſia
impugnatur, ſunt hereticorum fraudes & eorum ca
ritates: nam dicunt ſe non indigere expoſitionibus
ſcripturæ, quoniam angelus ſathane lutherus: iam
transſfigurauit ſe in angelum lucis Chriſtum & om
nes alios hereticos illuminauit, vt eccleſiam ſuo
auxilio & audacia impugnarent. De iſtis ergo ſequi
tur. Circundabunt te, ò eccleſia inimici tui luthera
ni vallo, ne poſsis extendere gloriam tuam, ſed in
terminis anguſtis arcta manebis. Antiquitus valla
ris corona dabatur liberatori obſidionis quam ſpe
ramus aliquem adepturum, quem prius deus im=
buet ſpiritu ſuo, vt creauit in regem Saulem, & cū
ſuo impleuit ſpiritu, vt eriperet iabes ab obſidione
tyranni Naas, qui lutheri figurā tenet, volentis erue
re oculum dextrum à nobis ideſt beatum Petrum
patrem fidei noſtræ. Vt hoc procuret ſequitur in
euangelio. Circundabunt te, & coanguſtabunt te
vndiq;: vt ſcilicet pereat fuga à te. Dum lutherus
iſte negat expoſitionem ſcripturæ & ſacra concilia
& primatū Petri vndiq; circundat eccleſiā & coan
guſtat: ita vt cū Threnis Hieremiæ dicamus. Et ipſa
oppreſſa eſt amaritudine: vnde ſequitur in euāgelio.

Luther⁹ eſt angelus ſathane.



Et ad terram proſternunt te & filios tuos, qui ſunt
in te. Modus autē quomodo iſta mala eccleſiæ ve=
niunt ſequitur: dum dicitur. Et non relinquent in te
lapidem ſuper lapidē ideſt Petrum ſuper Chriſtū. La
pis primarius angularis eſt chriſtus, ſecundarius im
mediatus eſt Petrus: dum iſtū ordinem ſegregant il
li, in quibus nullus eſt ordo conantur eccleſiā euer
tere, ſublato fundamento ideſt Petro & ſuo vicario
ſummo pontifice: ac per conſequens imperatore.
Quia ad deſtructionē vnius, ſequitur deſtructio al
terius: nam ſummus pontifex coronat, & firmat im
peratorē: eumq; habet in filium primogenitum. Vñ
lutherani ſi aſſecuti fuerint intentum ſuum: perdent
imperium. Sed abſit: nam ideo ſequitur in euauge=
lio. Eo quod non cognoueris tempus viſitationis
tuæ. Cognoſcamus ꝙ deus viſitat nos per flagella
hereticorū vt viuatior & ſalubrior fides erigatur
in nobis, qui oppoſita iuxta ſe poſita magis eluce=
ſcūt. Nam omnia iſta quæ irruerunt mala luthera=
norum ordinantur ad hoc, qđ ſequitur in euange=
lio. Et ingreſſus in templū cepit eiicere vendētes in
illo, & ementes lutherus iſte (vt ipſe ait zelum ha=
bens, ſed nō ſecundū ſcientiam, nec ſecundū fidem)
conatur proſcribere ab eccleſia ſimoniam, nec ſit
ſpelunca latronū furantium patrimoniū chriſti. Sed
nos optantes à Chriſto iuſto cū miſericordia corri
pi, & nolentes vt oleum lutheri impinguet caput
noſtrū ideſt ſummum pontificē dicamus chriſto. Pec
cauimus cum patribus noſtris. i. prælatis, iniuſte egi
mus; iniquitatem fecimus. Tu quia pius es miſerere
noſtri, & in tuo flagello vindica iniquitates noſtras,
& noli tradere confitentes te populo qui ignorat
te: vt non dicant inter gentes. Vbi eſt deus eorum?

Petr⁹ eſt ſuper Petrā chriſtum.

Mala veniunt ꝓpter bonum.

Iudith. 7.d.

ideſt Petrus, nam antiquitus in lege veteri prælati
dicebantur dii. Eſt ergo eccleſia domus orationis
& fieri à malis prælatis non debet domus nego-
ciationis quod ipſe Chriſtus ſine luthero docuit &
quotidie docet per ſuos zelatus ſcientes ſermonem
in euangelio concludit. Et erat docens quotidie in
templo. Quid opus eſt iſto nouo doctore malevoli
ſe ingerenti luthero, cum Chriſtus omni tempore
per ſacros doctores ſuos doceat eccleſiam ſuã: Sunt
enim claues eius ſemper in eccleſia: pro qua dici-
tur Petro. Tibi dabo claues regni cœlorum. Hic per
gratiam: & in futuro per gloriam quam mihi & vo-
bis præſtet Ieſus Amen.

¶DECIME DOMINICE POST PENTE-
the. ſermo. 61. de beata Maria Magdalena cuius ho-
die feſtum celebrandum accepimus: vbi & exponi-
tur euangelium præſentis dominicæ. THEMA.

Cognouit quòd Ieſus accubuit in do-
mo phariſei. Luce. 7. f.

¶Inuocatio ad virginem.

PHares ſic appellatur, quia per eum diuiſa eſt
maceries, & inde nomen accepit: nam inter-
pretatur diuiſio, & anagogice intelligendo
eſt pater ille ſupremus, qui diuiſit lucem à tenebris
ideſt bonos angelos à malis iuxta expoſitionẽ Au-
guſtini. Hic deniq; totum chaos primũ diuiſit: pro-
pter cuius amorem beata virgo ſegregauit ſe à pec-
catoribus, ita vt nemo ſe auderet coniungere illi,
ſed magnificabant eam angeli dei qui ſunt inter
peccatoros ſegregati. Hæc dum ſublimiter vitam
ageret, rem ſui nominis acquiſiuit, quia Maria in-
terpretatur illuminatrix, & prius ab intellectibus

Maria celum aſcẽdit.



[illegible] ſuarum, i. ideſt operibus, quæ multa docent,
illuminauit ſe in tantum vt thema dicat. Cogno-
uit quòd Ieſus accubuit in domo phariſei. O illumina
tionem clariſſimã pariter & altiſſimam, cognouit
quòd filius ab æterno accubuit in ſinu patris, qui
eſt domus, vbi æternaliter inuitatus à patre recum
bit ſuper menſam ſuã in regno ſuo. Ibiq; filius frui-
tur patris eſſentia ad æternam ſaturitatẽ. Cum ergo
beata virgo æternum conuiuiũ contemplaretur, cu-
ius reliquiis angeli paſcuntur: quia quidam eorũ di-
xit. Ego cibo inuiſibili vtor. Præparebat ſui corpo-
ris alabaſtrum, quia guſtus diuinus non datur ad-
mittentibus alienũ ideſt carnalem. Tandẽ tota ſe de-
uotione velut vnguento adimpleuit, ita vt & ſola
nardus eius odorẽ inferret æterno conuiuio, non
quælibet ſed ſuauitatis, tandem qm̃ aliquid afferebat
admiſſa eſt: & ſtetit retro ſecus pedes domini. Pedes
filii dei ſunt anima & corpus eius, & ſecus hos Ma-
ria ſtetit non ſolũ per puritatẽ ſed per maternitatẽ,
quoniam in Maria filius dei pedes hos accepit, qui-
bus factus eſt viator, & venit vſq; dum recubuit in
cruce: & conuiuiũ fellis & myrrhe & aceti ſuſcipe-
ret. De primo accubitu dicit Iahonnes. In princi-
pio erat verbum. De poſtremo dixit Iacob. Ad præ-
dam aſcẽdiſti fili mi: requieſcens accubuiſti vt leo.
Quemadmodũ ergo beata virgo aptauit alabaſtrũ
corporis ſui per virginitatem, & animã per vnguẽ-
tum deuotionis æterno ac dulci conuiuio, ſic ama-
ro crucis conuiuio aſtitit non ſecus pedes ſed ſecus
totum Chriſtũ & totam crucẽ: quod Iohannes cõ-
ſiderans ait. Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Ibi
tantum dilexit, quod etiam nobis propter eam di-
mittuntur peccata multa: & præſtatur gratia: quã vt

Duplex accubitꝰ filii dei.

præſenti ſermoni aſſequamur ei offeramus Aue.

¶ Argumentum dicendorum.

Allegoria ſuper totũ euangelium. ¶ Magna eſt Magdalena in re maior autẽ in typo
quia (vt Beda exponit) hæc eſt quę totius gentilita-
tis figuram tenet, quæ dum phariſeus, ideſt populus
iudeorũ filiorum dei per patriarchas & prophetas
rogaret, & ad domum ſuã inuitaret, vt eorum bona
opera acceptando comederet, tandẽ venit à cœlo,
& ingreſſus eſt domum phariſei, ideſt Moyſi, quia an-
tea leproſus erat. Nam lex Moyſi neminem ad per-
fectum integre ſanitatis duxit, donec Chriſtus ve-
nit, & eius virtus ad ſanandum eos. Diſcubuit er-
go quia qui in ſublimitate ſuæ maieſtatis intelligi
non poterat, forme ſeruilis humanitatẽ qua videri
poſſit aſſumpſit ac diſcubuit, dum panẽ ſcripturæ
paruulis frangit. Cũ illis manducat, quia legem &
prophetas approbat & allegat. Dum ergo ſic eſſet
apud phariſeum, ideſt apud Moyſen Chriſtus, ecce
mulier, ideſt gentilitas, quæ erat in ciuitate Hieruſa-
lem peccatrix, ibi notus erat deus, & ſciebant quod
omnes dii gentium demonia. Tñ gentilitas audiuit
& cognouit famam Chriſti ſicut regina Saba exi-
ſtens in finibus terræ audiuit famam Salomonis.
Hæc ergo attulit vnguentum boni odoris Chriſto,
ideſt famam bonam: vnde Paulus. Chriſti bonus
odor ſumus. Venit ad domum phariſei iuſtifican-
da, quamuis ille ſolum littere adherens non fuerit iu-
ſtificatus, donec ſpiritum gratię illa reciperet. Stat ſe-
cus pedes Chriſti, ideſt ſecus apoſtolos, quibus om-
nia Chriſtus ſubiecit. Secus eos ſtat: vt eorum fi-
dem ac doctrinam ſequatur. Quoniam de iſtis di-
deu.33.a citur. Qui adherent pedibus eius: accipient de do-
ctrina illius. Lachrimis pedes rigat dum ab ipſo



domino & à ſuis infamiam aufert. Oſculatur eos,
laudens opera dei piiſsima erga eam. Capillis ter-
git dum cognoſcit, quod nos merebamur vulnera
redemptoris & ſuorum, qui vt nobis vitam vitæ
predicarent mortui ſunt. Duo ergo debitores ſunt
populi ſcilicet iudaicus & gentilis, alter quingen-
tos debet, quia quinq; libros Moyſi accepit: alter
quinquaginta, quia ſolummodo quinq; ſenſus ha-
bet, quibus per indagionem deum inueſtigare tene-
bantur. Donauit quidem deus vtriſq; de vita, quia
vterq; debitor erat: tñ vbi abundauit iniquitas ſu-
perabundauit & gratia. Nam gentilitati plura dan-
tur & condonantur, ideoq; ad maiorem amorem te-
netur qui etiam ſolicitior fuit, quia vt ait thema, co-
gnouit ſcilicet per fidem, quod Ieſus accubuit per
charitatem: & venit ad eum per ſpem, & attulit ei
omnia ſua pedibus ſuis ſubiecta per opera conſe-
quentia, & etiam omnia quæ habebant afferebant
pedibus apoſtolorum. Sed quia præconia Magdale-
næ vobis placent, de quintuplici cognitione quam Diuiſio.
habuit erit ſermo: & poſtea exponam euangelium
præſentis dominicæ.

¶ Prima pars.

¶ Cum aſſerente philoſopho nihil ſit in intellectu, Quintuplex modus cognoſcendi.
quin prius fuerit in ſenſu, ab exterioribus ſenſibus
oritur omnis acquiſita cognitio, cui cum additur in-
fuſa, videtur quod quinquaginta fiãt quinquies cẽ-
tum. Iam ergo quia hæc apoſtolica fœmina ſuper
ſenes intellexit, oportet moroſius de eius cognitio-
ne agere: vt cognoſcamꝰ & nos. Multa didicit hęc
mulier ſedens vt humilis diſcipula ſecus pedes dñi,
& audiens verbũ illius. Immo & nunc ſtans retro
ſecus pedes eius, dũ eos oſculabatur, plura calluit,

quoniam cum oſculo oris exhauriuit ſecretum cordis domini Ieſu. ¶Iam ergo primus modus cognoſcendi deum eſt ſimpliciter per fidem. Eſa.7. Si non credideritis, non intelligetis: nam accedentem ad deū oportet credere: q̃m per fidem acceſſum habemus ad deū. Iſte modus cognoſcendi eſt communis omnibus fidelibus, & iſte comparatur cognitioni quæ eſt per auditū, quæ inter cæteras cognitiones parua eſt, quoniā teſtes ex auditu parum probant, Rom.11. Fides ex auditu. Fides autem Magdalene, q̃n primo conuerſa eſt, maior fuit, quam fides Pauli, qui tanquā lumini rebellis à Chriſto deiicitur, & cecatur: donec ab Anania baptiſmate ſuſcepto, viſum recepit, quapropter Dyoniſius vocat baptiſmum ſacramentū illuminationis. Dominus aūt Ieſus dum vellet Magdalenā conuertere, noluit eā contriſtari, nec eius baptiſmum differre, aut alteri eum comittere, nec aquā communem pro eius baptiſmo quærere. Tanta enim fuit Magdalenæ fide, quod ipſamet in vaſculis oculorū ſuorum aſportauit aquam baptiſmi ſui, q̃m vt teſtatur Hieronymus in tertia parte epiſtolarum: epiſtola. 24. in ſuis lachrimis baptizata fuit, contingit ei, vt eis quos in die penthecoſtes mundius baptizauit princeps eccleſiæ Petrus. Nam hi cum viderent ignē deſcendere ſuper cenaculū Chriſti, arbitrati ſunt, quod domus Dauid comburebatur, & attulerunt aquā: vt extinguerent ignem. Mirabile dictu, aqua eñ illa deſeruit eorum baptiſmo: quia eadem baptizati ſunt. Nunc autē Magdalena digniori aqua baptizatur. Nec mirum ꝙ eſſet dignior, quia eam afferebat, vt dominum lauaret: vñ ſtatim lachrimis cepit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat. Ecce quo-

Act.9.a.

Fides magdalenæ & eiꝰ baptiſmꝰ



modo Chriſtum abluere volebat, tamen ipſe non tantum pedes eius, ſed manus & caput & animam dealbauit illis lachrimis, quæ ex contactu Chriſti virtutē plurimam acceperunt. Martyres plurimi baptizati ſunt ꝓprio ſanguine, & quia lachrime Magdalenæ procedunt ex nimio amore & fere ex tanto quāto ſanguis martyrum: ideo in eis baptizatur. Nonne fuit fere martyriū intrare domum ſubſannatoris phariſei, & ab eius etiam ſeruis ſperni, & tanta pati in aula eius, quod ipſe Chriſtus miſericordia motus ſumpſit eius patrocinium: probans quod iam peccatrix non erat in corde quidem ſuo Chriſtus dicebat. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Magdalene igitur fides fuit maior fide totius domus phariſei: nam cū dñs conuerſus omnino ad mulierē dixit ei, remittuntur tibi peccata tua cœperunt: qui ſimul accumbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? quis eſt (inquiūt) hic? Quæratis hoc à beata magdalena: quæ eum iam cognouit per integram fidē: nam ſi nemo poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus, hic eſt deus noſter in eternū, qui cognouit, quæ vos dicebatis interius: q̃a ei omne cor patet. Magdalena experta eſt, quæ illi dubitabant: nam dubitabant, an Chriſtus eſſet deus, immo nullo modo credebant, nec quod poſſet peccata dimittere, tñ Chriſtus Magdalenam in teſtem adduxit horum miſteriorum: dum dixit ei. Vade in pace. Pax conſcientiæ tuæ ſit teſtis remiſſionis tibi factæ. Hæc pax tanta fuit, vt Rupertus dicat, poſt lachrimas illas, poſt capillorum ſolutionem, poſt illa oſcula Chriſti pedibus infixa, poſt vnguentum effuſum pedibus eius, iam nec oculos ad concupiſcendum aperit, nec vt amatoribus placeat capillum co-

Lachrimis ſuis baptizatꝰ Magdalena.

mit,nec os ſuum afreno pudicitiæ ſoluit, nec odo
ribus aromaticis fetorē luxuriæ paſcit. Et Origenes
dicit,quod deinde nullū præterchriſtum in faciem
reſpexit. Aliqui putant,quod fides Magdalenæ mi
nuitur,propterea quod Chriſtus noluit poſt reſurre
ctionē ab ea tangi, & vnguentum q̄ ei parauerat
ſuſcipere,ſed hoc idcirco nō admiſit chriſt⁹,quia vt
ait Rupertus,Magdalena typum gerebat gentilita
tis,cui non patuit acceſſus ad fidem, donec ad pa
trem Chriſtus aſcenderet. Immo iſte doctor inquit
cur hæc prima fit per os chriſti nuncia reſurrectio
nis ad ipſos apoſtolos, & huius primatus dans ra
tionem ait. Pulchræ ſiquidem hanc præ omnibus
mulierem manus reſurgentis pio deſiderio ligatam
ad ſepulchrum ſuū retinuit,vt ſecunde reſurrectio
nis ipſa nuntia fieret, in qua primæ reſurrectionis
opus notiſsimum atque celeberrimum factum eſt.
Prima namq; reſurrectio de qua hic idem Ioan
nes ait. Apocal.20. Beatus qui habet partem in re
ſurrectione prima: illa eſt quam dominus enunciat
iudeis. Iohā.5. Amen amen (inquit) dico vobis,quia
venit hora & nunc eſt, q̄n mortui audient vocem
filii dei, & qui audierint viuent. Hac reſurrectione
mulier hæc prima omnium vel notiſsima reſpira
uit, quia cum eſſet in ciuitate peccatrix fetentior
male fame putoribus quā fuerat frater ſuus Lazarus
corpore quatriduanus,audiuit in monumento ma
le conſuetudinis vocem filii dei,& quia audiuit,pe
nitus exiuit. Pœnitendo quippe lauit maculas crimi
nis lachrimis:& dimiſſa ſunt ei peccata multa quo
niam dilexit multum. Secunda reſurrectio corpo
rum eſt,in qua primogenitus mortuorum eſt Chri
ſtus filius dei: cuius vita nunc lugentibus & flenti

Magda-
lena eſt
prima nū
cia reſur
re:qa pri
ma ſurre
xit à pec
cato.



bus erat nuncianda diſcipulis. Stabat igitur Maria
principis vitæ & vtriuſq; reſurrectionis nutu deten
ta,videlicet ſecundam reſurrectionem nunciatura,
quam primæ reſurrectionis gratia tali nuncio di-
gnam effecerat. Hæc Rupertus oſtendens quomo-
do Magdalena tenet in primo reſurgentibus pri-
matum,quā ideo ad monumentum ſuū Chriſtus de
tenuit,vt eam primo nunciam faceret ſuæ reſurre-
ctionis,& nunc in domo phariſei,vbi ipſa ſurrexit,
aptauit eam tali nuncio ideſt dignam fecit, vt ſuā
reſurrectionem prima prędicaret apoſtolis. Ecce igi
tur quomodo fides Mariæ Magdalenæ magnifica
ta à chriſto: vt ſic merito interpretetur magnificata.
¶Secundus modus cognitionis eſt per obedientiā
in agendo: vn̄ Dauid ait. Super ſenes intellexi, quia
mandata tua quæſiui. Et per patientiā in ſuſtinendo.
Eſa.28. Sola vexatio intellectum dabit auditui. Iſta
cognitio comparatur illi qui eſt per tactum: per ta-
ctum enim cognoſcitur quā leue, quām graue, quā
aſperum, quam lene. Matth.11. Tolite iugum meum
ſuper vos: & diſcite à me. Iugū enim meū ſuaue
eſt:& onus meum leue. Per obedientiā quippe tan
gimus dominum: per patientiam tangimur ab eo.
Iob.4. Tetigi te & conturbatus es. Quanta fuerit
Mariæ Magdalenæ obedientia: quantaq; patientia
vix dici poteſt: cum in omnibus virtutibus opti-
mam partem elegerit ſibi Maria, quæ non fuit abla
ta ab ea in æternum. Obedientia Mariæ Magdale
næ eo melior eſt, quo ſecretius habuit mandatum,
quoniam intus in anima eius loquebatur ei, qui
eam traxit ad conuiuium ſuum. Et in conuiuio
dum opera charitatis eius laudauit Chriſtus: ad
maiora eam excitauit. Vt autem de operibus eius

Cogni-
tio per
actum.

aliquid videamus: notandum eſt quod de ipſa dici
tur. Operata eſt conſilio manuũ ſuarum. Tunc ope
raris conſilio manuum tuarũ, cum ex bonis operi
bus quæ proximo exhibes, conſilium accipis de his
quæ intra te facturus es, vt ſic opera tua exteriora
in ſinum tuũ conuertantur. Quante autem ſanctita
tis fuit Chriſtus oſtendit dum opera Mariæ Mag
dalenæ corã Simone magnificauit: cui dixit: vides
hanc mulierem intraui in domũ tuam, & aquã pe
dibus meis non dediſti &c. Cur bona opera illius
tacet Chriſtus, vtpote quia eum receperat in domũ
& eum ad mẽſam ſuam rogatũ adduxerat & quæ
Magda- ſitum, & ei ſplendidũ prandium parauerat, & ei ho
lena int⁹ norem deferebat. Cur hæc tacet Chriſtus niſi quia
habet q̃ opera illius ab anima ſua non procedebant, niſi quia
dat extra ſimilia intus non habuit? non eſt operatus intus in
ſe conſilio manuũ ſuarum, quia ſi Chriſtum ſuſce
pit hoſpitio, ipſe à ſeipſo exul nõ intrat in cor ſuum
nam ſi intraret non mulierẽ peccatricẽ, ſed ſeipſum
peccatorem iudicaret. Hoc enim faciunt qui ad ſe
Eſa. 46. ipſos intrant: dicente Eſaia. Cõfundamini, redite præ
uaricatores ad cor: recordamini prioris ſeculi. Vt cõ
fundantur viſis patris prioris ſeculi ſcilicet quæ in
iuuentute commiſerant: dicit quod reuertantur ad
cor ſuum. Diſcat ergo phariſeus ex opere ſuſceptio
nis exterioris vel ſeipſum in propriũ cor ſuſcipere,
alioquin paruifaciet Chriſtus opera eius, & magni
ficabit opera obedientiæ Mariæ Magdalenæ quæ
intus in anima ſua operata eſt eadem: quæ Chriſto
exterius exhibuit. Cur namq; redẽptor noſter æque
in præmio, tm̃ daret Magdalenæ cuius factus eſt
aduocatus, & tam parum phariſeo, niſi quia inæqua
les erant in merito? Si ſolum exterius computarentur



quæ in Magdalena exhibet, & quæ phariſeus, plus
quidem ille offert rogato domino, tamen quia ſpi
rituum (vt ait ſcriptura) ponderator eſt dñs: iſta ſpi
ritualiter intra ſe operata eſt, quæ foris oſtendit, at
hypocrita ille phariſeus vt paries dealbatus quæ
deforis ſunt agebat. Maria ergo intrauit domum
phariſei, & ſimiliter intrauit in ſeipſam, & ſe phari
ſeam idest diuiſam adeo iudicauit, ad cuius vnionẽ
cum verecundia cucurrit: nam ideo ſtans retro ſe-
cus pedes eius, cognouit ſe hactenus ante pedes dei
ſtetiſſe, tanquam impediens greſſus eius ad animã
ſuam, ſed iam in melius mutato conſilio ſtat retro
ſecutura veſtigia redẽptoris. De lachrimis Mag-
dalenæ quid vobis dicam, niſi quia plus intus quam
extra flebat? Ei namq; dicitur. In principio vigilia
rum effunde ſicut aquã cor tuum ante conſpectum Thre. 2. f
dñi. Cor eius liquefactum erat, antequã veniret ad
Chriſtum: ipſa dicente. Anima mea liquefacta eſt
dum dilectus eſt ſcilicet in ſermone conuerſionis
meæ, tunc ſane fuit principium vigiliarũ eius, tunc
ſtetit ante conſpectum dñi, deinde venit vt ſtaret
retro ſecus pedes eius: ſic ergo cuncta opera quæ
Maria Magdalenæ foris exhibuit, intus habuit: vn-
de opus interius & exterius ſunt velut tactus du-
plex, quo tetigit deum, & tacta eſt ab eo: nam dum
Iacob patri ſuo exhibuit cõuiuium: audiuit ab eo.
Accede huc fili & tangam te: vt probem an filius
meus ſis. Probatio namq; obedientiæ interioris eſt
exhibitio exterior. Poſtquam ergo filiũ tetigit, & co
medit, benedixit eum: & oſculũ præſtitit. Dominus
Ieſus ore ſuo dedit oſculum matri ſuæ, dum in-
fans erat: nunc autem pede ſuo dedit oſculũ Ma-
riæ Magdalenæ rariſſimi admittuntur: vt oſculen-

Cogni= tur pedem ſummi pontificis. ¶ Tertius modus co-
tio per vi gnitionis eſt per ſpeculationem. 1. Cor. 13. videmus
ſum. nunc per ſpeculum &c. Et. 2. Corin. 3. Nos vero re-
uelata facie. gloſa. i. expedita ratione ſpeculantes.
glo. i. per ſpeculū rationis videntes gloriā dei. gloſa
i. glorioſum dñm. In ſpeculo autem (vt dicunt glo-
ſa) non niſi imago cernitur. Iſta cognitio ſimilis eſt
illi, quam habemus per aſpectū corporalem, quia ſi-
cut oculus exterior non videt niſi corporalia, ita in-
tellectus interior cū inuiſibilia dei per ea quæ fa-
cta ſunt cōſpicere nititur: non niſi imagines aut ve-
ſtigia dei apprehēdit. Et hoc ſolū de deo intelligit
quid eſt, & quid non eſt, ſed quid eſt nō aſſequitur
Varium nullo modo. Speculum tñ habet Maria Magdale-
ſpeculū na varium: primū eſt creaturarum viſibiliū: ſecun-
habet dum autem angelorū, quos lucidiſſima ſpecula Dio-
Magda. nyſius vocat. Hos habuit conſortes dum tot an-
vitam contemplatiuam elegit: tertium ſpeculum eſt
mater dei vbi clarius videtur quanuis paruus deus.
Huic nimis familiaris Magdalena extitit, & ab ea
multa didicit: nam omnes qui fuerunt virgini fa-
miliares cæteris doctiores dignoſcunt. Habet quoq;
illud ſpeculum ſine macula filiū dei, vbi relucet pa-
ter æternus: nam in hoc ſepe intuebatur ſeipſam, vt
cuncta ſua geſta componeret: nam propterea dicitur
Sapi. 7. ſpeculū ſine macula, quia omniū maculas abſtergit
Dñs Ieſus ſicut ſpeculum materiale omnes recipit,
& neminē reſpuit, nulli tamen mentitur, nulli adu-
latur, nulli blanditur: de vnoquoq; qualis ſit teſtimo-
nium perhibet. Vñ dominus Ieſus dicitur teſtis in
cœlo fidelis: teſtis autem fidelis à veritate non rece-
dit. Hoc patet hodie: nam dñs Ieſus coram hypo-
critis oſtendit veritatē vitæ huius fœminæ; quæ



peccatrix iudicabatur, veruntamē cæteris ſanctior in
ſpeculo reperta eſt, vbi non corpora ſed corda re=
lucent. Immo ipſa Maria Magdalena ſpeculum eſt peccator
omni peccatori, ad hoc vt inſpiciat qualiter debeat quę de=
ad deum conuerti. Quatuor facit magna: primo bet face
abluit lachrimis offenſos pedes: ſecundo terſit eos re.
capillis ſuis: tertio eos labiis oſculatur: quarto vn=
git vnguento, quia prius acquirenda eſt munditia
cordis ad pedes ſacerdotis: ſecundo autem ſunt de
lenda veſtigia & occaſiones peccati: tertio fit pax
integra inter deum & animam: quarto acquiritur
deuotio mentis. Apta negotium Abſalon, qui pri=
mo venit de ieſſur quaſi de peccato recedens ab
eo: ſecundo moratur in Hieruſalem: vt bonis mori=
bus adhereat: tertio aulam regis intrat: quarto eum
oſculatur. Sicut autem iſti tres ſenſus dicti à foris
ſunt: nec reficiunt cor: ita iſti tres modi cognoſcen
di deum afficiunt animam ſed non reficiunt: vnde
Cantico. 3. & 5. Anima ipſa ſancta quærendo dile=
ctum per vicos & plateas ideſt per creaturas viſibi
les & inuiſibiles percutitur, & non reficitur, vulnera
tur & non ſanatur, ſed cū pertranſiit inuenit, tenet,
amplectitur & reficitur dupliciter. ſ. ſapore humani
tatis & odore diuinitatis. ¶ Quartus modus cogno Cogni=
ſcendi eſt per guſtum: de quo dicitur. Guſtate & vi tio p gu
dete: quoniam ſuauis eſt dñs. Eſt igitur quartus mo ſtum.
dus cognitionis, qui ſurgit ex recordatione pauper
tatis, tranſgreſsionis, abſinri, & fellis, & aliorum be=
neficiorum quæ nobis contulit humanitas ſaluato=
ris, quod eſt ſpiritualiter comedere corpus Chriſti. De
hac ergo cognitione miſtice dicitur. Guſtauit Io=
nathas parum mellis: & illuminati ſunt oculi eius.
Deuotio igitur quæ eſt circa humanitatem redem

ptoris guſtui comparatur & comeſtioni:de qua d
citur. Qui manducat meam carnē, & bibit meum
ſanguinē habet vitam æternam. Quantū into mo
do Magdalena cognouerit,vix poſſumus intellige
re,cum nemo ſit qui eā valeat à pedibus ſeparare
quos eum poſt reſurrectionē ampleċti vellet volu
lebat maieſtas domini eū detenuit dicens.Noli me
tangere,ſcilicet familiariter:vt ſolebas.Noli me ta
gere ſicut tetigiſti pedes meos: dum eram in cru
ce.O fratres mei quid vobis dicam de hac re nam
Maria Magdalena dum ſtaret ſub cruce renoua
uit quæ fecerat in domo phariſei ſicut illic præ do
lore ſui, ſic in cruce præ dolore Chriſti & matris
eius. Erat enim iuxta crucē Ieſu referente Iohan
ne ſicut & mater eius:nam eis in vita ſua ſeruierat
& eis morte non defuit:quia dñs ei præceperat in
die (inquit) ſepulturæ meæ ſeruet illud. Ipſa vero
dum meminit,qđ in domo phariſei dominus la
dauerat opera ſua:ex quibus concluſit nimium eius
amorem. Nunc ſimiliter videns Chriſtū in domo
tronum accumbere vult eadē obſequia repetere
Primo ſtat retro:vt locū det matri Ieſu aſtanti iux
ta crucem corā cruce.Stat inquam retro erecta post
Chriſtū: quia optabat ex parte crucis altera pone
Magdalena habet iuxta crucem plura. re:qm̄ ibi dicit.Suſpendiū elegit anima mea & mor
tem oſſa mea.Suſpendium clauorū deſidero:& mor
tem pendentis infligi mihi expoſtulo.Sed quia tu
re nouimus eā ſecus pedes domini,lauabat tu al
caneum ſuū contra eam?Sane quidē quoniam ipſe
dixit. Torcular calcaui ſolus & de gentibus nō eſt
vir mecum. Crux dicitur torcular in quo dñs tor
quebat pias fœminas inter quas teneriorē arbitror
Magdalenam, quæ ideo ſtat ſecus pedes domini



quia nimis de propinquo eā torquet.Dum racemus
in torculari calcat, emittit ſuccū ſubſtātiæ ſuæ:Mag
dalena vero per oculos ſuos emiſit lachrimas,quę
ſanguinis dici poſſunt:vnde optime dixit euange-
liſta eam cepiſſe in domo phariſei rigare lachri-
mis pedes domini,nunc autē idem proſequitur,vbi
oculi ſui languerūt præ inopia redemptoris,Vñ ocu
li eius erant ſicut columbe iuxta fluenta lachrima-
rum pleniſſima, quæ ita fluebant, vt ei dicatur in
Canticis.Oculi tui ſicut piſcine in Eſebon,quod in
terpretatur numerus ſcilicet plagarum chriſti:nam
oculi eius & ſi lachrimis pleni,tñ ita intenti erant,
vt numerarent omnia oſſa & vulnera ſaluatoris.
De capillis quid vultis audire,cum in Canticis di-
cantur ſicut purpura regis tincta canalibus? Purpu
ra Chriſti eſt eius caro, vbi erant canales vulnerū,
quibus adherebant piæ cogitationes Magdalenæ
cupientis diſſolui:& eſſe cū Chriſto in cruce. Qua
lis erat purpura regis coronati ſpinis, quæ riuos Capilli Mariæ Magdalenæ.
ſanguinis emittabant, tales erant capilli ideſt cogi
tationes Magdalenæ quibus regebat etiam tunc
vulnera ſaluatoris,volens ea citius amouere à viro
ſancto,& ſibi tanquā peccatrici totaliter infligi. Tūc
ſane beata Magdalena vt vera nazarea ſacrifica-
bat:& concremabat capillos ſuos in religionis ſuę
termino,in quibus erat tota fortitudo eius,quia cre
uerant nimis vt capilli Sāſon ideoq; ſicut elate pal
marum vocantur in Canticis,quia palmas victorie
optabat Magdalena reportare cōtra inimicos chri
ſti.Tunc etiam habuit alabaſtrū cordis ſui vnguen
to plenum ſed Ieſum non potuit vngere, nec da-
tur locus ideo valde mane vna ſabbatorū memor
quod ſibi incumbebat chriſto ſeruare vnguentum,

Magdalena inuitauit alias,& emerunt aromata,vt venientes vngerent Ieſum, cui viſcera non clauſit Magdalena dum deponeretur à ligno,nec aditum ſuũ concluſit,ſed viſceribus condidit vnguentum vngatur ſanctus ſanctorũ. Tunc ſane angeli dicebant Magdalenæ. Meliora ſunt vbera tua vino,fragrantia vnguentis optimis:nam dñm Ieſum inter vbera

Can.1.a.

ſua vt faſciculũ mirreum morari deſiderãs:& ei vinum & oleum infundere mixtiuũ dicebat. Ego portabo illũ,humerum ſupponã ei, quia hoc onus eius ſuaue:& iam ſiccum eſt leue. Si adhuc in horto vbi ſepultus eſt dominus:Maria dicebat. Si tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi,vt ego eum tollã, quanto verius hęc diceret:dum Chriſtus à cruce deponeretur? Vix quidem poterant ſancti viri amouere Ieſum ab ea nam Maria mater eius,dum Ieſus dixit:conſummatum eſt mori cepit. Væ nobis fratres mei:quia dum Magdalenæ deuotionem inſpicio nobis dici poſſet. Intraui in domum tuam,ò chriſtiane,vt te cibarẽ carne mea,& meo ſanguine potarẽ,& aquam vel tepidam pedibus ideſt affectibus meis ardentibus non dediſti. Hæc autem Magdalena lachrimis rigauit pedes meos: & capillis ſuis precioſis terſit. Oſculum pacis mihi nõ dediſti,hęc autẽ ex quo intrauit non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo deuotionis vel caput meum non vnxiſti. Hæc autẽ vnguento vnxit pedes meos &c.

Cognitio per odoratũ

¶ Quintus modus cognitionis eſt per odoratum:nam dilectio quę eſt in contemplatione diuinitatis & eorum quæ circa diuina ſunt odoratui aſsimilatur, faucibus enim ſapores corporum, naribus vero odores diſcernimus & hęc eſt duplex ratio anime ſiue portio. Sicut corpus ſine cibo & potu viuere nõ poteſt,& ſicut olfactus noſter nõ diſcernit niſi extremos odores ſcilicet fetidos aut aromaticos: ita in hac vita affectus noſter & intellectus non apprehendit eorũ quę diuinitatis ſunt niſi extrema quędã & modica valde reſpectu eorum:quę intrinſecus latent. De odore iſto dixit Iohannes euangeliſta. Tuus odor bone Ieſu excitauit in me concupiſcentias æternas. Et beata Agnes dixit. Cuius odore mortui reuiuiſcunt. Iſte odor diuinitatis difficiliter ſentitur: quoniam ſapientia dei dixit. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatẽ odoris. Odor vitis nunquam aut vix ſentitur,niſi trãſeat in vinum:quoniam deum in ſe vix poterimus ſentire niſi per eius beneficia nobis collata. Aduertendum eſt tamen: quod iſtis duobus modis credimus Magdalenam pleniſsime edoctam:nam de altero ait Chriſtus. Ego quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meã ideſt domum Magdalenę,& eius animã vbi habitare & hoſpitari conſueui. Libanus inciſus dicitur humanitas chriſti,& non inciſus eius illeſa diuinitas. Vapor dei virtus eiuſq; fragrantia eſt. Sapientiæ.7. De altero modo dicitur Ezechielis. 44. Ipſe princeps ſedebit in ea, vt comedat panem coram domino. Abſit enim vt tantam credamus in Chriſto inurbanitatem,vt comederet buccellã ſuam ſolus,& nõ comederet de meliori cibo hoſpita ſua Magdalena cum eo, cũ ipſe dicat Apo.3. Si quis mihi aperuerit,intrabo,& cenabo cũ illo:& ipſe mecum. Et Sapi.8. Propoſui hanc adducere ad conuiuandũ mecum. Sicut ergo per totam vitã ſuam Magdalena inuitauit Chriſtum & ſuos,& cũ eo expendit per itinera omnia deſiderabilia eius, ſic dñs de melioribꝰ & de abſcõditis ſuis adimpleuit animã eius non ſolũ in die penthecoſtes

odor xp̄i diuinꝰ eſt

Eccleſi. 24.a.

Eccl'.23.

vbi ſpiritu ſancto repleuit illam, ſed peracto apo
ſtolatus officio, duxit eam in montẽ excelſum ſeo
ſum vbi per triginta annos odore diuinitatis paſce
batur. Quomodo namq; curreret ſuper montes ſio
filiæ niſi in odorem diuinitatis Chriſti ſui? De hoc
odore fratres elingues ſumus ad loquendũ, ſatis
dicem thema. Cognouit ſcilicet per odorem ſuaui
tatis, quod Ieſus Chriſtus præconſortibus ſuis vn
ctus recubuit poſt aſcenſionem in domo phariſei,
ideſt patris æterni: vbi ſedens ad eius dexteram
in potioribus bonis celebrat iuge conuiuium, ad
quod expectat ſemper ſuos famelicos, qui nũc de
tinentur in valle lachrimarum ſtantes retro, quia nõ
vident adhuc faciem Chriſti gratiarũ plenam do
nec in illa domo æternitatis cum Maria Magda
lena ſuper caput diuinitatis ipſius recumbentis fra
cto alabaſtro corporum per mortẽ euolent animæ
iuſtorum: ſicut virgula fumi vniuerſi pulueris pig
mentarii. Tunc repleta erit domus gloriæ odore di
uitatis ſcilicet fruitione, quo nutriuntur animæ bea
tæ, non erunt tũ lachrime, nec ſingultus, ſed oſcula
beatiſsima oris Ieſu eructantis odorem gloriæ.

Figura magi ex euange= lio dñicę pſentis.

¶ Quia hodiernũ euangelium nimis facit ad rem,
illud exponamus obiter: ait ergo. Dixit Ieſus ad
quoſdam: qui in ſe confidebant tanquam iuſti &c.
vult dominus exemplo humilitatis confundere ſu
perbiam, ideoq; ſuperbum hypocritam, & humilem
peccatorem iuxta ſeſe poſitos in eadẽ domo oſten
dit dicens. Duo homines aſcenderunt in templum
vt orarent. Alter iſtorũ erat ex illis: qui in ſe confi
debant tanquã iuſti: & aſpernabantur cæteros. Erat
deniq; phariſeus iſte: de quo iam audiſtis, quod ſpre
uit Magdalenam immo & Chriſtum dicens. Hic ſi



propheta eſſet, ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier,
quæ tangit eum quia peccatrix eſt. Vnde ſequitur
in euangelio dominicæ. Vnus phariſeus: & alter pu
blicanus. Phariſeus erat Simon: publicanus autem
erat Magdalena. Bene phariſeus dicitur: qui ab om
nibus diuiſit ſe dicens. Non ſum ſicut cæteri homi
num. Sed Simon phariſeus dicitur: quaſi ſegregatus
a peccatoribus: & ſeruitio dei mancipatus. Magda=
lena vero publica peccatrix eſt in ciuitate illa pec
catrice Hieruſalem: quæ nec publica peccata iam
mulctare volebat. Vel Magdalena non caſtigatur,
quia illuſtris erat, qm̃ tales impugne etiam apud nos
peccãt, quoniã in libris Machabe. dicitur. Multipli=
cata ſunt mala in terra, & exiit ex eis radix peccati
Antyochus illuſtris. Antyochus interpretatur pro ve
hiculo vel curru ſcilicet loco currus, quia illuſtres
viri dum publicani fiunt, & peccant, alios ducunt, &
portant ſecum ad inferos, ſicut baiulus ſiue geſta=
tor publicus: qui onera aliorum portat, ſic iſti por=
tant vt hircus emiſſarius peccata populi nutrientes
ea, donec iudex ponat hedos ad ſiniſtram. Iam ergo
iſti duo, ſcilicet Simon & Magdalena decreuerunt:
vt deũ orarent: in templum aſcendere. Templum eſt
Chriſtus, vbi colitur eius deitas, ad hoc etiã angeli
aſcendunt: quia Chriſtus excelſor cælis eſt. Nonne
Simon ad hoc templũ aſcendere cupiebat, dum Ie
ſum rogabat: vt manducaret cum illo? Nõne in hoc
templo phariſeus lepre ſanitatem obtinuerat? Hunc
enĩ ſanarat Ieſus, quem nunc quaſi gratias agens in
uitat: vnde ſequitur in euangelio dñicæ. Phariſeus
ſtans hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi.
Quanuis Maria & Simon dicantur ſtare, huius ſta=
tionis magnum eſt diſcrimen, quia phariſeus habet

Illuſtriã peccata impugni ta ſunt.

oculos ſublimes,qui in ſe omne ſublime videt,pec-
catrix autem aſpicit terram ſe terrenam & ponde-
re peccati grauatam cognoſcens: quæ ideo deie-
ctam(vt eſt terra)ſe fatetur. Ille tantũ ſtabat,vt ali-
quid plus homine ſe eſſe crederet:vnde propterea
ſubiunxit. Non ſum ſicut cæteri hominũ raptores,in-
iuſti,adulteri,velut etiam hic publicanus. Super hoc

Arrogãtium ſpecies quatuor.

ait Beda. Quatuor ſunt ſpecies quibus omnis tu-
mor arrogantium demonſtratur,cum bonum aut à
ſeipſis habere ſe æſtimant: aut ſi ſibi datum deſu-
per credunt, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis pu-
tant,aut certe cum iactant ſe habere quod non ha-
bent,aut deſpectis cæteris ſingulariter videri appe-
tunt habere quod habent:hæc Beda. Vbi aduerte ꝙ
phariſeus propter ſuam dignitatem putabat ſe ſan-
ctum,& peccatricem digito loquens oſtẽdit,in qua
tria deprehendit vitia, vitia inquã iuuentutis ſuæ,quæ
vt ait vincentius duodecim annis fuit in volupta-
tibꝰ. Iam ergo primo fuit raptrix,quia opes parenti
ſuorum in malos vſus expendens rapere videbatur
hæreditatem à poſteris,qui ei ſuccedere iure ſolent,
& ab intentione bonorum parentum, quæ non ad
voluptatem ſed honeſtatem opes filii relinquunt,

Peccata Magda. Pro.6.d.

Magdalena etiam ſpiritualiter fuit raptrix,qm̃ vt ait
Salomon,precium ſcorti vix eſt vnius panis,mulier
autem viri precioſam animam capit. Fuitq; adul-
tera: ideoque lapidatione digna. Fuit etiam iniuſta
dum nec geuus nec dignitatem fratrum ſuorum
aſpexit, vt ſequeretur digna ſe: nam cum eſſet ſo-
ror Lazari vixit velut ſi eſſet ſoror filii iunioris,qui
conſumpſit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.
Et cum eſſet ſoror denotiſsime Marthe,ſe adiun-
xit thamar in biuio ſedenti. Fuitq; iniuſta, quia nec



deo reddidit animã ſed diabolo,nec proximo cliẽ-
telam ſed fallaciam,nec ſibi honeſtatem ſed turpi-
tudinem. Fuit ergo raptrix in corpore pulchro,adul-
tera in anima ſeparata à deo: & iniuſta in vtroque.
Contra iſta tria ſe laudat Simon in tribus,dum cõ-
ſequenter ſubiunxit. Ieiunio bis in ſabbato,dum ſci-
licet ſum anima & corpore continens. Ecce duo.
de tertio autem ſequitur. Decimas do omnium quæ
poſſideo quaſi dicat non ſum raptor ſed largitor,
non ſum adulter,nec iniuſtus, quia ieiuno bis ani-
ma & corpore caſtus, & ſabbatizo à vitiis, vidiſtis
fratres Magdalenæ peccata,vidiſtis & iuſticiam Si-
monis, quia ſublato humiliatis fundamento ceci-
dit. Nunc non pigeat audire iuſtificationem Mag- Pœnitentia Magdalenæ cõdigna
dalenæ: de qua ſequitur. Et publicanus à longe
ſtans. Ecce quomodo iuſticia punitiua punit, quæ
punienda ſunt. Quæ per peccatum ſe à deo ſubtra-
xerat,cognitionem habet, quod proſcribi meretur,
ideoq; ſtat à longe,tanquam audire parata, ite ma-
ledicti in ignem æternũ qui præparatus eſt diabolo
& angelis eius: quibus vos cõiunxiſtis in vita veſtra.
Stat Magdalena ſecus pedes, quia cũ audiſſet ſcri-
pturã in dei perſona dicentẽ,vt lutum platearũ dele-
bo eos,ea talem ſe putans ſtatuit ſe ſecus pedes,vt
peſſundetur. Ecce quomodo iam ſe iuſtificat: dum
iuſticiæ punitiue ſe offert. Si autem ſpirituale adulte-
rium cõmiſerat,fatetur peccatum ſuum,qm̃ nõ au-
det nec oculos ad cœlum leuare,ſciens ſe fuiſſe vt
ſuem in volutabro luti,& qd' nihil coinquinatũ in-
trabit in illam requiẽ. Si autem raptrix fuit: ſequitur
in euangelio. Sed percutiebat pectus ſuũ. Prius ſte-
tit à longe ſub pedibus,cognoſcens peccatũ ſuum,
& culpam, quæ animam in infimo deiicit, nunc

autem cognoſcens quod poſt culpam meretur pœnam: quaſi ſeipſam puniens percutit pectus, vbi eſt radix mali, quoniam à corde egrediuntur adulteria & ſcurrilia cæteraq; huiuſmodi. Deus non conſueuit idipſum bis punire ideoq; Magdalena, omnia in quibus antea letari conſueuerat, crinium laceratione compleuit, & oculos lachrimis, & os lato pedũ Chriſti quem reſpicere non audet, quia vt indicem contemplatur illũ cui dicit. Deus propitius eſto mihi peccatori. Magna ſententia, fidelis petitio: vrgens dictũ: nam propitius idẽ eſt, quod prope citius. Et dum manu ſua pectora tundit, à quibus ideo fletus exibat: voluit dicere. Veni dñe cito, & noli tardare, vt medearis radici omnium malorũ, quæ eſt in pectore meo. Sed contraria videtur operari: nam ſtat à longe ſubtus pedes, caput chriſti relinquens phariſeo, & à longe ſtans citius exoptat deũ fieri prope. Cur tam contrarie agit? quia ſciebat id quo concluditur euangeliũ. Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur per Chriſtum dicentẽ Simoni, vt eũ humiliaret: & Magdalenam exaltaret. Duo debitores erant cuidam fœneratori &c. duo debitores ſunt phariſeus & publicanus, Simon & Magdelena prior debet quinquaginta: quia minus peccauit. Magdalena debet, quingentos, quia plus peccarat, non habet vnde ſoluat, tñ miſericordia remiſit eis omnia. Simon de remiſſione ſua confidebat, & certam eã credebat, quia opera pietatis Chriſto exhibebat. Rationaliter quidem propter tantũ ſignum peccata ſibi dimiſſa credebat. Sed ſi maiora ſigna in Magdalena cernebat cur non credebat eam quoq; iuſtificatã? quod maiora ſint opera miſericordiæ in Magdalena pateat

Propitiꝰ eſto mihi pctõri

Duo debitores ſuntmagdalena et Simon,

ideo dixit Chriſtus. Intraui in domum tuam: aquã pedibus meis non dediſti &c. pondera vt Chriſtus quam potiora fuerunt opera Magdalenæ. Ecce igitur, ò Simon, quomodo quanuis nõ eſſem propheta, ſcio cognoſcere, quod hæc eſt iuſtior, quia iuſtiora exhibet opera pietatis: quæ iuſtificant impium. Non ergo deinceps dicas eam peccatricem, quoniam dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum, vt patet in multa exhibitione bonorũ operum eius. Cum ergo per opera pietas mihi accepta, eius peccata dimiſerim: multum diligit. Si autẽ multũ diligit, multũ iuſtificatur, ideo amen dico vobis, deſcẽdit hæc pacifice in domum ſuã ſcilicet. conſcientiam iuſtificata ab illo ſcilicet Simone, qui ſpreuerat eam, & occaſio fuit, vt intimius iuſtificaretur, & vt iuſta prædicaretur à Chriſto, qui in eius laudes oſtendit ſapientiam ſuam, dum coram Simone ventilaret cauſam eius. Hæc ergo fratres mei eſt Maria Magdalena.

Apoſtolis par in officio quoniam ſi apoſtolus miſſus, ipſa miſſa eſt immediate à Chriſto, vt primum ſurrexit ad eum nunciandum.

prꝗconia Magdalenæ p alphabetũ.

Beatior inter mulieres, non ſolum quæ muliebria paſſe ſunt: ſed ſecundum ſanctũ Thomã virginibus quibuſdam præfertur in cœlo.

Crucem domini non relinquens, quia ſecundum Iohannem ſtabat iuxta crucem & ſepulchrum; Ieſum vtriuſque fortune comes.

Domũ eccleſiæ implens odore fame ſuæ, qm̃ Iohannes dixit. Et domus impleta eſt odore vnguẽti.

Eleuata ab angelis adhuc viuens, vt intereſſet fruitioni cœleſti inſtar Pauli rapti.

Fornacem à moris habens in ore, ex quo pedes

Ideſt affectus Chriſti oſculata eſt per guſtum ſuaui.

Gratiam diffuſam in labiis habens, quia ei ſępe dicebatur.Fauus diſtilans labia tua.

Humilior cunctis hominibus, quia dum iuxta mortem vellet viaticũ accipere:ignorantiſe dixit ſe eſſe peccatricem illam:cuius Chriſtus miſertus eſt.

Ianua reſurrectionis Chriſti,ad quam teſte Iohanne prima ſurrexit:& prima eam prædicat.

Lux pœnitentium, qua venient ad Chriſtum, & creſcent vſq; ad perfectam diem.

Martha & Lazarus teſte Iohanne: ob eam diliguntur à Chriſto:nam Iohannes eius pœnitentiam commendauit.

Nutrix eccleſiæ,quoniam Chriſtum & apoſtolos cibat etiam per itinera:ne fame pereant.

Oliua miſericordiæ eſt Magdalena in domo eccleſiæ,& lucerna ſuper montem Marſiliæ poſita,vbi coruſcat miraculis.

Paulum circunfulſit lux cœlo: Magdalena vero ſicut ſeraph ſtat ſecus pedes dei.

Quæ eſt ergo iſta quæ progreditur,in principio quaſi aurora conſurgens cũ Chriſto, deinceps pulchra vt luna ante reſurrectionem Chriſti, electa vt ſol ab ipſo reſurgente, ſed poſt Chriſti aſcenſionẽ cum Magdalena conuertit Marſiliam eſt ibi terribilis vt ca.a.ordinata ad Chriſtum.

Regina eſt Saba veniens à finibus terræ ad verum Salomonem.

Suſcitatur hæc melius quam frater eius,quoniam ſeptem mortes habuit ideſt demonia.

Tenebre in quibus, fuit cooperantur in bonum quia ſicut tenebre eius ita & lumen eius.

Victrix fuit demoniorum, & tyrannorum pluſquam Iudith.

Chriſtus qui iudex eſt viuorum & mortuorum Mariæ Magdalenæ factus eſt ſepe aduocatus, & vult vt concionatores enarrent geſta Mariæ Magdalenæ dicẽs. Quod hæc fecit narrabitur in memoriam eius,donec veniat gloria:quam mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.



## ¶VNDECIME DOMINICE POST penthecoſten.ſermo.62. de aſſumptione beatæ Mariæ:vbi exponitur euangelium dominicæ. THEMA.

Tria mihi ſunt difficilia.Prouerb.30.c.

¶Inuocatio ad virginem.

VT aiunt communiter ſapientes, tria ſunt ge- Tria bo-
neralia bona ſcilicet bonũ honeſtum, bonũ na ſer-
delectabile,bonum vtile,quæ oĩa maxime moni re-
in ſermone requiri nemo eſt qui ambigat. Nã niſi quiſita.
ſermo delectet quis eũ vellet audire? Suauis enĩ oporret q; ſit ſapientia: vt audiens dicat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua:ſuper mel ori meo. Hoc primitus quærũt auditores ſed cõcionator prius inquirat ſermoni ſuo bonũ vtilitatis,vt eo animas chriſto lucri faciat,qui tam cupidus eſt,vt colligat etiã vbi non ſeminauit ſemen doctrine. Nam ſi per ſimplices idiotas,dũ iuſti ſunt lucratur deus ſine prędicatione animas peccatorum: & vnicuiq; mandauit de proximo ſuo,quanto amplius prædicatores debent vtilitati attendere quibꝰ dicitur. Vt eatis,& fructum afferatis? Sed duo iſta bona ſcilicet delectabile & vtile non inueniuntur in ſermone abſq; tertio,quod eſt bonum honeſtum ſcilicet gratię in Maria ſtabilitum atq; theſaurizatum:quoniam de ipſa

dicitur. Innumerabilis honeſtas per manus illius.
Omnia feda ſunt & turpia ſine gratia in cuius ab
ſentia ſe nudos conſpexerunt patres noſtri. Omnis
ſermo & concio ſine ea ſcurrilitas eſt, atq; adulans
prurientes auribus niſi adſit gratia dei honeſta. Vi
de de his tribus bonis ſermoni requiſitis ait thema
ma ſcilicet. Tria mihi ſunt difficilia, ſed non Ma
riæ: vt ſupra diximus per eius equidẽ manus datur
innumerabilis honeſtas gratiæ. quæ innumera dici
tur non quia numerari non poſsit: ſed quia virgo
dat omnibus affluenter nolens numerare nec vires
nec dona ſua vt ſine numero ad eam pergamus pro
gratia dicentes Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Via colubri ſupra petram, & via nauis in medio
Vita Ma maris, & via aquile in cœlo ſunt illa tria, quæ Salo
ria ſtat in moni videbantur difficilia, cum & nos quotidie ſi
tribus. milia ſine difficultate videamus, ſed ille non in ei
bus ipſis difficultatẽ inuenit, ſed in eo q; veſtigia
nulla relinquerent illa tria, vbi maximum miſterium
adinuenit. i. totã Mariæ vitã, cuius incõprehenſibilia
ſunt iudicia: & inueſtibiles viæ eius. Nã ſi veſtigia de
relinquere nullũ miſteriũ lateret in ea quæ eſſet ſimi
lis nobis paſsibilis, & paſsione humana variabilis, ſed
non eſt ita, qm̃ nec in principio ſuo ſignato in via
colubri, nec in medio ſignato in naui, nec in extre
mo ſignato in aquila veſtigia vlla reliquit. In quo
diſsimilis eſt operibus noſtris ſingulariſsima virgo,
de cuius principio medio & fine agam in tribus ſer
monis partibus iuxta tripartitũ tropum colubri, ſci
licet nauis & aquile. Nam volo agere de triplici
Diuiſio. aſſumptione Mariæ, ſcilicet quomodo aſſumpta eſt
primo ſuper petram ab vtero matris: Secũdo ſuper



vndas dum vixit. Tertio ſuper cœlum dum abiit.

¶ Prima pars.

¶ Vt ergo initium & profectum & conſummatio-
nem vitæ beatæ Mariæ tangamus à miſterio colu
bri ſuper petram reptantis incipiendũ eſt, vbi aduer
te, quod vt ait Auguſtinus bene poteſt eadem res
figurã eſſe boni & mali. Exemplum eſt in leone, qui
diaboli & Chriſti Ieſu præ ſe fert typum: ambo-
rumq; agit figuram. Nam de ſaluatore dicimus. Vi-
cit leo de tribu Iuda: quod minime inficit vt etiã
dicamus. Fratres ſobrii eſtote & vigilate qm̃ aduer Eadẽ res
ſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit cõtraria
quærens quẽ deuoret cui reſiſtite fortes in fide. Ec repreſen
ce igitur qualiter vna eademq; res contrariorũ te- tat.
net figurã. Huius autem contrarie relationis hæc eſt
ratio. In leone atq; in vnaquaq; re malum eſt & bo
num. Secundũ malignitatem malũ poteſt repreſen-
tare. Secundum vero bonitatẽ bonum. Malignitas
leonis eſt in rapacitate, in carnium & ſanguinũ de
uoratione: atq; ſimplicium animaliũ occaſione, &
per hoc nobis obiicit demonem, quia huius talia
ſunt opera contra nos. Habet quoq; leo multũ ap-
petibile atq; bonum, quoniã ad nullius pauet oc-
curſum. Ecce animoſitas, & eſt animalium rex for-
tiſsimus beſtiarum: ecce regia maieſtas & etiã no-
uit parcere, bene factoremq; recognoſcere: vbi no
tatur benignitas. Per iſta quæ optima ſunt offert
nobis Chriſtum dñi, qui ſimilis eſt leoni in operi-
bus iſtis. Ecce igitur quomodo eadem res cõtraria
repreſentat: & ob id (ſi aduertis) ipſummet vocabu-
lum hebraicũ contrarias habet aliquando interpre
tationes, vt eſt videre in iſto ſcilicet gomer quod
interpretatur conſummans vel conſumens: quæ con

trarie ſonant.Iam ergo non inficit,nec inconueni
vt beata Maria vocetur nunc impreſentiarum co
luber. Nam & in colubro eſt malum & bonum
perire,venenum in eo eſt nequius:& ſecũdum
demonem præ ſe fert.Sed etiã bonam prudentiam
habet ſerpens,qui dum haber audire verba incan
tantis altera aure infixa terræ cauda ſua claudit al
Prudentia mariæ — teram:ne audiat ſibi nocinua. Sic beata virgo per
humilitatem terræ appoſuit aurẽ ſuam,terrenam ſe
cognoſcens in corpore, alteram vero aurẽ adim
pleuit fine ſuo velut extremo caude nam terrena ſi
vt poſtea ſit cœleſtis. Huius virginis viam de terra
vſq; ad ſummum cœli nullus exactor valuit impe
dire,quia Mariæ ſenſus nullomodo fuerunt ab in
cantatore diabolo leſi.Nec mirũ ergo ꝙ beata ma
ria vocetur ſerpens,cũ & eius filius in hoc repſi
guratus ſit:quando iuſsit deus Moyſi ad popu
nitatẽ facere ſerpentem ęneũ,ad cuius intuitũ qui
morſus illico ſanabaẽ,vt & nos diſcamus cruci
chriſtum intueri ꝑ anime ſanitate,quanuis à ſerpente
venenoſo inferni ſimus ſauciati:nam Christi li
ſanati ſumus, eius ſanguis & mors eſt ad ſalutem
gentium.Inſpice igitur ſerpentem æneum vita ca
rentem propter te in cruce:vt vitam æternam ti
præſtet in cœlo.Vocabitur tandem beata virgo ſer
pens,quia ſic filius eius vocatus eſt ob reueren
tiam matris quæ ſic vocata fuerat.Sed quiſpiam di
cet quod magnam irrogamus iniuriã virginis
eam ſerpentem vocitamus.Nam dum beata Ma
Magdalena voluit carpere vxorẽ ducis Maſſi
vocauit eam ſerpentinã.Ad hoc eſt ad manum
ſponſum ex eis quæ dicta ſunt:nam quia illa mala
erat ex parte ſerpentis infernalis illius relatione



vocata eſt, attamen beata virgo vocatur ſerpens
relatione ad filium dei prudentem,ac datorem vitæ — Bona colubri ad Mariam
ſicut ſerpentem. Immo & ipſum animal valde bo
num dictũ eſt,quia vidit deus cuncta quæ fecerat,
& erant valde bona. Iſidorus dicit quod ſerpens ſeu
coluber lac diligentiſsime bibit,& eius vapore vo
catur & abducitur,ſic Maria lacte puritatis delecta
tur,quia mel & lac ſub lingua eius etiã in matris vte
ro,vbi cœleſtẽ dulcedinem deguſtabat: ideoq; dici
tur eſſe ſub lingua velut occulta. Nã ſi Chriſtus in
fans butyrũ & mel comedit, mel & lac inuenitur
ſub lingua infantis Mariæ primogeniti dei, quæ à
menſura cepit ætatis plenitudinis Chriſti. ¶ Dicit
etiã Pli.lib.30.cap.4.de animalibus ꝙ ſi quis ſecum
habuerit fel colubri à cocodrillo non ledetur:con
tra ipſum belua nil audente.O fratres mei ſi vobis
cum eſſet fel Mariæ:nam cum chriſto daretur vinũ
cum felle mixtũ noluit bibere.Maria vero ſpiritua
liter bibit,immo & ipſum fel imbibit ſpiritum eius
& ſic ex vtroq; facta eſt cõmixtio talis vt tota Ma
ria iuxta Chriſtum fellea dici queat: immo & fel
quia ſcriptũ eſt.Fel vallet ad vngẽdos oculos,& Ma
ria interpretatur illuminatrix. Reſeruate igitur iſtud
fel vobiſcũ,ſi vultis rationabiliter à cocodrillo infer
ni ſecuri permanere,qui contra Mariæ deuotos nil
audet maxime ſi meditẽtur die ac nocte quomodo
noſtra noemi repleta eſt amaritudine crucis Chri
ſti. Tertio ſerpens ſeu coluber pugnat pro capite
ſuo, ob cuius defenſionem totum ſe exponit pe
riculo collectus:ſic de beata virgine dicitur. Ocu
li ſapientis in capite eius. Sapiens, Maria oculos
infixos tenebat in Chriſto capite ſuo: maxime
dum aſtabat cruci animo volendi ſe pro eo tradere

melius quam Dauid pro filio de quo flens dicebat.Fili mi Abſalon:Abſalon fili mi:quis mihi det vt pro te moriar? ¶Valet etiam ſerpens contra lepram:ſi comedatur aſſus.O ſi per deuotionem contingat vobis Mariã comedere aſſata enim eſt,quia cor eius ſemper amore ardens erat:amore inquam non ſolũ dei ſed noſtrorum. Ipſa eñ mater amat nos quibus filium peperit,& pro quibus multũ laborauit.Vnde ſi ſerpens nunquã(vt ait Plinius)ceſſat mouere linguam:beata virgo ſatagebat & ſollicita eſt adhuc pro nobis orare: &.proloqui bona de nobis.deo.Vtinã ergo iſte ſerpens virgineus dormiat in ſinu meo, qui ſerpit frequenter per corda ſuorum:immo & per terrã quia peccatores recipit, & manducat cum illis.Si adhuc non vobis videtur bene ſerpentem vocari Mariã aduertite, quod hoc eſt maximum nomen eius antiquitus eñ victor nomen victi vendicabat ſibi.Nam quidã dux qui Cipio romanus vocari ſolebat poſtquam affricã debellauit Cipio affricanus eſt vocitatus.Et alter quidam dux romanus vocatus malleo,miſſus eſt in ſicigenas,quibus præerat dux , qui propterea q͂ torquem aureã deferebat ad collum ſuper arma torquatus vocabatur.Duces hi ambo inter ſe inierẽ ſingulare certamen, & cum dux romanus dictus malleo alterũ interimeret,accepto eius torque atq; ſibi impoſito,deinceps malleo torquatus ſemper eſt vocatus:ſic Maria victrix ſtrenue quidem fecit accipiens ſibi nomen victi á ſe.Nam ſerpenti calidiori dictum eſt.Ipſa ſcilicet Maria conteret caput tuũ quia igitur caput ſerpentis contriuit: eumq; totaliter ſuperauit iure bellorũ antiquorum vendicat ſibi nomen contrarii,ne iam nos cum tantum timeamus poſtquam ab ea ſuperatus eſt.

Nomen victi accipit victor & ſic maria

¶Merito igitur miratur Salomon de via huius colubri ſuper petram, quia eius veſtigia non inueniuntur in petra. Nunc videre eſt,quæ ſit iſta petra fœlix,ſuper quã fecit viam ſuã Maria:& ne nos in hac inquiſitione errare contingat Paulus occurrit dicẽs.Petra autem erat Chriſtus.Super iſtã petram etiam ecclesia fundatur & cœlũ,cuius columne & ſi contremiſcũt intuentes deum, corã cuius præſentia tremunt poteſtates nunquam tñ cadent,quia lapis angularis ſic angelos & homines ſanctos conglutinat,atq; fundat vt minime cadant: nec poſsint cadere. ¶Hæc petra alios fundat,alios conterit,ſupra ſe poſitos facit ſtabiles,ſub ſe cadentes in minutiſsimum puluerem redigit:nam propterea dixit Chriſtus de ſemet ipſo loquens.Qui ceciderit ſuper lapidem iſtũ confringetur.Super quem vero ceciderit:conteret eum. Huius contritionis figura eſt in ſtatua Danielis:cuius caput aureũ,pectus argenteum,venter ęneus,cætera ferrea erant.Peccator cum imaginem habeat, quod viuat,& mortuus ſit ſtatuta dici poteſt. Huic mundus dat caput aureum,ſi eſt maxima ſtatuta,ſi eſt de filiis glorioſis huius ſeculi , hic ergo habet caput aureũ,ideſt ſublime genus vel gotorum Hiſpaniæ,vel quod ſit ex duodecim paribus Franciæ, vel Cæſarum Romanorũ. Huic etiam dat pectus argenteũ per eloquentiam,vt ſit ſapiens & prudens apud ſe vt philoſophus quilibet:dat etiam mundus ventrẽ æneum:quando confert diuitias multas,quibus guloſi fiunt homines & luxuriæ dediti: vñ recte ſignantur in ventre libidini & gule deſeruiente.Dat etiam mundus ferrum qñ facit tyrannidem peccatoris omnibus aduerſari.Sed quãdo in morte

Petra eſt Chriſtus

Mar.12.

Danie.2.

peccator ſtatua eſt morte cõtrita.

venit petra Chriſtus de monte gloriæ contra eum
omnia in puluerem rediguntur. Vbi eſt aurum ſu=
blimie generis tui? Certe conculcatum eſt:& ad ni=
hilum valet vltra qm̃ alta Siom non ædificatur in
ſanguinibus,ſed infernus:vbi potentes potenter tor=
menta ſubſtinebunt:vbi eſt argentũ eloquẽtiæ tuæ?
Sane quidem ꝙ te non poterit liberare:quia petra
dura Chriſtus non parcit verbis peccatoris etiã ſi
ſint ad deprecandũ cõpoſita. Vbi ſunt diuitię tuæ? Re
uera ꝙ non dicetur de eis. Diuitiæ viri redemptio
animæ ſuæ. Vbi eſt fortitudo tua? Væ tibi quia nec ab
vno verme te poterit liberare. Cauere igitur fratres
ne petra iſta comprehendat vos, ambulate in ea,&
qui ſtat in ea videat,nec cadat ne confringatur in
vita caueat etiam,ne ſuper eũ per mortis ſententiam
cadat petra chriſtus:alioquin cõteretur. O beata vir
go qm̃ tu ſola ſuper hanc petram ſic ſuauiter ambu
laſti:vt nec veſtigia in ea relinqueres. Omnes ſancti
& ſi ambulauerũt in Chriſto,in quo viuimus,moue
mur, & ſumus veſtigium tñ peccati originalis re=
liquerunt:nam & Iohã. aut Hieremias,vel Sanſon,ſi
ue etiam ſanctus Ioſeph, vt tenet Gerſon in vtero
matris ſanctificetur,tamen lutuoſi venerunt ad chri
ſtum,quia peccatores fuere:Maria autem veſtigium
peccati non dereliquit,ſed gratiæ:nam vt ait Aug.
inter alia beneficia charitatis(quæ ſecundum Scotũ
eadem eſt cum gratia)hoc eſt precipuum,quod ſu
pra petram Chriſtũ ſtatuit nos,quoniam qui manet
in charitate in deo manet. Maria vero per gratiam
dei ſtabilita eſt primo ſupra petram Chriſtum, ne
veſtigium peccatoris faceret Chriſto, cui nos præ
buimus laborem in iniquitatibus noſtris pedibus
nudis atq; immundis ambulantes ſuper tam mun=



diſſimum lapidem. Sed Maria non ſic:nam ei dici=
tur. Quã pulchri ſunt greſſus tui filia principis in
calciamentis: nam calciata iacintho cœleſtis co=
loris veſtigium terreni hominis non dereliquit.
Hoc quo ad primum eius aſcenſum,quo à ventre
aſſumpta eſt ad gratiam.

¶Secunda pars.

¶Nunc videamus quomodo mater dei nec in vi=
ta ſua veſtigium alterius peccati fecerit: nam veſti
gium nauis huius non reperitur in vndis mundia=
libus. Vbi aduerte quod quando filii Iſrael maxi=
ma ſeruitute oppreſſi erant in Egypto,cautũ eſt ne
vllus infans viueret: ſed infantes feminas tantum
rex impius voluit reſeruari:mater autem Moyſi vi
dens elegantem filium ſuũ tribus menſibus abſcon
ditum tenuit,cum autẽ à vicinis propalari timuiſſet
partum ſuum,poſuit puerum in fiſcela vigmine cõ
texta:& eum expoſuit flumini. Moyſes qui de te=
nebris Egypti eduxit filios Iſrael,& eos direxit ter
ræ promiſſionis Chriſtus eſt,patres educens de te=
nebris limbi, et vmbra mortis inferni, & eos in
via cœli dirigens. Hunc mater ſynagoga, prima
eius mater cum prius mente concepit, & opere pe
perit, tribus menſibus abſcondit, ideſt tribus tem=
poribus,ſcilicet patriarcharum, prophetarum & ſa=
cerdotum. Primo tempore abſcondebatur Chri=
ſtus in figuris : altero in prophetiis enigmaticis.
Alio in cerimoniis ſed cum venit plenitudo tẽpo=
ris,quando iam Chriſtus dei abſcondi nõ poterat.
Manibus ſpiritus ſancti fit nauicula quædã,& fiſce
la ſcilicet Maria in qua dei filius nauigaret: nam
virgo Maria facta eſt quaſi nauis inſtitoris de lon
ge portans nobis panem ſuum cœleſtem,vt panem

Exo.2.a. maria eſt nauis,qa Chriſtus venit.

angelorum manducaret homo:expoſitum vndis &
motibus maris huius mundi:ſed non immerito dici
tur quod fiſcella erat ſcirpea. Nam ſcirpus caret po
Triplici peccato caret maria vt purior aſcẽdat. dere & nodis & foliis:ſic beata Maria caret primo
originalis peccati pondere, quod animas in tantū
aggrauat: vt eas ad limbū vſq; deſcendere faciat.
Hoc pondere omnes qui baptiſmi vnda non rena
ſcuntur deprimuntur. Nodus eſt peccatum morta
le,nodus inquã cecus animas cecans:& diabolo li
gans. Folia ſunt peccata venialia fructum operum
verantia. Nam arbor quæ plurima folia oſtendit,
non plurimos habet fructus, ſic venalia frequen
tans, non multum fructum affert. Maria vero
caruit pondere originalia & nodo mortali, & fo
liis, ſcilicet venialibus, quapropter eius veſtigia
non imprimuntur in mari mundi cum aſcendit de
virtute in virtutem. Væ autem nobis qui malo
exemplo ſic notum veſtigium facimus:vt poſt ve
ſtigia noſtra abeant cæteri peccatores. Eccleſiaſtici
etiam defuncti per veſtigia ſua dignoſcuntur,ſicut
filii ſacerdotū ydolatrantium agniti ſunt per veſti
gia cineribus impreſſa. Nam etiã inter eccleſiaſti
Ex.20.d. cos pater ſuccedit filio,cum in Exodo cautū ſit ne
quis per gradus ſcilicet conſanguinitatis aſcendat
Veſtigia peccati habent mali. ad altare dei,ne reueletur ſua carnalis turpitudo. Mi
lites etiam veſtigia veterū odiorum paruulis ſuis,
& hæredibus tradunt,ne vnquam pacẽ conſtituant
cum aduerſario patrū ſuorum,vt ſic ad oculū ostẽ
datur execrabile malum,ſummaq; diſcordia quam
patientur in profundo: vbi dicitur deus infundere
crudele bellum. Nonne & auari veſtigia peccatorū
ſuorum dimiſerunt paruulis ſuis:ſi rapinis & vſuris
eos ditauerunt? Nam hoc peccatum contagioſum



eſt,ideoq; in eo ſolo filius portat iniquitatem pa
tris eo quod in filio inique ditato eſt veſtigium pa
tris peccatoris. Quid amplius dicam fratres qm̃ in
tus & foris,& in ſenſibus atq; membris noſtris tot
ſunt veſtigia peccatorū,quot in via regia veſtigia
tranſeuntium: quando puluis abundat? Immo &
tranſeunt per cor meū latrones cogitationes atq;
motus praui:& fecerunt ſibi viã per me. Sola bea
ta Maria veſtigium mali non fecit in vndis: quo
niã celeriter tranſiuit ex hoc mundo,nos autẽ tranſi
mus cum hoc mundo:vt cū hoc mundo dãnemur.
lepra in cute per peccata publica & mala exem=
pla. Nono in veſte per ſciſmata & diſſenſiones
quando vnuſquiſq; in opinionẽ ſuam declinat.Vbi Leu.14.b
decima ſpecies lepræ eſt in domo qñ diſcordia in
congregatione monachorum ſuboritur,& lapides
ſanctuarii ſiunt lapides platearum verſis orationi=
bus in lites. Hæc domus difficile redit in ſtatum
priſtinum,quia templum quod per ſex annos ædi=
ficatum eſt,poſt deſtructionem quadraginta ſex re=
ædificatum eſt. ¶ Has decem ſpecies lepræ in Le= Ritus le
uitico inuenies: vbi eſt leproſorum ritus multum proſorũ
ad nos pertinens,qui ſumus diſſutis veſtibus virtu= peccato
tum deficiente charitate quæ eſt vinculum perfe= rum.
ctionis,diſcooperto capite rationis ad omnem ven
tum perturbationis: & diſcooperto capite noſtro
quod fecit Adam à iuſticiæ originalis tegumento.
Habemuſq; os veſte contectum quaſi indigni enar
rare iuſticias dei quas fecimus,quia ex peccato ſunt
omnia bona mortificata,& caput eſt diſcoopertum
quia quicquid per corporis ſenſus qui ſunt in capite
peccati manifeſtas.Immundos ergo nos clamemus

eum Eſaia dicente. Facti ſumus velut immundi om
nes nos: & iuſticiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ
te. Et demum extra caſtra habitabamus: vt indigni
angelorũ conſortio de quibus ait Iacob. Castra dei
ſunt hæc. Et quidẽ tantum remoti eramus à deo
niſi deus ad nos venire dignaretur: nunquam eum
carriſſemus. Si enim nõ licebat indutum ſacco in
trare Aſſueri palatiũ: immo nec indutus auro intra
re ad Aſſuerũ poterat non vocatus, quomodo nos
lepra peccatorũ veniros cœlũ intraturos crederet?
Nam etiam in ſtatu innocentiæ dum caro erat nõ
dotata immortalitate cœleſti non vidiſſet homo
clare deum. Tñ quemadmodũ non poſuerat Aſſue
rus ſibi legẽ, ne ipſe egrederetur ad male venitos, ſic
non defecerunt miſerationes domini, ſed dei miſe
ricordia voluit ad dicta opera obuium facere filium
dei, vt ſanaret nos, ne eius ordinatio peccato noſtro
**Ibat in Hieruſalẽ Ieſus.** fruſtraretur: qui in æterna ordinatione ſua ibat in
Hieruſalem propter nos qñ cogitabat cogitatio
nes pacis & non afflictionis deſtinans ſaluare ho
mines: vñ incipit in euangelium. Dum incipit Ieſus
in Hieruſalem: quæ interpretatur viſio pacis: vadit
ad videndum pacẽ noſtram venit filius dei, quinim
mo ad faciendũ eam: quia viæ eius viæ pulchræ, &
omnes ſemite illius pacifice. Sed quoniam hanc pa
**Viæ Chriſti.** cis viam ab initio, & ante ſecula incepit: qñ cam
decreuit: ideo dicitur. Turbati ſunt colles mũdi ab
itineribus æternitatis eius. Turbantur demones &
heretici de tam antiqua pace: quã peccatum homi
nis impedire non valuit ſed differre: nam ideo ſe
quitur in euangelio præſenti. Tranſibat per mediã
Samariam & Galileã. Chriſtus per ignominiam Sa
maritanus dictus eſt maxime ibi. Nonne bene dici



mus nos quia Samaritanus es? Hoc ipſe negare no
luit. Qui dum Pilato ſiſteretur cognito quòd Gali
leus eſſet remiſsit eum ad Hærodem, vt eum eripe
ret qui eum ſaturauit opprobriis. Tunc forte ſpa=
cioſe tranſibat Ieſus per mediam Samariã & Gali=
leam quia ei dicitur. In mari ſcilicet paſsionis via
tua & ſemitæ tuæ in aquis multis. Immo & nomi
num interpretatio idem ſignare videtur: nam Sama
ria interpretatur fex eius, & Galilea volubilis dici=
tur: vñ vinum Chriſto datũ crucifixo verſum erat
in acetum, & cum felle mixtũ eſt: quæ fex videtur
animalium. Per has ergo vias difficiles tranſibat: qñ
cum illud guſtaſſet noluit bibere. Trãſibat quidem
ex hoc mundo ad patrem: ſed prius euenit ei quod
ſequitur in euangelio. Et cum ingrederetur quod=
dam caſtellũ. Nunquid fratres chariſsimi dicitis in
ter vos, quod in paſsione ſua nullum caſtellũ domi
nus ſit ingreſſus? Nonne crux ipſa caſtellum eſt, quã **Caſtellũ eſt crux.**
ſi diſsipatum? In monte caluario poſitum eſt ca=
ſtellum crucis, ad quod Ieſus & ſi vulneratus aſcen
dit nulla accepturus medicamina oleumue: aut li=
gaturas quanuis prout ibi de eo dici valeat. Intra
uit Ieſus in quoddã caſtellũ & mulier quædã Mar
tha nomine excepit illũ in domũ ſuam. O dñe Ieſu
quia in hoc diſsipato caſtello tibi Martha non erat
circa frequẽs miniſteriũ ſolicita. Sed Maria ſecus pe
des tuos iuxta crucem audiens illud verbũ ſibi ama
rum: ecce filius tuus. Quanuis & hæc Martha dici
valeat erga plurima tormenta tua valde turbata,
maxime dum ſcit vnum neceſſariũ nobis ſcilicet te
mori, vt nos optimam haberemus partẽ æternæ vi
tæ non auferendam à nobis. Aduertite fratres quòd
in eadem cruce Martha erat & Maria caro videli=

cet & anima Chriſti. Martha nimis turbatur: quia
ideo dixit Chriſtus. Spiritus quidem promptus eſt
caro autem infirma. Hac in domo fragilitatem hu
cum recepit in cruce conqueſta dicens. Vt quid deus
reliquiſti me? Ecce illud. Dñe non eſt tibi curæ quod
ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? Caro & ani
ma Chriſti bone ſorores ſunt ſed paſſiores tempore
anima nullum iuuamẽ aut conſolationẽ infudit in
carnem: vt ſola miniſtrans chriſto paſsionis & tor
menta ꝓpinaret. Tunc vt ſequitur in euangelio, oc
currerunt ei decẽ viri leproſi, hoc eſt omnes pecca
tores ei noua cognatione & ſimilitudine ꝓpinqua,
ſed quanuis occurrerunt ſimilitudine naturæ & pe
næ, quia ecce vulneratus eſt ſicut & nos, ſimilis
effectus eſt, ſteterunt tñ à longe diſsimilitudine vi
tæ. Nos enim veri leproſi eramus, ſed ipſe nõ vere
leproſus fuit, ſed quaſi leproſus reputatus vt Eſa.
cit. Fuit enim in reputatione iniquorũ quaſi lepro
ſus & peccator, & ideo non ſine miſterio poſita
Leuiti. 30. ſpecies lepræ mundiſsime, quam qui ha
bet iudicandus eſt mundus: cũ ſcilicet eſſlorue
ſcurens lepra in cute, & operuerit omnem carne
capite vſq; ad pedes: in qua (vt aiunt gloſe) figura
tur lepra diffamie à teſtibus iniquis cauſata, qua
ſcurrit in cutis ſuperficie, ſed carnem nunquã vio
lat, res namq; diſcurrens nunquam figitur: nec ha
Lepra Chriſti. inuenit in quo ſtabiliatur. Talis lepra fuit in Chri
ſto, qui ſceleratorum vocibus diffamari potuit
reus: ſed conſcientia eius peccatum neſciuit. Nec
lepra figebatur quia conuenientia teſtimonia non
erant. Et licet à capite vſq; ad pedes eum iſta le
pra operuerit, quia omne quod fecit & dixit
calumniati, tota tamen vertitur in candorem &



munditiam attamen voluit condemnari in caſtello
emaus pluſquam leproſus, factus opprobrium ho=
minum & abiectio plebis. Leproſus quidem debuit
habere veſtimenta diſſuta ſed tu domine vt me ve
ſtibus gloriæ indueres ex toto nudari voluiſti. Le=
proſus habere tenebatur nudarum caput, ſed caput
tuum domine ſpinatũ eſt: vt mihi tribueres coro=
nam regni cœleſtis. Leproſus habuit os veſte con=
tectum ſed non felle & acero potatũ vt te domine
video propter me: cui dare decreuiſti fruitionẽ di=
uinam. Alter extra caſtra debuit habitare: tu domi
ne extra portam paſſus es in ſterquilinio vt abie=
ctio plebis, vbi improperium tuum portabas, vt me
in paradiſi ianuas introduceres. Alter debuit in mũ
dum ſe clamare cum vere immundus eſſet: at tu
domine ſtos mundicie à iudeis vt impius & ma=
lefactor acclamatus es, & immundicias nequiſsi=
mas omnium noſtrum poſuiſti ſuper te: ita vt vo=
cem peccatorum ſumens diceres cum clamore va
lido. Deus deus meus: vt quid dereliquiſti me? lon=
ge à ſalute mea verba delictorum meorũ. Verba de
lictorum ſeruientiũ tibi membrorum tuorũ longe
a ſalute tua erant: quia dum clamor delictorũ noſtro
rum aſcendit ad aures paterne iuſticiæ te miſit, vt
ſolueres q non rapuiſti. Parum ergo dixiſti, ô Eſaia Eſa. 53. b
vidimus eum quaſi leproſum, immo pluſquã lepro
ſum, quia nunquam ſic viſus eſt vllus leproſus, ſed
quaſi dixit, quia hæc omnia pertulit pro ſimilitudi=
ne abſq; peccato. Lepra ergo chriſti ſimilitudinaria
non vera fuit: noſtra autem ſic veriſsima extitit, vt
cutem & carnem & medullas animæ calluerit infe=
ctas, pro qua ſananda illam pertulit in crucis cancel
lum intrans. Vbi non ſolum cognatione & ſimili=

P ii

tudine occurrimus ei,ſed in eius memoria eramus,
ibi enim memor fuit noſtri,& benedixit,& benefe
Bonus latro. cit nobis: immo in latrone illo leproſo de regno
Chriſti memoriam faciente omnes nos eramus. Si
cut(vt aiunt doctores)huius euangelii leproſus ad
Chriſtū rediens omnium fideliū denotat vnitatem.
Sic ibi bonus ille latro ad Chriſtū conuerſus om
nium conuerſorū figuram tenuit qui ſe prauis ſa
cerdotibus ibi aſtantibus oſtendit fidelem,in quo i
lepra per fidem mundatus eſt, & ad Chriſtū etiam
corporaliter prout potuit conuerſus eū magnifica
dum regē cœli eum confitetur.Hic certe erat ſama
ritanus & cuſtos dñi ſui ab eo glorificandus,quem
fides ſua ſaluū fecit:eo tempore quo non erat fides
occurſus honer. in terra.¶ Nos ita faciamꝰ fratres occurramus chri
ſto vitæ ſimilitudine:nam parum proderit ei occur
riſſe naturæ ſimilitudine niſi ſpiritualis occurſus
adueniat & moralis,quid enī confert omnibus dam
natis eſſe Chriſti cognatos & notos, cum caro &
ſanguis regnum dei nō poſsideant?ideo voluit pec
catores Chriſtus ſibi aſsimilare conuertendo eos,
hanc autem ſimilitudinē per gratiam meruit intra
caſtellum crucis & in vitæ ſuæ itinere. Hæc autem
ſimilitudo conſiſtit primo in conuerſione ad deum,
ad quam excitat gratia præueniens, & notatur
in illo occurſu à Ieſu proculdubio cauſato. Nam
licet omnes peccatores ei occurrerint,precipue ta
men illi quos fidei & ſacramentorum ſuorū parti
cipes eſſe voluit.Hos enī plus dilexit quos ad maio
rem ſui participationē admiſit,& his ſe plus com
obtulit:quibus & plures gratias præuenientes ino
ruit. Quod enī ex in egreſſu Ieſu in caſtellū ſecū
eſt,vt occurrerēt ei decem viri leproſi mire figura



quod ex merito Chriſti nos gratia præuenimur, &
in gratia illa quæ reſpectu tui eſt præueniens, &
aduenit tibi inſperate:reſpectu chriſti meriti eſt ſub
ſequens.Sicut enim ad literam iſte occurſus fuit ex
parte leproſorum inopinatus ſed non ex parte chri
ſti,ſic quoties chriſtianos qui dei & ſui obliti ſunt
tangit deus occurrunt quidem deo ſed inopinate,
ſic occurrit Paulus in via qua veniebat in Hieru-
ſalem. Ex hoc ergo occurſu primo ſequitur vere- Verecun
cundia & timor.Quia ideo additur:ſteterunt à lon dia bona
ge.Nec mirū nam in iuſtis ex propinquitate dei ti vnde ꝓ-
mor ſequitꝰ,verecundiaq; procedit,vt patet in Helia ueni.
operiente vultū corā dño tranſeunte,& in Paulo q
cecidit in terrā,& in Moyſe non audente reſpicere
contra dñm:& Petrus dixit chriſto. Recede à me q̃a
homo peccator ſum & Rebecca deſcendit de came
lo viſo Iſaac & operuit ſe. Hinc eſt ꝙ illi qui an-
tea exultantes in rebus peſsimis peccatum ſuū ſicut
ſodoma prædicabant ex quo Chriſtus eis occurrit
verecundantur in cōfeſsione,quia nimirū iam de-
ſpicit malum cognitū,quod antea placebat incogni
tum.O quanta verecundia eſt, quod cum voluerit
deus eſſe homo nollim ego eſſe per eius participa
tionē deus.¶ Ex bona verecundia oritur ſpes,quia Spes ele-
et confuſio adducens gloriam: vn̄ ſequitur in euā uat vocē
gelio.Et leuauerunt vocē ſuā.Deſperans mutiri nō
valet:qui parum ſperat ſubmiſſe loquitur & tepide:
qui autē multum ſperat confidenter eleuat vocem,
quia non terrena ſed alta petit:ideo dicit iſta vox.
Ieſu præceptor miſerere nr̄i.Ieſum vocant & præ-
ceptorē innuentes eum nihil niſi ſalubria præcipe-
re,& ſe velle obedire ei quem antea in tranſgreſ-
ſione præceptorum offenderant.De qua ſe reos co

gnouerunt,& per iuſtitiam lepra puniti,ſed nunc
miſericordiam exorarunt:vnde ſubinfertur. Quos vt
vidit illo,ſcilicet intuitu quo reſpexit Mattheum &
Petrum, dixit. Ite & oſtendite vos ſacerdotibus, o
miſericordiam ampliorem quam petebant. ibi ſa
lis implorant miſerationem dñi & pro omnibus re
Cõfeſſio cipiunt medicinam.O quã ſecurus modus curandi
mundat. lepram,quẽ ſemper dominus euangelio tenuit,&
quam quidẽ legimus leproſum ſanatum à Christo,
quin mitteret eum ad ſacerdotes,ſiue ſanaretur an
tequam iret,ſiue in via, quũ & ſi tibi conſtet e rea
ctu diuinæ manus ſalus tua:nihilominus ad confeſ
ſionem teneris:quæ ſecuriſsima via eſt ad animæ ſa
nitatem, quæ in quadruplici differentia recipitur,
dum aliquis it,dum iam ſe oſtendit, & aliquis an
tequam iter arripiat, vel quarto iam poſt oſtenſio
nem. Vbi aduerte q̃ euenire ſolet in ſola contritio
ne mundari nihil pro tunc de confeſsione cogitan
do:quia nõ tenemur niſi ſtatuto tempore. Secundo
autem dum tepide confeſsio incipitur & ante fi
nẽ datur vera contritio. Tertio vero etiam ſi tepi
de peragas cõfeſsionẽ ſolũmodo attrito datur gra
4.diſ.17. tia ex vi ſacramenti,vt probat Scotus,nec in præ
ſenti opinio magiſtri placet: oppoſitũ ex hoc mira
culo aſſerentis. Quarto autem venia dari ſolet cum
confeſsionẽ fictam veram,tñ exemplũ eſt in ficte ac
cedente ad baptiſmũ,cui recedente fictione dat gra
tia. Sic in propoſito euenit ſepe,vt quis confitea
proponens ſe nihilominus manſurum in peccatis
ſuis. Dum autem communionem videt accedere re
ſipiſcit,& tunc gratiam amplectitur non iterata con
feſsionem. Ite ergo fratres ite ad confeſsionis ſa
cramentum in hoc miraculo ſignatum. Nam ſicut



miſericordiæ fuit Christum dicere inde quod facis
fac cito,ne ſcilicet multũ viuens aut tardans & per
ſeuerãs in peccato maiori pena eſſet dignus in in
ferno. Sic miſericordiæ eſt hortari homines vt eant
cito à peccato recedentes per confeſsionẽ. Nec ſo
lum per confeſsionẽ eundum eſt ſed per conſidera
tionem dum vitã noſtram conferimus cũ antiquis
ſanctis:quibus dictum eſt. Vos eſtis genus electum
regale ſacerdotum. In hac via non parua ſanitas
eſt. Sed illud te in ſacerdotes retorqueri poteſt:qui Sacerdo
bus deus oſtendit infectum pecus per mala eorum tes cõfeſ
exempla: nam hodie venerunt cultores noſtri de ſores ſũt
ſtruentes nos. Sic etiam dicere ſolemus nocenti no
bis. Vide qualem paraſti me. ¶ Sed ad confeſsionem
redeo,cuius hæc precipua figura eſt,vbi aduerte q̃
diuinus ordo per medios reducit infimos ad ſu
prema ideſt per ſacerdotes quamuis deteriores ſint,
ſed de hoc quid ad nos? Simus vt Ioſeph vir bo
nus & iuſtus,qui ab impio Pilato petiit corpus Ie
ſu & accepit illud ponens meliori loco quã ille po
ſuerat. Sed dũ irent (inquit euãgeliſta) mundati ſunt,
quia ſicut eius miſericordia præuenit leproſos, vt
ei occurrerent illa via,ita dum veniunt & obediũt,
non vult ipſe expectare ſacramenta ſua quibus nõ
eſt alligatus:ſed etiam ante confeſsionem mundat
contritos. O leproſorũ obedientia & fides melior
quam Naamam nolentis lauari ſepties in Iordane:
hi antẽ quod deterius eſt facere incipiunt horribi
les plagas oſtendere parati. Sed fœlix oſtenſio faci
le medicamen cui tam cito ſanitas obuiat occur
rerant prius leproſi Christo in contritione, nunc
ipſe occurrit illis in confeſsione, quia dum irent
mundati ſunt, quis audiuit in lege veteri vnquam

vale? Nunc autem propinquior eſt noſtra ſalus quã
tunc. Vidiſtis iam dei beneficia noua & vetera qui
bus refertum eſt hoc euangeliũ. Vetus beneficium
fuit decreuiſſe venire & in Hieruſalem, & tam dif
ficilibus viis: vt nobis eas redderet planas. Eſt &
vetus beneficium & frequens apud nos: vt deus ita
hilariter offerat nobis obuium, etiã dum nihil de eo
cogitamus: cui obliti ſumus. Eſt & aliud beneficiũ
ingreſſus caſtelli crucis, quo ingreſſu illud muniuit
per ſeipſum, vt ſit refugium ad ſe confugientibus,
& odorantibus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Eſt
& nonum beneficium omne ſacramentum quod
ex cruce teſte Auguſtino fluxit. Hoc ergo caſtellum
apoteca ſacramentorum eſt.

¶Secunda pars.

¶Viſo in prima parte quibus beneficiis populum
chriſtianũ ſibi deuinxit deus qui ſignatus eſt in mũ
datione decem: nam eſt decima drama perdita, quã
dei filius inuenit nouem angelorum choris adiun
gendam, nunc videamus vbi ſunt nouẽ perditi, vbi
ſunt mali chriſtiani qui velut aues domeſtice dum
ſaturate fuerint, fugiunt dñm ſuum, & vocate veni
re contemnunt ad manũ: quæ ſaturauerat eas. Hic
aduerte ꝙ quanuis ſolus vnus rediret ad Chriſtum
gratiſſime ſuſcepit illũ, & ei de reditu gratias egit
eiq́ꝫ tribuit miraculum dicens. Fides tua te ſaluum
**Vnitas fi-** fecit. In hoc cetus fideliũ deſignatur, qui eſt quaſi
**delium.** vir vnus ob vnitatẽ fidei: vñ vnus in piſcina ſanat,
& vnus accipit brauiũ, & vnica eſt Chriſti columba.
Hunc lauat chriſt9 ſicut laudauerat Naamã Sirũ qui
ſolus tẽpore Heliſei ſanatus eſt à lepra. Sed quanũ
diſtant nouem ab vno tantũ debet diſtare numerus
damnatorum à numero ſaluandorum etiam in po



pulo chriſtiano vbi multi ſunt vocati pauci vero
electi. Nouem ergo vbi ſunt omnes qui à decalo-
go deficiunt: omnes qui malam faciunt mixtionem
ex quinq; ſenſibus & quatuor euangeliis, vt notat
Bernardus. Hii nouem vnitate carent quæ decem
eos faceret, ideo reſpondere eſt, quod non ſunt ſe-
cumnet qm̃ vnuſquiſq; in viam ſuã declinauit. Cũ
ergo tam diſperſus ſit cetus malorũ ad colligendũ
paleas: ſignum eſt quòd Chriſtus noluit eum inue-
nire cum ſimul dixit. Nouem vbi ſunt? Nullũ inue-
niet in iudicio niſi quos inuenit nunc in eccleſia,
ideo non dicit. Adam vbi es loquens cum eis ſed
vbi ſunt: loquens quibus reſpondere non valent:
quia frater non redimet. Sed hæc quæſtio Samari-
tano gratiſſimo dirigi videtur: nec mirum quia in
iudicio letabitur iuſtus cum viderit malorũ vindi-
ctam, & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorũ.
nouem ergo vbi ſuut, ideſt qui condemnatione dig
ni ſunt quia rei ſunt iudicio. Gaudeat ergo chri-
ſtianus quilibet & ſi Samaritanus & ſi proſelit9 fue
rit: quia & angelos mundi iudicabit cum Chriſto.
Sed ſi nunc quæris dñe nouem vbi ſunt. Superbus
eſt in amore propriæ excellentiæ: ambitioſus indi- **Vbi ſunt**
gnitate aut villa ſua iracundus vbi zelus & contẽ **peccato**
tio & inconſtantia eſt omne opus prauum inuidus **res.**
eſt in liuore vbi ſedes eſt ſathane piger eſt in tedio **Iacob. 5.**
vite auarus eſt in archa, quia vbi eſt theſaurus eius
ibi & cor ſuum erit. Sed ò tu guloſe cũ ſis iunior
ambulas vbi volebas de taberna in tabernam. Lu-
xurioſus paſcit porcos infidelis eſt errore: ecce do-
mine noues vbi ſunt. Sed quærimus à te vbi erunt?
Vbi in ſempiternum deponentur? Erunt in faciſcu-
los ad ignem inferni multiplicandum, niſi nunc ve-

niant magnificare deum, & pedes Chriſti o[illegible] & fiant alienigene, & ſunt qui alibi habitant, & [illegible] bi naſcuntur, & ſic eſt de omnibus qui carnaliter nati ſunt: & ad ſpiritum tranſeunt iuxta id. Nō qui filii carnis hi filii dei ſunt: ſed qui filii ſunt promiſſionis computantur in ſemine. Simus ergo fratres alieni ab amore proprio, alieni à vitiis, alieni à mundo alieni à carne, vt ad chriſtum redeamus: hic per gratiam & in futuro per gloriam.

Rom. 9.

## ¶SERMO. LXV. DOMINICE. XIIII. poſt penthe. ex euangelio moralis. THEMA.

Hic erat Samaritanus. Luce. 17.

¶ Inuocatio ad virginem.

Triplici gratia ſermoni opꝰ eſt data Marię

ADeo ſublime eſt prędicationis officiū, quod non ſolam gratia gratis data requiritur ad eius decentem executionem, quam quilibet philoſophus habere potuit, ſed gratia gratū faciens: nam ideo peccatori ea carenti dixit deus. Quare enarras iuſticias meas, & aſſumis teſtamentū meum per os tuum? indecens quippe eſt narratio iuſticiæ iniuſto, & ori immūdo munditiæ teſtamentum. Sed maiori gratia opus eſt auditioni, auditores quia multi ſunt, concionator vnus, maiori adiutorio indigent plures quam vnus. Nec enim preparatione parua ſermo dei audiri debet: alioquin non diceret ſapiens. Vbi non eſt auditus non effundas ſermonē: & Chriſtus ait. Qui habet aures audiendi audiat. Omnes ſane aures habetis, ſed qui à veritate auditum auertunt aures non habent audiendi. [illegible] tertio maxima requiritur gratia ad cuſtodiendum: exiguum enim prodeſſet deuote audire, niſi ex auditis aliquid cuſtodires. Ne ſitis fratres velut [illegible]



[illegible] quæ dum igni ſunt adhibita ſudant, ſeparata vero frigeſcunt ſicca. Sic muliercula cuius [illegible] lachrimantur in ſermone vt plurimum ſtatim poſt miſſam oblita eſt qualis fuerit, niſi verba quibus compuncta fuerat cuſtodierit. Hæc triplex gratia Mariæ collata eſt, prima dū ipſa dixit, & verbū caro factū eſt, ſecunda vero quando in auditu auris obediuit ei dicens. Audiam quid loquatur in me dominus deus, dn̄s meus & deus meus. Tertia autē [illegible] quo verbum dei nouē cuſtodiuit menſibus incarnatum. vn̄ Samaritana dici potuit ideſt cuſtodia etiā [illegible] tam concionatore quam pro auditoribus [illegible] vt aſſequi liceat ei offeramus Aue.

¶ Argumentum dicendorum.

¶Quod magis nobis importat eſt, vt cuſtodire ſciamus quamuis hoc difficile ſit: namqꝫ tu loco mutabili ſumus, vbi omnia prætereunt, ſocii etiam ſumus furum: inter hoſteſqꝫ conſtituti vbi fodiunt & furantur. Nec etiam cor hominis manet ſecurum: alioquin non diceret Iob. Venerunt latrones & fecerūt ſibi viam per me. Cum hac tamen difficultate cuſtodiendi cuſtodia neceſſaria eſt. Oportet vt quilibet depoſitū cuſtodiat, & quæ donata ſunt ei: nam ſi pro ſenio cuſtodiendum eſt quantum plus poſt ſenium, qn̄ veniet nox mortis in qua nemo poterit laborare: nec inuenire cibum. Sunt enim anni ſteriles tunc: & etiam virginibus fatuis negabitur oleū miſericordiæ poſtquam dormirent ſomnium ſuum. Adeo denique neceſſarium eſt cuſtodire: vt nullus vnquam adultus damnatus ſit niſi qui cuſtodire neſciuit. Nulli ſiquidem deus dare ceſſat, quod ſi cuſtodiretur, duceret ad ſalutem: nam vt cætera eius [illegible] dona; ſi ab infideli ſeruaretur ſolū lumen

Quā neceſſariū eſt parta tueri.

ſignatum ſuper eum vt à Cornelio eum duceret ad
lumen verum Chriſtum. Eſt etiam neceſſaria cuſto
ditio: quoniam & ſi affluenter dat: petit tñ de om
nibus rationem etiã de verbis ac tempore: de vir
& pecunia: quæ non abſcondendo (vt putant aua
ri) ſeruatur: ſed ſpargendo. Nam ideo comparatur
ſtercori, quod melius in agris egenis quã in archa
ſeruatur: ideo enim dicitur. Diſperſit dedit pauperi
bus: iuſticia eius (ſcilicet ſeruata) manet in ſeculum
ſeculi. Quia igitur tam neceſſaria eſt nobis cuſtodi
tio fœlix ille de quo dicetur. Hic erat Samarita
nus qui interpretatur cuſtos: nam quemlibet poſuit
deus cuſtodem ſui. Duo in ſermone factã iuxta euã
geliũ enarrare dona dei, & qualiter cuſtodiẽda ſunt.

Diuiſio.

¶Prima pars.

¶In hoc euangelio plura dei continentur dona,
quibus non præterit nec vnus apex quin ſit dei do
num: vbi aduerte ꝙ quanuis dei filius in mundum
plurima ſufficientia ſemel venerit, non ideo ceſſat
venire: alioquin non diceret. Vado & venio ad vos.
Circa hoc frequens miniſterium & præſens occu
patur Chriſtus donec omnes occurramus ei in vi
rum perfectũ ſeculo conſummato: ideo incipit euã
gelium. Dum iret Ieſus in Hieruſalẽ. Dum iret (in
quit) continuationem denotans. O anima ſi ſcires
donum dei, & horã aduentus eius: qui tam frequen
ter venit ad te. Feſtinus venit, lentus recedit abiectus
per peccatum: ſed ſolicitior reuertitur per gratiam.
Nemo dicere ſufficiet quã ſcrutabundus & ſolici
tus explorator Ieſus ad mundum quotidie redeat
dicit: eñ intra ſe dum venit. Videamus ſi flores pa
turiant: ſi floruerunt mala punica. Attende ſi flores
deſideriorum peruenerint ad fructus operum

ſepe chri ſtus venit in mũdum.



maturiores. Sed videamus quid ſibi velit Hieruſa
lem interpretatur enim viſio pacis: vbi ficta pax de
potatur. Nam teſte Iob, pax mundi auolat ſicut vi
ſio nocturna: quæ non inuenitur. Et alius prophe
ta dicit. Pax pax & non erat pax. Pax in ſignis, pax
in verbis: ſed non eſt pax in corde eorũ qui machi
nantur cogitationes peſſimas. Nihil ergo prodeſt
dupla pax ſignorum & verborũ niſi ſit & cordiũ:
vt in pace factus ſit locus dei qui eſt cor hominis,
ad quod venit Chriſtus qui eſt pax noſtra: & vult
facere vtraq; vnũ ſcilicet exterius & interius alio
quin viſibile mendacium eſſet homo figmentũ ma
lum. Nam ſi mentiri eſt contra mentẽ ire: qui non
habet in corde ꝙ oſtendit extra nõ ſolum mendax
eſt & pater mendacii ſed ipſum mendacium, & etiã
dum tacet mentitur qm̃ aliud extra patet. Sed vi
dere oportet qua venit Chriſtus de quo ſequitur.
Tranſibat per mediam Samariã & Galileam. Tran
ſitus iſte fratres ſpiritualis eſt: ſimiliter & loca per
quæ fit. Nam Samaria interpretatur cuſtodia, & eſt
memoria hominis vbi rerum ſpecies & ſimulachra
viſibiliũ cuſtodiuntur ſemper. Galilea vero interpre
tatur volubilis: & eſt noſter intellectus qui ratioci
nans ex vno voluitur equidem ad aliud. Tunc er
go per hos tranſit deus quando memoriam obli
uiotam excitat, & noſtrũ deuoluit intellectũ vt præ
teritam vitam diiudicet: vt ille qui deo dixit. Re
cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine
animæ meæ. Et alibi dicitur. Deus vitam meã an
nunciaui tibi poſuiſti lachrimas meas in conſpe
ctu tuo. Nec mireris ꝙ hæc nos deus faciat cogita
re: nam cuidam animæ dixit. Leua oculos tuos in
directum & vide vbi nunc proſtrata ſis. Sis in dire

Hieruſalẽ qd ſit.

Via qua venit Chriſtus

Calix in manu domini triplex.

ctione cordis vitam peractam ſcructaremur, ...
deremus demerſos in profundum laci. ...
interpretatur fex eius. Mirum quidem quod deus
habeat fecem, ſed in Pſalmo dicitur per Dauid, Ca
lix in manu domini vini meri plenus mixto, &
clinauit ex hoc in hoc veruntamen fex eius non
eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ. ...
num merum eſt in cœlo & ſemper nouũ, quia ga
dio fruitionis non miſcebitur extraneũ, nec vete
ſcet, quia procul erit ab eo faſtidium. In purgat...
autem mixtum eſt, vbi & ſi deum guſtant non de
eſt calidiſsima aqua eos in pena decoquens, ſed ...
inferno fex eius eſt, quæ vnquã exinanita erit, ...
ſi bibant omnes peccatores terræ damnati, qui ...
in fecibus dei, quoniam ideo de cadaueribus eo...
aſcendet fetor. Vt aiunt ſapientes feces mundi ...
ius ad torquendos damnatos deſcendent, & omn...
quæ hic nobis infeſta ſunt ibi erunt, immo & qu...
cunq; tribuerunt peccatoribus gaudiũ ibi tormen
tum ingerunt, vbi etiam carnẽ proximi ſui damna
tus vorare dicitur, quia ea male vſus fuerat ad ...
plexos illicitos & tactus impudicos: vt ſic torque
tur per ea in quibus peccauit. Sed quamuis hoc ...
ſe habeat ibi fetidior fex erit iuſticia punitiua ...
ad putrefactionem pene reducens omnia quæ an
tea delectarant: vnde non ſolum mundi gloria ...
cœli conuertetur eis in fel draconum, ... 
etiam videant etiam Ieſum per Galileam tran...
quæ etiam interpretatur tranſmigratio, & ...
beatorum gloriam. Vbi alienati a ſe ſui ...
ſunt ſed illius quem amant, in quem tranſlati ...
in eandem imaginem ad quam creati fuerant ...
formati. Dum ergo nos facit morari feces ...



... paradiſi gloriam cogitare per mediam Sama
riam & Galileam tranſit ad nos. Quemadmodum
enim antea diſcipulos præmittere ſolebat in omnẽ
ciuitatem & locum, quo erat ipſe venturus ſic nunc
præmittit reliquias cogitationis diem feſtum agen
tes ſibi cuius feſtum eſt ad nos vſq; venire. Sed ca
ueat ſibi vnuſquiſq; ne in fecibus remaneat: nam
vbi ceciderit ibi erit, ſi autem per timorem eas co
gitare contingat veniat amor, & hanc considera
tionem deuoluat in celicam tranſmigrationẽ, quia
ei dicitur. Tranſmigra in montẽ ſicut paſſer: vt ſci
licet monte cœli contempleris qualiter abſorpti ex
tra ſe in ipſum deũ clare viſum tranſmigrauerint
beati tranſlati in requiem. Cum autem teſte Paulo
non ſimus ſufficientes tanquam ex nobis bonum
aliquod cogitare perſpicuum eſt has cogitationes
dona dei cuſtodienda eſſe. Sed non immerito di
ctum eſt quod per mediam Samariam tranſiret fi
lius dei non ſolum circa ſed per medium. Solus
quidem deus illabi potens animæ per medium
eius tranſit, eiuſdem tangens medullam, & in
timum: nos quidem aliuſve conſiliator per ſuperfi
ciem & circum circa tranſimus. Vox noſtra ſolum
aures non animam penetrabit, cui vel non aten
dis aut ſuperficialiter vel parum, at ſermo dei pe
netrabilior eſt omni gladio ancipiti pertingens me
dullas mentis, animam & ſpiritũ diuidens ſeparatq;
precioſum a vili: vñ non poteſt ocioſe tranſire quin
ferat dominus fortis & potens, dominus potens in
prælio: vnde ſequitur in euangelio. Et cum in
grederetur quoddam caſtellum. Potenter ingre
ditur dominus aliquando ita vt nec munitum ca
ſtellum ei valeat reſiſtere. Tripliciter ſe habet

Sol⁹ deus per mediam animam trãſit.

Triplex caſtrum.

caſtellum,vel eſt in eo coniuratio & conſpiratio
dũm ſuum:& tũc eſt contra dñm ſemper vndiq̃ mu
nitum, vel eſt diſsipatũ munitionibus deſtructis &
pauci in eo viri: aut quia dominus eius regnat in
eo pacifice cum propugnaculis cæteriſq; bellicis
adminiculis.Primũ caſtellum eſt mundus de quo di
citur.Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & per
conſequens cõtra me:quia qui vos ſpernit me ſper
nit.Tertium eſt cœlũ aut bona eccleſia militans, de
quo alibi dicitur.Intrauit Ieſus in quoddam caſtel
lum,& mulier quædã Martha nomine excepit illum
in domum ſuã.Caſtellum autẽ diſsipatum eſt pec
cator maxime dum fragilitate peccat:& vtinam ne
rebelle ſit peccans per malitiam.Venit ergo potens
dñs nunc vel in caſtellum eccleſiæ, aut peccatoris
vel mundi totius aut in mundum maiorẽ & mino
rem ſiue nicocroſmum: & quoniã ad profectum ec
cleſiæ pertinet aduentus dñi ſiue in mundũ maiorẽ
ſiue minorẽ aduerte,qđ omnes tenemur occurrere
illi:nã ideo ſequitur in euãgelio. Occurrerunt ei de
Obuia-tio lepro ſorum. cẽ viri leproſi. ¶ Ridicula videretur proceſsio lepro
ſorũ dño venienti facta,aut lamentabilis vel odio
ſa obuiatio: minime quidẽ delectabilis eſt ſed no
ciua viſio lepræ:vñ talis receptio grata non vide
tur, ſed atende q; nulla receptio gratior eſt quam
iſta deo nec proceſsio ramorum. Nam quid per le
pram niſi peccatũ intelligimus, & quid per lepro
ſos niſi peccatores? Chriſtus quotidie venit vt de
ſtruatur peccatũ ne regnet in mortali corpore ve
ſtro,venit etiam vt vertat impios, & non ſint am
peccatores ſed in iuſticia & ſanctitate cordis
illud ergo pro quo venit offerunt ei leproſi,& quo
uis minime conſentaneum videretut exire lepro

ſos obuiam imperatori veſtibus diſſutis diſcooper
tis capitibus, ore veſte contecto & ſe immundos
clamantes hoc tamen iubet ſibi præſentari deus:nã
ideo in tabernaculi principio iuſsit poni labiũ æneũ
de ſpeculis mulierum,ad innuendum q; prima obla Exo.38.
tio ſit de fragilitatibus noſtris,vt videamus ſi mu-
lebria ſunt in nobis. Vbi nota quod cum vir dei,
immo vir deus ingreditur ad nos ſtatim rememo
rantur iniquitates noſtræ, vt dixit ſunamitis Heli-
ſeo:quia ſtatim oſtenduntur animę peccata ſua in
aduentu lucis,& hoc munere deus gaudet,ſi ei om
nia præſentamus crimina,& vult videre ornatũ le-
proſorum ignominioſum nobis ſed gratũ ſibi: qui
mulerat illud in lege. Ex eo enim q; valde abomi-
natur deus peccata placet ſibi eorum præſentatio,
multũ ſiquidem diligit eos qui ſibi offerunt inimi
cos ſuos ligatos vt de ipſis iuſticia fiat,ideo enim
ſignantur in multiplici lepra quæ eſt infirmitas de
teſtabilis.Si ſcires ò peccator quantum deus dete- Quantũ de⁹ odit peccata.
ſtatur peccata tua intelligeres quantũ gaudet dum
vere penites,& petis eorũ perditionẽ:vt ea deſtruat
deus in finem.Sed ſaltim hoc peccati odium & quã
deus habet in illud deteſtationem ex hoc vel in-
ueſtigare aliquantulũ ſufficies. Nil ſiquidem odit
deus eorum quæ fecit niſi peccatum, vel ob pec-
catum,propter quod aſpernatur olim amiciſsimos,
& nunquã ſine pena ſinet peccantem:ſed multa fla
gella peccatoris. Item quia propter peccatum fe-
cit deus deſtructionem cœli & terræ vt patet in
angelis & hominibus,& ob hoc etiam creaturas ir
rationales puniuit,dum ſolẽ & lunam minuit à de-
core ſuo.Pro vno etiam peccato maiorem petit ſo
lutionem quam totus mundus dare poſsit, & prius

permiſit filium ſuum mori quam ex toto aliquem
reconciliari,& breuiter quã deus diligit ſuũ hono
rem tam odit peccatum & abominatur vt fetidiſſi
mam leprã & tantũ placet ſibi leproſorum obuia
tio,& ſubiectio quæ vult vt mactet vel occidat ſe
mel:aut ex toto deſtruat.Benignitas tamen ſalua
ris ſatis putat gemitum obuiantium, & ſe punitio
ni offerentiũ:& non dicet ſatis eſt eius iuſticia dum
eos qui ab eo fugerint in æternum ardere corpora
Denari⁹ xerit.Sed nunc videre eſt qualiter in denario nume
numerus ro & quilibet peccator & totus mundus deſigne
leproſo= tur.Dum enim & quinq; corporis ſenſus & pariter
rum. quinq; anime lepra peccati ſint infecti iure in tali
numero etiã peccator innuitur qui nõ minus in ani
ma quã in corpore,quinq; habet ſenſus interiores,
nec obſtãt ſi in vno ſolo peccauerit quia etiã dici
tur omnium reus:nam dum maxima infirmitas in
gruerit non venit ſola etiã ſi vno vocetur nomine,
& ſic qui in vno peccauerit mortaliter & multa bo
na perdet:ac mala plurima acquiret. Qui decẽ trã
greditur præcepta nec mirum ſi deſignetur in de
cem leproſis.Sed de toto mundo maior eſt difficul
tas vt autem videas quomodo etiã in his datur in
telligi totus mundus aduerte ꝙ decem ſunt mun
di ſtatus aut membra, qui lepra non carent ſecun
Decẽ ſta dum magis & minus.Primus mundi ſtatus eſt in re
tus mũdi gibus:ſecundus in conſiliariis eorum:tertius in du
leproſi. cibus bella gerentibus:quartus in præfectis vrbium
ac iuſticiæ vicem gerentibus: quintus in clericis
ſextus in monachis : ſeptimus in negociatoribus
octauus in artificibus:nonus in agricolis:decimus
in mulieribus nullus horum caret lepra:quia ſi di
xerimus quod peccatum non habemus ſeducti ſu



mus. Lepra ergo regum ſignatur in lepra Oziæ re 2.Paral.
gis qui hac percuſſus eſt plaga propterea quod ſe 26.d.
intromiſit in eis quæ ſui officii non erant volens
vti ſacerdotis miniſterio, nec monitus deſtitit, ſed
minabatur ſacerdotibus donec orta eſt lepra in frõ
te eius. Peccatum autem quod eſt in regum conſi 2.Re.3.f
liariis ſignatur in lepra quam Dauid imprecatus eſt
ſuper domum Ioab conſiliarii ſui, qui contra re=
gis voluntatem effectui mancipauit conſilium ſuũ
interficiens Abner in dolo, cui rex conceſſerat pa
cem abſente malo conſiliario ſuo. Reges enim vt
plurimum deſiderant pacem regnorum ſuorum ta
men hæc vetant mali. Hic aduerte quod Ioab in=
terpretatur voluntarius, & eſt quilibet conſiliarius
qui non ſecundum dei voluntatem præbet conſi=
lium,ſed ad libitum ſuum ſicut & ille qui vt vindi=
caret ſanguinem Aſahel fratris ſui peſſimum con=
ſilium dedit regi egre ferens ſtabilitam pacem in=
ter Abner & regem.Peccatum ducum ſuperborum 4.Reg.
ſignatur in Naamam duce Syriæ, qui erat vir for= 5.a.
tis & diues,ſed leproſus.Huius diuitias quia ex præ
da erant noluit propheta recipere,nec ſanauit eum
donec in deſcenſu Iordanis humiliaretur, & fa=
cta eſt caro eius vt caro pueri: nam & ducibus di
ctum eſt. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut
paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum.
Peccatum vero iudicum ſignatur in Moyſe: cuius exo.4.b
manus leproſa erat. Si vis leproſam iudicis manum
facere imple illam muneribus:vt ſic eam mittat in
ſinum. Et tunc ne timeas eius iram. Manus enim
leproſa ferire non poterit:quia ſcriptum eſt. Munus
abſconditũ extinguit iram:& donum in ſinum in=
dignationem maximam.Peccatum autem clerico=

4.Reg. rum ſignatur in Giezi,qui ſimoniam incepit,quam
5.g. magiſter eius admittere noluit, & ſic quando Pe=
trus magiſter clericorū dixerit ſimoni volenti eme
Act.8.e. re gratiam.Pecunia tua tecū ſit in perditionem,ſic
ſemper dicunt,affer,affer,putantes ſibi licitum eſſe
ex malo acquirere ſicut Giezi,qui a duce raptore ar
gēti talenta non dubitauit accipere,ſed etiā nolens
accepit lepram, quia cum male acquiſito peccatū
tranſit etiam in clericum:qui fit eius particeps.Fra
trum autē ſiue monachorum peccatum in Simone
quidē leproſo inuenies,qui ſe nimis iuſtum arbitrās
egre pertulit,quod dñs Magdalenam ad ſuos reci
peret ſub menſa pedes,vbi Chriſtus iuſtiorem oſtē
dit mulierē ꝙ phariſeū leproſum lepra infectū arro
gātiæ.Peccatū vero mercatorū dicitur lepra volan
lis: vnde merito de quolibet eorū dicitur. Dilexit
Leu.13.g mouere pedes ſuos,& domino non placuit:& alibi
Thre.1.c ſcriptum eſt. Peccatum peccauit Hieruſalem pro=
pterea inſtabilis facta eſt: vñ mercatorum diſcur=
ſus peccato non caret: ideo enim dixit deus: lepra
Leu.13.g volatilis & vaga debet igni comburi:dum enī plus
vagantur ad emptiones & venditiones ſuas am=
plior accenditur in eis auaritiæ ignis, qui nunquā
dicit ſufficit.Peccatum artificum eſt mentiri ac iu=
rare:quod tam frequens eſt apud quoſcunq; artifi=
leu.14.e. ces, quod figurari poſsit in lepra quæ in lapidibus
domus reſidebat:nam in quouis angulo mentiun=
tur. Apud ethnicos non eſt tam frequens hoc ma=
lum quantū apud iſtos:qui etiam dicunt opera nō
poſſe vendere quin mentiantur & iurent.Peccatum
agricolarū eſt diffidentia figuratū in quatuor le=
4.Reg. proſis: qui ne fame perirent ſe inimicis dederunt.
7.a. Deus autem vt eos confunderet tantam præbuit



abundantiam:vt etiam pauperes ditarentur.Pecca=
tum denique mulierū ſignatur in Maria ſorore Aa= Numeri.
ron,quæ adeo rixe dedita erat, vt etiam contra fra 12.d.
trem ſuum latratibus nō parceret, & propterea per
cuſſa eſt lepra:& à conſortio ſeparata.Quod ſi mu
lierem linguoſam ſtatim dum latrat eiiceretis vos
de domibus veſtris, vel nunquam domui adeſſet,
vel taceret,quæ fremens cubat,fremens ſurgit, fre=
mens prandet ac cenat.Hos maledicit,illos carpit:
cæteros demonio ex animo libenter offert.
¶Viſa igitur totius mundi lepra,quid ſupereſt fra= Stare qd.
tres niſi ꝙ mundatori filio dei occurramus iuxta id
quod ſequitur.Steterunt à longe,& leuauerunt vo=
cem dicentes.Ieſu præceptor miſerere noſtri.Stant
qui peccandi de cætero non habent voluntatem,
ſtant qui mala detinent propoſita,ſtant qui incepta
crimina non perficiunt,ſtant qui peccatorum occa
ſiones reſcindunt.Stat qui concepit dolorē non tñ
vult carere iniquitatem.Statio tamen iſta longe eſt
a Chriſto,quia non ſufficit ad ſalutē peccandi ceſ
ſatio, ſed opus eſt remiſsionem peccatorū iam fa=
ctorum quærere,opus eſt vera contritione conteri:
quæ in eleuata voce notatur.Contritio enī eſt vox
turturis & columbe gementium quæ etiā in cœlo
auditur. Turturis inquam quia dolet anima ſe deū
perdidiſſe,& columbe etiam dum procurat iterum
ei adherere ideo enim ſequitur. Ieſu præceptor mi
ſerere noſtri.Merito inter Ieſum & miſerere poni=
tur præceptor,quia qui ſalutē cupit & miſericordiā
præcepta quidem cuſtodire debet. Sed ſuper hæc
omnia neceſſaria eſt confeſsio:nam ideo ait Chri=
ſtus.Ite oſtendite vos ſacerdotibus:nam peccatores
quos deus tangit ſtatim ad confeſsionem inclinat

ſaltim in propoſito. Si autem vere adeo tactus fue
rit(vt arbitror)quadrageſimam non expectabit.Ita
factum eſt dum irent per ſatiſſactionẽ quæ eſt ante
ad confeſsionẽ mundati ſunt:quia ſola contritio &
ſatiſſactio cum propoſito ſuo tempore confitendi
à peccato mundat hominẽ:vt citius fiat dei habita
tio.Hucuſq; dei beneficia ponuntur qui ante venit
ſacercerdotes ſuos:vt mundet nos:qui ante angelũ
miniſtrum ſuum venit ad virginẽ, de quo minister
miratus dixit:dominus tecũ,qui miſit me iam eſt te
cum:angeli ſunt ſacerdotes ſalutis miniſtri,quos ali
quando præuenit deus vt nos citius inhabitet.

¶Secunda pars.

¶In ſecunda parte breuiter videre oportet quali
Gratiarũ ter gratias agendum eſt: quia ſequitur vnus autem
actio. &c.vſq; gratias agens.Hunc ſamaritanum nimia ſo
licitudine deus commendat & Lucas ad innuendũ
quam rarus eſt qui gratus exiſtat,non eſt qui faciat
bonũ hoc:non eſt vſq; ad vnum.Videtur enĩ quod
vnicuiq; noſtrum accipienti donũ dicitur.Tolle quod
tuum eſt & vade: oculo nequam dictũ eſt hoc:ſed
nobis non impenditur donum dei tanquã noſtrum
ſed tanquã ſuum ideo Samaritanus ideſt cuſtos lau
datur,qui de eo redditurus eſt rationẽ immo de do
nis quæ ignoramus,quæ ſecrete nobis cõtulit deus:
Eſa.21.c. nam ideo dicitur.Cuſtos quid de nocte?Neceſſaria
ergo eſt nobis ars cuſtodiendi quæ in hoc euange
lio ponitur,& eſt ſola gratitudo:hæc eſt breuis ars
proficiẽdi in via dei,ſicut in gratitudo eſt via defi
ciendi,& vitiũ peſsimũ:nã vt ait Bonauentura om
nium peccatorũ capitalium initiũ eſt ingratitudo:&
Bernar.dicit,quod ſicut ire dei eſt miſerere impijs,
vt non diſcant facere iuſticiam, cũ implentur eorũ



mala vota , ita miſericordiæ eſt non dare ingrato:
ne cũ ingratitudine creſcat reatus:maius eſſet gra=
titudinem etiam tibi infundere:ſed non vult ſalua=
re te ſine te. Hæc autem gratitudo in facto huius
boni Samaritani & cuſtodis oſtenditur vt enĩ vidit
quia mundatus eſt regreſſus cum magna voce deũ
magnificat in ſanitate recepta.In hoc redditu ad deũ
ſicut flumen in mare,& in cõfeſsione & laude eius
in qua anima tota procidit corã deo conſiſtit hæc
gratitudo.Ad hãc autẽ requiritur ꝙ homo ſit vnus
& indiuiſus,nec aliter ad deum ſciet reuerti,niſi ha
beat id vnum neceſſariũ: omnem diuiſionẽ à ſe ex
pellens.Eſto ergo vnus tecũ:& vnus ſpiritus cũ deo,
& vnus cũ proximo.Eſto & alienigena vt des glo
riam deo,ſic vere humilis eris vt Paulus qui ſe di=
xit abortiuum,& indignũ vocari apoſtolum:& mi=
nimum apoſtolorum.Hæc eſt ratio vt dicit Bernar
dus ob quã in nouitiatu proficimus,& poſtea parũ,
quia nos iam domeſticos reputamus:alienigena er
go eſt humilis qui ſe indignum reputat omni do=
no, gratuitum eſſe non dubitans quòd quaſi alie=
no & ignoto datur: dum enim credimus nos iam
propinquos: & de familiaritate dei præſumimus
credentes quòd iam deus nobis quaſi domeſti=
cis multa debeat ingrati erimus & ſuperbi, nec ſa=
lutem cuſtodimus animæ , quam in conuerſionis
initio humiles accepimus,ſolus ergo humilis gra=
tus eſt qui proficit indies data cuſtodiens , eique
dicitur ſurge ſcilicet ad altiora,& vade de virtute
in virtutem,quia fides tua te ſaluum fecit:ecce tri=
buitur ei fides: nam dum reddimus dona ſua deo,
ipſe iterum ea multiplicata reddit nobis , vt in lu=
do pile. In hoc enim ludo hic lucramur gratiam

& in futuro gloriam quam mihi & vobis præſtet
Ieſus Amen.

¶ DOMINICE. XIIII. VBI AGEBA-
tur capitulum fratrum ſermo.66.trium votorum
vbi & exponitur euangeliũ dñicæ. THEMA.
Tria ſunt mihi difficila. Prouerb.12.
Vbi tot ſunt difficilia pro gratia enodationis
dicamus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

Tria vo-ta preci-pua. VIrtus fratres mei circa difficile verſatur alio
quin præmium non haberet, nec violenti ra
perent, quod negatur deſidibus, & pigris,
tamen conſuetudo inducit difficultatem rei contra
riæ:& eã terribiliorem oſtendit. Vñ in tribus Salo-
mon inuenit difficultatẽ: quæ ſi ſunt vt videbimus
tria vota noſtræ regule. Nec mirum ꝙ ei difficilia
viderentur: nam in aliis aſſuetus erat: vxores equi-
3.Re.2.a dem habuit plures, & ſeptuaginta concubinas: ideo
caſtitas amara viſa eſt ei. Nã inter innumeras ado-
leſcentulas: caſtitas periclitatur. Ille conſuetudinem
habuit imperandi, & nunquam imperio paruit, nec
iuſſus fuit in aliquo quapropter obedientia ei diffi-
cilis viſa eſt, ideoq; iſte diſceſsit à conſiliis Dauid
patris ſui. Habuit & diuitias plurimas inter quas
periclitatur paupertas: vnde rationabiliter tria no-
ſtra vota ei difficilia viſa ſunt: quæ voluit exprime-
re in via colubri ſupra petram, & in via nauis in
medio maris: & in via aquile in cœlo. Coluber ſu-
pra petram veſtigiũ nullum relinquit, nec nauis ſi-
gnum inter vndas relinquit: nec etiam aquila dum
volat viam exprimit inter aera. In his ergo tribus
quæ vere difficilia ſunt: voluit ſpiritus ſanctus per



ora Salomonis oſtendere tria religioſorum vota. In Diuiſio.
prima parte exponam thema. In ſecunda alia tria.
In tertia euangelium dominicæ.

¶ Prima pars.

¶ Mirum eſt ſi cogitetur, & difficile ſi opere com-
pleatur, quod coluber ambulet ſupra petram, nul-
lumq; relinquat viam: nam coluber ſub lapide ſo-
let abſcondi, & lapis in quo ille nullum fecit veſti
gium mundus erat: & non vt ille de quo dicitur.
Lapide luteo lapidabitur piger. Nã pigro qui car- Eccl. 22.
nalis eſſe ſolet immittit demon nepharias cogitatio
nes, quibus eum lapidat: vt ei adhereat aliqua im-
munditia. Coluber igitur eſt luxuria, quæ ſerpit in Coluber
humano corpore: reptareq; facit voluptatẽ per om eſt luxu-
nia corporis membra. Hic vmbram colit, quia vt ria.
ait Chriſtus luxuriæ deditus odit lucem. Cum er- Iohã.3.c
go naturaliter hoc peccato concipiamur, res mira
eſt quòd velut negans homo ꝙ natura dedit, acci
piat virgam rigidã, & à ſe proiicit colubrum, cum
quo eſt conceptus & nutritus: nam vt notat Ber-
nardus etiam nolentes nutrimus luxuriam cibo, &
ſomno vitæ neceſſariis: quibus & laſciuia viuit. Sed
vt eam abiiciamus, accipere oportet virgam: vt ſic
fugiat ſupra petram (quæ eſt vir conſtans) coluber
qui ſub lapide eſſe conſueuerat, virga quam debe-
mus accipere illa eſt de qua dicitur. Egredietur vir- Eſa.11.a.
ga de radice ieſſe: & flos de radice eius aſcendet.
Ieſſe interpretatur incendium ſcilicet charitatis, à
quo egredi oportet virgam punitionis: qua colu-
ber expellatur à nobis. Nemo namq; præſumat ca
ſtitatem ſine caſtigatione poſſe acquiri, quæ caſti-
get in nobis colubrũ carnalitatis, vt fugiat, tam ci
tiſsime quòd veſtigium non relinquat. Virga igitur

caſtigationis, qua coluber fugatur, adducit nobis
Cāt.2.a. florem munditie,ideoq; dictum eſt. Et flos de radi
ce aſcendit ſcilicet mūdus ac pulcher velut lilium in
ter ſpinas,cui cōparatur amica dei inter filias eius.
Inter ſpinas poteſt caſtitas ſeruari. Quamuis enim
demon ſenſualitas & mundus nitantur ſtimulis car
nis impedire ac turbare munditiam noſtram,adhuc
poteſt ibi inter aculeos ſeruari. Nam in rubum qui
eſt anima tua deſcendet deus,ſi eū non inuenit cō
buſtum aliquo conſenſu rationis,ſed adhuc eſt ſe
paratio & ſubuentio. Nam ſpinam educere ſolet ſpi
na durior:vt patet in aciculā quæ alias educit ſpi
nas.Contemplare igitur ſpinas acriores & acutio
res,quibus carnē tuam emundes, educaſq; ab ea ſti
mulos ſuos,& colubrū fugare valeas,vt ſtimulo pœ
nitentiæ punctus diſpareat. Labores ergo pœniten
tiæ ſpinæ optime & acutiores ſunt,quas coluber car
nalitatis non valet ſuſtinere. Spina eſt diſcalciatio,
ſpina eſt nuditas,ſpina eſt malus lectus,ſpina eſt di
ſciplina,ſpina eſt malum prandium, ſpina eſt malus
potus,ſpina eſt labor cenobii, ſpina eſt vigilia,ſpi
na eſt matutina ſurrectio,ſpina eſt ieiuniū,ſpina eſt
faſtidium chori. Si has ſpinas infigis corpori tuo,
duo facere poteris. Primū eiicere colubrum carnali
tatis:ſubtrahens Malitiam à carne tua,aliud eſt,quia
per girum vallabis munditiam tuam: nam vt ait
ſapiens. Caſtitatis poſſeſsio deſtruitur: ſi vallo pœni
tentiæ non munitur. Fœlix ergo monachus qui exem
plo Chriſti ſe ſpinis circundat:quia inter eas ſalua
Votum tur & creſcit munditia. ¶ Eſt virga qua coluber
eſt virga iſte percutitur votum noſtrum: & promiſsio reli
giosa. Nam ideo ſcriptum eſt:ſpiritu labiorum ſuo
Eſa.11.b. rum interficiet impium. Spiritus oris noſtri:labiorum



ea quæ in feruore ſpiritus vouenda ſunt, quilibet
monachus dum celibatū vouit,promittit à ſe proii=
cere colubrum carnalitatis impium, quod ſi facit,
dicat deo cum Dauid. Reddā tibi vota mea, quæ Pſal.65.
diſtinxerunt labia mea,reddā in opere quæ promiſi
vt exhibeam extra quæ intus decreui. Promittis er
go nunc frater,quod eiicies à te colubrū,& eius lo
co munditiā adduces, ſed caueas:ne coluber in cor
pore tuo veſtigiū relinquat,quia ex veſtigio fit lu=
xuriæ nidus, vbi iuueneſcit: & renaſcitur coluber.
Non relinquat ergo veſtigiū nec in corpore tuo,
nec in perſona tua,nec in membris,nec in ore. Nō
ergo inueniantur in te blanditiæ,nec molities, quē
bus coluber fouetur,& attende,qd' ſicut ſerpens iſte
non debet in te ſui veſtigiū relinquere,ſic ex oppo
ſito caſtitas adueniens totū te ſignare debet, vt eā
in omnibus actibus & mēbris & ſenſibus tuis oſtē
das, quia hæc virtus extendere debet ramos ſuos
quaſi terebintus. Videbitur hæc in oculis tuis,ſi eos Eccleſi.
habes recollectos,& in ore tuo ſi clauſum eſt:& in 24.e.
manibus ſi eas mundas cuſtodias ab omni cōtactu
lubrico. Fœlix ergo monachus ſi Nazareus vocetur
caſtitate floridus,munditia nitens,odore boni exem
pli flagrās:vt vere dicat. Chriſti bonus odor ſumus 2.Corin.
in omni loco ſcilicet corporis noſtri. Vidiſti ergo 2.d.
primum votū difficile circa qd' verſatur virtus mū=
diſsima caſtimonie. ¶ Si de obedientia vultis au= Obediē=
dire:comparatur naui non cuicunq;: ſed in medio tia reli=
mari poſite,vbi periculo quidem maiori videtur ex gioſi eſt
poſita. Sed aduerte q; religio eſt mare:nam ſicut pe nauis.
lagus abyſsi religio à ſe morticinia proiicit:nec diu
cadauera ſuſtinet. Vnde beato Franciſco deus promi
ſit, qd' in ordine ſuo non permaneat, qui ordinem

ipſum odio haberet. Talis ergo in penam peccati
proiicitur in tenebras exteriores,extra gremium cha
ritatis:de mari ergo religionis poteſt dici illud Pſal
Pſal.35. mi.Diuiſit mare rubrum in diuiſiones.Rubrum eſt
hoc mare,& coccinea eſt hæc religio propter vul
nera ſacra beato Franciſco exhibita: qui & charita
te rufus erat. Hoc ergo mare in duodecim diuiſio
nes ſectum eſt, qui ſunt duodecim capitula regulæ
noſtræ,non parum attinentia ad duodecim nomi
Apo.7.a na filiorũ Iſrael,quæ Iohannes in Apocalipſi vidit,
ex quolibet duodecim milia ſignatorum diſcernens.
Hæc diuiſiones directiſsimè ducunt ad promiſſio
nis terram:& ad euangelicã perfectionem. In me=
dio maris ſcilicet religionis eſt nauis obedientiæ,
in quã debes aſcendere duplici cõſideratione:nam
eſt nauis armata:& mercibus plena. Eſt ergo nauis
armata,& mercibus plena:eſt ergo nauis contra de
mones armatura terribilis:quia vincuntur in ea, qa
Pro.21.d ſcriptum eſt. Vir obediens loquetur victorias ſcili
cet contra demones rebelles, qui nolentes obedire
ceciderunt de cœlo,nec etiam libens demõ paruus
Iob.10.d paret maiori:nam propterea dicit Iob. Vbi nullus
eſt ordo. Ordinis autem prima pars eſt obedientia,
qua demones carent,quia non eſt credendum eos
vltro lucifero obedire in inferno : qui deo nolue=
runt obedire in cœlo. Hæc ergo nauis etiam mer=
cibus onuſta eſt, quia in ea etiam cũ angelis pote=
ris negotiari,qui quotidie parent deo,& ad ſe inui
cem obſequuntur,dum veniunt ad eccleſiæ nego=
Heb.1.d. tia peragenda: nam omnes ſunt adminiſtratorii ſpi
ritus,ꝓpter eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis ſci
licet religionẽ. Videas ergo quòd in hoc mari in=
ſipido carnis,eſt nauis obedientiæ: in quam debes



re transferre. Hæc nauis ducitur ad portum per ven
tos ſcilicet prælatos inſufflantes in iſtam nauiculã
cum aliquid iubent ſi venti non venerint tam or=
dinati:vt putabas:tamẽ ad libitũ caueas quòd opti
mum iudiciũ tuum huius nauis gubernator ſuppleat
defectum ventorũ, vbi fieri ſolet in mari, vbi ſci=
mus bonum gubernatorẽ omni vento nauigare,
vela diſponens vt expedit nauigationi ſuæ. Diſpo=
nat igitur monachus vela cordis ſui,& omnis ven
tus proderit ei, eumq; applicare poterit ad gloriæ
portum:nam etiã ſi veniat contra te ille ventus,cui
dicitur,in ſpiritu vehementi conteres naues Thar=
ſis:poteris tu eum ad bonũ tuum dirigere ſicut bea
tiſsimi reges magi vſi ſunt nauibus Tharſis,vt re= Pſal.47.
ſponſo accepto ſe reducerent in regionem ſuam.
Nam per inobedientiam à paradiſo exulamus, &
niſi per obedientiã ad deum redire non poſſumus.
Et ad hunc etiam prælatus furia plenus impellit, ſi
cut ventus vehemens nauem. In hac naui ſancti na
uigarunt,in hac naui reuerſi ſunt in portum volun
tatis eorũ,in hac nauigat mater dei dicens:ecce an Luc.1.d.
cilla domini,fiat mihi ſecundũ verbum tuũ. Prius ſe
dñi ancillam vocat,vt detur intelligi, quod ſimiles
& non alii obediant, nam ſerui demonis conuerſi
ſunt in arcum prauũ. In hac naui etiã Chriſtus na=
uigat:quapropter ſcriptum eſt de eo. Humiliauit ſe Phili.1.a.
metipſum dominus noſter Ieſus chriſtus,factus obe
diens vſq; ad mortem &c, antequã apoſtolus dice
ret ꝗ Chriſtus eſſet factus obediens,præmiſit,hu=
miliauit ſemetipſum,vt nos intelligamus,qd' nemo
in hoc nauigio nauigare poterit bene,ſi prius intra
ſe nõ humiliauerit ſemetipſũ reprimẽs elationẽ ſuã.
Nam & beata Maria hoc modo obediuit,præmit=

tens, ecce ancilla domini: antequam promereret: fiat
mihi ſecundum verbum tuum. Nam ſic ſecurior
& quietior erit nauis, alioquin tabule aliaque instru-
menta nutare & tabeſcere videbuntur & murmura-
re: maxime ſi ſeuerior ventus currat. Nec aliquis fra-
trum putet hanc obedientiam in minutis rebus il-
lam ſeruari, ſiue in his quæ indifferenter fiũt, ſed in
altiſsimis dei etiã ſeruet eam, quoniam nec virgo
voluit dei filium ſine obedientia accipere, nec ip-
ſe filius dei nos voluit ſine ea redimere: de qua di-
Iob.i.d. xit. Hoc mandatum accepi à patre meo. Vnde in re-
bus ſublimioribus nimium ſplẽdet obedientia, quæ
eſt velut nauis onerata auro & lapidibus precioſis.
Solum reſtat videre, ne nauis iſta vestigium re-
quat, quod eſt obedientia implentis murmur, & ne-
gligentia implendi quæ iuſſa ſunt, aut cõtentio in-
trinſeca, quæ corde veſtro latere diu nõ poteſt, quin
foras appareat. Si autẽ contenderis cũ prælato tuo,
quaſi ſi nauis nitatur contra ventum ire, operietur
fluctibus obedientia tua: & fiet ſimilis eis de quibus
Exo.15.a dicitur. Deſcenderunt in profundum quaſi lapis in
aquis vehemẽtibus. Lapis offenſionis & petra ſcan-
dali. Eſt contumacia rebellionis, & velut ſcopulus
maris, & periculum grande quo nauis frangitur.
Nam illi qui deſcenderunt in profundum quaſi la-
pis rebelles fuerunt prælato filiorum Iſrael, quem
Pauper- cum virga autoritatis ſuæ deus miſerat. ¶ Religio-
tas eſt a- ſi paupertas aquile comparatur in cœlo volanti.
quila. Aquila eſt auium ductrix, & paupertas eſt ductrix
virtutum, & ideo cum ſaluator loqueretur de vir-
Mat.5.a. tutibus beatis: præmiſit paupertatem dicens. Beati
pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœ-
lo. Hanc virtutem dominam ſuam dicebat beatus



Franciſcus, hanc cæteris plus nobis ingerit in re-
gula eam ſepe repetens: hæc eum reducebat, rege-
bat tanquam eius regina, & ſe Salomoni confor-
mans iuxta prætactam aquile comparationem, di-
cere poterat vt vir dei loquẽs de paupertate. Hæc ſit
portio veſtra quæ producit in terrã viuentiũ, altiſsi-
me volat, quæ in terrã viuentium perducit: quã ſci-
mus eſſe cœlum. Viam aquile facit in cœlo reuera
hæc virtutũ dux: quia pauperum eſt regnum cœlo-
rum quibus dixit rex cœlorum. Beati pauperes, quia
vestrum eſt regnũ dei: vbi innuit quantũ volat pau
pertas alis aquile ornata. Vbi aduerte qđ propterea
in altum poſſunt ale huius auis eam tantum ſuble-
uare, quia plume alarum nimis vacue ſunt, & illa va-
cuitas calami iuuat aſcẽſum, quia nullo alio quã va- Vacuitas
cuitate dum innanis fit ſubleuat ſe. Fœlix mona- bona.
chus qui nihil intus habet velut calamus aquile.
Fœlix qui quãuis aperiatur cor eius, nil inuenietur
in eo, hoc ipſe pater Franciſcus nouerat prodeſſe
nobis, quando iuſsit, ne aliquis fratrum pecuniã re-
cipiat, nec ſibi aliquam rem appropriet, & vt cor
eorũ eſſet vacuum iuſsit, qđ nec alter pro eis poſ-
ſit pecuniã accipere. Hoc ergo nihil, & iſta vacuitas
eſt portio noſtra fratres mei quę velut vacuitas ala-
rum aquilam adiuuat nos aſcendere in terram vi-
uentium, quod & ipſe ſanctus expoſuit dicens. Pau-
peres rebus fecit, virtutibus ſublimauit, vacuitas
hæc nos rebus pauperes fecit tamen virtutibus eue-
xit ſublimiter. Nec ſolum à terra vacuitas iſta ele-
uat, ſed etiam de profundis aquarum: nam ſi in pro-
fundiori maris loco poneres vrceum clauſum &
vacuum ſtatim eleuaret eum ſurſum vacuitas pro-
pria. Sola namq; ſufficit lagenam clauſam & vacuã

erigere ſuper fluctus maris. Si ergo tantum vale
in aqua vacuitas erga vas etiam ligneum aut terre
reũ,quid valere poteſt apud homines iuſtos pauper
tatis vacuitas? Multum per omnem modũ quidem.
Hæc ſola plus & citius & facilius poterit nos vir
tutibus ſublimare,nõ cuiuſcunq; ſed Chriſti,qui tan
quantũ homo habet principaliorẽ virtutem pauper
tatem ſpiritus. Caret enim etiam propria perſonali
Melior tate ideoq; fruitur verbis qua ſubſtantiae. Mirandum
pauptas eſt nobis de patre noſtro Franciſco, qui pauperes
Chriſti. vocat eos qui virtutibus ſublimantur,cum veraci
ter iſti ſint diuites,& etiã euangeliſta dicit,qđ sunt
mat.10.a beati pauperes ſpiritu,qm̃ ipſorum eſt regnũ cœ
lum. Neſcio qualiter pauperes vocari queant,qui
tam ditiſsimum poſsident regnũ. Sed in his ver
bis datur nobis intelligi,quod non religioſa ſed ſe
cularis,non ſpiritualis ſed corporalis,non bona ſed
mala paupertas eſt,quæ ſolum ſiſtit in renunciatio
ne temporaliũ. Nam ſi talis,non eſt virtutibus dita
inter pannoſos & mendicos ſeculars computentur
& inter eos qui nec laborare valent,vt eſurientem
animã repleant. Aut inter eos qui calceos repetare
ſolent; vt ſic victum acquirant. Ex quo ſequitur q̃
paupertas religioſa non debet ſiſtere in carentia re
rum temporaliũ,ſed temporalia proiicere hoc fine,
hac intentione vt etiam viuens in terra diuitias cœ
li poſsideat: quæ ſpirituales ſunt. Hic ſane ſicut aqui
la erit: quæ vacuis plumis iuxta cœlum volare co
nitur. Vbi aduerte q̃ aquila teſte Plinio aſcendit in
cœlum, vt exinde melius venationi valeat intende
re: quia ex alto cœlo liberius venatur quam ex ter
ra: vñ vt plus habeat cœlum aſcendit terrã deſeris
exo.32.b vt nos ſimiliter facientes relinquamus terrena: vt



capiamus cœleſtia. Quæ quidem deus nobis dare
cupit: dum ait. Non apparebis in conſpectu meo
vacuus. Ecce quomodo pura indigentia non eſt ſe
cundum cor dei: niſi virtutibus repleatur. Vnde chri
ſtiana ſiue religioſa paupertas iure aquile compara
tur, quæ teſte Plinio perquirit, & curat in ſuo nido
habere lapides precioſos. Mirabile dictu,quod auis
illa perquirat ea quæ excedunt naturam ſuã,& quæ
non reſeruat cibum reſiduũ pro altera die,ſed ſta
tim cum diſtribuit ſequacibus ſuis, reſeruat lapides
precioſos,vt ſic religioſa paupertas doceatur,quod
ex penuria ſuadet pauperibus,& non ſit ei cura de
craſtino,niſi de obſeruantia virtutum,quæ ſunt la
pides precioſi,quibus anima ditatur; & nidum præ
parat Chriſto. Item (vt ait Diaſcorides) fel aquile
minis prodeſt oculis infirmis,eoſq; lucidos reddit,
paupertas felle non caret niſi in falſis pauperibus,
qui hoc fruentes nomine,vt ſcilicet credatur & vo
cetur pauper euangelicus, non vult vt ei deſit ali
quid: nec fert ſibi aduenire penuriam: iſte cupit eſſe
aquilam ſine felle. Tamen vera aquila medicinale
habet fel. Paupertas euangelica ſuum fel habet,ab
ſinthio non caret: aliquod amarum debet ſentire pau
per Chriſti,cum & ipſe Chriſtus felleam amaritu
dinem ſenſerit in cruce. Cum autem inueneris fel Matt.26.
paupertatis Chriſti gaude: quia oculis animæ pro d.
deſt amaricatio illa: quoniam propheta dicit. Vexa
tio dat intellectum, præſertim in Chriſti penoſa vi Eſa.28.e.
ta quam veri pauperes ſentiunt bene; maxime
dum guſtare geſtiunt fel paupertatis eius. Quod au
tem in præſentiarũ debes amplius attendere eſt,qđ
non relinquat veſtigium paupertas tua,& ſic meri Veſtigia
to Salomon mirabitur: nam aquila veſtigium tranſi paupratis

tus ſui non relinquit. Veſtigium paupertatis eſt triſ-
ſticia murmuratio, tedium vitæ, quia non equanimi-
ter patitur penuriam ſuam veſtigium etiam eius eſt
importunitas, & adulatio: hæc & ſimilia vitia relin-
quit poſt ſe mundi paupertas, ſed ea quæ Chriſti
eſt ſimilia proiicit & non triſtatur, nec adulatur, i-
mo cuncta vertit in melius ſcilicet triſticiam in gau-
dium ſpiritus, murmurationem in laudem dei, pro-
pterea quod nos ei configurat, tedium in bonum
vertit gratitudinem, quia iam elegerit ſtatum, omne
graue in gratiarum actionem vertit, propter illud
quod nunc recepimus, quod ſi non meremur mi-
nus ſoluendo ſumus omnia bona gloriæ quæ ex-
pectamus: vbi pro tribus votis tres beatitudinis par-
tes dabit in ſinum meum deus.

¶Secunda pars.

Apo.12. &.16.c. ¶Lex (vt ait apoſtolus) per angelos ordinabatur,
nec ſolum lex ſed omnia quæ ad legẽ pertinebant,
inter quæ tria precipua ſunt ſcilicet eductio populi
ex egypto, & exhibitio manna in deſerto: & mis-
ſio paſtorum ad populũ. De his ait angelus rector
Tria beneficia hebreis. ſinagoge. Tria mihi ſunt difficilia: nam difficilius
perrexit populus ſub vndis quam vadat nauis ſu-
per vndas: ac difficilius paſti ſunt in deſerto per
manna, quam volet aquila in aerea ad quæren-
dam eſcam ſuam, ac difficilius inuenitur paſtor pru-
dens ſicut ſerpens quam veſtigia ſerpentis, tamen
illa tria effecit angelus pro bono communi ſina-
exo.14.e goge. Primo apperuit eis mare flante vento vehe-
menti & vrenti tota nocte, donec verteretur in ſic-
cum, diuiſaq́ꝫ eſt aqua, & ingreſſi ſunt filii Iſrael
per medium ſicci maris habentes aquam pro mu-
ro à dextris & à ſiniſtris. Sed ne timeret Iſrael



Egyptios ſuperuenientes tullit ſe angelus domini,
qui precedebat Hebreos, & priora dimittens ſta-
tit ſe inter eos & Egyptios, ne poſſent Egyptii ac-
cedere prope Iſraelitas. Dum autem hebrei tranſi-
tum peregiſſent vertit angelus columnam quæ erat
inter Hebreos & Egyptios, quæ quidem erat ex al-
tera parte ignea & ex altera erat tenebroſa velut
nubes denſa. Dum autem filii Iſrael tranſibant cla-
ritas columne erat verſus eos, poſtea vero ange-
lus vertit eam, vt viderent ruinam Egyptiorũ: nam
reuerſe ſunt aquæ ad Egyptios & operuit eos ma-
re ita vt nullus ex eis remaneret. Hoc eſt primum
opus difficile: quod angelus fecit pro Hebreis. Al-
terum vero nõ minoris ponderis eſt cibatio, quam
eis contulit: nam cum defeciſſet farinula, quam ex
Egypto attulerant Hebrei clamauerunt pro cibo,
& pluit illis manna ad manducandum minutum in
ſimilitudinem pruine. Cumque illi mirarentur nec
ſcirent quid eſſet, inſtruxit eos Moyſes, atque do- Exo.16.c
cuit, quod non ſecundum eorum opinionem ros
de cœlo deſcenderet, ſed quod erat manna miſſum
à cœlo pro eorum comeſſione. Et (vt inquit Io-
ſephus) ipſe Moyſes prius illud guſtauit & co-
medit, vt cæteri adhibentes fidem ſimiliter face-
rent. Hic denique cibus dicitur panis angelorum,
quia eorum miniſterio factus eſt, & allatus om-
ni multitudini, quæ erat ſexcenta milia peditum
ad bellum apta præter pueros ac mulieres. Ter-
tium beneficium exhibitum Hebreis: fuit boni-
tas paſtorum. Nec enim facile inuenitur, quæ
ſciat regere populum dei: nam & ipſe deus dum
bonos quærit ſe comparat colligenti racemos,
poſt vindemiam, qui raros aut nullos inuenit,

& dominus de cœlo proſpexit ſuper filios homi-
num, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens de-
tamen omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt.
Deus autem inter omnes elegit Moyſen & Aaron
in quorum manu poſuit ſicut oues populum ſuum.
Moyſes tam bonus erat, vt non inueniretur melior
illo in terra, cui adiunxit fratrem ſuum Aaron, va-
lens tam in corpore quam in anima prouidere po-
pulo ſuo. Tam ſanctiſsimus erat Moyſes vt deo di-
exo.32,g ceret. Aut dele me de libro: aut dimitte populo h-
noxã. Tunc erat ebrius ſpiritu. Vnde ſicut dum q-
ptus vino facit aliqua, quæ ſane menti non con-
niunt, ſic ſancti dum charitatis cellam intrant q-
dam dicunt & faciunt, quæ minime nobis con-
tanea ſunt: nec decet. Sunt enĩ miranda & non -
tanda, promittebat ei deus: quod cum faceret ma-
ris caterue ducem. At ille noluit ne dicerent Eg-
ptii quòd callide eos deus eduxerat de Egypto -
eos in deſerto interficeret. Ecce ergo quomodo
ebrius amore dei ac proximi arat vates, qui & po-
puli damnationem, & iniuriam dei auertere nite-
tur. Ecce igitur tria difficilia beneficia exhibita po-
pulo Hebreo & ſimilia quotidie exhibet fratribus
minoribus in hebreis figuratis. Nam interpretantur
tranſeuntes & diuiduntur ab eis: qui putant ſe ha-
re hic manentem ciuitatem; nos autem ſemper
tranſitu eſſe oportet: quoniam ex vi regule tenemur
eſſe tanquam peregrini & aduene in hoc ſeculo.
tota noſtra perfectio conſiſtit in hoc, vt ſimus tran-
ſeuntes à temporalibus ad æterna, & à viſibilibus
ad inuiſibilia, à naturalibus ad ſupernaturalia, à crea-
Ecc.24. turis ad deũ: qui ait. Tranſite ad me omnes qui con-
cupiſcitis me: ſic faciebat ille qui dixit. Quæ retro

ſunt obliuiſceris in anteriora me extendo. Non ſolũ
immemor erat paulus eorum quæ ſecutus fuerat,
ſed ea totaliter relinquens anteriora quærebat deũ
ante ſe præ oculis habens. Pater Abraham prior
vocatus hebreus, eo tempore quo fratrem ſuũ Loth
à quinq; regibus liberare volebat & pater noſter
Franciſcus patriarcha pauperum maxime fuit he-
breus quando ſpiritum ſuum à quinq; ſenſibus eri-
puit, vt liberius deo vacaret, & totaliter eſſet he-
breus tranſiens non ſolum ex mundo ad deum, ſed
tranſiens à ſe in Chriſtum: vt ei eſſet cruce confi-
xus dicẽs. Viuo ego iam non ego: viuit vero in me
Chriſtus, maximus tranſitus fit quando totum tran-
ſit in totum: cæteri ſancti velut ex parte tranſierũt
in deum ſpiritualiter tantum, ſed Franciſcus etiam
corporaliter cernitur tranſlatus in chriſtum, vt ſuos
amplius moneat relinquere ſemetipſos. Sed væ ha-
bentibus ſeipſos, væ nobis fratres qui tria benefi-
cia quæ retulit non contẽplamur: nos deus eduxit
ab Egypto mundiali, in quo nos demon oppreſſerat
operibus duris peccatorum indurans cor noſtrũ, ne
cognoſceremus deũ ſed lateribus duritie interne ac lu-
to luxuriæ, & paleis vanitatis inſeruiẽtes ceruicibus
curuabamur, laſsis non dabatur requies: dũ poſt pec
cata apponebamus peccare. Deus impedimenta ſub
mouit: mare aperuit nobis per angelum ſuum co-
lumna ignis relucente. Nonne angelus fuit inſpira
tio cœleſtis? Nonne mare fuit amaritudo vitæ ſecu
laris & tedium vitæ præterite: Ignis lucens nonne
fuit lumen dei nobis immiſſum: ad intellectum mi
ſit lumen, ad voluntatem angelicam inſpirationem,
ad cor amaritutidinem vitæ præterite, qua & ma-
los mores noſtros & peccãdi occaſiones velut Egy

prios ſuffocauit, vt in deſerto religionis eſſemus.
Vbi ſecundum confert beneficium alimenta præ
bens talia quòd nec pater aut mater nec induſtria
vlla ſimilia pararet mihi. Nam & nobili profeſſio
natis ſepe deeſt vinum aut caro, nos autem quoti
die ad paratam menſam ſine labore & manna ve
nimus, quam neq; nos neq; parentes noſtri parare
mus, nec ſolum cibi ſubſtantia eſt melior ea quam
in ſeculo haberemus, ſed mirabilior & ab angelis
Elemoſinã parce quære.
cauſata, quorum ſuggeſtione datur elemoſina. Cum
manna deſcendebat pariter & ros & cum elemo
ſina pariter adminiſtratur nobis gratia dei. Elemo
ſina eſt etiam panis quæ de cœlo deſcendit, dum
datur intuitu cœleſti: tamen aduertite quod in men
ſura neceſſaria & non amplius colligebatur man
na, quia elemoſina pro neceſſitate quærenda eſt, &
non pro nimia ſaturitate. Inſuper aduerte quod
manna ſi ſeruatur ſcaturit, quia non licet vt quæ
retur elemoſinis quia ex talibus diuitiis vermes con
ſcientiæ creantur immo & infernales. Væ igitur
plura habentibus quam opus ſit. Nam ſi omnis a
rus non habet hæreditatem in regno Chriſti, quan
tominus ille qui auarus eſt erga elemoſinas. Diffi
culter intrat diues in regnum dei, & difficilime il
le qui cum pauper teneatur etiam abundare nititur
tur elemoſinis, quæ tunc rapine dici poſſent immo
& ſimonia quia nomen dei vendimus vt abunde
mus eis quibus alii pauperes carent quos aliquo
modo necamus dum abundamus. Tertium benefi
Boni prælati.
cium religioni exhibitum eſt bonitas prælatorum
nam & ſi tu vigilas contra prælatum tuum, ipſe
vigilat pro te: tanquam pater in filio vult com
placere in te orat pro te, optat bonitatem tuam,



corpus & animam tuam fouet: & ſane quidem quòd
plus te diligit, quam tu illum. Salutem tuam tibi
ponit, ac verba dei auribus tuis ingerit victum
& veſtitum & doctrinam tibi quærit. Ecce igitur
tria beneficia exhibita tibi, quia ſpiritualiter acce
pta non minus difficilia ſunt quam corporalia ex
hibita populo Hebreo: tamen ſicut & illi nos ea
dem ſpernere non ceſſamus. Populus Hebreo
rum in Egyptum volebat reuerti, & ſic penituiſſe
tuiſſe, quod niſi obſtaret mare reuerteretur. O fra
tres mei quot religioſi reuerterentur in Egyptum,
niſi hoc interiectum vetaret mare: quod eſt confu
ſionem quam timemus. Mare rubrum eſt etiam verecũ
dia quæ ruborem inducit, & reditum vetat. Eſt etiã
verecundia rubra ſanguinea diſciplina: ob cuius me
morium ſtamus. Mare igitur obſtat: alioquin deflerent
nos redeuntes: qui laudauerunt nos exeuntes. Gra
tias ergo deo dicenti. Sepiam viam tuam ſpinis: ne
ſcilicet reuerti valeas. Pariter etiam ſecundum be
neficium ſpernimus, ſcilicet alimoniã cœleſtem ho
ſtiatim nomine dei acquiſitam: quam velut panem
benedictum deberemus comedere: primo namq;
homini dicitur. In ſudore vultus tui veſceris pa
ne tuo. Nos autem panem elemoſinæ veſcimur in
ſudore vultus Chriſti, ſibi datur, quod per elemo
ſinam acquiritur: nos autem panem Chriſti come
dentes ei gratias non referimus. Tertium etiam
beneficium ſpernere non ceſſamus. Quis vnquam
reddit gratias, quod ei deus prælatum dedit? Im
mo quamuis dicat ſcriptura. Diis non detrahas,
id eſt prælatis. Nichilominus peius quam Hebrei
contra Moyſen non ceſſamus linguam extende
re quia vt ait Bernardus. Conſolalatio ſubditorum

murmuratio prælatorum. Sed tantum fere videtur peccare, qui prælato detrahitur, quantū ſi decorum propterea dixit. Diis non detrahas, vbi in ſublimitate nominis profunditas peccati notatur. Ad quod videtur facere, quod cum Dauid in adulterio peccaret: ei propheta dixit. Feciſti blaſphemare nomen domini: vbi blaſphemiam vocauit detractionē contra prælatum. Si autem tantum puniuit deus Mariam ob leuem detractionem circa prælatum fratrem ſuum prolatam ſimpliciter, vt eam iam lepra deuoraſſet, niſi prælatus ille oraſſet pro ea, quanto durius putatis, quod puniet deus innumeratas ac liuore plenas detractiones noſtras? Si ergo tenemur cuiuſcunq; proximi peccatum celare, quanto ſecretius deberemus tegere verenda patris noſtri? Maledictus fuit Cham propterea quod dum pater vino captus erat, nuntiauit fratribus ſuis foras, boni autē filii tunc ea non viderunt, ſed postea patri dixerunt qualiter negotium actum eſſet. Vnde nos inſtruimur, quod abſcente ira tanquā patri debemus prælato nuntiare defectus ſuos, eoſq; tegentiam propter nos fouendos ſepe tranſgreditur, alioquin ſi ſolus eſſet paucioribus indigeret: tamen dum vltra condignum ſolicitus ſit pro nobis labitur in piacula, quæ ſepe non comitteret, ſi nos bene parentes cognoſceret. Memores igitur eſtote fratres ea quæ diximus cauere, nec ſit vobis difficile tribus quæ diximus, gratias habere, vt poſtea gloriam capiatis æternam, quam mihi & vobis præſtet Ieſus dum ab hoc mundo egredientes, panem fruitionis edentes ſub manu prælati omnipotentis viuamus in æternum. Amen.

Murmuratio in prælatos eſt mala.



Expoſitio euangelii dominicæ.

Sed quia vobis promiſi expoſitionem euangelii dominicæ: aduertite. Euangelium præſentis dominicæ eo plus confert ſtatui religioſorum quam detrahat omni hereticorum caterua. Exierunt quidem ex nobis qui non erant ex nobis, ſed ex mundo quem religioni adduxerant, & ſecundum ritum mūdi apud mundi viuentes promoueri cupiebant & abundare donec proiecti ſunt à cetu noſtro, qui non patitur ſimiles peſtes: vnde incipitur euangelium. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Alter dominus cui vir bonus non poteſt licite ſeruire eſt mammona, & interpretatur cupiditas. Hæc dominatur in mundo: vbi teſte Iohanne regnat concupiſcentia carnis & concupiſcentia oculorum: & ſuperbia vitæ. Nemo poteſt bene Chriſto ſeruire, quoniā Chriſto his oppoſita conſulit, eſtq; cupidini contrarius per conſilium caſtitatis contra cōcupiſcentiam carnis, & per conſilium paupertatis contra concupiſcentiam oculorum: & per conſilium humilitatis contra ſuperbiā vitæ. Cum ergo ſuper his tribus bona fundetur religio: nemo ei ex cupiditate poterit deſeruire. Quia ſi amat cupiditatem odio habet religionem vt lutherus, ſi autem religionem bonam ſuſtinere voluerit, contemnet cupiditatem, in contentu enim cupiditatis eſt tota religionis vis: vnde ſequitur in euāgelio. Non poteſtis deo ſeruire & mammone, quia ſcilicet contraria iubent. Vt autem deo & votis eius iam dictis ſcilicet paupertati & caſtitati, & humilitati Chriſti ſeruiamus, immediate ſequitur. Ideo dico vobis ne ſoliciti ſitis anime veſtræ, quid manducetis neq; corpori veſtro quid induamini. De alimētis & tegumentis loquitur hic dominus, quibus iu-

Mat. 6.

Religio eſt oppoſita mundo.

Frater cōtēne cupiditatē.

bet, ne ſoliciti ſimus. Væ autem eis qui argentum theſaurizant:& eis qui abſcondunt frumenta, & eis qui mollibus veſtiuntur, quia non ſolum ſoliciti ſunt, ſed vt plurimum raptores. Propriæ igitur conuenit religioſis omnem ſolicitudinem ſuam in eum proiicere, qui ad religionem vocauit eos, vbi …

*Prælatus pat aliis vt pater.*

ſeruatur modus, quod ſciens pater noſter prælatus quod his omnibus indigemus procurat ea nobis … nos ipſi quietius poſſimus dño reddere famulatum. Nec inconuenit, quod aliquos deſtinet ad eleemoſynam acquirendam, quoniã aues cœli, quanuis nõ ſerunt neq; metunt, diſcurrunt tamen volantes vt poſſint viuere. Sed quoniam qui maiora dedit, minora conſequenter & annexa donabit ſequitur in euangelio. Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus pluſquam veſtimentũ? Anima ideſt vita noſtra permanere non poteſt ſine eſca, nec ipſum corpus ſine indumento, deus qui nobis animã ideſt voluntatem veniendi ad religionẽ contulit, qui & corpus … præſtitit, conſequenter porriget omnia eis neceſſaria. Vt autem Chriſtus defendat nos ab hereticis, qui velut ocio torpentes carpunt nos: optime ſubiunxit dicens. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt neq; metunt, neq; congregant in horrea: & pater veſter paſcit illa.

*Fratres non metant.*

Optime licet, cum cum merito, vt agricole chriſtiani ſeminent, metant & congregent, Chriſtus tamen volens pro nobis ſatiſfacere noſtris emulis, improperant enim nobis quod non laboramus manibus noſtris, & victum … quia ſequimur conſilium dicentis. Reſpicite volatilia cœli &c. Et quia chriſtus dominus eſtimat … pondere omnia: ſubiunxit. Nonne vos magis pluris eſtis illis? ideſt maioris precii. Sicut ergo …



… fuit fratres iuxta primogenita ſua & ætatem ſuam, ſic dominus ponderator ſpirituum, ideſt meritorum ſingulis prout decet ſatiſfacit, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & de omnibus cura eſt illi, qui etiam ſecrete maiora præſtat: nam ideo addidit. Quis autem veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Ecce quomodo nobis præſtat incrementum deus, ideoq; iuxta incrementum præſtabit alimentum. Status mundi quotidie decreſcunt, regna minuuntur, & genus nobilium minoratur, tamen religio quotidie creſcit, quanuis nouos quotidie patiatur ſubuerſores, quos aliquando habet intra ſe, tamen deus adiicit plures cubitus ad ſtaturam ſuam, ideſt ſanctitatem conferentes: & honorem. Nolo nunc recenſere ſubuerſores religionum, nec eos quos ei deus addidit cubitus ideſt ſanctos ac doctos viros. Vidimus ergo quomodo eſt nobis paupertas, de caſtitate autem ſequitur.

*Caſtitas religioſa*

Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Veſtes effeminatorum ſunt blanditiæ, ſicut veſtis luxurioſi eſt lutum, cui totus immergitur, vt ſus inuoluta volutabro luti. Vt autem non molitiæ veſtiamur ſed caſtitate ſequitur. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt. Munditia liliorum vult nos abundare dominus Ieſus, velut illa amica ſua, de qua in Canticis dixit. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

*Cãt.2.a.*

O ergo viri religioſi conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt inter ſpinas: quia inter ſpinas & aſperitates proficit caſtitas. Vt autem dominus oſtenderet quomodo quietius viuitur in celibatu quam in matrimonio addidit. Non laborant neq; nent. Vt notat Chryſoſtomus, non laborant dixit propter viros, neq;

nent propter mulieres. Eſtne paucus labor in hoc
quomodo placeat vxori? nam hunc laborem con
Mat.9.b. ſiderantes diſcipuli dixerunt Chriſto. Si ita eſt cau
ſa hominis cum vxore: non expedit nubere. Chri
ſtus autem confirmans eorum ſententiam ſubiun
xit. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter
regnum cœlorum quaſi dicat hoc eſt minor labor.
Vt ergo Chriſtus gloriam celibatus oſtenderet in
præſenti euangelio addidit. Dico autem vobis, quia
nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſi
cut vnum ex iſtis. Gloria Salomonis precipue vige
bat in vxoribus quibus ita circumamictus erat, vt
iam ſub eis non videretur Salomõ ſed fatuus quo
niam ab eis dementatus eſt. De obedientia poteſt
quoq; intelligi quod in euangelio ſequitur. Si au
tem fenum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum
mittitur: deus ſic veſtit quanto magis vos minime
dei? In ſacra pagina ſeculi potentia vocatur fenum
Pro.27.d quoniam ſapiens dixit. Apparuerunt herbe viren
tes: & collecta ſunt fena de montibus. Virent liber
tates mundi parum temporis ſicut fenum: quo
Ecc.10.d niam alibi dicitur. Omnis potentatus vita breuis
tamen adueniente morte non ſolum fenum agri,
ideſt conuiuis libertas mundi, ſed etiam fenum de
montibus, ideſt libertas nobilium colligetur: quod
(vt inquit euangelium) hodie eſt ideſt in ſeculo &
cras autem ideſt in alio ſeculo mittetur in clibanum
ſubiectionis. Si ergo fenum agri, ideſt libertas mun
di ſic viget, deuſq; fauet ei quanto amplius fauebit
libertati ſpiritus? Veſtit ideſt protegit deus libertatem
nobilium virorum vt poſſit diſcurrere etiam ma
nu armata per mundum: libertas autem ſpiritus ma
gis à Chriſto protegitur, quæ non in diſcurrendo



aut litigando conſiſtit, ſed in omni abdicatione
poſſibili corporalium rerum, quæ animam impe-
diunt, & à cœleſtibus ſubducunt, & ineptum reddũt.
Spiritualis ergo libertas eſt in ſequentibus euange
lii præſentis verbis vbi chriſtus ait. Nolite ergo ſo
liciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid
bibemus: aut quo operiemur. Manducatio tuetur
auaritiam, quia prætextu eius omnes congregant
etiam aliquando nõ ſua: vnde propterea ſapiens di
cit quod omnis labor hominis eſt in ore eius. Nam
laborat, & totum lucrum ori ſuo applicat. Qui au-
tem de elemoſinis viuit non eſt ſibi ſolicitus: vt ora
tionibus vacet: ac dei laudi. Nec ſecundo ſoliciti ſi
tis dicentes, quid bibemus, vbi nota quod ſapiens Aqua eſt voluptas
licitam voluptatem vocat aquam dicens. Bibe aquã
de ciſterna tua &c. ideſt ſecundum Chryſoſtomum,
ſane voluptatem de vxore tua: quamuis aquæ fur-
tiuæ ideſt adulterinæ voluptates dulciores ſint. De
his aquis fratres mei nihil ſoliciti ſitis, vt ille qui
ſolicitus eſt quomodo placeat vxori, quoniam celi
batũ agens liber eſt ab his ſolicitudinibus. De ter-
tia quoq; dixit, non dicatis, quo operiemur? honor
comparatur veſtibus; quia eis honeſtiores appare-
mus. Renunciet ergo frater minor omnem auari-
tiam & omnem voluptatem, & omnem honorẽ
ſeculi: quoniam cauſa ſequitur in euangelio. Hæc
enim omnia gentes inquirunt. O quanta ſolicitudi
ne torquentur diuites, ô quanta diſtractione oppri-
muntur coniuges, ô quanto prælio ſuccumbunt vi
ri honorati. Sola horum libertas & horum ſilentiũ Libertas ſpiritus.
eſt præmium accidentale bonorum religioſorum,
qui relictis omnibus dominum ſequuntur, nec ha-
bent tueri pecuniam, aut inſeruire vxori: nec defen

dere honorem. Sed forte dicetis vos mihi thema meum ſcilicet tria ſunt mihi difficilia quæ dixiſti nam cum demon rebus ipſis hominem nō impugnat, earum imaginibus & metu eum turbat, quod & etiam de beato Franciſco dicitur, quod aliquando ſubiit animum eius, vt vxorem duceret, & ideo vxorem filios & filias ex niue condidit, & ibi cum vxore ſua nudus iacuit. Fateor equidem impoſſibile quin his tribus tangamur, quia nobis naturalia ſunt: tamen hæc humana tentatio prouentum habet, præmium & victoriam ingerit bonis religioſis occaſionaliter, quoniam propterea ſubiungit in euangelio præſenti. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis ſcilicet ad meritum augendum. Sicut aurum indiget probatione, & Roma indiguit carthaginenſibus, & Hieruſalem amorreis quos dimiſit dominus, vt in his erudiret Iſrael, ſic religio indiget ad ſuam probationem motibus ſuis, vt probetur & coronetur. Sed nouus miles dicet. Quis poterit tot annis præualere contra innatos appetitus? nam cito relinquuntur omnia, ſed non cito traduntur obliuioni: non cito euelluntur à corde. Audi frater: nam ſi eo citius interius vitia vinceres, quo ea foris derelinquis, grande quidem ſuperbiæ damnum veniret tibi: plus obeſſet quam prodeſſet religio illa, quod timebat, ille qui cum ſuos gloriantes videret, ex eo quod etiam dæmonia ſubiicerentur eis: illico ſuccurrens peſti dixit. Videbam ſathanam tanquā fulgur de cœlo ſcilicet ſanctitatis cadentem: quia ſcilicet ſuperbia elatus propria virtute. De ſuccurſu autem non dubites: quoniam propterea Chriſtus concluſit. Quærite ergo primum regnum dei & iuſticiam eius, &

Tentatio prodeſt.



hæc omnia adiicentur vobis ideſt ſubiicientur. Quilibet ergo qui in religione ſua ſtatuerit apud ſe non aliud primitus quærere quam regnum dei, propter quod omnia terrena dimittens adnititur quærere iuſticiam eius, quæ repente non acquiritur, quoniam propterea ſunt beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, ita vt omnem ſolicitudinem quam adhiberes, ſi diues eſſes & vxoratus & potens, totum illum conatum in acquirendam iuſticiam regni cōuertas, quoniam propheta dixit. Conuertimini qui in profundum receſſeratis. Et Paulus ait. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire &c. Dum hæc feceris omnia adiicientur ideſt ſubiicientur tibi: nunc per gratiam, & in futuro per gloriam: quam mihi & vobis præſtet Ieſus. Amen.

## ¶SERMO. LXVII. IN DOMINICA. xv. poſt penthe. vbi & accidit funus. THEMA.

Ecce defunctus efferebatur. Luce. 7.

¶Inuocatio ad virginem.

SEdule mulieris officium eſt pietatem præſtare defunctis, funera componere, ſudaria ligare, & præparare vnguenta, ſi vnguendum eſt cadauer: vnde hoc ſanctis mulieribus aſcribitur in euangelio, vbi de dominico funere fit mentio in ſepultione Chriſti. Et quo amplius mulier affinis & coniuncta eſt defuncto, tanto plus hoc ei conuenire videtur: vñ quærendum eſt à Maria matre Ieſu cur poſtquam depoſitum erat corpus filii, non exercuit erga eum funerale beneficium. Sed fortaſſe poterit reſpondere, quod quemadmodum ei defuit aqua filio ſitiēti, ſic defuit vel ſimplex funus, & ideo Ioſeph nobilis mercatus eſt ſindonem qua Chriſtū

Fun⁹ maria deo contulit.

Inuoluit hoc permittente Maria, quãuis funus eſſet officium. Sed quid tunc illa beata anima virginis cogitabat: quid Maria diceret niſi iſtud. Quando ego fili dei te concepi ſindonem,& funus mortalitatis feci tibi ex tela cordis mei te indui, filis meorum viſcerum confecta: te vnxi deuotionis meæ vnguento, tunc femina circundedit virum, qui funere mortalitatis amictus eſt. Veluti Lazarus de monumento exiit Chriſtus de vtero matris: ſed in morte iudeis dicitur. Soluite templum hoc, quemadmodum dictum eſt apoſtolis de Lazaro. Soluite eum & ſinite abire. Quia igitur mors noſtra dicitur ab apoſtolo depoſitio tabernaculi, iuſte mors Chriſti depoſitio funeris dici valet: vbi exuitur ſindone mortalitatis abiturus ad patrem vt nos gratia ſua veſtiret quæ quia meritis illius, quæ illum induit obtinetur, ſcilicet, Mariæ ei genibus flexis offeramus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Perſpicuum eſt vobis fratres, quod tres dominus noſter mortuos ſuſcitauit, filiam principis ſynagoge in domo coram patre & matre eius: iuuenem ad portam ciuitatis eductum, & Lazarum ex monumento fetidum. Hos tria nouimus ſignare peccata quæ ſunt precipua in mundo videlicet ſuperbiam per nobilem Lazarum, luxuriam per iuuenem in feretro reſidentem: auaritiam per puellam cui bicine canebant. Alii dicunt quod in puella ſignatur peccatum cordis quod eſt intus in domo maſtra, in iuuene peccatum oris, quod eſt in porta noſtris in Lazaro peccatũ operis, quod eſt ſepulchrum extra nos ſepultum in re ad extra. Et iuxta hoc Bonauentura in quodam hymno. Pater Franciſcus

Quid ſi= gnẽt tres mortui ꝑ Chriſtũ ſuſcitati.



[illegible] domum portam & tumulum &c. Alii dicunt quod in his tribus mortuis ſignantur tres eccleſiæ ſtatus videlicet religioſorum in puella, clericorum in Lazaro, ſecularium in iuuene: quos dominus ſo= lus ad vitam gratiæ poterit ſuſcitare: ſed nunc in ſermone hoc de quolibet noſtrum videndum eſt qualiter mortuus eſt, & ſuſcitari poterit per miſeri= cordiam dei.

Diuiſio.

¶ Prima pars.

¶ Medicus multum peritus quando ſolus ſcit ali= quam infirmitatem grauiſsimam ſanare in plurimũ habetur, & quæritur vndecunq; etiam mercede pro ſalute, dominus autem cum ſolus ſciat à morte peccati liberare ſeipſum offert cũ mercede alacer iux= ta illud. Dignos ſeipſa circuit quærẽs, & in viis ſuis oſtendit ſe illis hylariter, & in omni prouidentia occurrit illis. O fratres qui propter mortuum eſtis triſtes ſuper vos ipſos flete: ſi aliquo peccato mortui eſtis, nec deſperetis quia de Chriſto ſuſcitante inci= pit euangelium hodiernum. Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naym. Qui prior dilexit nos non vocatus ibat: immo obuiat nos is quaſi mater hono= rificata in omni prouidentia. Nemo igitur fratres deſit gratiæ dei, ſed eam videat quotidie venientẽ ad ſe nec ſolam quia ideo ſequitur. Et ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. Qui diſcipulos defert docere nos vult vt crucem noſtram accipiamus infirmitatem, pœnitentiam, vel tribulationẽ illatam gratanter acceptantes: vt poſsimus ſui eſſe di= ſcipuli. Turba copioſa eius charitas eſt: quia fortis eſt vt mors dilectio Chriſti qui ex amore mortuus eſt pro nobis vt nos viuamus. Diſcipuli ideſt ange= li & turba copioſa & bene ordinata charitatis eius

Gratia ꝑ ueniens.

Sap.6.c.

eum impellunt:vt veniat ad ciuitatem ſuam Nam
ideſt animam peccatoris:nam interpretatur fluctuās
& peccatum animā facit fluctuantem & inſtabilem
Thre.1.c vnde dicitur. Peccatum peccauit Hieruſalem pro
pterea inſtabilis facta eſt. Hæc ciuitas animæ quæ
de Hieruſalem propter peccatum facta eſt Naym
Quadru quatuor angulis fluctuat:vt tota corruat.Primo flu
plex flu= ctuat peccator in propoſito, quia vult & non vult
ctuatio piger:ſimilis arundini quolibet vento agitatæ:vnde
animę. Eſa.ait.Commotum eſt cor populi huius ſicut mo
Eſa.7. uentur ligna à facie venti.Similis etiam fluctui ma
ris quia cor impii quaſi mare feruens qd' quieſcere nō
poteſt.Fluctuat ſecundo in opere quia teſte Salomo
Pro.11.c. ne impius facit opus inſtabile,quia telas araneæ te
Luce. xuerunt:vnde ait dñs.Hic homo cepit ædificare,&
non potuit cōſummare.Tertio fluctuat in ſtatu quia
modo triſtis modo letus:& nunquam in eodem ſta
tu permanet:quoniam ſtultus vt luna mutatur.Exē
Heſter. plum eſt in Aman,quem cum regina Heſter voca
ſet ad conuiuium letus rediens ad domum ſuam,
ſtatim fit triſtis quia non aſſurrexit ei Mardocheus,
Quarto etiam in loco fluctuat,quia ſepe tranſit de
Hierem. loco ad locum:vnde ait propheta.Populus iſte dile
xit mouere pedes ſuos: & dño non placuit. Imm[illegible]
deterius ſe haber ſicut infirmus mutans letum. Et
Proue.7. de peccatrice dicitur,quod eſt garrula vaga quie
tis impatiens,non valens in domo conſiſtere pedi
bus ſuis,nunc intus,nunc in plateis,nunc iuxta angu
los inſidians. Scit circuncurſare domos alienas. [illegible]
Timoth. animam ſic fluctuantem motus charitate venit chri
Firmitas ſtus cum ſuis,vt ei infirmitatem præbeat,quia vt ait
quadru= Paulus:optimum eſt gratia ſtabilire cor.Et tot con
plex. fert ei firmitates,primo in propoſito quando con



firmat habitas cogitationes varias, quia congre=
gans ſicut in vtre aquas maris ait. Congregentur Pſalmus
aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locū vnū,& appareat ari
da ideſt cogitationes fluxibiles ad vnum confluant
propoſitum,quia vnum eſt neceſſarium:& appareat
anima ſolida.Secundo firmat in opere dicens illud 1.Cor.15.
Pauli.Itaq; fratres mei ſtabiles eſtote, & immobiles g.
in omni opere domini,ſemper ſcientes q; labor ve
ſter non eſt inanis in domino.Tertio firmat in ſta=
tu,quia de Anna viſitata dicitur q; poſt orationem 1. Reg.1.
vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati,& vir
ſanctus in ſapientia permanet vt ſol. Quarto firmat
in loco dicens. Confide & mane in loco tuo, & ſi Eccle. 11.
ſpiritus poteſtatem habentis ſcilicet dei aſcenderit
ſuper te:locum tuum ne dimiſeris. ¶Vidimus qua=
lis venit Chriſtus quia miſericors in oblatione ſui,
& ad quē venit quia ad fluantem peccatorē qui à
quatuor fluctibus velut à quatuor portitoribus agi
tatur: quos Ieſus ſedare poteſt. Nūc videamus qua
lis eſt peccator de quo ſequitur. Et cū appropinqua
ret porte ciuitatis:ecce defunctus efferebatur filius
vnicus matris ſuæ. Nūc de ſpirituali morte aduerte,
quod ligna nutriunt ignem,ſic bona opera nutriūt
Chriſtum in anima:vñ ait Rachel ad maritum. Da
mihi liberos alioquin moriar. Quia gratia ſine filiis Gen. 30.
ideſt bonis operibus moritur,quæ ſaluatur per filio
rum generationē. Moritur in homine Chriſtus per Peccatū
peccatum quia gratia eius recedente moritur ho= mors eſt.
mo deo,peccatum ſiquidem mors eſt,etiā ſi per ſin
gula perſcruteris:nam de ſuperbia dicitur. Conſum Iob.5.
mat brachia eius primogenita mors,quod mors ſit 1.Iohā.3.
inuidia patet quia paruulum occidit inuidia, quod
odiū patet,quia qui non diligit manet in morte,qd'

mors ſit accidia pater quia dicitur. A triſtitia feſti-
nat mors: quod auaritia patet quia ſcriptum eſt. Ec-
ce morior in hac humo. Moritur quidem in hu-
mo qui ſepultus eſt in amore diuitiarum: quod
gula & luxuria ſint anime mors patet, quia vidua
in deliciis viuens mortua eſt. In deliciis ſcilicet gu-
le & luxuriæ. O peccator ſi ſcires quomodo imagi-
nem habes quòd viuas & mortuus es. Tamen ſicut
mors corporalis paulatim procedit ſic ſpiritualis: pri-
mo quidem infirmatur peccator in ſuggeſtione im-
Pſalmus miſſa: vnde Dauid. Infirmatus ſum: & non fuit qui
adiuuaret: & alibi. Infirmata eſt in paupertate vir-
ꝓceſſus tus mea. Sicut infirmitas debilem facit virtutem cor-
peccati. poris: ſic ſuggeſtio vim anime. Vnde erat quidã re-
gulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Secũ-
do languet in delectatione ſicut languens Lazarus
in Bethania, quãdo aliqualiter obedit peccato, quia
bethania dicitur domus obedientie. Tertio moritur
Ezech. in conſenſu, quia peccatum cum conſummatũ fue-
rit & decretum generat mortem, & anima quæ pec-
cauerit ipſa morietur: quanuis ſit immortalis. Quar-
to extra domũ effertur per operis executionem: vn-
Naũ.2.b. de ait propheta. Porte fluuiorum id eſt ſenſuum aper-
te ſunt & templum ſcilicet anime ad ſolum diru-
tum, & miles ſcilicet ſpiritus noſter captiuus addu-
ctus eſt. Quinto ſepelietur per conſuetudinem: vn-
Hie. 22.c de Hieremias ait. In ſepultura aſini ſepelietur ſcili-
cet in conſuetudine laſciuie ſicut equus, & mulus
effrenis. Sexto lapis ſuperponitur in obſtinatione
Thre.3. iuxta id. Lapſa eſt in lacu vita mea: poſuerunt lapi-
Iohã.11. dem ſuper me. Et Iohannes ait. Erat ibi ſpelunca &
lapis ſuper poſitus. Spelunca eſt cecitas peccatoris,
quia turbatus eſt à furore oculus eius. Et lapis duri-



tia in excuſatione peccati. Septimo putreſit per
infamiam: vnde ſapiens ait. Memoria iuſti cum lau- Prouer.
dibus: vita autem impiorum putreſcet. Octauo feret
dum ſuo malo exemplo alios prouocat, quia pu-
truerunt iumenta in ſtercore ſuo, vbi duplex fetor
notatur, ſcilicet in ſe: quia putruerũt in ſtercore etiã Ioel.
quo ad alios. Veni domine Ieſu occurre iam in om- Ieſu oc-
ni prouidentia tanto malo appropinqua porte ciui- curſus.
tatis, obuia principio mali operis, obſiſte porte etiã
rationis noſtræ cum in pueritia incipit puer repro-
bare malum & eligere bonum, quia tunc mundum
intrat, vel nunc quando peccare incipit cohibe: re-
frena peccatorem: vt dicere valeat. Cogitaui vias Pſalmus.
meas & conuerti pedes meos. De te domine ſcri- Iob.38.a
ptum eſt. Concluſit oſtiis mare quando erumpe-
bat quaſi de vulua procedens id eſt ab ipſo conſen-
ſu interiori: vbi Chriſtus ſtimulare non ceſſat pec-
catorem. Præſens autem peccator notatur primo à
conſenſu interiori cum dicitur defunctus: ſecundo
ab opere exteriori dum efferebatur: tertio à cõpla-
cencẽtia peccati quia filius vnicus matris ſuæ inter
quos maximus eſt amor, ſicut inter peccatorem &
peccatum: immo & maior ideo ſequitur: & hæc vi-
dua erat. Talis amplius amat vnicum quam vxora-
ta. Sed aduerte quòd peccator mulieribus efficitur:
ex homine fit mulier & vidua: vnde vt ait Auguſti-
nus in libro de trinitate exponens illud apoſtoli, ca-
put mulieris vir Mulier eſt inferior pars rationis,
vir ſuperior quæ inferiorẽ debet cohibere & regere:
& quando hoc non facit moritur vir, & peccator
efficitur mulier vidua de qua dicitur. Quomodo fa- Thre.1.a
cta eſt vidua domina gentium id eſt pars inferior ra-
tionis quæ debet motibus dominari, & princeps

prouinciarum ideſt ratio ſuperior facta eſt ſub tri
buto,& ſeruitute peccati. Nunc de remedio huius
ſpiritualis mortis videndum eſt ad vitam gratiæ, de
qua ſequitur. Acceſsit Ieſus & tetigit loculum,& hi
antecedẽ qui portabant ſteterunt. Nec ceſſamus à malis,nec
tia grãm aggredimur bona niſi per gratiam dei,ideo vt his
detineatur tangit Chriſtus feretrum,& vt piſcina
moueatur ad ſanitatem deſcendit angelus ſuper eã
ſignans deſcenſum dei ad animam vt promoueatur
ad bonum. Nunc autem tria facit Chriſtus,primum
eſt excitatio voluntatis per gratiam præuenientem,
quia acceſsit. Secundum eſt incuſsio timoris quia
tetigit loculum. Tertium eſt ceſſatio ab actu & ope
ratione peccati: quoniam hi qui portabant ſtete
runt. De primo ait Dauid. Miſericordia eius,ſcilicet
excitans voluntatem præueniet me: quia ipſe di
xit. Reuertar ad Hieruſalem in miſericordiis. De ſe
cundo aduerte quòd loculus peccati eſt conſcien
tia peccatoris in qua portat peccatum ſuum,qui
ſtratus alibi dicitur lachrimis rigandus. Hunc pri
mo tangit deus per incuſsionem timoris iuxta il
lud. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramẽ.
Cãt.5.b. Et hoc eſt quando immittit timorem ex conſidera
tione defectus. Tot habes foramina quot peccata.
Et venter meus ideſt conſcientia intremuit ad ta
ctum eius. Secundo illum tangit per compunctio
Pſalmus nis infuſionem. Tange montes ideſt induratas men
tes:& fumigabunt. Tertio per immiſsionem tribu
Iob. lationis in perſona & rebus: iuxta illud. Tange cun
Portito- cta quæ poſsidet,os eius & carnem &c. Nam mul
res ſunt tiplicate ſunt infirmitates eorum: poſtea accelera
occaſio- uerunt. ¶ Dum ergo tangit deus conſcientiam tunc
nes pcti. portitores qui ſunt occaſiones peccati videlicet lo



cus ſuſpectus,incautus aſpectꝰ,ſolitudo,& ſimulata
honeſtas. Hæc quatuor notantur in Daniele,vbi di Dani.13.
citur de preſbyteris induratis,qđ frequentabãt do
mum Ioachin,vbi notatur locus ſuſpectus,quia ibi
erat mulier pulchra nimis: de qua ſapiens ait. Viæ in Prouer.
ferni,viæ eius penetrantes ad interiora mortis,fili
acquieſce verbis meis: longe fac vias tuas ab ea. Et
in Geneſi dicitur. Ne ſies in omni circa regione. De
ſecundo portitore dicitur ibidem. Et obſeruabant
quotidie ſolicitius videre eã,in quo taxatur incau
tus aſpectus cum econtra dicatur. Auerte oculos à
muliere compta,virginem ne reſpicias in decore
ſuo. Non es fortior Dauid,qui videns mulierem 1.Reg.11
ex aduerſo lauantem ſe adulterauit. De tertio por-
titore peccati: qui eſt ſolitudo ſequitur ibidem. Sta-
tuerunt tempus in quo eam poſſent inuenire ſolã.
Et exinde dixerunt. Ecce oſtia pomerii clauſa ſunt
nemo videt nos. Simile eſt in Geneſi vbi nec domi
na ſua Ioſeph aggrederetur niſi eum ſolum inueniſ
ſet nec diceret ei. Dormi mecum. Hinc eſt quod di
citur in comuni prouerbio,quod oportunitas facit
furem,& camera vacua ſtultam dominam. De vlti
mo qui eſt ſimulata honeſtas additur illic ꝙ erant
preſbyteri & iudices & veniebãt ad eos omnes qui
habebant iudicia: tamen egreſſa eſt iniquitas ab eis
qui videbantur regere populum. Iſte ergo ſiant oc
caſiones,quando ceſſant,reſecantur,& abiiciuntur,
ob dei timorem aliámve prædictarum cauſarum.
¶Quam facile ſit impedimentis ſemotis & occa-
ſionibus à peccato ſurgere oſtendit Chriſtus dum
ait. Adoleſcens tibi dico ſurge. Et ſurrexit qui erat
mortuus,& cepit loqui. Adoleſcens proprie dicitur
à.14. anno vſq; ad.28. quo tẽpore ad bonũ flexibilis

Facilitas ſurgendi homo, vt ramus tener qui facile poteſt flecti, ſic hoc dicitur. Tunde latera eius dũ infans eſt. Tunc homo ad obediendum eſt promptus vt Samuel qui

1.Reg.3. ait. Ecce ego quia vocaſti me. Et poſtea dixit: Loquere domine quia audit ſeruus tuus. Hic talis etiam

Hierem. verecundia perfunditur iuxta illud Hieremiæ. Poſtquam oſtendiſti mihi confuſus ſum, & exhibui quia ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. Non de facili ſurrexit Lazarus, ſed prius flet Chriſtus, & fremit, & clamat: vbi notatur multo labore ſudare oportet in ſuſcitatione ſpirituali ſeniorum: vnde ait propheta. Si poteſt ethiops mutare pellem ſuã, ita & vos poteritis benefacere ſcilicet inueterati malorum. Et tamen maledictus puer centum annorum ita peccatis aſſuetus ac ſi ſenex eſſet in eis. Non ſitis vos talibus fratres, ſed ſicut hic qui audita voce Chriſti reſedit, vel ſicut ille, qui nullo exterius prædicante ad ſe reuerſus ait. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ſurgam famelicus & ibo ad patrem meum &c. ¶ Quanuis iuuenis facile ſur-

Pronitas git pronior manet ad peccandum: ideo de hoc dicitur: quod reſedit in feretro. Qui ſedit partem habet inclinatam, & partem eleuatam, in quo notatur qd nullus iuuenis omnino ſurgere poteſt ita quod immunis ſit ab omni culpa & templatione, quia ſpiritus promptus eſt caro autem infirma. Tamen remedium pronitatis eſt iterata confeſsio: ideo ſe-

Eccleſ.5. quitur. Et cepit loqui. A mortuo quaſi nil perit cõ-

Cõfeſsio eſt remedium. feſsio: ſed prius oportet quod à peccatis reſurgat. Et ſicut iſte in loquella compenſauit quod deerat ex ſuma reſurrectione, ad quam ambulare debuiſſet, ſic defectus & pronitas noſtra ſuppletur in iterata confeſsione peccati. Canis equidem ſepe lingua



vulnera lambit, ſic faciat peccator in vulneribus peccatorum ſuorum, quia mors & vita in manibus linguæ. Iterata igitur confeſsio notatur cum dicitur quod cepit loqui. Nec ſola confeſsio ſit tibi, ſed curam habe non cadendi, quia ideo ſequitur. Dedit il- Cura nõ

lum matri ſuæ. Huic matri miſericordia motus di- cadendi.

xerat Chriſtus. Noli flere. Et eſt recta voluntas quę ſenda non vult iam committere. Huic matri bonorum operum cõmitendus eſt homo, etiam cum langueat per immiſſam ſuggeſtionem, quia pater filium qui dolebat caput remiſit ad matrem ſuam. Et ille qui in latrones inciderat ſtabulario committitur ſcilicet propoſito firmo cum promiſsione mercedis ſuper erogationi addite. Vnde ſi vis non cadere aliquid ſuper erogare oportet: nam qui ſolum vult facere quod tenetur, & non amplius quomodo putat deum ſui eſſe ſolicitum? Volumus equidem, vt nos cuſtodiat deus vt pupillam oculi, & quod maxima cura ſit illi de nobis: ille autem matri viduæ, ideſt voluntati tuæ te committit, quæ nunc in bonum vidua dicitur conſolata: vt totam curam impendat tibi ne iterum cadas. ¶ Ea quæ valent ad non recidiuandum ponuntur in hoc euangelio cum ſubditur. Accepit autem omnes timor ſcilicet reuerentia diuinæ maieſtatis: de quo dicitur. Timete dominũ omnes ſancti eius quoniam nihil deeſt timentibus eum. Nihil ideſt peccatum quod tu putas eſſe aliquid cũ nihil ſit: ideo ipſe te ſeducis. Secundo magnifica diuinam bonitatem, quia magnificabant deum iuxta illud. Magnificate eum quantum poteſtis maior eſt enim omni laude: quia magnificauit facere nobiſcum. Tertio regratiare illi, quia deus vi- Gratiæ

ſitauit plebem ſuam, ex qua viſitatione omne bo- viſitatio.

rium habenus: præſertim quatuor. Primum [illegible]
me illuminatio, quia viſitauit nos oriens [illegible]
luminare his qui in tenebris & vmbra mortis [illegible]
dent. Secundum eſt correctio proprii deliſti [illegible]
ait. Viſitabo in virga iniquitates eorum:& in [illegible]
ribus peccata eorum. Tertium infuſio pacis & [illegible]
ſolationis ſecundũ illud quod ait deus. Ponam [illegible]
Eſaia. tationem meã pacem. Quartum liberatio à [illegible]
miſeriis per adeptionem æternæ hæreditatis [illegible]
Eze. 34. ait dominus. Viſitabo oues meas & liberabo [illegible]
omnibus locis in quibus diſperſe fuerant in [illegible]
bis & caliginis & educam eas de populis, & congre[illegible]
gabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam
ſcilicet viuentium, & paſcã eas in montibus Iſrael
& in riuis, & cunctis ſedibus terræ. ſ. virorum [illegible]
ſcuis vberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis
Iſrael erunt paſcua earum, ibi requieſcent in herbis
virentibus & in paſcuis pinguibus: & accubare [illegible]
faciam ſcilicet ſecure. Gaudeamus ergo fratres [illegible]
qui ſumus oues paſcue eius, & præparemur ad [illegible]
mam viſitationem quando viſitabit ſuper orbem [illegible]
la, quando non mouebitur miſericordia ſed [illegible]
iudicio, vbi nil proderit mater, nec blande loquens
deus, ſed rigide maxime damnatis quando [illegible]
ite maledicti: electorum autem cetui dicitur. Surge
qui dormi: & illuminabit te Chriſtus. Tunc cor[illegible]
pora beatorum quæ iacuerant ſedebunt glorio[illegible]
tunc ore proprio quilibet loqui incipiet, tunc [illegible]
tur celeſti Hieruſalem eius ciuilitate donatus [illegible]
dicitur. Quæ ſurſum eſt Hieruſalem mater noſtra [illegible]
bera eſt. Hæc mater beatiſsima etiam nunc [illegible]
citur quia ſancti immo & Chriſtus noſter [illegible]
tus orant pro nobis. ¶ De duabus prædictis [illegible]



[illegible] & gloria loquamur fratres vt quilibet noſtrũ Pena & gloria.
[illegible] propheta magnus procul ſans, non de mundiali
[illegible] non de terrenis ſed de cœleſtibus gloriæ para-
[illegible], ad quam ſi aſcendere cupimus, oportet vt hic
[illegible] per gratiam ſurgamus nemo quidem aſcen- Reſurrectio per gratiam.
[illegible] quin ſurgat, qui autem ſurgit terram pedibus te
[illegible] oculis cernit: manibus nititur, corpus ex
[illegible]. Ex primo largitas in cõculcatione temporaliũ
[illegible] enim pedibus conculcatur parũ contingitur,
[illegible] omnia temporalia pedibus effectuũ conculcã
[illegible] ſunt, & pro ſola neceſsitate ſunt tenenda, vt pa-
[illegible] in Mattheo qui & ſi à Theloneo ſurrexit, poſtea Matt. 9.
[illegible] domo ſua fecit conuiuiũ Chriſto. Ex ſecunda ſur
[illegible] diſpoſitione habetur prudentia dũ cernit cœ
[illegible] per cœleſtiũ conſiderationẽ, vt Saulus qui ſur- Act. 9.
[illegible] de terra apertis oculis nihil videbat, ꝓ nihilo
reputans omne terrenũ. Ex tertia diſpoſitione ſur-
[illegible] qua manibus nititur caſtitas inuenitur quæ
[illegible] fortitudine exercetur dum manũ mittit ad fortia,
[illegible] vt ei dicatur. Surge propera amica mea, ſcilicet Cant. 2.
[illegible] per caſtas affectionis mihi vniris, colũba mea
[illegible] pro caſtitate ſeruanda inter eſtus temperatio-
[illegible] gemmis. Aut amica mihi deuota vt piæ vi-
[illegible], columba proximis innoxia (felle enim cares)
[illegible] enim habet amaritudinem conuerſatio illius,
[illegible] iuſte viuat. Formoſa vt tibi ſobrie viuas in hoc
ſeculo: vt ille de quo dicitur. Surrexit Natham pro- Ecc. 44.
[illegible] ſicut adeps ſeparatus à carne, & ſcilicet obla
[illegible] deo: cuius eſt iure perpetuo. In quarta ſurgen-
[illegible] conditione qua in altum protenditur humilitas
[illegible] gnatur, quia quanto plus ſe aliquis humilliat
[illegible] amplius ſubleuatur: vnde merito de quodam
[illegible] dicitur. Surrexit Helias quaſi ignis, qui & ſi Ecc. 49.

ſinferius paſcitur ſurſum eleuatur, vere enim humi
lis in humilitatis operibus delectatur; & per eius
meritum ſurſum fertur. Hæc quatuor virtutes ſe
dem vitiis quæ precipue regnant in iuuenibus op
ponuntur ſcilicet cupiditati, ineptiæ, luxuriæ, ſu
perbiæ. Propter primum quidam iuuenis [illegible]
noluit obedire conſilio Chriſti. Propter ſecundum
lapidantes Stephanum poſuerunt ſeruanda veſti
ta ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus
qui veniam conſecutus eſt, quia ignorans fecit. Pro
pter tertium alius iuuenis conſumpſit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſæ. Propter quartum adole
3.Re.22. ſcentes Roboam ſuperbum dedere conſilium. Vos
autem fratres non ſic ſed ad maiora ſpiritualis
tis incrementa peruenientes ſurgite hic per gratiam
virtutum & in futuro per gloriam quam mihi &

## ¶MISTICVS SERMO. LXVIII. DOMInicæ.16. poſt penthecoſten. THEMA.

Apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Luc.14.

### ¶Inuocatio ad virginem.

PLurimum iuuat medicum: ille qui applica[illegible]ne ac diligēter medicinas, quas ipſe dictat infirmis: quæ adaptatio & ſi generaliter [illegible]nis conueniat, eo quod vbi non eſt mulier ingemiſcit infirmus, inter omnes tamen præterim ha bet gratiam virgo Maria. De qua dicitur de[illegible] dico vniuerſali. Dediſti ſalutem in manu fe[illegible] vt ſcilicet eã diſtribuat prout vult. Nam propter quod eius manus ſanatiue ſunt, nitebatur teſte Au guſtino, dum ſtaret iuxta crucē: vulnera filii tan gere manibus erectis: ſi quidem arbitrata eſt Chri ſti minuere dolorē quod ſi ita eſt, quod talia

maria eſt arbor vi tæ.



[illegible] dolore ſedari poſſunt, quis infirmorum aut quorumcunq; patientum neceſſitatem non optet ab ea tangi vel eam tangere? Nam de ipſa ſcriptum eſt. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Hæc arbor vitam noſtram pro [illegible]ſtibus habet: ideo namq; dicitur. Lignū vitæ eſt Pro.3.c. his qui apprehenderint eam. Nam ſi hoſpita Heliſei apprehendens pedes eius, filio ſuo obtinuit vitam quanto ſecurius anime ſalutem acquiret, qui Mariam per deuotionem apprehenderint? Huius enim arboris etiam folia ſunt ad ſanitatem gentiū. Hec reparat damna ligni vetiti: ex quo nobis prouenit mors. Idcirco haud inconſulto deus ipſe iuſſit primo vt homo veſceretur ex arbore vitæ: nam prima deuotio, quæ viro chriſtiano conuenit: vt vitæ vita gratiæ, eſt deuotio Mariæ. Nam lignum vitæ eſt his qui totis eam præcordiis apprehenderint hoc negotio mundis manibus addendo fortitudinem: nam & ipſa ſicut & regnum cœlorum vim patitur letanter, gaudet enim apprehenſione noſtra maxime ſi conſtanter ac perſeueranter perſiſtamus: vnde recte ſequitur, & qui tenuerit eam beatus: ex quo innuitur, quod non ſolum vitam gratiæ ſed vitam gloriæ eius meritis obtinebimus: quas vt mereamur ei offeramus Aue Maria.

### ¶Argumentum dicendorum.

¶Obiicit oculis mentalibus hodie præſens euangelium quendam prudentem virum, qui & ſi grauem corporis pateretur infirmitatem, quæſiuit tamen non quēuis medicum ſed eum qui totum hominem priſtine redderet ſaluti, animā pariter & corpus ſanans: vnde cum ſciret quod Ieſus accumberet in domo cuiuſdam principis phariſeorum inui-

tatus ab eo,voluit etiã infirmus iſte inuitare ſeipſum
ad ſalutis menſam,vbi ipſe comeſturus erat Ieſus,
Oſtenſio infirmis ſufficit ad ſalutẽ

qui interpretatur ſalus. Iſte autẽ infirmus nil aliud
niſi ſalutẽ cupiebat:de quo ſequitur. Et ecce homo
quidam hydropicus erat ante illum ſcilicet Ieſum.
Ante ſalutem ſe infirmus ſtatuit,vt ſaltim velut ſol
in ſpeculum reſplendeat in eum. Quemadmodum
ergo ſe frigidus ponit ante ignem, ſic languidus
iſte ante Ieſum ſalutarem. Tantaq; fide perſiſtebat,
vt pararet quòd ſola illa ſtatio directa in Ieſum ſi-
bi poſſet dare ſalutem. O prudentem virum omni
ſapientia præditum: vbi nam rethoricam didicit?
Rethorica namq; non ſolum docet loqui, ſed pro
tempore ſuo tacere: vnde hic aiebat intra ſe. Nunc
tempus eſt tacendi, quid enim oportet loqui illi,
cui omne cor patet, omnis voluntas loquitur, quem
nullum latet ſecretum, ad quem & omnis noſtra
clamat neceſsitas? Qui & tam promptus eſt ad ſub
ueniendum vt ipſemet non interpellatus ſe inge-
rat dicens. Salus populi ego ſum: dicit dominus.
Ob iſta igitur tacebat infirmus, ſed ſalus non ta-
cuit ab eo: quem & cupiens à phariſeis defendere
& ſanare pro eo patrocinatus eſt: dicens eis. Si li-
cet ſabbato curare? Optima & infirmo gratiſsima
interrogatio: nam (vt aiunt) iſte non audebat ſalu-
tem petere die ſabbati vetitus à phariſeis. Quæſtio
igitur quam debuit facere infirmus, propoſuit me-
dicus: cuius volitio præbende ſalutis non permiſit
moram trahere: ideo nolens expectare reſponſum
addidit. Cuius veſtrum aſinus aut vos in puteum
cadens non continuo extrahit illum die ſabbati?
Horum animalium exemplum attulit, quæ non ſi-
ne magno labore poſſunt abduci: vbi voluit inſi-



nuare, quantum laborare paratus erat pro ſuorũ ſa
lute etiam die ſabbati hoc eſt tempore quietis: quo
minus homines laborare ſolent. Concluſio igitur
tam punctualiter tamque citiſsimè quòd licita erat
cura, extendit manum ſuam ſalus noſtra Ieſus chri
ſtus & apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit. Ex-
tendit manum, qua extenderat cœlos, extendit ma-
num qua docuerat angelos, extendit manum qua
cum ſanctis fecerat amicitiam. Extendit inquam
potentiam & ſapientiam & bonitatem ſuam deus
ad hominem iſtum, qui totum mundum repreſen-
tat, & quemlibet peccatorem, & quemlibet chri-
ſtianum: & totum genus humanum & primũ Adam
quem cum deus creauit humiliauit iuxta ſe ſanum
quidem ac liberum. Fugiens autem ab eo incidit
grauem infirmitatem: & in captiuitatem ductus eſt.
Huic deus ſubuenire voluit nimium laborans, quo
niam languor prolixus grauat medicum, ideo per
manum potentiæ ſuæ apprehendit eum in incarna
tione pater æternus. Et per manum ſapientiæ ſuæ
ſanauit eum filius in paſsione. Ac per manum bo-
nitatis amor ipſe deus dimiſit eum liberum in ſpi-
ritus ſancti miſsione. Notatur igitur in apprehen-
ſione potentia patris. De qua in prima parte ſer-
monis, in ſanatione vero notatur ſapientia filii. De Diuiſio.
qua in ſecunda parte in libera dimiſsione nota-
tur ſpiritus ſancti bonitas. De qua in tertia parte
agendum eſt.

¶ Prima pars.

¶ De apprehenſione nunc agendum eſt: vbi maior
potentia dei oſtenditur. Nam omnino repugnare
videtur deum poſſe aliquid recipere propter eius
plenitudinem quæ bonorum noſtrorũ non eget. Nec

in eo vacuum aliquid eſt: vbi reponi valeat [illegible]
recipitur. Qui eleuant intellectum in omnem [illegible]
tudinem dei nullum poſſunt inuenire recreationis [illegible]
locū: quia vndiqꝫ plenus eſt. Manus dicuntur [illegible]
tis plene, & quidem longitudo dierum in dextera
eius & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Aures [illegible]
ſeraphin vocibus plene, os redūdat gratia, oculi [illegible]
tentes gloria: vnde ait Heſter. Valde mirabilis es [illegible]
mine: & facies tua plena eſt gratiarum. Quid ergo
recipere poteſt, qui omnibus retribuit vniuerſa [illegible]
dens ſingulis prout vult? Cum ergo nihil deſit [illegible]
nec ſit qui ei aliquid poſſit tribuere ſatis videtur
nil poſſe recipere. Dum enim deus aliquid tribuit
in ſeipſo ſeruat illud, ſicut in originali ſeruatur [illegible]
tia librorum, vbi verior eſſe ſolet, ex quo ſequitur
quod nil ſub cœlo nouum: nec quiſquam valet [illegible]
dicere: Ecce hoc recens eſt. Immo ſic deo impro[illegible]
prium eſt, vt aliquid recipiat, quod oppoſitum [illegible]

Duplici= ter dat deus. ei neceſſario conueniat. Nam deus neceſſario [illegible]
fert, ſic vt impoſſibile ſit ei non dare: vnde in [illegible]
duplex datio inuenitur ſcilicet naturalis ab æterno
& libera contingens ex tempore: vbi aduerte quod
(vt ait Dyoniſius) pater in principalem lumen [illegible]
deitatis cui repugnat accipere: & naturale eſt [illegible]
Cum autem dedit, non dedit patrem ſui, quoniam
impartibilis eſt: ſed totum ſe eſſentialiter dedit. Q[illegible]
autem totā patris eſſentiam recepit: non potuit [illegible]
niſi deus. Et cum repugnet eſſe plures deos: non [illegible]
tuit diſtingui eſſentialiter niſi perſonaliter. Et qua[illegible]
uis antiqui theologi faciant cum Auguſtino diffe[illegible]
rentiam inter productionem filii & ſpiritus ſancti
dicentes: quod filius eſt quomodo natus, & ſpiritus
ſanctus quomodo datus, tamen optime etiam di[illegible]



[illegible], filius quomodo datus, quia volens genuit eū
[illegible] quamuis non voluntate, quum & ipſe Chriſtus
[illegible] Quod dedit mihi pater, maius omnibus eſt ſci=
[illegible] ipſa deitas, quæ maioritate perfectionis etiam
[illegible]ginalia excedit. Si autem ad contingentia do=
[illegible] veniamus aduertendum eſt, quod quemadmodū
[illegible] non habet niſi duas manus, ſic deus intus in
ſe non habet niſi duos modos dandi, ſcilicet per
viam intellectus & per viam voluntatis, ſed extra
[illegible] innumeris viis dare poteſt ex ſe non tanquam
ex materia, ſed tanquam exemplari velut ex origi=
nali transferens, & ſuam exprimens ſimilitudinem
in donum ex ſe eductum, ſicut puelle educere ſo=
[illegible] labores ab exemplari, quod maxime fecit in
homine, qui non ſolū ad imaginē ſed ad ſimilitudi
nem dei dicitur fact⁹. Ipſe ergo homo eſt donū dei
non ſolū propterea quod nil habet ꝙ non accepit,
ſed propterea quod dum eum creauit, eum donauit
libertate, relinquens eum in manu conſilii ſui: vt ait
ſapiens. Tam liberum ergo eum deus ſibi ipſi dedit,
ac tam libere eum in rerum natura conſtituit, vt ne
mo eius voluntatem poſſet cogere. Eiqꝫ contulit li
berum arbitrium ad regimen ſui. Vbi ſecundum Ri
chardum aduerte quod homo dicitur ad imaginē
dei factus quia liber eſt, & ad ſimilitudinem quia
rationalis etiam eſt; nam bruta quædam & aues li=
bere ſunt: non tamen rationales ſunt. Hic igitur ho Peccatū hominis.
mo viſus eſt libertate ſua ad malum ſui contra deū
[illegible] dona dei à ratione ſua ferme alienus. Nam cū
[illegible] peccatum fere angelis equaretur, ad quorum
conſortium in ſopore admittitur quem immiſit ei
deus, poſt peccatum autem comparatus eſt etiam iu
mentis non quibuſcunqꝫ, ſed inſipientibus, ſed recal

eitrantibus,ſed immundis,immo & ſimilis factus eſt illis, qui ſimilis deo eſſe ſolebat. Vnde homo ante peccatum habuit omnia poſſe,quia omnia ſubiecta ſunt ſub pedibus eius.Sed poſt peccatum in contrarium verſa eſt hæc ſententia:quia dicitur. Deuorabunt eos aues morſu amariſsimo,quin & ipſe videtur omnium pedibus ſubiectus, dum in vltionem ſuam armauit deus creaturã omnem etiam in decam. Sic ergo receſsit à deo creatore ſuo,ſicut & vos qui peccare non veremini. Qui ergo receſsit à vita in quod ruet,niſi in mortem? Qui recedit à veritate ad quem ibit niſi ad mendacium? Qui recedit à patre luminũ nonne habebit obuium inimicũ? Qui recedit à potentia ſua libera,in quod precipitium ibit niſi in maximam difficultatem? Aſinus quippe & bos in puteũ impoſsibilitatis recedit ſcilicet & anima hominis & corpus ſe precipitio dedit, de quo non poterit ſurgere,ſicut nec animalia illa de puteo exire. Concluſum equidẽ habent theologi, quod nullus peccator ſolus per ſe valet ſurgere à peccato. Solum velle adiecit ei ſi tñ reſipiſcat. Qui & clamare poteſt dicens domino iumentorũ. Emitte manũ tuam de alto eripe me de aquis multis,& de manu filiorũ alienorũ. Puteus impoſsilitatis aquas habet impietatis quibus ſatiatur peccator. Timeat tamen ne vrgeat ſuper eum puteus iſte os ſuum. Illud claudat moriens:quia tunc nulla erit impio ſpes. Vt ſuffocatus erit peccator, ſicut porci quos dominus in mare precipitari permiſit. Antea clama:& dic. Emitte manum tuam de alto cœlo de alto ſinu tuo, nec ſolum me ab aquis libera,ſed ſunt etiam in puteo beſtiæ:vnde etiã me liberare oportet de manu filiorum alienorum,ſicut Ionam de ventre ceti. Illa

Ps.43.b.



ergo ſunt verba primi hominis & cuiuſlibet peccatoris, qui præter amiſsionem potentiæ liberandi ſe habet etiam filios alienos ſcilicet demones in puteo peccati:eũ ſubmergentes, aliaſq; tentationes & occaſiones plurimas. Sed maxima eſt nobis ſpes,dũ Chriſtum dei filium in preſenti euangelio aduocatũ habemus liberationis noſtræ. Si ergo vos, ô phariſei cum ſitis mali noſtis bona dare filijs veſtris & iumenta eripere die ſabbati. Nonne ipſe deus eripiet peccatorem qui ex filio dei factus eſt iumentum inſipiens? Adducamus & nos aliam legem dei deo in ſubſidium liberationis noſtræ. Dixiſti domine in lege tua. Si occurreris boui inimici tui aut aſino erranti reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere non pertranſibis, ſed ſubleuabis eum. Homo domini deus animal tuum eſt, magis quam vos, quia factus ad ſimilitudinem tuam. Sed eſt illius inimici ſub cuius poteſtate ſe redigit. Occurre tu ſimilitudini tuæ, quæ eſt in boue hoc eſt in anima,& quia non ſe poteſt ad propriũ & naturalem dñm reducere, tu ipſe reduc peccatorem ad te etiã illum qui eſt ſub onere peccati,& ſubleua eũ vt poſſit ſurgere ad dominum deũ ſuum. Legibus & rationibus ſuis tenetur deus, quia miſericors eſt,& rationibus ac preceptis miſericordię patet. Ideoq; voluit peccatorẽ eripere pro quo deſcendit vſq; ad nouiſsimum locũ, quia homo deſcendit vltra omnem creaturã omnibus inferior factus. Oportet ergo dominum te noſſe nouiſsimum virorum virum dolorũ & ſcientem infirmitatem quã nos incurrimus: vt ſic nobis reducas ad te. Gaudete fratres, quia deus noſter reſarcire voluit ac reparare opus ſuum q; fecerat ordine, quo factũ fuerat. Nam die ſexto factus

Exo.23.a

Reparatio hominis.

eſt homo, cui iam in paradiſo ſtatuto deus omnia
creauerat, adduxit, vt libito ſuo eis nomina impone
ret, atq; velut ſibi creata recognoſcat. Ibi omne q
vocauit Adam ipſum eſt rei. Sexta igitur mũdi æ
te reparatur homo ad primam originem rediens
velut ad ſigillum ſuum. Vniturq; hypoſtatice deo
ſuo intimius quam dici poteſt extractus homo ab
à ſemetipſo & à propria perſonalitate vt ſruatur
perſona verbi: vnde quemadmodum in Adam an
ma & corpus vnus eſt homo, ita deus & homo in
filio dei vnus eſt Chriſtus. Et ſicut Adam in para
diſo perdidit nos, ſtatimq; nos fecit peccatores
ſecundus Adam in ventre matris nos fecit Chri
ſtianos in ſe: dum ibi decreuit eſſe caput noſtrum
Cui licuit ſabbato curare nos, ſicut alter ſabbato pe
didit nos: ac in puteum proiecit. Sabbatum ſabba
rum habuit Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis
beatus, cui licuit curare nos tunc quod non lice
aliis beatis exiſtentibus in ſabbato gloriæ, quia
mereri non poſſunt. Chriſtus tamen comprehen
meruit: quia etiam viator erat. Sciuit ad curatio
nem noſtram iungere mel gloriæ cum abſinth
pœnitentiæ. Sed nunc ſuperſedeo. Nam poſtea
curatione hominis agam: nunc autem de eius ap
prehenſione ſiue eius aſſumptione prouintiam
ſcepi. Chriſtus apprehendit nos in vtero virgi
quæ verus eſt paradiſus, vbi ſecundus Adam
ſimilitudinem primi poſitus eſt, non ab ange
ſed à beata trinitate, ex eius terra virginea for
matus, cui recedenter concepto omnia ſunt oſten
ſa in verbi originali vt videret, quid gratiæ dan
dum erat cuilibet. Vnde omnes prædeſtinatos ſta
tim vidit, & gradus gloriæ eorum. Inſuper diſtan



à Chriſto, quod futurus erat eorum redemptor.
Iam ex tunc factus eorum caput, & ex tunc ſoli
cius fuit de nobis ſicut Adam de rerum nomini
bus. Immo & amplius, quia ille nomina dedit re
bus. Chriſtus autem & rationes nominum contulit
& merita dignitatum, & factus eſt pater orphano
rum currus Iſrael & auriga eius dicens. Congluti
naui mihi omnem domum Iſrael, ideſt congrega
tionem domeſticam eorum qui viſuri ſunt deum. Si
enim vt ait ſapiens. Primo homini dedit deus vir
tutem continendi omnia, cur hanc virtutem eminẽ
tius non habuit Chriſtus? Nam cuilibet noſtrum dī
cit pater æternus. Semen Abrahã amici mei in quo Eſa.41.b
apprehẽdi te ab extremis terræ, & à longinquis eius
vocaui te & dixi tibi. Seruus meus es tu, elegi te,
& non abieci te: quia ſuſcepit te dextera iuſti mei.
Semen Abrahæ Chriſtus eſt: de quo apoſtolus ad
Hebreos ait. Nuſquam angelos apprehendit ſed ſe Heb.2.d.
men Abrahæ. In quo & nos etiam ſumus apprehẽ
ſi ab extremis terræ, ideſt quanuis ſint electi in ex
tremis mundi naſcituri. Nam pater tunc gratificauit
nos in dilecto filio ſuo cuius dextera nos apprehen
dit ab vtero virginis tam fortiter, vt nemo nos poſ
ſit rapere de manu ſua. ¶ Oſtendimus omnem chri Multi-
ſtianum apprehenſum eſſe à Chriſto cuius membrũ plex mẽ-
eſt. Poterit tamen iraſci peccator hæc audiens, ſi brũ chri-
membra Chriſti fecerit membra meretricis. Nam ſti.
quomodo credet ſe membrum Chriſti ſi pronũ ac
procliuem ſe videt in omne malum: ſi aliam legem
Chriſto repugnantẽ conſpicit in membris ſuis? Ha
bet enim manus extentas ad rapacitatem pedes le
ues ad currendum in malum. Mobiles oculos ad vi
dendum vanitatem: os plenum verbis mendacibus.

Quid plura? An talia poſſunt eſſe Chriſti memb[illegible]
Aduerte quod quadruplex membrũ inuenitur [illegible]
ſu: tu tamen vide quale ſis. Nam primum eſt [illegible]
omni ſeruitio aptum: talis eſt bonus chriſtianus. [illegible]
terum vero à iunctura deuiaris ſiue debile. Talis [illegible]
qui venialiter peccat. Tertium eſt putridum: talis [illegible]
qui mortali peccato ſubiacet. Quartum eſt pr[illegible]
ſum: talis eſt homo excommunicatus. Vnuſquiſque [illegible]
tendat ſibi cuius ſit qualitatis: & ad meliorem [illegible]
gem ſe reducat. Videat ne inhonoret in ſe Ch[illegible]
ſtum dei. Apprehenſus eſt ergo à Chriſto om[illegible]
chriſtianus, quanuis vt tetigit multum differenter.

¶ Secunda pars.

¶ Nunc de cura eſt agendum. Quod autem Chri-
ſtus ſit medicus patet per illud. Vt mederer con[illegible]
Eſa. 61. a. tis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam [illegible]
licet miſsionẽ ſpiritus ſancti apoſtolis: & claſſi[illegible]
licet in limbo apertiorem. ſ. cœli miſit me. Hoc [illegible]
tum ad homines dirigitur, quia ſanabiles fecit [illegible]
Demones cur non ſanantur. tiones orbis terrarũ. Quęramus tñ prius à noſtro [illegible]
dico, cur demones non curat, cum ſit omni fa[illegible]
præditus: atq; omnia poſsit. Huic eſt prima reſp[illegible]
quod ſicut noluit angelos apprehendere etiã bo[illegible]
ſic non vult curare angelos malos: vñ ſit pro [illegible]
ne volũtas. Sunt & alie quinq; rationes. Nam ſi [illegible]
à Franciſco de Ma. quærimus dicet q; nolunt [illegible]
curari ad honorem medici: niſi ad propriũ com-
modũ. Hic nota quod econtra quã cum ca[illegible]
bes cũ hoc medico curari plus propter honor[illegible]
quam propter cõmodum tuũ. Nam quemadmodum
Aſſuerus proiecit reginã vaſti, quia noluit ad g[illegible]
riam regis exire, ſic dñs Ieſus animã quæ honor[illegible]
eius non intendit proiicit à ſe. Vnde mane ca[illegible]



[illegible] ſeculorum inuiſibili ſoli deo honor & gloria
in ſecula ſeculorũ amen. Hoc debet ſupponi initio
cuiuslibet operis. Si prætactam quæſtionem à ſcoto
[illegible]ris, reſpondet, quod iam præteriit ver curationis
[illegible]nam doctor iſte ponit quaſdã morulas, in qui-
[illegible] ſi reſipiſceret demon ſanari poterat. Iam autem
[illegible] in termino. Nam ſi qñ ſecundum peccatum cõ
[illegible] reſipiſceret à primo, forte curaretur: ſed addi-
[illegible] præuaricationẽ donec proiectus eſt. Si hoc idẽ
quærimus à beato Bonauentura reſpondet, qđ non
habent virtutem adiuuantem: nam in pœnitentiã pec
[illegible] ſui habent quendã habitum infuſum neceſsita-
[illegible] illos ad omne malũ: ſicut ergo palmes niſi ali-
quam habeat viriditatem: non poteſt ſuſcipere in-
[illegible]ionis virtutẽ: ſic nec demones ex toto ſicci vir-
tutem dei. Si hoc etiam quærimus à pico mirandu-
[illegible] dicet: quod quemadmodũ mortui curari non va-
lent, ſic nec demones quia ſunt in morte peccati ſui
ſemper: nam quotidie peccant addentes prævarica-
tionem: & apponentes deo peccare adhuc. Sexta ra-
[illegible] poteſt eſſe: qm̃ ipſi curari nolunt, nec ad medicũ
veniunt: ſed fugiunt ab eo. Septima quia ſe valen-
[illegible] putant, ac ſi bona egiſſent & plurimam ſuæ præ-
uaricationis haberẽt rationem: homo autẽ dicit. In-
firmus ſum, ſana me domine, quoniam conturbata
ſunt omnia oſſa mea, & anima mea turbata eſt val-
de. i. in contritione plurimum peccatorũ. Si autẽ hoc
à Beato Bernardo interroges dicet, quod demones
deſcenderunt vſq; in Hierico. i. in plenum defectũ,
ad quem homo non deuenit, qm̃ inter Hieruſalẽ &
Hierico incidit in latrones, qui ex Hierico venerãt
omniã ſpoliando. Ad hominẽ autẽ hydropicũ redeũ-
do aduerte q; in hydropico præſenti ſcd'm Alexan.

Octo vi de Ales ſuper Lucam octo ſunt:quæ reperiuntur in
cia hy= maximo peccatote.In hoc deniq; vno omnium vi
dropici. tia reperies figurata.Primum malum hydropici eſt
inflatio quæ ſuperbiam deſignat:quam arguēs Iob
Superbia dicit.Cur tumet contra deum ſpiritus tuus? quan
tumet. uis contra minimū pauperem tumeas,diceris clamare
in deum:qui aſſumit cauſam pauperis. Ne igitur tu
mens ſis, quoniā ictus febrilis veniet aut mors per
forans animam tuam:vt effluat inanis.Væ autem ho
minibus qui nolunt cohibere ſpiritū ſuum,ſed eſt in
eis vulnus liuor & plaga tumens non circunligata
nec fota oleo.Circunligatur ſuperbia,qnando niti
tur homo reprimere impetum eius ,oleoq; fouetur
quando ei additur patientia & humilitas. Hoc er=
go ſuperbiæ tumore turgidi erant Magi Pharao=
nis,ex eo quòd cinerem,ſcilicet proprie volūtatis in
altum proiecerant per iactantiam ſui extollentes ſe.
Exo.9.b Quid plus habet hydropicus? Ardorem omnia con
ſumentem: in quo notatur auaritia quæ nunquam
Auaria dici ſufficit,ſed apte diuitias deuorat omnes.In hoc
ſitit. tamen auarus eſt deterior hydropico, quoniam al=
ter aquam,alter autem ignem deuorat,ſiue fomen=
tum eius. Nam ſicut ignem ligna ipſa nutriunt, ſic
opes aut nummi nutriunt auaritiam,quoniam(vt ait
Satiricus)creſcit amor nummi quantū ipſa pecunia
creſcit. Nemo igitur putet diuitiarū copia ſibi ſatis
facere poſſe,quin potius nocet,quia plus exardeſcit
contra eum ſitis diuitiarum,quoniam opes ſemper
dicunt affer affer,ſicut ignis nunquam dicit ſufficit,
quapropter auarus non implebitur pecunia. Igitur
ſi vis fieri diues prudentiæ tuæ pone modum,quia
(vt ait Seneca)nō eſt diues qui plura habet,ſed qui
minus cupit.Quid plus habet hydropicus? humorē



ſaniem defluentem ,'vbi notatur luxuria quæ
hominem facit effluere:ſicut ille cui dicitur. Effu= Luxuria
ſus es ſicut aqua:non creſcas, quoniā aſcendiſti cu= effluit.
bile patris tui : & maculaſti ſtratum eius.Hoc dici=
poteſt cuilibet luxuriæ dedito, cubile dei eſt anima
concubine:ſtratum eſt corpus peccato tuo vtrunq;
maculas in te & in muliercula tua.Ideo in hoc lu
xuria cætera excedit peccata. Peccas in te ,peccas
in alio,peccas in deo maculans ſtratū eius. In aliis
ergo peccatis quilibet onus ſuum portabit,ſed in
hoc portabit etiam onus alterius in corpore etiam
& in anima plectendum.Hic conſumit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxurioſe,ſic conſumitur luxurioſus
ſicut hydropicus conſumitur per effluentiam humo
ris.Hi dicuntur ſimiles demonibus.Nam porcus di
cit.Vxorem duxi,ideo non poſſum venire: atq; de=
mon affirmat ſe non poſſe peccata relinquere.Dici
tur etiam luxurioſus in volutabro luti.Væ igitur il
lis qui viam porcorum atq; demoniorum abierunt
Quid plus mali habet hydropicus noſter compreſ
ſionem ſpirituū, in quo notatur inuidia:quæ aliorū
bona comprimit:ne publicētur.vnde ſapiens ait.Pu Prou.14.
tredo oſsium inuidia.Oſſa anime virtutes eius ſunt, Inuidia
quas circa alios inuidi putridas oſtendunt,arbitran inficit.
tes in hoc ſe ſanitatem reperire.Hii ſunt:vt hely qui
non poterat videre lucernam domini,donec extin
gueretur , quoniam aliorum bona nolunt aſpicere
inuidi,niſi ea prius extingant:arbitrati ſe ſolos lu=
cere mundo.Hoc peccatum tantū eſt deterius quā
tum in meliori materia collocatur: nam vtitur bo=
nis ad malum.Quid plus habet noſter hydropicus?
Oris fetorem vbi notatur gula:nam ſepulchrum pa Gula fœ=
tens eſt guttur eorum,qui hoc peccato delectantur, tet.

linguis expumantes ſtomachũ doloſe agebãt. Poſt
gulam ſiquidem vaniloquium & cætera linguæ abũ
dant vitia maxime detractio, qua mortuos ſi opus
eſt ex humare non veremur, ex quo & nos peccato
mortui manemus, quoniam ſcriptũ eſt. A cadaueri
bus eorum aſcendit fetor. Guloſus dicitur cadauer
qm̃ ſpernit animam ſuã, nec cibat eam pane vitæ,
aut euchariſtie ſacramento: ex quo patet mortua.
Cadeuer etiam dicitur guloſus fetidum, quia eius
halitus exalat memphitim. ¶ Quid mali plus habet
Ira aſcẽ-dit. hydropicus noſter? Pallorem vultus, in quo notatur
ira, quæ eſt ſecundum philoſophum: aſcenſus ſan
guinis ad cor, & ideo ſanguine deſerente extremas
corporis partes manet homo pallidus: de hac dici
tur. Zelus & iracundia minuunt dies, zelus per ſebo
nus eſt, dum vero iungitur ire: fit malus: tamen irati
ſolent vocare iram ſuam zelum dicentes & addu
centes illud Pſalmus. Iraſcimini & nolite peccare:
vbi commendatur ira ſancta. Et eſt illa quæ in fu
rore ſuo arguit propria vitia. Ille ergo perfectus
eſt, qui ſeparat irã à zelo, & zelum ab ira intranqui
litate iudicans. Ira dicitur minuere dies, qm̃ multum
nocet ſaluti etiam corporis proprii, quia ſpiritus ex
ſicat oſſa. Vnde optime ſuper equum pallidum hoc
eſt ſuper hominem iratum dicit Iohannes ſedere
mortem. Quid amplius mali habet noſter hydropi
cus? Ponderatorẽ & grauedinẽ corporis, in qua no
Pigritia cadit. tatur pigritia & ad omnem bonum tarditas, quapro
pter non immerito piger figuratur in aue illa obli
uioſa, quæ dicitur ſtructio. Habet quidẽ alas: tñ ob
corporis pondus non vtitur eis ad volandũ ſurſum
hoc tamen optat: & ſic deſideria occidunt pigrũ, qui
cœleſtia cupit, tamen ad ea non volat alis fidei &



¶ Quid mali plus habet noſter hydropicus? Sitim
Cupidi-tas nõ ſatis ſit. inſatiabilem quæ ſe contra eum armauit: & ſic inue
nit in peccatore, qui bibit quaſi aquã iniquitatem,
qm̃ eum alia ſitis inuadit: nam aqua vitiorũ non ſa
tiat, nec ſe dat copidinẽ, immo irritat eam, & excitat
appetitum ad peiora: qm̃ in talibus eſt auditas qui
dam delectandi ſe plus & plus in peccando & ob
id penitet eos nõ poſſe plus libere, & ſic de ſingulis
prauitatibus. Si ergo languor prolixus grauat me
dicum, quã grauatum putatis filiũ dei tam intenſis
ac prolixis malis noſtris? certe tantũ vt in lectũ cru
Curatio crucis. cis cadaret, vbi dignatus eſt egritudinẽ humanam
mederi ferens in corpore ſuo peccata nr̃a ſuper li
gnum ſalutare. Iam ergo peccator eleuator [illegible] ad
locum medele ad ſuperbia noſtra in capite Chriſti
ſpinoſo & inclinato? Sanaberis quidẽ, ſi medelã hãc
applices ſuperbiæ tuæ. Nõne etiã ſatis curata eſt aua
ritia manuũ chriſti extenſione ac perforatione? Nõ
ne curata eſt bene luxuria caſtigatione crucis? Nõ
ne curata eſt ira, quãdo patiens orabat pro inimicis?
Nonne curata eſt gula felle & aceto? Nonne cura-
ta eſt inuidia dum latus Chriſti aperitur, & corpa-
tet inimicis? Nonne curata accidia clauis pedum
ſaluatoris? Octauo autem loco illam peſſimam ſi-
tim curat de qua ſuperius locuti ſumus. Nam vt eã
curaret dixit. Sitio ideſt cupio plura pro te, ò pecca
tor pati: quia tu contra me cupieras amplius dele-
ctari. Ecce igitur quomodo ſicut primus Adam li-
gno interemit nos, ſic ſecundus ligno ſanat nos, vt
ſit vita tua quaſi pendens ante te. Ne longius qui-
dem te oporteat ad venandum ſalutem anime: nec
miretur quiſpiam, quod in cruce ſit omnium medi
cina. Nam ſi medici floribus: & eorũ ſuccis curare

norunt, cur floridus Ieſus Nazarenus lilium inter ſpinas crucis, non poterit ibi curare nos ſuccis ſanguinis ſui & lachrimarum? Vidimus ergo qualiter Chriſtus apprehenſum hominem ſanauit.

¶ Tertia pars.

¶ Nunc explorare oportet, qualiter eum liberum dimiſit Chriſtus: nam quemadmodum vt notat Bonauentura non petiuit Chriſtus ab hydropico ſalutis collate precium, nec ob eam ſibi ſeruiri, ſed expeditum eũ dimiſit, ſic videtur feciſſe populo chriſtiano, à quo non petit precium redemptionis: ſicut petierat ab hebreis. Populus ergo chriſtianus liberior eſt quam populus hebreorum in multis, immo & in omnibus, etiam ſi velis eius libertatem ſigillatim ſcrutari, & alterius captiuitatem ſeu obligationem, quam deus exquirebat: nam propterea quod in Egypto ad eorum fauorem mactari iuſſerat deus primogenita egyptiorum, petit ab eis, vt vnuſquiſq; offerret deo primogenitum ſuum & primogenitum animalium ſuorum. Proptera quod eis dederat in Egypto aurum & argentum vicinorum ſuorum, petiit, vt ei facerent ditiſsimum ſanctuarium in deſerto. Et propterea quod eis dederat regiones gentiũ & laborem populorum in terra promiſsionis iuſsit ei domum ædificari: in qua omnes ille diuitiæ conſumpte ſunt. Et pro aliis beneficiis expoſuit: vt ter in anno veniant celebrare paſcha in Hieruſalem. Tamen à nobis quibus maiora dedit, nil popoſcit amplius. Dedit nobis ſalutarem Ieſum primogenitum & vnigenitum ſuum pater: & cum eo omnia nobis donauit, quę amiſſa fuerant in Adam: & plura repromiſit in gloria, tamen ſuper omnia hæc dicit, quod bonorum noſtrorum non eget: quæ maior

Libertas populi chriſtiani.



libertas, quæ maior condonatio? quæ maior munificentia? Non fecit taliter omni nationi, & cum maiora ſint nobis collata nulla ſunt exacta nec petita niſi in ea quæ in lege etiam naturæ bene inſtitutæ debita fuiſſent. Nonne, ò chriſtiane contemplaris hanc dei tui largitatem? Nonne tantam perpendis clementiam? Redemit te ſine te deus tuus: nec vult à te inuictam ſeruitutem. Vt rex ille qui ſtatuerat habere ſanctum Dauid in ſeruum ſempiternum ob exiguum ei fauorem impenſum. ¶ Attamen forte cogitas hanc libertatem in emolumentum vitiorum vergere? Putas ne te liberum eſſe: vt ad quodcunq; vitium declines? Putas liberam tuam voluntatem: vt quæ ſibi ſunt noxia cupiat? Arbitraris liberum arbitrium tuum: vt valeat impugne etiã noxia reuoluere? Coniectas liberos oculos tuos: vt eos ducas per res varias fornicantes? Sentis liberas aures tuas ad audiendum vocem incantantium & ſirenas mortiferas? Eſt ne liberum os tuum & lingua tua vt concinare poſsit dolos? Eſt ne liberum palatum, vt quomodocunq; carnes ad veſcendum præparas ei? Sunt ne libere manus tuæ ad rapiendũ aliena, & percutiendum puno impio inſontem proximum? Sunt ne liberi pedes tui ad currendum in malum? Sunt ne libera femora tua ad quaſcunq; mulieres, vt non ſit pratum tibi vetitum: ſed per omne tranſeat luxuria tua? Cauete fratres ab hac libertate: abſit à vobis quoniam hæc brutorum eſt, ac demonum & hominibus plurimum nocet. Non eſt hæc libertas filiorum ſed mancipiorum: non eſt libertas qua Chriſtus nos liberauit. Abuſiue ac improprie immo & peſsime hæc libertas nominatur. Diceretur ne libertas: ſi à cenobio educeres virgi-

Mala libertas.

nem dei. Anima chriſtiani vna eſt de prudentibus quinq; virginibus, ſi eam educis ab obſeruatione chriſtianitatis & à religione chriſtiana,non liberas eam ſed carcere vitiorum includis. Libertas liberi non eſt niſi agilitas pergendi ad inferos,& et libertas quam vocat euangelicam:nil aliud eſt quàm velocitas errandi: & facultas peſsima. Væ illis qui effrenes ſunt ad vitia,& ſe liberos prædicant. Nonne liberiores ſunt filii quam mancipia?Dices quod ſic:vltra quæro à te:quibus nam plura permittimus filii an mancipiis. Nonne caſtigamus leuem defectū in curie ſi eſt in filio,& eum diſsimulans in mancipio aut in carne?Dicamus ergo q̄ ibi ſpiritus ibi libertas boni:nam qui ſpiritu dei aguntur,hi filii dei ſunt,& per conſequens veraciter liberi:denique in ſpiritus ſancti miſsione dimiſit chriſtus hominē liberū, qui quotidie inuiſibiliter mittitur per amorē in animas ſanctas. O amor qui liberas hominē ab anguſtiis ſuis:& ei tribuis amplitudinem grandem:nam quo plenius eſt cor amore plus capit dei:amplificat ergo amor. Liberas ab illa maledictione ite maledicti:& cōfers illam benedictionē venite benedicti. Liberas à conditione ſerui dans eſſe filiū. Liberas à demone animas:eas reſtituens deo. Liberas ab exilio & reddis patriæ. Liberas à fame delitiarum:ſatiās animū ſanctitate. Liberas à gemitu peccati,dās licitiam remiſsionis. Liberas ab hoſtiū inſidiis,dans fauorem angelorū. Liberas ab inclinationibus malis dans eſuriem & ſitim meſticiæ. Liberas à lachrimis amaris dans flere præ gaudio. Liberas à morte perpetua dans vitam æternam. Liberas à nihilo noſtræ fragilitatis,dans omnia poſſe in eo qui me cōfortat. Liberas ab onere laborum,dans nil eſſe diffi

Torrens amoris p alphabetum.



cile amanti. Liberas à peccato dans impecabiles apoſtolos eſſe à querela carnis:dans quietem mentis. Liberas à rapina mundi dans regnum dei. Liberas à ſapientia huius ſeculi quæ inflat:dans charitatem quæ ædificat. Liberas à tyrannide vitiorum & timore penarum:dans fluenta gratiarū etiam in carnem quæ te mediante exultat in deum viuum. Liberas ab vmbra mortis & ignorantia dans claram viſionem in gloria. Tu martyribus dediſti fortitudinem. Cōfeſſoribus pœnitentiā. virginibus munditiā. Apoſtolis ſcientiam diuinorū patriarchis ſpem. Prophetis reuelationem archanorum. Euangeliſtis totā vitam Chriſti. Tu denique deſtruis ciuitatem Babylonicam:atque dei ciuitatem ædificas in gloria:quam mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.

¶DOMINICE. XVII. POST PENTHE coſten. Sermo. 69. de beato Mattheo:vbi exponitur euangelium dominicæ. THEMA.

Fecit ei conuiuium magnum in domo ſua. Luce. 5.

¶Inuocatio ad virginem.

VT quædam ſapiens mulier dixit Dauid regi:optima virtus eſt in proſperis & aduerſis immutabilē permanſiſſe,nam cor aduerſa deprimunt, proſpera erigit ita vt mutabili comparetur lune,ſtultuſque dicatur,vt luna mutari iuſtus autē quia ſtabilis perſeuerat vt ſol dicitur,immo deo ſimilis eſt: apud quem non eſt tranſmutatio: qui ait. Ego deus & non mutor. Ex quo venit:quod propinquiora deo minus mutantur: nam dei filius ſic immutabilis erat, quod eſſe in præſepio Bethleemitico nullū impedimentū præſtitit, quin eſſentiā diuinam reciperet à paternali pectore, pannis infantię

Immutabilitas Chriſti & Marię

Inuolui quin cœlos extenderet ſicut pellem: miniſtrare hominibus,eiſq; ſubdi,nunquam impedimentum præſtare potuit, quin dominationibus dominaretur, incrementum experimentalis ſapientiæ humanæ nõ demit ab eo cathedrã infinite ſapientiæ diuinæ qua cherubin ſcientiã ingerit,& deniq; eſſet inter latrones non obfuit quin eſſet medius inter diuinas perſonas, nec menſa publicanorum obſtitit quin paſceret angelos.Huius virtutis quæ poſt chriſtum plus habuit,fuit Maria, & adherens quantum præ cæteris nomen hæreditauit: nam & ſi vocatur angelorum regina etiam regina miſericordiæ dicitur,quæ miſeriam ſonat:nam miſeris miſericordia eſt. Si eſt mater dei non dedignatur medicina eſſe peccatorum,ſi cuncta ſibi ſubiicit,miſeris ſuccurrere haud negligit, & quanuis etiam ad menſam maieſtatis ſedeat, non dignatur ad menſam pauperis peccatoris eſſe,vt eam ornet,immo & non inuitata venit miſericorditer,vt patet in nuptiis,ſed cum Maria bonorũ noſtrorum non eget ,facit ,vt magnus dominus munificus cum in cenobio manducat pauperum:vbi adducit expenſas non ſolum pro tunc, ſed tales quòd ex reliquo maneat per octauam,igitur inuitemus Mariam,vt ex reſiduo gratiæ ſuæ abidemus & nos:inuitatio eſt angelica ſalutatio,quam offerentes ei dicamus Aue Maria.

¶ Argumentum dicendorum.

Diuerſo ordine regitur eccleſia quã cœlũ

¶ Qui nouit ordinem cœli Dyoniſius rationem quidem eius poſuit in terra dicens qđ ibi noſter deus media per ſuprema ducit ad ſe,& infima per media, taliter quod qui maior eſt in regno cœlorum ducit ad minorem. In regno autem mundi præpoſterus ordo eſt,& merito commutatus, nam ex quo deus



factus eſt homo & minimus hominum nos immediate illuminaturus venit,ſic infima exaltauit,vt per ea reducantur ad deum altiora, nouimus quidem quòd infirma mundi elegit deus, vt fortia quæq; confundat,é media plebe homines elegit indoctos et ſapientes conuerteret ad ſe,ac philoſophos,reuelans ſecreta ſua paruulis,vt ſic prædicatio euangelii magis aſcriberetur ſapientiæ diuinæ quam humanæ.Nec miram ergo quòd minores homines maiores illuminent,cum eccleſia etiam dicatur angelos illuſtraſſe,quibus teſte Paulo per apoſtolos innotuit miſterium incarnationis:aliudq; mutiplex, nec ſolũ ergo per debiles conuertit Chriſtus mundi potentes,per ignobiles ad ſe nobiles traxit : per ignaros lucratus eſt ſapiẽtes,ſed per publicanos & peccatores acquiſiuit iuſtos phariſeos ad maiorẽ iuſticiã eos vocans per illos: vnde Chriſtus quidem dixit eis. Amen dico vobis,quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei inter publicanos credentes Chriſto maior extitit Mattheus:inter meretrices Maria quæ erat in ciuitate peccatrix,qui præcedũt in eccleſia triũphante & militante,quibus deus tam beniuolus fuit,vt non ſolum cum eis manducaret, eoſque met comederet,ſed per eos complures ad fidem adduxerit:vnde ait thema.Fecit ei conuiuium magnum in domo ſua.Duæ erunt ſermoni partes. In prima oſtendit Chriſtus magiſter quomodo ipſe vocat nos. In ſecunda quomodo nos eum vocare debemus ad repenſum conuiuium.

Mat.21.c

Diuiſio.

¶ Prima pars.

¶ Non immerito cum ſponſa de communicatione eius ad ſponſum agere concluſit: dilectus meus mihi & ego illi. Aduentum eius præmiſit dum dixit.

Dilectus meus mihi,& hoc eſt cauſa vt adderen &
ego illi. Niſi veniat ille nos ire non valemus,immo
& ſi potentes eſſemus ad euudum,& quo & quan
Præuenit ſuos de⁹. do & quomodo ſciremus oporteret,vt nos pigros
deus noſter in bñdictionibus dulcedinis præueniret,
quemadmodum & Mattheum,in quo nobis oſtēdit
Matt.9. Chriſtus,quante miſericordiæ ſit eius præuentio,&
quante incurie ſit negligentia peccatoris, qui ſem
per ſolicitus eſt quæ ſunt mundi,& immemor dei
adheret terræ & pauimento,donec præueniens gra
tia eū eleuet,atq; euellat,vt Mattheum de quo inci
pit euangeliū. Cum tranſiret Ieſus vidit hominem
ſedentē in theloneo Mattheū nomine. Noluit Ieſus
detinere in theloneo, nec in domo negociationis
qui in via peccatorū non ſtetit,nec in cathedra pe
Trāſitus Chriſti ad peccatores. ſtilentiæ ſedit,ſed tranſibat,vt etiā inde Mattheus trā
ſiret. Theloneum dicitur præſtatio de mercibus ma
rinis circa littus acceptis,cuius exactioni beat⁹ Mat
theus præfectus fuit vt dicit Gabriel in.4.diſt.15.q.
5.& hoc erat in Capharnaum ciuitate Chriſti. Cū
enim pes Ieſu non inueniſſet in theloneo vbi re
quieſceret,tranſibat,ſed ex tranſitu detulit ſecum vt
columba Noe ramum oliue ideſt Mattheum, cum
adhuc oleaſter eſſet in Chriſtum tñ inſerendus, vt
oleum euangelii præſtaret vngendis populis chri
ſtianis:nam chriſtianus vnctus interpretatur. Totus
Chriſti cumulus meritorum tranſitus quidam erat
ad nos vſq; decurrens:nam in ſe detineri non po
tuit quia non indiguit,nec dedit deo commutatio
nem pro anima ſua:vñ meritum eius copioſe tran
ſiuit ad nos,ad quod vocatur Mattheus,vt plantatus
tus ſit ſecus decurſus aquarum. Quid vectigalia
colligis ò Matthee tranſi ad me,& à generationi



[illegible] meis adimplere accipe iam collecta. Nam cum
[illegible] me dolores ac triſticiæ afflictorum, & omnes
[illegible]ionum fluctus tranſeant vectigalia meritorum
[illegible]ponunt atq; theſaurizant, veni & accipe aquā vi
[illegible] gratis. Nonne meliora ſunt vectigalia dei quam
[illegible]aris? Ex hoc tranſitu meritorum Chriſti ad nos
[illegible]ponunt etiam aliqui illud. Tranſeat à me calix
[illegible] vbi Chriſtus etiam orare viſus eſt, vt meritum
[illegible] paſſionis cōmunicaretur ingratis. Tunc etiam
[illegible]tur Ieſus tranſire & velut in tranſitu peccatorē
videre,qñ eum per internam vocat inſpirationem,
[illegible] tamen ſtatim in eo manſionem facit,donec in
[illegible]atio appareat in opere, quia tunc detinetur qui
[illegible]ribus credit, væ illis quibus tranſit Ieſus,& vita
[illegible] tempus & ſenectus inaniter ſperantes quod vti
[illegible]roni cōtinget illis,quē expectans expectauit do=
[illegible]nus,& exaudiuit illum. Ne ſitis huius ſpei fratres,
ſed euangeliſte noſtri non pigri imitatores, quan=
[illegible] enim ei Ieſus tranſiret, ille poſt illum ſtatim
tranſiens ei parauit conuiuium vbi ad plenum eum
detenuit. Tranſit ergo Ieſus quia & ſi comprehen= Qualiter tranſit Chriſtus
[illegible] tamen viator fuerat, vt nos ad tranſitum huius
mundi ad patrem inuitaret tranſit vt medicus ad
medendum contritis corde,& vt zelotipus ſponſus
ad videndum ſponſam animam,& vt paſtor ad pe
cus viſitandum,& vt magiſter ad vocandum diſci=
pulum. Medicus eſt peccatoribus, paſtor inſipienti=
bus,ſponſus ad proficientes, magiſter ad perfectos
veluti Mattheū,qui vnum habet magiſtrum in cœ=
lis,qui cū tranſiret intus dixit ei. Matthee numiſma
ta inſignita imagine Cæſaris in fiſcum Cæſaris cō
gregabas hactenus, nunc veni vt homines imagi=
ne dei inſignitos loces ac ducas in fiſcum patris

mei regis æterni. Sed quoniam vobis dixi fratres
Matthe9 peccato ris figu= rã tenet. Mattheum peccatoris figuram tenere aduerte quod
dicitur. Vidit Ieſus hominem ſedentem in thelo=
neo: vidit hominem non virum: vnde ab humo di=
citur homo: nam teſte Hieronymo ſuper Ionam ſi=
cut humus claudit in ſe infernum ſic auaritia: quæ
Seſsio tri plex. notatur in theloneo. Quidã ſedent cum thamar lu=
xuriantes in biuio immundicie anime & corporis.
Superbi ſedent cum lucifero in lateribus aquilonis
ſi ſunt ſeculares. Nam prælati & monachi ſuperbi
ſedere dicuntur in monte teſtamenti Chriſti: qui eſt
Auaritia eſt am= phora. prælatio vel religio. Qui autem auari ſunt dicun=
tur ſedere cum Mattheo ad theloneum, cuius vel
quorum ſeſsio figuratur in viſione qua vidit Za=
Zacha.5. charias mulierem ſedentem in amphora, in cuius
ore maſſa plumbi erat. Amphora tamen delata eſt
in aera per alias duas mulieres habentes alas mi=
lui. Amphora terrea eſt auaritia quæ etiã fundo ca=
ret: quoniam auarus non implebitur pecunia. Super
hanc dum eam implere cupit ſedet auarus. In maſ=
ſa plumbi ſignatur graue peccatum periurii & men=
dacii quæ nunquam in ore auari defuerunt. ſed mu=
lieres habent alas milui, quæ ſuper ſtudet pullorum
rapine & puſillorum fraudi aut extorſioni. Nec eſt
prætermittendũ tres fuiſſe iam dictas mulieres quo
niam triplex eſt auari precipua impietas. Primo qui=
dem impius eſt contra deum, quem acceptis impu=
gnat beneficiis, dum per diuitias peccat, pro quibus
gratias tenetur exhibere. Secundo eſt impius con=
tra ſe defraudans animam ſuam bonis quandoqui=
dem nec nocte mente quieſcit. Tertio impius eſt cõ
tra proximum quem aut decipit, aut nõ præſtat mi
ſericordiam, quam ſibi velit fieri. Iuſte igitur tam



ſedenti dicitur. Surge ſequere me. Fruſtra vide=
tur dici: ſurge. Nemo quidem alterum ſequi poterit
dum ſedet niſi ſurgat, ſed ad Chriſti ſequelam am=
plius ſurgendum eſt, quia altior nobis eſt, ideo qui=
dem oportet: vt homo eleuet ſe ſuper ſe: quia iube
tur. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis.
Ad minus homine deſcendimus, ad malus homine
deſcendamus, ad mulierem ad miluum: immo & ad
infernum inferiorem, ideo ſurge vt conuerſatio tua
in cœlis ſit. Quod fiet ſi hoc impleas ſequere me.
Surgamus ergo fratres ad Chriſtum ſequendum ſur
ſum: locus namq; non eſt hic ſeſsioni, ſed in cœlo
cum Mattheo ſedenti in vna ſedium duodecim. In
infernus eſt ad iacendum ob impoſsibilitatem liberi
arbitrii deiecti iuxta id Eſaiæ. Subter te ſternetur ti
nea: & operimentum tuum erunt vermes. In purga
torio ſunt genibus flexis ad adorandum pro ſe &
pro nobis. Nos autem ſtemus per intentionem ere
cti: quibus quotidie dicitur. Surſum corda. Sed cum Iob.5.
homo ad laborem naſcatur aliquando feſſus ſede
re poterit cũ Ieſu in puteo Iacob qui luctator ope
roſus fuit in actiua vita. Contemplatiui autem ſe=
deant cum Maria ad pedes chriſti. Sequere ergo me Sequela
lucem mundi ſi ceſpitare non vis, ſequere me ducẽ, Chriſti.
ſi vis eſſe victorem, ſequere me viam indeuiantem
ſi non vis errare, ſequere me veritatem indubiam
ne opinionibus agiteris: ſequere me vitam ſi me=
lius viuere cupis. Eya fratres ſurgite cum Mattheo
poſt Chriſtum, alioquin eum ſequi non valebitis:
quia Chriſto dicit propheta. Nunquid adheret tibi
ſedes iniquitatis: qui fingis laborẽ in præcepto? La=
borioſa videtur ſequela Chriſti, quoniam arcta eſt
via quæ ducit ad vitam ſi tamen aliquantulum per

Mādata plus de obligāt quā obli gant. ſeueres lata videtur tibi quia ſcriptum eſt. Latum
mandatum tuum nimis. Viam autem latam & am
plum mandatum plures ingredi poterunt etiam de
biles & claudi. Si ergo firmus fueris in via dei fa
ctionem iudicabis laborem præteritum, ac ſi deus
fingeret laborem in præcepto. Vt autem ſcias à quā
to labore nos liberant præcepta dei, aduerte quod
4.diſ.15. quæſti.1. ſecundum Scotum quicquid poſſumus deo impen
dere obſequii & honoris totum debitū eſt ratione
creationis, gubernationis, & redēptionis etiā ab in
nocente: ſed vt deus locum daret operibus ſupererro
gationis, & ſatiſfactioni quæ eſt redditio volunta
ria equiualenti alias indebiti, nos ad ſola obligauit
præcepta: vnde patet quod præceptorū impoſitio à
toto poſſe noſtro nos liberauit qui ſine præceptis
teneremur ad omnem laborē poſſibilem, ideo meri
to dixit Chriſtus onus ſuum leue quia maiorem le
uat & tollit à nobis laborem quā imponat, ideo di
Sequela Chriſti. ctum eſt. Fingis laborem in præcepto. Sequere ergo
me non difficilia iubentem. Dum Chriſtus tranſibat
Sequebatur Mattheum: & nunc vice verſa iubet, vt
ille ſequatur eum. Ego ſecutus ſum te perditum &
deiectum vſq; dum me perderē pro te, quia factus
ſum tanquā vas perditū: tu nunc & ſi laborare opor
teat ſequere me. ¶ Et ſurgens ſecutus eſt eum: non
ſurdus auditor ſed factor operis dicere poterat. Sur
rexi & adhuc tecum ſum. Reuertere reuertere Mat
theæ redde rationem vectigalium Cæſari, ne diſſi
pes bona illius. Nolo reuerti quia poſt iudicē mun
di vado: cui etiam ipſe Cæſar reddet rationem vſq;
ad nouiſſimū quadrantem. Veni reuertere vt Heli=
ſeus adoſculandū patrem & matrē. Renuo quia ec=
ce mater mea & pater meus. In pietate mater, in



ſolicitudine theſaurizandi pater eſt. Veni diſpone do
mui tuæ. Domus mea eccleſia eſt. Opere dixit Mat
thæus. Ecce nos relinquimus omnia, opes, & paren
tes, & filios & ſecuti ſumus te. Nos verba Chriſti ſe
quimur præcepta conſiliáve: Mattheus autem ipſum
Chriſtum amplius facientem quam docentem. Ne
miretur ergo porphirius vel iulianus dei citiſsima
ſequela huius ſancti: de quo dici valet. Tunc voca
bis & dicet, ecce aſſum. quoniam venti & mare obe
diebant voci Chriſti. Immo & inimicis Chriſti alle
cti doctrina ſequele ſuæ dicebāt Chriſto. Vſquequo
animas noſtras tollis? In verbo verbi dei maxima
virtus erat cōpellens etiam voluntates, quanto ma=
gis huius ſancti cuius cor & viſcera penetrauit vox
Chriſti: ita vt in auditu auris obediret quidem ei, ſe
se non audierat quando iam ſequebatur, ex viſu enī
Chriſti ſe vocari intellexit, & ex tranſitu inopinato
Sequamur & nos fratres Chriſtum ita vt in omni
re aut via vel negotio eius quæramus honorem.

¶ Secunda pars.

¶ Nunc videre eſt qualiter Mattheus vocauit chri Cōuiuiū Matthei.
ſtum, vt cū peccatoribus manducaret in domo ſua,
vbi magnū dicit Lucas præparaſſe conuiuium, ſoli
citudine non pigra ad vocandū multos, ſic deniq;
magnum fuit conuiuium, quod phariſeis nō latuit:
immo irruentes dixerunt inuidia moti. Quare cum
publicanis & peccatoribus manducat magiſter ve
ſter? Hæc verba (vt ait Ambroſius) ſerpentina ſunt:
quia ſerpens dixit. Cur præcepit vobis deus &c. Si= Gene.3.
nagoga ieiunat, & famem patitur & canis, quia om
nem eſcam ideſt Chriſtum, abominata eſt, cuius vm
bra eam pauit in deſerto quando pluit illis man=
na ad manducandum, vtinam ergo ad hoc nunc

venirent. Sed væ illis quia ſi non fuerint ſat mal
Chriſto,tunc murmurabunt. Illa ergo quæſtio ad au
res Ieſu ſedentis ad menſam peruenit cui duo re
ſpondit. Primum quidem ad aceſſores ſuos adape=
riens eis qua intentione venerat dum dixit. Non eſt
opus valentibus medico,ſed male habentibus,quaſi
dicat, ecce paratus ſum vobis ſpiritualiter egrotis
præſtare medicinam ſpiritus, vltro me offero quia
neceſſarius ſum vobis,quibus miſericorditer ſubue
nio, ideo nunc ite ad phariſeos ad ianuam inſidian
tes & quærite ab eis qualiter intelligunt illud pro
phetæ. Miſericordiam volo & non ſacrificium: &
ſciant quòd magis vult deus hanc vobis impen=
ſam miſericordiam quā omnia eorum ſacrificia,quā
uis impleant templū. Tempus quidem erit, & nunc
eſt quando cupit deus hoſtiam viuentem qui non
vult mortem peccatoris ſed vt conuertatur & vi=
uat. Hoſtias autem mortuas reſpuet,poſtquam venit
verum ſacrificium,ſcilicet agnus dei qui tollit miſe
ricorditer peccata mundi nō vult deus veteris legis
ſacrificia,ſicut dū ſolū ſeruit imago in abſentia rei.
Dum autē res vera venit imago ſiue pictura proii
citur,quia iam non ſeruit,& addidit Chriſtus. Non
veni vt vocarē eos qui ſe iuſtos exiſtimant,ſed pec
catores ad pœnitentiā vt nunc ſumus realiter. Hic
videtur Chriſtus conuiuium præſens menſam vo=
caſſe pœnitentiæ vbi contritio publicanorum erat
ei cibus:nam dixerat. Meus cibus eſt vt faciam vo
luntatem patris mei:& eſt vt venientem non eiiciā
foras. In hoc tamen conuiuio multa ſignantur con
uiuia. Primo illud quod Adam thelonearius fecit
filio dei in domo virginis,vt carnem aſſumeret,&
in hoc demones murmurabant. Secundo figuratur

Multi=
plex con
uiuium.



Illud conuiuium quòd gentilitas fecit Chriſto in
domo ſua Roma relinquendo ydola & ſibi dedi=
cando etiam templa, hi ergo ſedent cum Chriſto
in altari quanuis ſuſurret ſinagoga. Tertio illud qđ
deus facturus eſt ſanctis in cœlo vbi iuxta quòd di
citur in euangelio multi publicani præcedent pha
riſeos in hoc damnati eſurientes detrahent,quia eis
dicitur foras canes & venefici. Sed notatur vltimo
in hoc conuiuio aliud ſpirituale quòd Mattheus fe
cit in corde ſuo filio dei, qđ & nos facere oportet.
In hoc animæ conuiuio ad Chriſtū peccata vt pu
blicani adducenda ſunt in confeſſione: eius digna
ſtomacho qui ait. Cinerem tanquam panem man= Pſalmus
ducabam. Cinis ſunt peccata quæ lachrimis debēt
conſici:& velut in maſſam redigi,& fiet ſi circun=
ſtantias peccati ſimul adducas in contritione & cō
feſſione. Hic ſenſualitas murmurat. Sed aduerte qđ
domus conuiui eſt conſcientia iuxta id: perambula
bam in innocētia cordis mei in medio domus meę.
De hac dicit dominus. Ego eſto ad oſtium & pul=
ſo,ſi quis mihi apperuerit, intrabo & cenabo cum
illo & ipſe mecum. Dum tranſiret Chriſtus per the
loneum ad oſtium conſcientiæ huius ſancti pulſa=
bat in ictu oculorum ſuorum quando vidit eum.
Ille autē aperuit os ad fidei confeſſionē,cor ad cō
tritionem voluntatē ad amorē, aures ad chriſti cō
ſilia oculos ad lachrimas,viſcera ad ꝓximū:nā ideo
eū apperuit manū & palmas extendit in materiali
conuiuio vt reſtitueret etiā peccatoribus deum:& deo
animas eorum. Sed quæramus ab eo: nam cum di=
cat Thobias, quod timentes deum adducantur ad Tho.2.
ſui conuiuium,cur ille publicanos adduxit, vt in=
quit fierent timorati:in, Chriſto namq; eſt quid timē

dum & quid amandū.Item Chriſtus iubet vt paupe
res ac debiles vocentur,cur vocas auaros & poten
tes ad miſcendā ebrietatem?Voco inquit diuites hu
ius ſeculi vt fiant pauperes ſpiritu corā Chriſto &
in eius præſentia cadāt ſicut ydola Egypti.Memor
fuit Mattheus illius dicti.Epulari & gaudere opor
tebat,quia frater tuus perierat:& inuentus eſt.Se nūc
videt inuentum à Chriſto & vult inuentionis eius
diem celebrare conuiuio,quanuis frater ſenior qui
eſt cetus phariſeorū doleat extraq́; permaneat.Men
ſa ergo ſpiritualis cōuiuii eſt propoſitū ad proſpera
& aduerſa:ne vlla nos à Chriſto ſeparent:vñ dica-
mus.Paratū cor meum deus paratū cor meum.ſ.ad
proſpera & aduerſa vel actiuam & contemplatiuā:
& menſa eſt cor ſtabile:de quo ait apoſtolus. Opti
Heb.13.b mum eſt gratia ſtabilire cor.In hac menſa ſunt tria
caniſtria magiſtri piſtoris,ſcilicet memoria intelli-
gentia & voluntas,quas volucres lacerant,dum ma
le vtimur eis ambulantes in mirabilibus ſuper nos.
Panis cō- In memoria huius ſancti,fuit panis ſubcinericius
uiuii. quæ eſt humilitas ex peccatorum recordatione, &
ſatisfactione publica coram publicanis & peccato
ribus inuitatis,vt & ipſi faciant ſimiliter,& conuer
tantur & ſanet eos medicus qui ait.Nō eſt opus va
lentibus medico ſed male habentibus.In huius etiā
intelligentia fides fuit,qua credidit ſibi ſalutē præ-
ſtari ac vitam in omni verbo quòd de ore ipſius
Chriſti procedebat.In eius voluntate fuit panis pro
poſitionis,dum maxima obedientia ſe obtulit Chri
ſto in templo eccleſiæ ſuæ in eternū permāſurus.Fuit
Vinum etiam triplex vinum,ſcilicet album,rufum,& nigrū.
cōuiuii. Non ſolum album ſed per album ex maxima mū
ditia,munda quidem caſtitas vinum albiſsimum eſt



maxime huius ſancti,cuius vinum teſte propheta
fuit germinans virgines,ipſe enim fuit primus qui
virgines Chriſto cōſecrauit incipiens ab Epygenia
filia regis Ethyopiæ pro cuius virginitate protegē
da ne fœdaretur obiit.Pater.æquidem primus virgi
nū fuit,cui virgines & caſti nimis tenentur,qm̄ exē
plum dedit præclarum proſeruanda caſtitate moriē
di.Subrufum vinū fuit euangelii ardens prædicatio,
eius enim verba ſicut facula ardebāt,& cor audien
tis letificabat vinū doctrinæ ſuæ.Vinum quidem ni
grum aut tinctū ex toto,martyrium fuit,& ſangui-
nis effuſio pro Chriſto conſiliū eius ſeruando,ac pro
eius protegenda ſponſa : maiorem quidem charita
tem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro
amicis ſuis.Cæterarum virtutum cibos quis valeat
enarrare?Dominus virtutum Chriſtus virtutes man
ducat,ideo enim virtus altiſsimi dictus eſt ab an-
gelo:vt virtuti virtutes tribuamus,quia ſimile ſimi-
li gaudet.Præter eas quas dixi virtutes in pane &
vino ſignatas,alia fuit facilitas ad bonum qua in-
cunctanter ſecutus eſt Chriſtū,& alia fuit humili-
tas qua ſe dixit ad theloneum ſedere, & nomine
proprio tunc à pluribus cognito deſignauit ſe in
euangelio ſuo paruipendens ſe digito publicanum
oſtendere:immo in hoc nixus eſt glorificare Chri-
ſtum,qui tam potenter ex publicano cupido & no-
torio fecit doctiſsimum ac ſanctiſsimū euangeliſtā.
Alius cibus virtutis fuit citiſsima prædicatio, nam
ex theloneo prædicauit illud ſtatim ex toto relin-
quens, & ex tunc publicanos duxit ad fidem. Fuit
& alia virtus munificentia qua vocauit multos ad
magnum conuiuiū non iam in theloneo ſed in do
mo ſua. Fuit etiā extunc in eo alia virtus patientiæ:

qua equanimiter pertulit à phariſeis vocari publicanum & peccatorem, immo & Chriſtus in prandio vocauit eum male habentem & peccatorē vocatum ad pœnitentiam. Sed quoniam hoc virtutum conuiuium per totam vitam ſuam fecit Mattheus Chriſto ideo illud ex integro narrare non valeo, adducam tamen illam eius figuram vbi dicitur in. 4.libro Reg. Tranſibat Heliſeus per ſunam ciuitatem, erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem, cunq; frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eā vt comederet panem, quæ dixit ad virum ſuum animaduerto quod vir dei ſanctus iſte tranſit per nos frequenter, faciamus ergo ei cenaculum paruulum, & ponamus ei in eo lectulū, & menſam & ſellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos maneat ibi. Facta eſt igitur dies quædam, & veniens diuertit in cenaculum, & requieuit ibi. Heliſeus interpretatur ſaluans & eſt Chriſtus diuinus medicus animarum. Hic cum Mattheum vocaret tranſibat per ſunam, quæ interpretatur vana dominatio, & eſt negligentia propriæ ſalutis quam habuit Mattheus ad theloneum ſedens, vbi erat magna quedam mulier ideſt anima eius ad magna prædeſtinata dona, ad hanc tranſibat & diuertebat Chriſtus ei gratiam præuenientem infundens, vt comederet panem azimum contritionis ſuæ, qui cor contritum & humiliatum non deſpicit. Næc tacta intus per hanc quam prædiximus gratiā dixit ad virum ſuū ideſt ad ſpiritum ſuum: nec enim ſufficit vt anima mea ſola magnificet dominum, niſi & ſpiritus meus exultet in deo ſalutari meo. Deliberator igitur cōſenſu portionis ſuperioris, fit Chriſto cenaculum paruum per humilitatem totum cor huius ſancti,

4.Reg. 4.b. Figura hui9 ſancti. Hoſpita Heliſei eſt anima

vbi lectulus Salomonis erat pax conſcientiæ: vbi chriſtus dormit & requieſcit. Menſa eſt refectio deuotionis qua ſe coctā lachrimis ponit anima corā deo, eumq; ſuauem guſtat. Nam & hoſpita cum hoſpite ornante menſam ſuam manducare ſolet. Sella tanti hoſpitis eſt cathedra magiſtralis qua docet animam. Dum ergo auditum interiorem attentionemq; mentis Chriſto applicas, vt Mattheus ſellam paras Chriſto, vbi animam docet loquens ad cor Hieruſalem. Candelabrum autem eſt proximorum illuminatio, vel huius deſiderium in quo ipſe Chriſtus ponitur lucerna vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Hoc deſiderium plus habuit Mattheus, qui citius prædicare publicanis cepit, & euangeliū ſcribere: quod alii prædicarent. Quid igitur reſtat fratres niſi vt Chriſtus requieſcat in domo interiori huius ſancti? O fœlix euangeliſta neſcio quid de te referam, niſi quod quemadmodum in ſeculo exactor, ac vectigalium collector fuiſti, ſic in eccleſia dei, & in Chriſto virtutum aggregator, & gratiarū collector extitiſti & meritorum, vbi poſtea cæteros ſupergreſſus nimis abundares in gloria: quam mihi & vobis præſtet Ieſus, Amen.

ecc.29.d

¶ Tertium conuiuium euangelii præſentis dominicæ. 17.

¶ Non ſolum Chriſtus in terris agentis ſed etiam in cœlo regnanti exhibere voluit conuiuium Mattheus: nam euangelium eius quid aliud eſt quam ſplendidum conuiuium? In priori conuiuio viuos inuitauit, ſed in conuiuio euangelii etiam mortuos in priori quidem inuitauit peccatores: in poſteriori etiam ſanctos. Multos adduxit Chriſto in priori, ſed in poſteriori plures. Conuiuium ergo euangelii

Exponit̄ euangeliū dominicæ.

cæ doctrinæ, quod fecit, voluit incipere ab ipſius
Chriſti ſententia,quæ in pręſenti dominica ponitur:
nam cum legiſdoctor chriſto vnã propoſuiſſet quę
ſtionem,& ſolutionẽ eius non funditus caperet, pro
poſuit iudeis Chriſtus alteram quęſtionem,vt prio=
rem melius ac fidelius intelligerent , quia ſicut le=
ctio lectionẽ aperit,ſic etiam quęſtio aperit quęſtio
nem. Erat ergo apud iudeos ambiguitas quædam,
ideoq; inter ſe diſputabãt,quid cui pręſtare,quidve
melius eſſet an ſecrificiũ templi:an aliud opus cha=
ritatis. Vt ergo Chriſtus iſtud ſolueret dubium, di=
xit ei quidam doctor volens extorquere opinio=
nem eius.Magiſter quod eſt mandatum magnum,
ideſt maius in lege? Cum Chriſtus ſufficienter re=
ſpondiſſet, & non ſecundum fidem Chriſti ſed ſe=
cundum legẽ Moyſi ideſt abintus intelligeret reſpõ
ſionem,Chriſtus iuxta fidem catholicam ad ſe vo=
luit vtrunq; reducere,ſcilicet legis ſacrificia & ope
ra charitatis: nam quia deus erat Chriſtus debebãt
ei ſacrificium,& quia homo deus erat,ei debebant
opera omnimode charitatis:nam ipſe eſt deus & eſt
proximus noſter,& eſt proximus hebreorũ,quod vo
lens eos intelligere propoſuit alteram quęſtionem
dicens. Quid vobis videtur de Chriſto cuius filius
eſt? Dicunt ei. Dauid.Hęc reſponſio quaſi decretum
ac determinatio erat apud iudeos,tamen poſt aſcen
ſionem cum apoſtoli aſſererent Chriſtum nõ fuiſſe
filium Ioſeph vt illi putabant, occaſionem accepe=
runt,vt pertinacius negarent eum tanquã ab eorũ
genere alienum acſi eſſet alienigena & non è me=
dio fratrum ſuorum:vt lex promiſerat. Beatus autẽ
Mattheus propugnator acceſsit, & condidit conui
uium euangelii ſumens initium ab illo,quod iudei



negabant:vnde ſic incepit.Liber generationis Ieſu Matt.1.a.
Chriſti filii Dauid. Et conſequenter inuitauit om=
nes patres iudeorum dicens. Filii Dauid, filii Abra
ham &c.Et erat mater Ieſu ibi in iſto cõuiuio, de
qua natus eſt Ieſus:qui vocatur chriſtus.Sed quia iu
dei adhuc ſenſibiliter & carnaliter in generatione
ſaluatoris inenarrabili ſentiebant, ſcripſit Mattheus
quaſi addens cibũ grandium conuiuio ſuo:hãc quę
ſtionem.ſ.quid vobis videtur de Chriſto cuius filiꝰ
eſt? Dicunt ei.Dauid.Ait illis. Quomodo ergo Da=
uid in ſpiritu vocat eum dñm dicens.Dixit domi=
nus &.In ſpiritu inquit,vbi res cognoſcuntur non Spiritꝰ ha
modo humano,ſed modo veriſsimo à parte rei, vbi bet adiũ=
nota primo ꝙ in ſacris litteris dum de ſpiritu dei ctam ve
fit mentio ſtatim additur aliquid de veritate, quia ritatem.
ille nõ loquitur niſi rei veritatem: vñ cum ſpiritus
dñi ferebatur ſuper aquas ilico dixit deus.Fiat lux,
quæ ad veritatem & verã cognitionem rerũ perti=
net.Atq; cum ipſe Dauid diceret: ſpiritu principali
confirma me:ſtatim addidit. Docebo iniquos vias
tuas.Et Chriſtus de adoratione ſancta loquens di= Chriſtus
xit,quod in ſpiritu & veritate oportet deum ado= eſt ſupe=
rare.Iam ergo quod in ſpiritu dicitur non ſecundũ rior quã
metaphoram,nec ſecundum hominum morem di= Dauid.
citur:ſed ſecundum exiſtentiam rei. Eſt & alia ra=
tio incluſa in verbis domini: nam eo ipſo ꝙ pater
eius erat Dauid:conſequenter(ſi chriſtus nõ haberet
alium patrem diuinum) erat maior eo, quia in ca=
pite ſecunde tabule ponitur de honorandis paren=
tibus præceptum,quod maxime obſeruabant iudei
patribus ſuis nimium deferentes, & plurimum de=
ferentes,& plurimum eos venerantes:nam ſi Iacob
dicitur, eſto dominus fratrum tuorum: melius fuit

dominus filiorum ſuorum. Sed ne iudei adhuc dicerent quòd Chriſtus ſecundum dignitatem & gratiam futurus erat maior patre ſuo Dauid, ob id in ſpiritu dicit eum locutum, qui propterea non ſubij cit patrem filio: nam Salomon maior fuit omnino quam Dauid in proſperitate ſpiritus ſui: & templi ædificatione &c. de quo ipſe Dauid multa prophetarat: ita quod deus ei de Salomone diceret. Primogenitum ponam illum: & excelſum præ regibus terre. Tamen non propterea in ſpiritu vocauit eū dominum, ſed tanquam filio ſubiecto loquebatur ei. Iam ergo aliquid in Chriſto latet propter quod eſt dominus non tantum fratrum ſuorum, ſed patrum ſuorum patriarcharum, & dominus etiam angelorum: propter quod etiam de ipſo datum eſt illud maximum & primum mandatum, diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. Iſtud propter quod tantum Chriſtus magnificatur, innuit Chriſtus ipſe dum talem paſſum adduxit. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris tuis. Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum. Si Dauid Chriſto loquens diceret ei, domine ſede à dextris meis: vt creditur Salomoni recenter in regem vncto dixiſſe, parum quidem, & nimis parum eſſet, tūc enim ſolum dominationi proprie videretur equare dominationem chriſti, aut eam ſuper ſe ponere, qui ſolum dominabitur tribubus Iſrael. Tamen dum in ſpiritu patrem æternum cum filio loquentem audiuit, vtriuſq; dominationem omnino equauit dicens dixit dominus domino &c. Si dixiſſet, dixit dominus domino Chriſto meo, bene quidem, tamen parum eſt hoc, quia tunc non adequaretur potentia Chriſti cum patre: vt equatur ibi. Dixit dominus do



mino meo. Sed forte dicet aliquis, quod dum abſo lute patrem ſine reſtrictione vlla vocauit dominū, & filium quaſi reſtringens vocauit dominum ſuum, minorauit eius aliquantulum dominationem. Pro re ſolutione huius dicti aduerte, quod dominus reſpectu ſui, nec aliqua perſona diuina reſpectu alterius dicitur dominari, quia dominatio denotat maiorem ſuperioritatem, quæ non eſt in deo reſpectu dei, ſed reſpectu creaturæ, reſpectu autem creaturæ nobilioris maior dominatio dei fuit in populo Iſrael, quia eis dominabatur vt pater. Iam ergo nihil minuit ſanctus Dauid gloriam dominationis Chriſti, dum eum determinauit dominum ſuum & non patrem æternum. Sicut nec minuit gloriam ſaluatoris dicens. Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus. Mediam perſonam trinitatis vocat noſtram. Iam ergo vt profunditatem illorū verborum ſcrutemur aduerte, quod in illis vtranq; filiationē Chriſti intellexit: & ſecundum vtranq; vocat eū dn̄m. Prior Chriſti generatio eſt ibi, dixit dominus, poſterior autem eſt ibi: domino meo. Et ſecundum vtranq; generationem de duobus mandatis maximi amoris fit mentio in præſenti euangelio. Iam ergo de altera generatione Chriſti ait: dixit dominus. Secundum quidem theologorum doctrinam apud patrem generare verbum idem eſt q̄ dicere verbum: vnde ſecundum ſanctum Thomam hoc dicere patris ad filium nihil aliud eſt quam patrem filium in equalitate dicendo producere: & ſic non ſolum dominus loquitur domino equali, ſed dominum loquitur dominum ideſt producit, & generat æqualem: vnde propterea canimus, dominus pater, dominus filius, dominus ſpiritus ſanctus. Mi

Duplex eſt generatio xp̄i

ꝛum quidem fratres mei quòd in dominio magno
deſcribatur æterna generatio, vt confundatur huma
na, qua homo ſubitur, & paſsio dominatur ratio
ni, ſed in deo ratio æquidem altius viget apud æter
nam generationẽ, quæ eſt proles rationis diuinæ, ho
mo autẽ ſolum carne generat, quia carnaliter opera
tur, deus autẽ deũ, quia operatur ſecundũ diuinã ra
tionem prædominantẽ. Sed illud qđ ſequitur: ſede à
dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellũ
pedum tuorũ, vtriq; generationi cõuenit, quapropter
Duplex dextera dei, aduerte, quod in deo nihil eſt ſiniſtrũ, vtraq; enĩ ma
nus eius dextra eſt. Sed forte dices, nõne deus vnam
ſolam manũ habet, quæ eſt potentia eius qua oĩa
condidit? Duas quidẽ habet manus ſecretiores qui
bus operatur intra ſe, quæ & ſunt priores quã potẽ
tia: nam vt probat Scotus contra Henricũ in. 2. libro
ſententiarum, nihil eſt poſsibile, niſi quia aliquomo
do volitum à deo: vñ à voluntate dei omnia poſsi
bilia dependent. Sed prout ad præſens attinet, ſatis
eſt nobis, quod opera ad intra ſunt etiam infinite
priora quã opera ad dextra. Habet ergo deus duas
manus dextras intra ſe, quibus nunquã ocioſus fuit.
Digiti dei plu‐ Altera manus eſt intellectus eius, ſcientia quintupli
res, ci refertur velut digitis, quorũ primus eſt noticia eſ
ſentialis ad intra, qua primo cognoſcit eſſentiam
ſuam. Secundus digitus eſt noticia, qua per refle
xionẽ ad ſeipſum generatur filius, quia gignitur per
actum intellectus. Tertius digitus dei eſt noticia om
nium contingentum: ſiue rerum ad extra quarum
prima eſt mundi creatio. Quartus digitus eſt noti
cia iudicatiua ſiue approbatiua electorum: & bea
titudinis eorum. Quintus digitus eſt noticia iudi
catiua ſiue reprobatiua malorum propter eorum



[pe]ccata. Iam ergo in hac manu ideſt in intellectu
[pat]erno recipitur productus filius, quo & ab æter‐
[no] ſedit tanquam in cathedra diuinæ ſapientiæ, vt
[an]gelos doceat omnes theſauros ſapientiæ & ſcien
[tiæ] dei abſconditos. Altera manus dei etiam dexte‐
[ra] eſt eius voluntas, quæ pariter quinq; habet digi‐ Rom. 8.
[tos] ideſt modos amandi ſiue amores. Primus eſt ſpi
[ri]tus ſancti actiua & concors productio, ſecundus
[om]nium electorum prædeſtinatio, tertius eſt eorum
ad gloriam vocatio, quartus eſt eorum iuſtificatio,
quintus autem eorum glorificatio. Voluntas ergo
patris cõmunicatur filio, ideoq; ſedit in ea: nam & ſi
non voluntate: tamen volens generat eum pater, &
in eadẽ generatione cõfert ei omnem infinitã vo‐
luntatem ſuã, in qua ſedet ſimul cum patre infini‐
tum producens amorem. ſ. ſpiritũ ſanctum. Sed forte
quæris: cur in priori dextera nullam infinitatem pro
duxit: & in altera ſic. Ad hoc reſpondemus, quod
non minus potens eſt filius dei in altera dextera
quam in altera, veruntamen in priori iam inuenit
terminum adæquatum, & potentiam producendi
exhauſtam & expletam, ideo non aliam ſapientiam
produxit, tamen in dextera voluntatis cum non ſit
amor productus ante productionem filii & filius
productus ſit etiam productor infiniti amoris hinc
[e]ſt, quod ibi ſedens infinitum eructat amorẽ cum pa
tre vbi non minus docet mirabiliter amorem, quã
in altera ſapientiam: quoniam propterea dicitur. In
dextera eius ignea lex dilexit populos. Ecce igitur Deut. 33.
quomodo in vtraq; patris dextra doctor filius dei
ſedet, cui & pater inimicos ſubiecit, ſcilicet prauos
angelos per Michaelem. Sed quia dicitur, quod ini‐
mici ſcabellum pedum Chriſti eſſe deberent, habet

Pedes Chriſti.

ne filius dei pedes? Niſi pedes eius ſint fortitudo &
potentia ad conculcandum eos: ſicut ſcabellum ſup
peditare ſolemus. Hæc autem ſubiectio per patrem
fieri dicitur, quoniam ante beatitudinem angelorum
trinitas vix erat eis nota. Pedes etiam filii dei ſunt
anima & corpus, in quibus viator factus ad nos
vſq; venire debuit miſſus à patre, tamen ſedit ad
dextris eius donec mali angeli ſubiicerentur ei, qui
noluerunt incarnationi ſibi reuelatæ deferre ſed in
uidere, ac illudere, tamen ei ſubiiciuntur velint nolint,
quia in verbo carne inducto omne flectetur
genu etiam infernorum. Cum igitur tam profunda
ſint miſteria, nec mirum quòd hæc pharisei non in
telligant, cum nec Dauid niſi in ſpiritu loqueretur
poſſet ea intelligere. Sed adhuc multa dicenda ſu
perſunt quia hucuſq; de Chriſto deo locuti ſumus,
deinceps autem aliquid de Chriſto homine tange
mus, ſicut & tetigit Dauid eum dominum & ſuum
vocans, dixit (inquit) dominus domino. Vix auſus eſt
patrem æternum vocare dominum ſuum, quoniam
ſolum filium incarnandum cognouit, eiq; promiſ
ſum, ideoq; peculiariter eum vocat dominum ſuum
quia magis familiariter nobis appropinquat filius
quam pater, ideoq; ſignanter dictus eſt deus noſter.
Sed quia ea quę pater dixit filio etiã incarnato con
ueniunt ei, conueniunt inquã Chriſto homini aduer
te, qđ ea quæ primo volumus, & præ cæteris in
tendimus, magis cognoſcimus, & plus amamus, &
velut in dextris noſtris collocamus. Deus præ om

Primat⁹ Chriſti.

nibus rebus ad extra voluit humanitatem Chriſti:
nam omnis ordinate volens prius vult finem, dein
de media quæ ſunt ad finem. Finis operum dei ad
extra fuit verbi incarnatio, per quam omnia reducit



ad ſe. Inſuper aduerte quòd habet deus duo bona
erga ſe, ſcilicet ſpirituale & corporale, & cum om
nia deſeruiant fini, cui ordinantur, hinc eſt, qđ Chri
ſtus dicitur: ſedere in dextris patris ideſt in potiori
bus tam ſpiritualium quam corporalium: de ſpiri
tualibus loquitur apoſtolus dicens. Sedet ad dextrã
maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus
quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.
De corporalibus autem conſequenter vocatur do
minus Dauid: quia ipſum dedit pater caput ſuper
omnem eccleſiam, ergò de vtriſq; bonis, ſcilicet ſpi
ritualibus puris, & corporalibus quibuſcunq; dicat
ei pater. Sede fili à dextris meis vt cætera ſi tibi cõ
ferantur: ſiniſtra iudicari valeant. Si autem hoc fieri
non poſſit citra inuidiam aliorum quieſce tu do

Donec eſt ęternũ

nec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorũ.
Vbi aduerte quòd in ſcriptura donec pro æterno
ſæpe ponitur: & ſic dominus dixit. Amen quippe di

Mat. 5. c.

co vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum
aut vnus apex non præteribit à lege. Certum eſt q̃
cœlum & terra nunquã tranſibunt: nam Salomon di
xit. Terra autem in æternum ſtat. Quod autem à pa
tre ſubiiciuntur filio inimici, non infirmitatem filii,
ſed vnitatem naturæ (vt notat Beda) qua in altero
alter operatur ſignificat. Nam & filius ſubiicit ini
micos patri: quia patrem clarificat ſuper terrã. Iam
ergo inimici Chriſti hominis ſunt domeſtici eius
iudei, qui eum tantum hominem credunt, ſcilicet fi
lium Dauid: & non filium dei. Et quia non eũ erãt
cognoſcituri vſq; dum aſcenderet in cœlum ſede
retq; ad dexteram dei: pater dixit ei. Sede à dextris

Scabellũ pedum Chriſti.

meis. Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedũ
tuorum. Nunc videnda ſunt duo primum quos pe

des habet Chriſtus,nec enim de eis quos clauis per
foratos detulit intelligitur,quoniam literaliter non
remanſerunt in terra: quia totus Chriſtus aſcendit.
Secundo videre eſt,quo loco quaue conditione po
nat inimicos,dum eos pater fecerit ſcabellum pedū
Chriſti.De primo aduerte quod pedes Chriſti ſunt
apoſtoli: quibus Chriſtus totū fere peragrauit mun
dum.De his pedibus dicitur. Omnia ſubiecisti ſub
pedibus eius,quia erāt principes terræ,& etiā ad li
terā omnia noui chriſtiani ſubiiciebāt pedibus apo
ſtolorum tanquam pedibus Chriſti. Inimicos ergo
Chriſti pater ſubiecit apoſtolis,quando referente lu
ca turba ſacerdotū obediebat fidei,tunc ſane pedi
bus apoſtolorum ſubditi erāt ſicut.& cæteri fideles,
Deut.33. qui appropinquantes pedibus eius,ideſt apoſtolis
Chriſti:accipiebant de doctrina illius.Ex tunc & ipſi
amici facti dicuntur ſcabellum Chriſti,quod eſt in
ferius pedibus:& eis deſeruit.Sed quid eſt hoc fra
tres,nonne videtis magnam dignitatem adeptos ini
micos chriſti,quos paulominus ab apoſtolis minuit.
Sane,quidem quia hæc eſt nimium amantis vindi
cta,vt pœnitentiam inferens tribuat dignitatē.Nam
& hic legis doctor tentans eum acceſsit ad Chri
ſtum:cui poſtea referente Marco dixit Chriſtus.Nō
longe es à regno dei.Nam quærentem amoris que
ſtionem per eundem amorem conuertit,& ſcabelli
pedum ſuorum fecit,& per conſequens ſanctum vt
ſciret totum amorem in Chriſtum referre, de quo
audiuit.Diliges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.
Hoc debemus Chriſto deo in prima eius genera
tione diuina:quia eſt maximum & primum manda
tum.Sed quia Chriſtus etiam eſt homo,& filius Da



ſubiungitur.Secundum autem ſimile huic. Dili
ges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus
mandatis tota lex pendet,& prophetæ:quorum om
nium finis eſt Chriſtus:ad quem tāquam ad finem
ordinabantur. Sed aduerte, quod Ieſus non dixit,
quid vobis videtur de Chriſto cuius filius erit,quā
uis cum iudei venturum expectarent quia in rei ve
ritate venturus non erat,ideo dixit,cuius filius eſt:
de præſenti ipſo loquens.Quomodo autem ipſe il
lumet adimpleuerit:non eſt modo dicendū.Si tamē
ad longum vis omnia cernere lege noſtrum librū,
qui dicitur lex amoris,vbi ſuper abundanter quam
potere poteris ſunt omnia.Si autem concionari vo
leris ſuper hoc, diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mē
te tua:poteris oſtendere dignitatem huius præcepti
in hoc quod deus primo illud impleuit dupliciter
ſcilicet erga ſeipſum, & erga animas iuſtorum qua
ſi erga deos ſuos: nam eos dixit deos ad quos ſer
mo dei factus eſt.Item nos debemus illud manda
tum implere,primo erga deum,ſecundo erga Chri
ſtum eius,qui ex toto corde anima & mente dile
xit nos hic per gratiā,& in cœlo per gloriam:quam
mihi & vobis præſtet Ieſus Amen.

Præceptū amoris datur ob Chriſtum.

¶IN DOMINICA. XVIII. PRO PA
tre beato Franciſco. Ser.70. de meditatione paſ
ſionis quam habuit: vbi & exponitur euan
gelium præſentis dominicæ. THEMA.
Mihi mundus crucifixus eſt. Ad Galatas.6.Et
valet pro ſacris ſtigmatibus eiuſdem.
¶Inuocatio ad virginem.

VT ait Paulus: ſpiritualis omnia iudicat: &
à nemine iudicatur. Vbi excludit à iudican
do aliena crimina eos qui ſimilia agunt,
ne dicatur eis:medice cura te ipſum.Cum ergo bea
ta Maria iudex mundi ex quo in eam ſpiritus ſan
ctus superuenit tota ſpiritualis remanſerit optime
in opprobrium dicere valet. Mihi mundus cru
xifixus eſt, quaſi dicat crucifixum mundm video
obligationibus vitioſi: patibuloq; inferni damna
natum. Nec mirum quòd Maria nobis imprope
ret illud: quoniam & Bernardus ait. Totus mun
dus contra Chriſtum videtur coniuraſſe. Sed cum
Paulus dicat inimicos crucis Chriſti eos quorum
deus venter eſt luce clara deprehendimus non cru
ce Chriſti,ſed cruce latronis maligni crucifixũ eſſe
mundum:qui in maligno poſitus eſt.De hac diciſo
let.Abi in malam crucem.Sed,ò beata mater per il
lum paſſum ſtrictiſsimum te rogamus,quo erat ani
ma tua quando filium depoſuiſti ex illa cruce, de
qua Iohannes eloquium ait:erat iuxta crucem Ie
ſu mater eius vt ſcilicet commodius natum depo
neret,vbi meruit errantes ad bonam crucem dedu
cere,quod & citius fecit,quãdo ſepulto filio ad cru
cis adorationem:prima reuerſa eſt cũ ſuis.Sed quo
niam verbis dei cruci eius affligendi ſumus iuxta
illud. Verba ſapientium ſicut claui in altum defixi
quæ conflari nõ valent abſq; gratia ſpiritus ſancti,
& demaria dicitur: ſedebit conflans & emundans
argentum ſcilicet eloquentiæ:nam ideo in eius pu
rificatione canitur illud: vt nos doceamur pro
gratia purificante ad eam recurrere: quam vt aſſe
qui valeamus ei deferamus Aue Maria.

Maria ducit ad Chriſti crucẽ errantes.

¶Argumentum dicendorum.



¶ſicut ſe habet egrotus ad ſibi appoſita fercula ſic
beatus Franciſcus ſe habuit ad mundi negocia,nec
mirũ quia & ipſe amore inquit langueo.Dum recẽ
ter egrotat inſipide veſcitur,dũ creſcit languor gu
ſtus euaneſcit,comedere renuit,ſi autẽ diuturne lan
guet contingit in tantum odiſſe carnes,vt ſi eas ſi
bi apponas nanſeam prouocent:infirmitate non ad
mortem ſed ad vitã(quia virtus in infirmitate per
ficitur)tactus erat ſanctus iſte quando affluentibus
diuitiis quæ ſunt eſca diaboli noluit cor aponnere
quia ſibi nimis inſipide viſæ ſunt,& tunc etiam ma
nens inter eas propoſuit omni petẽti ſe tribuere ma
xime ſi diuinum allegaret amorem. Sed creſcente
hac ſana infirmitate qua & ſi caro claudicat,ſpiri
tus bene dicitur omnes renuit opes,eaſq; in eccle
ſiarum ædificatione diſtraxit. Dum autem pater eũ
vrget ad ſecularia negotia remeare, ſciens vir dei
quòd nemo militans deo implicat ſe negotiis ſecu
laribus ait infeſto ac moleſto patri. Mihi mundus
crucifixus eſt. Ne me deferas in crucem mundialẽ
& immundam,quia Auguſtinus ait. O munde im
munde &c.Si Franciſcus dixiſſet mihi Chriſtus cru
cifixus eſt optime:ſed quia de inimico Chriſti lo
quitur(nã mundus eum nõ congnouit)ideo oppoſi
to modo intelligenda veniunt verba,& quadam exe
cratione dicta:vt ſit ſenſus.Mihi ideſt cõtra me ne
quam mundus cruce peruerſa crucifixus eſt:inimi
cus meus eſt. Duæ ſermoni partes erunt de dupli
ci mundo crucifixo patri noſtro Franciſco, ſcilicet
maiori & minori.

Deteſtatio mũdanorũ in Frãciſco

Diuiſio.

¶Prima pars.

¶Quanuis nunc de mundana cruce cruciante ſer
uos dei loqui nõ incõgrue potuiſſem,oſtendens quo

modo eſt peruerſa,& contraria cruci ſaluatoris,ma
lo totum in bonã partem accipere,ita vt totus hic
maior mũdus ſancto huic dicatur crucifixus ad ani
mi eius deuotionem excitandam.Omnis maior mũ
dus ei erat imago crucifixi dilecti ſui, alioquin mi
nime replicaſſet:deus meus & omnia:deus meus &
omnia.Ac ſi omnia ei deum crucifixum oſtenderẽt.
O ergo deus meus & omnia,quia in omnibus mi
hi deus crucifixus eſt:& omnia ob eum mihi cruci
fixa videntur.Deũ mihi omnia proclamant.Etiã ma
lus mundus huic ſancto in bonam partẽ crucifixus
Triplex mundus. erat:vbi aduerte quod ſecundũ Richardũ triplex eſt
mundus etiam maior:& omnis beato Franciſco de
ſeruit.Diuerſimode capitur cum dicitur deus crea
tor mundi, ſaluator mũdi:& diabolus princeps mũ
di:eſt mũdus cuius deus creator eſt ſcilicet vniuer
ſalis fabrica de qua dicitur.In mundo erat,& mun
dus per ipſum factus eſt.Et eſt cuius deus ſaluator
eſt.ſ.vniuerſalis eccleſia dei:de qua dicitur.Sic deus
dilexit mundum:vt filium ſuum vnigenitum daret.
Mũdus diaboli eſt cuncta ſeculi concupiſcentia de
quo dicitur. Nolite diligere mundum: neq; ea quæ
in eo ſunt. Primus ergo ſemper eſt dei nunquã dia
boli: tertius autem quantũ ad prauam actionẽ ſem
per eſt diaboli,quantũ ad praue actionis diſpoſitio
nem ſemper eſt dei:deus quippe quanuis mali non
ſit actor,eius tamen eſt diſpoſitio,quia licet ab ipſo
non accipiat ortũ:minime tamen illud ſub ſe relin
quit inordinatũ:& ſit miro modo vt quod ab ipſo
non habet originem , ab ipſo tñ & ſecundũ ipſum
ordinationem ſumat:vt vterq; prædictus mũdus ſer
uiat mundo eccleſiæ, quia nouit dñs qui ſunt eius,
& his qui ſecundum propoſitũ,ideſt prædeſtinatio



nem vocati ſunt ſancti omnia cooperãtur in bonũ.
Ex hoc igitur fundamento perſpicuũ habetis fra=
tres qualiter beato Franciſco mundus vtiliter cru=
cifixus eſt,quicunq; ſit ille: quia omnia inſeruiũt ſer
uiti deo.Vndecunq; tempeſtas inſurgat:vndecunq;
perſecutio ingruerit:ſecurus dicat Franciſcus ad vti
litatem meã mundus crucifixus eſt. Bene mihi ſunt
omnia,deus & omnia venerunt mihi: omnia vehi=
culum dei ſunt. Hæc beatus Franciſcus ſepe inge=
minat.Triplex ergo mũdus,ſcilicet eccleſia ſibi cru
cifixa eſt quoniam ab eo tribulatione quam tunc
patiebatur ſubſtentata, ex quo ſibi accreuit honor,
fabrica tota in peſte & fame ab eo ſedata etiã ſuo
honori crucifixa fuit : & peccatorum congregatio
qui conciliauit. Omnis ergo aliorũ cruciatus qui=
bus ſubuenit ad ſui honorem ſuccedebant.Sed quũ Mundus qualiter crucifixꝰ.
tota ſolicitudo huius vtilitatis videtur ex parte dei
prouenire qui vocat ea quæ non ſunt tanquam ea
quæ ſunt ad noſtrũ profectum:ideo in retributionẽ
bonum quæ deus retribuit beato viro , voluit ipſe
aliter ſibi mundum crucifigere & magis meritorie,
dum totum mundum conſpexit quaſi Chriſti cruci
fixi repreſentatiuũ ſibi:vt in omnibus videret Chri
ſtum crucifixum.Vbi aduerte qđ ſtat exercitiũ iſtud
in hoc:vt omnia quæ videbat ſigna faceret per me
ditationem crucifixi:in omnibus crucifixũ ſtilo in=
tellectus depingebat. Omnia viſibilia ſibi materia
& ſigna erant in quibus paſſionẽ renouare ſatage
bat ac ſi omnia eſſent tincta ſanguine chriſti.Noue
rat quidem ſanctus iſte ꝙ quanuis Chriſtus ſemel
mortuus fuerit:multũ expedit mortem eius renoua
re donec veniat vt ſic ſemper nouum videatur be=
neficium,nouumq; teſtamentum. Sic enim & ſancti

in cordibus ſuis cantare dicuntur quaſi canticum
nouum, vt recens ſit eis exhibitum beneficium, ne
conqueratur deus, quod oblioni datus ſit tanquam
mortuus à corde. Dicebat Chriſtus ſancto Franci-
ſco, deſcripſi te, ideo non obliuiſcar tui: & ille aſſi-
git. In operibus meis & in toto mundo depingitur
quia mihi in memoriam tui totus mundus crucifi-
Ecclesi. xus eſt in omnibus amabilẽ renouo memoriã tui.
48.c. ¶ Plurimos legi ardua renouaſſe: nam in laudem Sa-
Renoua muelis dicitur: quod renouauit imperium & vnxit
tio. principes gentis ſuæ. Et filius Sirach renouaſſe di-
ecc.50.d citur ſapientiam cordis ſui. Et Ionathas amicitiam
1. Mach. romanorum renouat: & in eccleſiis quotidie aqua
12.a. baptiſmi renouatur. Beatus autem Franciſcus huic
exercitio deditus maiora renouat: nam ſi Samuel re-
gni terreni renouat imperium, hic autem ſanctus in
corde ſuo renouat imperiũ regni chriſti, qđ eſt eius
ſacra paſsio principatus ſuper humerum eius, per
quam ſuper omnem nomen exaltatus eſt: & ſic no-
ua vnxit ſanctus iſte deuotione principes gẽtis ſuæ,
qui ſunt tres precipue vires animę inter alias poten-
tias. Alter cordis ſapientiam renouat: huic alia ſa-
pientia non eſt niſi Ieſus Chriſtus & hic crucifixus
quem in ſpiritu mentis noſtræ renouare oportet ex
quo ſequitur quod non cum romanis ſed cum an-
gelis amicitias renouauit beatus Franciſcus qui in
ſanguine agni nobis amici facti ſunt. Alioquin apo-
ſtolus non diceret, quod per ſanguinem ſuum Chri-
ſtus pacificat quę in cœlis ſunt: & quę in terris ſunt.
Ex hoc Franciſco euenit ſic ab angelis frequenta-
ri: vt etiam egrotaret vt leuius ſe haberet coram eo
muſicalia inſtrumentum perſonarent. De renouatio-
ne aquę baptiſmalis accipe quod & ſi ſacramentum



baptiſmi non eſt iterabile in ſe, hoc ideo fecit deus
quia in ſua principali origine ſepius cæteris iterari
poteſt, non minore merito ſi debite fiat quam in
ipſo. Origo eius paſsio Chriſti eſt, vbi velut alte-
ra Iudith frequentiſsime anima huius ſancti bapti-
zabat ſe in fonte lateris Chriſti: vt merita cumula-
ret ſibi. Non ſolum ergo mundus ſed quælibet res
mundi ſibi crucifixa erat, in ea crucifixum oculis
mentis & cogitatibus renouans. Vt autem è multis
vel vnum dicam aduerte, quod pauper Franciſcus
non niſi vnum librum pro omnibus fratribus ſuis Liber eſt
initio ſuæ religionis habuit, tũc enĩ multo emebãtur Chriſtus
precio: nã ideo tũc arbitrãs ſemper pauperes futuros
fratres ſuos (qui nũc ſolo nomine pauperes ſunt) po-
ſuit in regula ſua vt ſecundũ romanam eccleſiã di-
uinum facerent officiũ ex quo habere poſſent bre-
uiaria: antea enim non tenentur niſi à tempore quo
habuerint ea. Habens ergo ſimplicem librum, in eo
Chriſtum crucifixũ contemplans dicebat fratribus
ſuis. Corpus domini mei Ieſu Chriſti liber eſt non
ſolum calamo ſcriptus ſed ferreo ſtilo, qui magis
eradicans quam ſcribens literas ſculpebat, ſcilicet
clauus flagellum & lancea, quæ corde eius nos om-
nes ſcripſit. Nec mirum quòd hoc dixerim quoniã
propheta literas vocat plagas Chriſti, qui eſt liber eſa. 49. d
ſcriptus intus ſcilicet in corde, & foris in corpore.
Hic liber ex virginea membrana cõfectus eſt tam
pura vt radi non indigeret. In hoc libro deifico di-
uina ſapientia deſcribitur: quæ (vt ait ſapiens) non Sapi. 7. d.
habitat in corpore ſubdito peccatis, & vt in Chriſti
corpore ſcriberetur dolus in eo non inuenitur. Nec
mirum quod in corpore Chriſti diuinam ſapientiã Verbum
dicam: cum verbum caro factum ſit. Vbi aduerte qđ triplex.

verbum patris in eo mentale fuit,in prophetis vo-
cale,& in carne Chriſti fuit verbum ſcriptum ope-
Pſ.44.a re ſpiritus ſancti.De primo ait pater.Eructauit cor
meum verbũ bonum.Sed dum hoc verbum poſtea
Eſa.8.a. deus in ore prophetarũ fit vocale:at cum venit ple-
nitudo temporis,quo videret omnis caro ꝙ os dei
ſemel locutũ eſt dicitur ſpiritui ſancto. Accipe tibi
librum grandẽ & ſcribe in eo ſtilo hominis.Gran-
dis liber dicitur caro Chriſti,quoniã in ſe continet
maximum verbum dei: de quo Auguſti. Quod eſt
hoc verbum,quo dicturus antea nõ ſilebat,quo di-
cto non ſiluit qui dicebat,verbum quod labia nul-
lius apparuit ceptũ,clauſit ve finitum,verbũ quod ini-
tium non habet ex ore loquentium & apperuit ora
mutorum,verbum quod linguis hominum diſertu
non fit,& linguas infantium facit diſertas,quæ nam
eſt illa generatio, cui pater moriendo non credit
quia non viuendo præcedit.Hæc ille:vbi attendeq;
hoc verbum dei ſtilo hominis iubetur ſcribi:vt in-
uiſibile verbum fiat homo viſibilis.In carne Chri-
ſti & nos & verbum dei ſcriptum eſt.Nos inſtrumen-
Pſa.44. tis ferreis,ſed verbũ dei lingua Mariæ quæ ait.Lin-
gua mea calamus ſcribe:velociter ſcribentis,ſcilicet
ſpiritus ſancti velocis,quoniam in inſtanti operatum
eſt incarnationem verbi, ſtatim quo mota eſt lin-
gua Mariæ ad conſenſum. In camera vteri virgi-
nalis ſecretiſſima coram ſolo Gabriele huius my-
ſterii miniſtro ſcriptum eſt verbum,qui ſcriniũ pa-
rare venerat & calamum actibus hierarchicis. De
huius libri pulchritudine ſtatim poſt prædictũ ver-
ſum ſequitur.Specioſus forma præ filiis hominum,
diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Viuus quidem liber
eſt. Nec mirum ſi tam pulcher ſit ex tali materia



& tali compactus artifice,taliq; ornamento deco-
ratus gratia ſeptiformi ſeptem ſigillorum, quam dei
agnus apperuit in cruce dum ſeptem verba loqui-
tur referta miſteriis & gratiſſima. Sed quamuis ad
interiora eius vt beatus Franciſcus non intremus
profunda & in ſilentio ſcrutanda miſteria,vel quod
foris eſt legite fratres: nam à planta pedis vſq; ad Lectio li-
verticem capitis nec iota vnum vacat à miſterio. bri in cru-
In capite legamus humilitatem abiectionẽ & ſpi- cis arca-
nis coronatũ. Sed cum ſcriptum ſit,oculi ſapientis nis.
ideſt Franciſci in capite eius ſcilicet Chriſto aduer-
tit,quod leuans oculos & cor ad crucem quærebat
à Chriſto.Cur domine caput habes inclinatum? In
ſignum accepte humiliationis,& vt iugum obedien-
tiæ me ferre oſtendam vſq; ad mortem,& ad quid
vlnera? vt te ad plagã lateralem hoc ſigno ad vocẽ:
nam lingua mea iam loqui non valet.Cur domine
verſus dexterã partẽ? vt te doceã ſemper ad meliora
intentionem habere: & vt fugerem titulum regni
huius mundi,quia regnum meum non eſt hinc: mũ-
di gloriam renuo vanam qui veram dei teneo. Cur
dñe Ieſu cum clamore valido & lachimis emiſi-
ſti ſpiritum? vt in hoc legant qui exultant in rebus
peſſimis qualiter illis flendum eſſet antequam in
viam dubiam aut peruerſam ſpiritum deſtinare cõ-
tingat: cum ego qui certus eum in patris manus
commendo ſic defleo.Cur domine cum ſcires tibi
acetum propinandum in cruce ſitio dixiſti? vt legãt
in eo effrenes qualiter eorum ingluuies & ebrietas
aut verba ocioſa punienda ſunt. Cur domine ſic
extenderis in cruce hac? vt auari perlegant & di-
ſcant palmas extendere ad pauperem:ita vt ſi caſus
acciderit ſanguinem præbeant pro anima fratris.

Cur domine Ieſu latus habes latum nimis,& apertum:vt inuidi legant non ſeruare rancorem aut ſaniem præterite offenſe,& mei dilectores aduentant quia mihi & illis ſatis erit hic locus abbreuiatus quem paraui eis. Cur domine Ieſu tam caſtigatum habes in cruce corpus quod non ſolum in matutinis ſed tota die penas luit:vt luxurioſi diſcant quod caſtitas ſine caſtigatione non fit maxime in eis qui ſanctiores Paulo non ſunt. Cur domine ſic habes cruci tam affixos pedes:vt legant inconſtantes perſeuerare & ſtatuere ſupra petram pedes ſuos itaque diſcant cruci patientiæ adherere:nec ad vindictam currere. Cur domine mi etiam viſcera tenſa in cruce habere decreuiſti vbi maximum tuliſti dolorem: vt ad inimicos etiam tu charitatem extendas,quamuis durum tibi videatur:& ad maiora te extendas opera. O liber(ait Franciſcus)omnium ſcientiarum, nihil aliud me iudicaui ſcire inter vos & inter angelos & cuncta creata niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. O liber flagellis velut punctis diſtinctus plagis maioribus illuminatus, torturis aliis pauſatus,in tabulis crucis compactus,corrigie fuerunt funes quibus ligatus es, niſi velimus dicere quod claui eum per membra diſtinctum tenent in pulpito crucis,vt etiam neſciens literas legat,& ſciat quod regiſtra coccinea ſunt come Chriſti,quas quaſi Nazarenus nutrierat. Spinæ deſeruiũt ad literas qualeque ſignandas. Titulus libri eſt ſuper caput eius tribus linguis ſculptus literis Hebraicis,Grecis,& Latinis, vbi tres mundi partes in eo legant tria,ſcilicet ſanctitatem Hebreorũ quæ iam in hoc ſolo eſt libro. Sapientiã Grecorum quæ ad hunc librum deuenit. Poteſtatem Latinorum quæ in eo continetur. Hic



liber nulla indiget correctione quamuis Pilatus ignarus dixerit. Corripiam eum & dimittam. Si ſciuiſſet ipſe per librũ iſtum ſe corrigendũ fore eum nõ dimitteret:nec omniũ originale corrigere præſumeret per quod omnia vitia ſunt corrigenda. ¶ Qui in hoc legerunt libro ſancti angeli fuerunt & Maria & Iohannes & beatus Franciſcus qui non ſolum in libro ſuo librum vitæ contemplatus eſt omnibus communem & cruciligatum. Sed in qualibet re mundi vt ſic ſibi mundus crucifixus eſſet,quod liquide conſtat ex pluribus dictis & factis eius:nã dum in via conſtitutus inter capras quandam videret ouem dixit ſocio. Sic erat dominus Ieſus inter phariſeos diſsimilis vita doctrina habitu & natura extraneus fratribus ſuis. Dum etiam videret turtures ad venditionem duci perhibuit. Sic fideliſsimus dei filius ductus eſt ad crucẽ mitis & humilis corde,propter quẽ petiit ſibi aues dari quas liberas dimiſit:vt in cãpos euolarẽt. Et ferenti eas prophetauit,quod optimus frater minor futurus eſſet. Dum autem ſibi lepus allatus eſſet dicit. Ne affligamus animal illud quia dominus noſter afflictus eſt:vt ab omnibus afflictionem fugaret,& ideo illud libertati ſuæ reddit,ſed lepus ad ſanctum virum rediens fugere nolebat,ſed in gremio eius occubãs quieſcebat quod vir ſanctus cernens ait. Melius poterat dominus abire:ſed noluit:vt liberaret nos. Lepus ergo per duos fratres tranſmiſit in heremum:vbi ſecurus eſſe valeret. Item dum quendam agnum iuxta quandam ſuem conſpexit & poſtea cum ſus deuoraſſet:flere cepit ſanctus vir:& ait. Maledicta ſit ſus illa agnum deuorans:ſicut ſinagoga deuorat dominum meum Ieſum agnum dei. Nullus ho

Deuotio Frãciſci ad crucifixum.

mo nec beſtia comedat ex ea ſed putredini & fœ-
ri relinquatur. Mirares: nam teſte Bonauentura ſic
maledictio beati viri comprehendit ſuem, & ſta-
tim mortua ſterquilinio relinqueretur: quam nec fa-
melicus canis comedere voluit. Dum deniꝗ lepro-
ſum quendam videret vlcere nimio plenũ in oſcula
vulnerum ruens dicere cepit. O vulnera beata do-
mini mei Ieſu Chriſti cuius liuore ſanati ſumus.
Mirabile dictu per oſcula quidem ſic ſanauit pla-
gas eius: vt nec ſignum remaneret veſtigii: quid pla-
ra? per plateas flere non verebatur quia quicquid vi-
debat crucifixum erat.

¶ Secunda pars.

¶ De mundo minore nunc agendum propoſui, qui
etiam crucifixus eſt beato Franciſco. Mũdus minor
ipſe frater minor Franciſcus: minorẽ ſe voluit voca-
ri. Sed videamus nunc de re ipſa, quamuis enĩ minor
Mundus vocetur non inficit quin maior ſit. Homo quilibet
minoreſt micocroſmus .i. minor mundus appellatur, & cũ ta-
Frãciſco lis vir iſte reperiatur: & crucifixus optime de ſeipſo
crucifix⁹ dicere valet. Mihi mundus crucifixus eſt: & eſt ſen-
.i. ipſe ſibi ſus. Ad meam non paruam vtilitatem meus mũdus
minor crucifixus eſt per Chriſtum. Me cruce ditatũ
cerno ex quo ingens leticia mihi ſuborta eſt. Si le-
tabatur, quidã dicens ſortitus ſum animã bonam,
veni ad corpus incoinquinatũ: quanto amplius me
gaudere oportet cũ mihi per Chriſtum dei filiũ mũ-
dus meus crucifixus eſt? O beate pater quid gloria-
ris in te, cum dixerit Paulus mihi autẽ abſit gloriari
niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti? Inde amplius
letabundus reddor, quia video in membris meis do-
mini nr̃i Ieſu Chriſti virtutẽ & crucẽ: nõ glorior in
me, quia viuo ego: iã nõ ego: viuit vero in me chriſt⁹.



¶ Quid, ô beate pater ſperabas poſt tale ac tantum
aſſiduũq; viſitatum exercitium, niſi quod ad roſtra
egrederetur tua: quod tanta vi corde tuo infixum
erat, q̃d quotidie intus in anima verſabatur? Bonus
homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, &
et loquitur de cordis abundatia, quales peregrina-
tiones talia oportet ſigna deferre. Quid ergo mirũ
quod paſsio Chriſti renouetur in te, cũ ipſe eam in
omnib⁹ renouaſti? Immo & teipſo, vbi aduertite fra-
tres quod ſanctus iſte non ſolũ in rebus extra ſe ſed
in ſuo corpore circunferebat Chriſti paſsionẽ. Dũ
ſanus erat dolens ſuaꝗ mẽbra conſpiciens optabat
infirmari: vt vel ſic aut parũ ſentiret dolorem chri-
ſti Ieſu. Dum tandẽ egrotabat nil patiebatur vbi nõ
eum depingeret, infirmitas ad votũ videbatur ei ad-
uenire, quam ſignũ faciebat crucifixi Ieſu. Vt ante-
quam plagas à chriſto reciperet dicere valeret. Ego
enim ſtigmata dñi Ieſu in corpore meo porto. Dũ
caput dolebat ictus memorabat quos chriſt⁹ paſſus
in ſuo. Dum infirmos habuit oculos memor erat la-
chrimarũ Ieſu propter quem teſte Bonauen. quãuis
in oppoſitum conſilium haberet à medicis à lachri-
mis noluit abſtinere. Dum dentiũ dolor ingruebat
ſepe memor erat Chriſti, qua eius dentes concuſsi
ſunt. Dum vrget famis inedia: Chriſti adducebat ie-
iunia. Dum pectora dolent: adeſt labor pectoris Ie-
ſu, vbi & lictores genua poſuerant in horto: vt ſe-
uerius eum ligarent. Sic deniꝗ nil aduerſum ſibi
accidit quod proſperum non reddat deuota paſsio-
nis meditatio: vel potius emulatio. Vnde nõ ſolum Meditan
mundus maior ſed minor ſibi per hoc exercitiũ cru- di paſsiõ
cifixus erat. Sed quæſumus pater dic nobis cur tam nẽ rõ po-
vehementer hoc ætas conferens in corde tuo? tiſsima.

¶ Cum vulnera renouantur, in eo qui ea paſſus eſt
nouus ac peior efficitur dolor in patiente, ſed cum
ea renouas in memoria tua ad gratias agendas ei
qui pro te paſſus eſt, tunc etiam ſi doleret, ab eo do-
lorem demeres: & ſic dum peccas vulnera Chriſti
addis renouata, & ei iterum paſſionem inferens cru-
cifigis eum: de quo & ipſe ait. Super dolorem vul-
nerum meorum addiderunt: ſcilicet peccata ſua. Sed
cum deuote paſſionem recoles non eſt niſi curam
chriſti agere alligare vulnera: mederi lãgores, eoſq;
vnguento deuotionis perungere in ſtabulo conſcien-
tiæ tuæ, quod Chriſtus & ſi mori non poſsit optat,
& accidentaliter gloriatur videns quòd iſtu com-
paſsionis frangis alabaſtrum cordis tui: quod ipſe
ſuper ſe effuſum vult videre, quamuis ad celeſtẽ ſe-
deat menſam; & ſic hoc effert opus in cœlo atq; lau-
dat coram angelis dei taliter quòd impler totã cœ-
leſtem domum ex odore bono vnguenti deuotio-
nis tuæ. Multum dixiſti pater ad nos excitandos, &
plus ad honorem tuum; quia domum totius eccle-
ſiæ & cœli & terræ impletam video fama deuotio
nis tuæ, Chriſti bonus odor es in omni loco, qui vi
cem æquam rependere tibi non dubitat: vt tuis cõ
ſiliis ſatureris, & quia tu magnificaſti facere cum
eo: ille magnificauit facere tecum: tu eum in mun-
do maiori contemplatus es crucifixum, & ſic vult
vt ipſe ſis in quo eum contemplari poſsimus eodẽ
modo, Vnde merito de præſenti negocio eſt dice-
p̄s.41.b. re. Abyſſus abyſſum inuocat in voce catharactarũ
tuarum. Exercitium hoc ſanctificatum Franciſci pa
Eccleſi. tris noſtri abyſſus profunda eſt iuxta id. Amari ſci
24.d. licet paſsionis abundabit cogitatio eius & conſiliũ
illius in abyſſo magna. Nos qui paruuli ſumus hãc



abyſſum veluti ſanctus iſte intueri non valemus: ſci
mus tamen quòd qui eam amplius intrauerit narra
re mirabilia dei in profundo. Et quod hæc abyſſus
inuocauit abintus aliam abyſſum ad extra quæ eſt
conſignatio huius ſancti in voce catharactarũ chri
ſti quæ ſunt plage eius tam alte ad deum præmia-
torem clamantes pro Franciſco: vt eas etiam in cor
pore habere mereretur. Vox ſanguinis Chriſti cla-
mat pro nobis plus etiam poſtulat pro deuotiori-
bus ſuis: maxime pro Franciſco patre noſtro ei de Vulnera
dulciſſimo vſq; dum obtinuit demonſtrationem eius Frãciſcũ
in exterioribus Chriſti vulneribus carne eius tam liberant.
eminenter expreſsis. Si ſangus agni typici poſtibus Exo.12.b
domorum impoſitus à morte liberat hebreos ma-
nens paruulos egyptiorum cur non deinceps etiã
a peccato veniali non liberetur ſanctus iſte acce-
ptis vulneribus ſaluatoris extinctis in eo primis mo
tibus rationis? Si templi ſeruitores per quoddam ſi
gnum quod in ſe deferebant à vectigalium ſolu-
tione liberi erant, quanto amplius beatus pater ſi-
gnis dei apparentibus in carne ſua liberatus eſt à
præteritarum culparum pena? & non ſolum ſibi ſed
ſuis non paruam ſecuritatem obtinent vulnera illa
Chriſti fera: nã ſi Raab meretrix & omnia eius intra Ioſ.2.d.
ſta ſalua remanent propter ſignum coccineum q̃
in eius feneſtra pendebat, quanto amplius Franciſci
ordo à demonum infeſtatione libera erit & perſe-
quentium incurſu per vulnus coccineum Chriſti à
corde Franciſci pendens? Parum diximus hucuſq; Mundus
fratres de tanto patre qui non mundus minor ſolũ maior eſt
ſed maior mundus eſt. Primo quia cum propter ho Frãciſcus
minem factus ſit mundus viſibilis, & ſemper quòd
eſt minus ordinatur ad id quod eſt magis, optime

liquet hominem mundum fore maiorem,& præſer
tim beatum Franciſcum qui ob id inter homines
primatū tenet,quod non ſolum in anima ſed in cor
pore habet imaginem filii dei;vñ merito dicitur de
Sapi.2.d. eo.Neſcierūt ſcilicet indeuoti ſacramenta dei(miſte
ria paſsionis)ideo neq; mercedem ſperauerunt iu
ſticiæ(quam habet Franciſcus)nec indicauerunt ho
norem animarum ſanctarum, qui(vt ait gloſa) est
crux Chriſti in Franciſco ranouata vnde ſequitur.
Quoniam deus creauit hominem inextinguibilē,&
ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum.Ineſtima
bilis eſt homo iſte quem intantum habuit Chriſtus
ꝙ in eo ſe expreſsit.Et ſecundo mundus maior quia
plus valet.Itē tertio quia illū pro nihilo habuit,vt
Chriſtum lucrifaceret.Nec ſolū beatus Fran.ſed qui
cunq; homo vt late ꝓbat Richardus maior eſt mū
dus,quia toto mundo cor hominis etiam peccato
ris impleri non poterit:quoniam ſcriptū eſt.Auarus
non implebitur pecunia.Totum ergo mundū Fran=
ciſcus reliquit tanquam paruū ſibi,vt ad maiora va
leret aſcendere: & maior mundus fieret. Non reli=
quit mundū vt ſe maiorem ſed vt ſe minorē,qui ſo
lo deo impleri potuit,& ſic mundus maior eſt etiā
intelligibilis,cuius terra ſoliditas humilitatis,cuius
mare latitudo charitatis,cuius cœlum altitudo con
templationis,cuius ſplendor innocentia,cuius luna
decor munditiæ,cuius lucifer ſanctitas, cuius arctu
rus gratia ſeptiformis, cuius ſidera cæterarum or=
namenta virtutum. Si etiam altius aſcendas & eſt
ſed quoniam ſanguis peccati abundat in nobis,
ſanguis enim ſanguinem tetigit : immo lateris do=
lorem habemus : maxime illius cui dicitur. In do=

Medicus Chriſtus in ſe curatnos.



lore paries filios. Hæc à latere Ade ſumpta eſt cuius
dolor adhuc in nobis remanet: ideo decet vt ſan=
guis tuus à totius corporis vena effluat. Attamen
quoniam intrauit mors per feneſtras quinq; ſen=
ſuum noſtrorum: ideo non gladiolo ſed clauis &
lancea per quinq; loca tãtus emiſſus videatur ſanguis,
vt nulla in te remaneat gutta, ſed poſtremo egre=
diatur aqua quaſi opere ipſo dicens: nil ſanguinis
remanet. Sed adhuc tibi pharmachum reſtat delica
te domine: non ſcamonie aut ruibarbi ſed impro=
periorum, ac iniuriarum dicentium contra te falſa
teſtimonia & adducentium fel & acetum. Tam hor
renda deniq; purgatio tua erit: vt dicas veluti infir
mus deo. Transfer calicem hunc à me. Euerte illud:
vel proiice à me pharmachum iſtud. Non domine
quia ſcriptum eſt. Calicẽ ſalutaris accipiam quamuis
amarum ſed nomen domini inuocabo, vt me ad=
iuuet: quomodo ergo vales domine: qualiter es in
lecto crucis: reſpondit Ieſus. Sitio, bonum ſignum
ſalutis domine. Bene purgatus es me, quia ſitis, opti
me feciſti noſtram euacuationem. Et ſi adhuc vul=
tis tangere venam eius dicentis. Vide ſi via iniqui=
tatis in me eſt. Si aliqua remanſerit febris: reſpon=
deri poteſt. Hora ſeptima reliquit eũ febris. Hic ad=
uertite fratres: quod vt ait ſcriptura langorem ni=
mium adduxit dominus ſuper Egyptum qui ca=
ptum tenebat populum dei: pro cuius liberatione
agnus iubetur occidi, in cuius morte mortua ſunt
primogenita Egypti,& ſanatus omnis Iſrael, quia
non erat in tribubus eorum infirmus. Sic dum chri
ſtus agnus dei ſacrificatur in cruce defficiunt &
pereunt originalia peccata ſingullorum: nam Egy=
ptus peccatum eſt, peccatum primogenitum, pecca=

Calix Chriſti habet pharmachum.

tum originale eſt, quod originatur in ventre ma
tris non tamen mundatur de lege ordinata infra
tra vterũ,ideo primogenita' Egypti moriuntur &
populus dei ſanatur,ſi ſuper vtrunq; poſtem domus
ponat ſanguinem agni. Poſtes anime intellectus &
voluntas ſuper quos per fidem collocabis ſangui
nem Chriſti:qui ſuper omnes eſt.O igitur domine
Chriſtus bon⁹ medicus. Ieſu confiteor,quod liuore tuo ſanati ſumus,quod
infirmum eſt dei fit ſalus hominibus virtus eorum
in eius infirmitate perficitur.Quis vnquã talem mo
dum cure vidit.Quis non veniat ad te domine ie
ſu animarum ſalus? tibi omnes infirmitates note
ſunt:quia omnia nuda aperta ſunt oculis tuis.Et ſi
heb.4.b dicatur quod nullus eſt melior medicus quam be
ne ſauciatus de Chriſto dicitur.Nõ enim habemus
pontificem: qui non poſsit compati infirmi atibus
noſtris:tentatum autem per omnia pro ſimilitudine
abſq; peccato.Iſte medicus noſter omnes curat om
nes currunt ad eius medelam, quia omnis turba
quærebat eum tangere:quoniam virtus de illo exi
bat:& ſanabat omnes. Nullũ aliud precium a nobis
poſtulat medicus iſte, niſi vt fidem habeamus in il
lo:ait equidem beatus Petrus de Chriſto ſalutari
1.Pet.1.b. meo.In quem nunc quoq; non videntes creditis,cre
dentes autem exultabitis letitia inenarrabili & glo
rificata: reportantes finem fidei veſtræ ſalutem
animarum veſtrarum, de qua ſalute exquiſierunt,
atq; ſcrutati ſunt prophetæ. Si hanc ſalutem patres
noſtri quaſierunt toto conatu:cur nos ea neglecta
egrotamus fratres? cur tepidi ſumus mittamus re
gulum ideſt ſalutis deſiderium ad patrem miſeri
cordiarum filium regis æterni, vt nunc det nobis
ſalutem gratiæ:& in futuro vitam gloriæ ad quam



nos perducat ipſe dominus Ieſus qui cum patre &
ſpiritus ſancto &c.

## ¶DOMINICE. XX. POST PENTHE. ex euangelio moralis Sermo.73.THEMA.

Erat quidam regulus.Iohannis.4.

¶Inuocatio ad virginem.

VT in præſenti euangelio Iohãnes narrat an
xius erat regulus pater ex eo q; filius eius
incipiebat mori vñ obnixe obſecrat dei filiũ
pro filio ſuo:vt deſcenderet ad ſanandum eum.Bea
ta autem Maria virgo quid faceret dum vidit mo
rientem puerum Ieſum ſuum & dei filium? atten=
dit patrem deſcendere nolentem ad eripiendum
eum,vti deſcenderat in rubum ad liberationẽ po=
puli ſui:nec filium ſe liberantem de manibus cõtra
riorum:immo libere tradentem animã ſuam in ma
nus inimicorum ſuorũ.Conſiderat quod ſpiritus ſan
ctus qui adiuuat infirmitatem noſtrã, aduertit adiu
torium gladii eius:nec eſt auxiliatus ei in bello.Im
mo ſe ipſam contra filium vidit,in qua defecit aſ=
ſertio illa.Vbi nõ eſt mulier ingemiſcit eger: nam Maria eſt
iuxta crucem erat mater non tamen ad ſolatium vel iuxta cru
iuuamen filii ſed crucis:vnde ideo Maria interpre= cem.
tatur,mirra quia crux mirrata amplius cruciat chri
ſtum & amarior eſt. Sed hæc omnia verſa ſunt in
matris gaudium, qñ tranſactis ſignis & prodigiis
paſsionis dictum eſt ei. Filius tuus viuit. Ipſe filius
eius verbo & opere ſe ei citius manifeſtans dixit.
Filius tuus viuit in ſecula ſeculorũ.Et ſerui in lim=
bo vſq; ad horam ſeptimam ideſt ſeptimam ætatem
decenti in octaua iam reſurrectionis per filium ſuũ
conſtituti occurrerunt Mariæ dicentes, quod filius

eius viueret in eis vita gloriæ. Et tunc tota domus Mariæ quæ eſt eccleſia credidit, non ſolum quod Ieſus eſt reſurrectio & vita. Sed quod Maria mater eius eſt mater gratiæ, quam vt ſermoni præſenti aſſequi valeamus ei genibus flexis aue præſentemus.

¶Argumentum dicendorum.

Quadruplex miſteriū huius euangelii.

¶In hoc euangelio vt optime deduxit Auguſtinus figuratur Chriſti reditus ad iudeos & ad patriam ſuam poſt gentiū conuerſionem, vbi maiorem fidē inuenit in vno. ſ. centurione quā in tota Iſrael, ideo de penuria fidei regulum, qui eſt iudeorū populus qui tandem crediturus eſt. Figuratur etiam primus aduentus in mundū per incarnationem, qn̄. ſ. ex iudea vbi quotidie dicit̄ ſanctus ſanctus ſanctus venit in galileam quæ eſt rota volubilis huius mūdi. Regulus obuians ei fuit pater Adā, cuius filius genus humanum in villa conſolationis paradiſi terreſtris peccati infirmitatem incurrit per incredulitatem: non enim, crediderunt deo dicenti: in qua hora comederis ex eo morte morieris, ideo incredula dixit mulier ne forte moriamur, dubitans, quod aſſertiue deus dixerat. Figuratur tertio aduentus ad iuditium, qn̄ totum purgatorium ſanabit carpens incredulitatem noſtram: putas em̄ quòd inueniet fidem in terra? abundante iniquitate & charitate refrigerata: fides mortua erit. Sed his neglectis mitis ſolum enodabo aduentum in animā noſtram de quo dixit Chriſtus. Vado & venio ad vos. In hoc aliqua ex prætactis inſeram.

¶Prima pars.

¶Vt euangelii præſentis hyſtoriam ſeriatim: vti ponitur proſequar aduerte, quod eſt quidam regulus in homine, qui dum Chriſtum regem regum ſuſcipit rex efficitur: & ideo opus eſt obſeruare diem & horam aduentus eius, quando enim non putatis filius dei venit. Liberum igitur arbitrium in homine regulus eſt: nec diminute reſpectu inferiorum, q̄m potentior omnibus eſt, ac ſapientior, ſed quia ex celſo excelſior eſt alius: & vniuerſæ terræ rex imperat cœli: reſpectu eius regulus dicitur liberum arbitrium, non quia illud cogere poſſet, quia implicat: quod ſit liberū & cogatur. Tn̄ non ſtādo in terminis ſed in re non deſint, qui dicant liberum arbitrium non ſubterfugere imperiū dei: quia ſcriptum eſt. Cor regis ideſt determinatio liberi arbitrii in manu dei: quocunq; voluerit vertet illud: nec per hoc ſequitur. Quod non ſit liberū reſpectu dei, qui dat velle & perficere tunc deus non faciet qđ vellis quod non vis, ſed quod vellis quòd vis. Tn̄ dicetur reſpectu dei liberum arbitriū regulis ob id q̄ vertibilitas iſta & facultas ad vtrunq; oppoſitorum in deo ſtabilita eſt, qui malū eligere nequit vt nos,

Liberum arbitriū.

vbi aduerte, quod liberū arbitrium noſtrū eſt vt arbiter inter duos velut diſſidentes, ſic liberum arbitrium ſtat inter bonū & malum dans determinationem quod reſpui: quodue eligi debeat. Nam ideo ſcriptū eſt, quod appoſuit deus homini ignem ſcilicet inferni, & aquam. i. ſalientem in vitā ęternam, ad quod voluerit porrigat manum ſuā ideſt liberi arbitrii executionem. Quia ergo apud deum non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio quæ peccatum denotat, qui agit malum odit lucem: eſt tamen liberum arbitriū, ideo in illo eſt rex, in nobis regulus diminutus: nam quod poſsis reprobare bonum & eligere malū defectus eſt, quo caret deus & angeli eius & beati. Aduerte etiam quod tetie

Damaſceno liberum dicitur quo ad voluntatem,
arbitrium quo ad intellectũ, vtrãq; enim potentiã
amplectitur denotans illud quod optimum eſt in eis
2.diſt.25. tamen à meliori nominatur. Tria connotat liberum
quæſti. 1. arbitriũ teſte Bonauen. ſcilicet libertatem à coactio
ne:& dignitatem: eſt enim nobiliſsimum donũ dei
naturaliter in nobis plantatum, vbi ſignatur lumen
vultus dei: in quo etiam eſt facilitas ad producen
dum vel recipiendũ actũ. Iſtud liberum arbitriũ di
citur pater quia eſt plaſtes hominis: ei enim dicere
poſſumus. Manus tuæ fecerũt me & plaſmauerũt me.
Quodammodo videtur, ꝙ omnipotens deus nos
homines inceperit, & libero reliquerit arbitrio, vt
nos finiat in deos angelos aut bruta vel demones,
quia vnus veſtrũ diabol⁹ eſt. Immo & in nouas for
mas quotidie mutat nos. Dicitur pater vt rempubli
cam augeat per filiorũ & bonorum operum gene
rationem, & vt ſciat bona dare filiis ſuis, & malis
Eſa.26. motibus imperare: iuxta id. Cum feceris iudicia tua
in terra iuſticiã diſcent habitatores orbis, miſerea
mur impio, & non diſcet iuſticiam facere, in terra
ſanctorum iniqua geſsit: & non videbit gloriam
domini. Terra iſtius reguli ideſt corpus terra ſan=
cta eſt vel ſanctificanda, ideo in ea mala perpetrari
non libeat, quia non licet ſicut iumento cuius cor=
pus glorificandũ non eſt. Vnde iſte regulus dicitur
vt ad maiora aſpiret: & ad optima deprecetur. Dum
inferiora cupit regulus fit, dum ſuperna rex maxi=
mus, ſi ad regem regum Chriſtũ domini veniat, vbi
aduerte, quod tripliciter ius habet regulus iſte ad
regnũ cœlorũ, nec ſolum ius ſed adminicula mul=
ta, habet enim caſtra dei angelos, & quendam filium
ducem belli generalem de quo infra patebit, ha



bet etiam diuitias gratiarum ſpiritus ſancti non cõ
temnendas. Nunc ſi de triplici iure ad æternam pote= Triplex
ſtatem regni audire libet aduerte, quod ius vnum ius regu
dat filialis adoptio regulus quippe iſte filius eſt re= li.
gis æterni, qui à iuſtis pater agnoſci pater vocari Matth.6
dignaſsima prorſus & ſtupenda dignatione voluit,
monuit, atq; iuſsit. Et hoc non leuiter aut ſolum ad
nomen ſed ad rem ipſam quã quidem poteſtatẽ de=
dit eis magnam filios dei fieri: vt ad hæreditatẽ re
gni valeant peruenire: nam teſte Paulo: ſi filius & he
res. Alterũ ius triumphalis debellatio tribuit nam iu
ſtis eſt colluctatio aduerſus aereas poteſtates, & quia
vicerunt eas in ſanguine agni victores mundi eſſe
ſti regnum cœlorum quod vim patitur acquirunt,
quia teſte Gerſone, victorem cuncta ſequuntur: ter=
tium ius contulit eis rea damnationis viciſsitudo
ad ſummum regem gloriæ antiquum enim eſt phi=
loſophice veritatis prouerbium amicorum omnia
eſſe communia. Sed quoniam ius non ſemper de
facto tribuit vnicuique quod ſuum eſt, quia ideo
dicitur domine vim patior reſponde pro me. Domi Gen.1.d.
nus vniuerſorum, & rex vniuerſæ creaturæ deus
dñium etiam huic regulo contulit ſuũ, primo in ſta Rom.8.
tu inocentiæ cum dixit replete terram & ſubicite
eam, & dominamini &c. quod ſi deturpatum eſt per
peccatum reſtauratur per gratiam Chriſti, & ſancti
ſpiritus communicationem in quo clamamus abba
pater. Pro hoc dominio reſtaurando venit Ieſus à
Iudea in Galileam à cœleſti curia in terram vbi iu
ſticia non erat. Sed vt clarius eluceſcat dominium
iuſti aduerte, quod quia eius titulus eſt gratia, ideo
vocatur dominium gratuitum, & eſt vſus volunta= Dñium
tis meritorius de condigno facultatẽ habens om= gratuitũ.

nium rerum:vt eas immediate ad vltimũ finem di
rigat. Chriſtianis oculis vidẽda ſunt iſta,ſcimus quo
dem omnia deũ ad ſe creaſſe,veluti media quædã
ad beatitudinem conſequendã,quemadmodum enĩ
quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinã ſcripta
ſunt ſcilicet quæcunq; ſunt cõdita ad noſtrã beatitu
dinem conducere poſſunt,ſi ſit qui ſugat mel de pe
tra,oleumq; de ſaxo duriſsimo.Principale igitur ad
quod ſunt omnia eſt,vt ad deũ pro noſtra beatitu
dine referamus ea,& iuſtus erga omnia huius re
lationis habet dñium,ac ſi ſua eſſent:vnde ei dicere
valeo.In ditione tua cũcta ſunt poſita:non eſt qui
poſsit reſiſtere voluntati tuæ. In voluntate iuſti do
minium iſtud eſt & poteſtas, cuius duplex eſt actio
volitio videlicet & nolitio,volitione vult deo vni
uerſa bona quæcunq; ſint diuina & humana ac ſi
mea eſſent poteſtatẽ habeo ea offerre deo:in eiſq;
eum glorificare. Per nolitionẽ autem cuncta mala
deo negare valeo,acſi ipſe impedimentũ præſtarẽ,ne
ei euenirent,dñium quippe gratuitum ad bona ma
laq; extenditur. Vt non ſolũ in nomine Ieſu ſed in
nomine iuſti omne genu flectatur cœleſtium terre
ſtrium & infernorũ.Nonne angelici ſpiritus admi
niſtratorii ſunt propter eos qui hæreditatem capiũt
ſalutis,& flectunt pro nobis coram deo genua:do-
minus terræ erat ille qui dixit. Ecce nos relinqui-
mus omnia.Hic domino gratuito omnibus actiuis
vtebatur ad vltimũ finem,iuſtus ergo omnia vt ſter
cora arbitrans:omnibus dominatur vt Chriſtũ pro
eis lucri faciat. De inferno autem cum vtamur eo
ad timorem quid neceſſe eſt dicere.Nam & ſi per-
fecta charitas foras eum mittat nihilominus lętabi
tur iuſtus cum viderit vindictam. In hoc dominio



aduerte quod mala non ſunt mala, quoniam iuſto
omnia cooperantur in bonum, qui ex malis non
malum ſed bonum elicit.Huic ergo dño & omnis
tribulatio & rapina & mors ipſa deſeruiũt,nam per
mortem quaſi per militẽ officioſiſsimum iuſtus à
diſcitur triumphũ beatitudinis æternæ. Et ſic de Om̃ia &
fama vel infamia ac alio infortunio.Væ igitur per infernus
ſequentibus iuſtũ quia putantes cudere cathenas,ei ſuperior
coronam fabricant,tñ ſuper dorſum dolorem infe- iuſto ſub
rentes nõ tamen ad ignominiam,quia nobis arma eſt viro.
præſtant iuſticiæ. Arma enim iuſti paſsiones ſunt Diuitiæ
quibus deus & dei filius minutus eſt.Omnia deniq; regales.
ſeruiant ſeruienti deo.Cui ſeruire regnare eſt.Si au
tem quæras quæ ſint huius regis opes,dicimus,q̃d 1.diſt.18.
habet diuitias gratiæ dei, theſauros ſpiritus ſancti, & in biel
qui diues eſt in omnes qui inuocant eũ in veritate diſt.14.
& dat omnibus affluenter & non improperat. Vt primi.
Guillermus occham innuat quam intimius ac libe
ralius ſe conferat ſpiritus ſanctus ait. Res dicitur
alicui dari in ſe,cum in alterius dominiũ,vel quaſi
dñium transfertur,ita quod illa alter vti poteſt,vt li
bet ad agendum,hoc modo etiam mos habet ho-
minum,vt alter alteri ſe dare dicat, cum ad hoc ſe
offert q paratus eſt alterius parere volũtati,facietq;
quæcunq; alter rationabiliter ab eo fieri optabit.
Cũ ergo ſpiritus ſanctus illapſu ſuo ſanctificatiuo
hominem per gratiã inhabitãdo,paratus eſt ipſum
iuuare in omni actione meritoria,& tandem eũ in
beatitudine ſublimare,dicitur quodammodo volun
tati hominis obtemperare.Exemplũ eſt in Ioſue,qñ Ioſue.10
ſtetit ſol obedienti deo voci hominis,Et cuidã iu- Exo.32.
ſto qui eum tenebat dixit.Dimitte me; vt iraſcatur
furor meus contra eos.Cum autem ſpiritus ſanctus

ſic ſe homini dat veluti donum increatum, ſemper
infundit etiam gratiam gratum facientem donum
creatum:in qua fundatur titulus prædictæ domina
tionis. Sic ergo diuitiæ viri iuſti redemptio animæ
ſuæ:vt inquit ſapiens. Nam ideo in ſiniſtra illius di
cuntur eſſe diuitiæ & gloriæ ideſt in ſiniſtris caſibus
vitæ præſentis iuſtorum diuitiæ creſcunt creſcit &
gloria, creſcente gratia, donec dentur capiti tui
augmenta gratiarũ,& corona inclita protegatur,quia
rex coronatus erit. Interea tamen peccare cõtingit:
in peccato autem totum quòd dictum eſt perditur:
iuxta id. Qui peccauerit in vno factus eſt omnium
reus,quia omnium dominum perdit,& omne ius in
potentia propinqua,tamen quia in potentia remo
ta remanet ei ſalus quanuis longe ſit ab eo,& ideo
Incipiẽ incipit euangelium. Erat quidam regulus: ex rege
euãgeliũ iuſtus dum peccat fit regulus, & multum quidem
deiectus ac ſolus:vnde ſequitur. Cuius filius infir
mabatur Capharnaum. Filius iſte dux belli oportet
quòd ſit ſed infirmatur, ita vt incipiat mori. Liberi
arbitrii filius cupido eſt ſummi boni,quæ naturali
ter inſerta eſt ei,ſic vt nunquã deſinat ab eo proce
dere. Cum enĩ homo ad beatitudinẽ immediate cõ
ditus ſit,voluit deus eius deſiderium ei naturaliter
inſerere quo duce ad eam perueniret:nam ſcriptum
eſt. Concupiſcentia ſapientiæ deducet in regnum
perpetuum. Et Auguſtinus ait. Feciſti nos domine
ad te:& inquietũ eſt cor noſtrum donec perueniat
4.diſtin. ad te. Iſte ergo appetitus quanuis teſte Scoto non
49.q.9. ſit ab animaduiſtinctus in ea tamen naſcitur in ea &
permanet ſemper:etiam in inferno quanuis deordi
natus ſit ibi. Eſt tamen ſecundum eundum Scotum
intentior appetitus iſte in damnatis quã forte in ui



toribus in via, licet eam appetant vt impoſsibilem eis.
Hic aduerte, quod appetitus naturalis beatitudinis Appetit⁹
in viatore incipit mori dum mortaliter peccat,quia beatitu=
deſideria mala occidunt pigrum & ſuffocant appe dinis.
titum iſtũ ſeminiuum relictũ ex peccato: nam ideo
dicitur,quod vult & non vult piger ideſt inefficaci
ter vult & tepidiſsime, quoniam ſpes illius mor
tua eſt quando in peccatis ſe conſpicit totum, ſed
dum ſperat ſe euaſurum peccatum, non ex toto
moritur: vnde merito dicitur quod huius increduli
filius reguli incipiebat mori quaſi prolixitate mor=
tis grauaretur in Capharnaum ideſt in carne ei ni
mis adherens, quæ eſt villa conſolationis huma=
næ. Sed væ vobis diuitibus qui habetis hic ideſt in
carne conſolationem veſtram. In inferno autem (vt
arbitror) mortuus erit filius iſte de vtero tranſlatus
ad tumulum & ſepultus in inferno. Solum cadauer
huius filii erit ibi, vbi pro nullo tempore efficax de
ſiderium damnatus producet beatitudinis, vñ Sco= 4.diſtin.
tus ait. Maxime delectarent damnari in cõſideratio 49.q.10.
ne beatitudinis, ſi dimitterentur,& in hoc forte ha=
bent maximam pœnam,quia ſic detinentur ab igne
in conſideratione ſua, quod non permittuntur con
ſiderare deum: vt eſt obiectũ beatitudinis. Conſide
ratio beatitudinis eſt gutta aquę negata epuloni,cui
non cõdeſcendit deus,tibi autẽ ò peccator vltro illã
offert,qui præoccupat qui ſe concupiſcunt,ideo fac
vt dicatur de te id quod ſequitur in euãgelio. Hic Textus.
cum audiſſet quia Ieſus veniret à Iudea in Galileã
abiit ad eum. Iudea interpretatur laudatio,& eſt il=
la vbi proclamant ſeraphim dicentes, Sanctus, ſan=
ctus,ſanctus dñs deus ſabaoth, plena eſt omnis ter
ra gloria eius. Et hoc quare? quia venit Ieſus in

Galileam quæ dicitur tranſmigratio: nam ſcriptum
eſt. Tranſmigrauit Iudas ideſt Chriſtus propter a
fflictionem. ſ. noſtrã releuandam, & hoc fit dum per
internam inſpirationẽ nos conſiderare facit, quali
ter beati in deũ tranſlati à ſe quodam modo tranſ
migrauerint, vbi ſui iuris non ſunt, ſed illius quem
amant & quo fruuntur. Sic & Paulus ait. Nos autẽ
gloriam dñi ſpeculantes reuelata facie in eandem
imaginẽ transformamur tanquam à domini ſpiritu.
Hic aduerte: quod ſicut damnati plurimam habent
penã, in eo ꝙ non finitur eis beatitudinem conſide
rare nec reminiſci ad plenũ ne eam valeant concu
piſcere, ſic poſt illam miſeriã eſt ſecunda dum inſpi
ciunt qualiter in via eam contẽplari & optare po
tuerunt, & non concupierunt. Hoc eſt tam intolera
bile malum, quod (vt ita dicã) ipſi damnati non ſo
lum inuident nobis, ſed deflent obliuionẽ noſtram:
nam ſic (vt opinor) diues ille ex inferno orauit, vt
aliquis ex mortuis mitteretur ad quinqꝫ fratres, ne
deſcenderent in locum tormentorũ, vbi maximum
eſt tormentũ pœna damni, & carentia viſionis diui Dãnati.
næ immo & conſiderationis beatitudinis eius vt di
xit Scotus. Quid facimus ergo fratres: nam & ipſe
deus de nobis conqueſtus ait. Obliuioni datus ſum
tanquã mortuus à corde. Ex corde noſtro prædi
ctus filius dux noſter naſci debet quia inquit regius
propheta. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico
ego opera mea regi, ideſt libero arbitrio, vt media
inquirat inquirende beatitudinis, quæ ſunt illa de
quibus dicitur. Concupiuit anima mea deſiderare
iuſtificationes tuas in omni tempore. Et quod ver
bum eructatũ à corde fit, filius de quo loquimur pa
tet per id quod ſequitur. Speciosus forma præ filiis



hominum diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Filius iſte
qui ſpecioſior eſt aliis operibus dum viuit turpior
dum moritur: patrem infidelem facit de ſalute eius
minime aut parum ſperantẽ: ideoqꝫ ſequitur in euã
gelio. Rogabat eũ vt deſcẽderet & ſanaret filium Textus.
eius. Incipiebat enim mori. Petitio quidẽ bona eſt:
quoniam domini eſt ſalus: & Ieſus ſalus interpreta
tur cui propheta ingerit. Dic animæ meę, ſalus tua
ego ſum. Sed quid oportet dei filiũ rogare vt de
ſcendat pro filio tuo ſanando: cum ipſe tantum ſe
humiliauerit ꝙ veluti heliſeus propheta ad mini Deſcen
ma noſtra pro puero ſuſcitando coaptaue ſus chri
rit. Qui & exinaniuit ſemet ipſum formã etiã pue ſti humi
ri accipiens. Et forte in illo mortuo puero vidue lis.
filio: noſtrum emortuũ deſiderium figuratur. Nam
ſepties oſcitauit in lecto anteq̃ ex toto viueret: &
hora ſeptima filiũ reguli fębris dereliquit. Prophe
ta deſcendit a mõte carmelo: Chriſtus autem a cęe
lo etiam quotidie vt ſuſcitet nos. Cor noſtrum eſt
mortis lectulus quando filius incipit mori: & eſt al
tare dei vbi reddimus vota noſtra: & victimas pro
ſalute deuouimus quando viuit: in quo ignis accẽ
ſi deſiderii ardere iubetur: ſed enutriet eum ſacer
dos Chriſtus ſubiiciens ligna crucis ſue vbi ſe hu
miliauit, & deſcẽdit vſqꝫ ad formam noſtram vſqꝫ
ad formam latronum: vbi & ſeptem verba loqui
tur: vt nos febris relinquat hora ſeptima: nam dies
Chriſti ſeptem habet horas iuxta id. Septies in die
laudem dixi tibi. Septimum verbum velut ſeptima
dei paſſionis hora fuit illud Conſummatum eſt.
Vſqꝫ ad hoc Chriſtus attulit deſiderium noſtræ ſa
lutis de quo ipſe dixerat. Deſiderio deſideraui hoc
paſcha, id eſt, agnum paſchalem mãducare vobiſ

eum anteq̃ patiar, zelus noſter comedit cor eius in
cruce vſque dum diceret conſummatum eſt: & q
zelus eius non comedat animum cuiuſlibet chriſtia
ni pro eo? Deſiderium vitæ noſtræ illum mori
fecit, vt eſſet nobiſcum: & ꝙ nos minime optea
mus eſſe cum illo? Non ergo petamus vt filius
dei deſcendat qui plus vocatur nouiſſimus viro-
rum opprobrium hominum & abiectio plebis: ac
ſi eſſet vermis & non homo. Si eum moleſtamus
Textus. vt amplius deſcendat audiemus ab eo. Niſi ſigna
& prodigia videritis non creditis. Regulus iſte
(vt ait Theophilus) viderat initiũ ſignorũ Ieſu in
chana gallilee: & ſi credidiſſet maiora his videret:
immo ſi credidiſſet videret gloriã dei: nos aũt de
ſignis crucis & prodigijs nõ dubitamus & tamen
nõ credimus vt oportet dũ tepidi ſumus vt regu-
lus iſte. Et maximè dũ in peccato manemus: qua
fides moritur: & cum ea homo: nã iuſtus ex fide
viuit: ex quo ſequitur ꝙ peccator imaginẽ habet
Fidei cõ ꝙ viuat: & mortuus eſt. Ad fidẽ primo requiritur
ditiões. ſinceritas: quia qui ambulat ſimpliciter ambulat
Prou.10. confidenter. Et Ambroſius ait. Tolle argumẽ-
tũ vbi fides queritur. Oportet ſecũdo ꝙ ſit magna
fides vt placeat Chriſto ſicut fides chananee & cẽ
turionis: immo opus eſt ꝙ ſit integra iuxta illud.
Si credis ex toto corde licet. Nichil ergo credibi
liũ omittẽdũ eſt: alioquin fides integra nõ eſſet.
Oportet quarto ꝙ fides ſtabilis ſit: qa (vt ait Tho
bias) vitam illam expectamus quam Deus datu-
rus eſt his: qui fidem ſuam nunquam mutant ab il
Geñ.15. lo. Quinto autẽ neceſſe eſt ꝙ fides iuſta ſit: vt illa
de qua ſequitur. Credidit Abrahã Deo & reputa-
tum eſt ei ad iuſtitiam. Sexto conuenit ꝙ ſit ope-



roſa ſecũdum illud. Fides quæ per dilectionẽ ope-
ratur. Septimo autem ꝙ ſit feruens, nam ideo di- Matthe.
citur. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis di- xvij.f.
cetis monti huic. Tranſi hinc & tranſibit: & nihil
impoſſibile erit vobis. Hęc ſeptima cõditio eſt ho
ra ſeptima qua reliquit eũ fębris: qua ſanatur non
ſolum peccator ſed & iuſtus. Feruor in grano ſi-
napis figuratur: quod teſte Auguſtino ſanatiuum
eſt: & dum amplius cõtunditur amplius feruet &
concremat. Ictibus granum ſinapis acrius fit ac
fortiꝰ ſentitur, & ſic heroica fides tribulationibus
roboratur: quas non ad deſitionem ſed ad incre-
menta ſuſcipit. Succum ſinapis cum fletu ſolet co
medi, quia tunc fidem guſtamus & deum cum pre
deſiderio eius flemꝰ: vt illi qui dicebant. Super flu
mina babilonis illic ſedimus & fleuimus: dum re-
cordaremur tui ſion. Si hac feruida inſtamus fide Textus.
audiemus quod ſequitur. Vade filius tuus viuit.
Vade (inquit) de virtute in virtutem, vſque dum
videas deum deorum id eſt Angelorum in ſion.
Nã credidit hõ ſermoni quẽ dicit Ieſus & ibat. Si
non credis non is: ſi credis pergis motus ſignum 1.Corin.
vitę eſt, opus autem ſignum fidei, nam ideo dicit 13.
Apoſtolus. Si eſtis in fide Chriſti vos probate ſci-
licet per opera. Signa huius fidei ſunt opera ſpiri-
tualia deo nota. prodigia vero ſunt opera ad ex Textus.
tra hominibꝰ manifeſta, & ideo ſequitur. Iam eo
deſcendente ſcilicet per humilitatem ſub potenti
manu dei ſerui eius qui ſunt corporis ſenſus oc-
currerunt ei: & nunciauerunt dicentes quia filius Sẽſus no
eius viueret. Dum cœleſtis boni cupido tepeſcit ſtri ſunt
aut incipit mori ſenſus non ſequuntur regulum ſerui.
nec obſequuntur: rebelles quippe ſunt: nam ideo

dixit quidam. Video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis meæ, & captiua
tem me in legem peccati. Nec mirum quia de
ficiente duce exercitus deficit. Hoc ſenſerat ille
qui de ſennis ſuis hoc eſt ſenſibus dixerat.
Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero.
Tre.ʃ.d. Et non fuit qui redimeret de manu eorū. Filius de
quo prędixi vobis dux belli, & exteros debellat,
& domeſticos caſtigare non negligit, quia eſt cur
rus iſrael & auriga eius, currus belli ad victoriam
inimicorum, & auriga ad regimen domeſticorum,
Sopho. & ideo vocatur zelus dei de quo dicitur. In igne
i.g. zeli mei deuorabitur omnis terra vt ſcilicet nihil
terrenum ſit in nobis. Filius iſte contra dæmones
Tho. etiam præualet, iuxta id. Cordis eius particulam ſi
vj.b. ſuper carbones ponas fum⁹ eius extricat omne ge
nus dæmoniorum. Particula cordis mei tanta vir
tute abundans vt expellat etiam dæmones, quæ eſt
niſi appetitus ſummi boni: qui dum feruidus eſt ad
omnia valet? vir deſideriorum quid non peraget?
quis contra eum præualebit? nam ideo interrogat
j.Pe. Petrus dicens. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni
iij.c. emulatores fueritis? filius ergo iſte ad omnia va
let, qui ex quo melius ſe habuit ſeruos miſit ad pa
trem dum rationi ſubiecit ſenſus vitam eius nun
ciantes. Dū oculi vident quæ recta ſunt dū vigilāt
ne cōtingat errare, dū flent ꝑpetrata facinora, dū
velut columbe dignoſcuntur ſimplices & non ſu
blimes vitā ducis ac deſiderij celeſtis anūciant. Dū
odorē bonū exēpla videlicet ſanctorū ꝑquirit ol
factus & ſequitur, & prudēter odoratur bellū pro
Iob. cul, vt ſe patientia muniat animus, vitam denuncias
xxxix.e. ſancti appetitus. Dū etiam guſtū deum inuenit dul



cem & bene ſapit amarum pro Chriſto ac diſipit.
omnis caro denuntiatio vitæ eſt. Dumq; aures om
ni concupiſcētia audiunt diſciplinam: & opprobriū
non accipiunt aduerſus proximos ſuos: nec ocio
ſis prelantur verbis ſignum eſt interioris vitæ. Si
autem tactus mundiſſima tangit: & oneribus ap
plicetur: ac vilibus & abiectis ſignum magnum vi
tæ præſtat: vitamq; denuntiat ducis ac filij optimi.
Dicunt etiam ſenſus iſti ꝙ heri hora ſeptima reli
quit eum febris. Dum appetitus cæli: & ſanctū de Textus.
ſiderū exarſit in deſideria multa inutilia: & cōcu
piſcit cōcupiſcentiā in deſerto ollas carniū igne li
bidinis ſuccēſas: tūc febreſcit vſq; ad ſēptimam ho Calorbo
ram: qui eſt numerus vniuerſitatis: quoniam radix. nus & ma
omnium malorum cupiditas: & ideo quancunq; lus.
mortalem infirmitatem cōmitatur fœbris & in na
turalis ac prauus calor: ſed calor bonus eradicat il
lum: nam ideo cyrurgus contra ignem ſuccenſum
in apoſtemate carnis ferrum ignitum bono igne
defert. Et cōtra febrem pharmacū calidiſſimū præ
ſtat: vt ſic ſtomachus diſſoluatur ſalubri calore ad
exterū nociuū eijciēdum. Hora ergo ſeptima quę
eſt conditio ſeptima fidei prædictæ reliquit eū fœ
bris quia ſcriptum eſt. In omnibus ſumentes ſcutū Ephe.
fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea vj.c.
extinguere. Fide feruida vti ſinapis grano omnia
tela ignea à diabolo ſuccenſa extingūtur: quia bo
nus calor contra malum præſtat: vt eſt exemplum
in calore ſolis & ignis materialis: ſolis calor fru
ctum arborum maturum reddit: ignis autē feruor
comburit ſiluam: eſtus ſolaris ſegetes concinat &
ad meſſem bonam frugem deducit ſed igneus eas
deſtruit. Imo & in mana compertum eſt ꝙ ad ſo

His calorem liquefiebat & ad lumen ignis feruidi
induratur: ſic ergo calor fœbris qui nunquam di=
cit ſufficit duram reddit animā & ad mortem vſ=
que perducit: ſed calor fidei qui dicitur calor ver=
bi complens eam viuificat: & ait. Oſtende nobis
patrem & ſufficit nobis: nil amplius de terrenis vo
lo nec de honoribus. Calor iſte fratres quoniam à
ſpiritu ſancto eſt. Solo deo contentus manet: vn=
de Ciprianus. Sufficis tu deo: ſufficit tibi deus.

*Domus tota cre=dit.*

Nil aliud reſtet niſi vt domus noſtri corporis tota
credat: nullum ſit mēbrum quod non pareat chri=
ſto: nec iam regnet peccatum immortali corpore
noſtro: ſed ſicut exhibuimus mēbra noſtra ſeruire
iniquitati ad iniquitatem ſic ea demus ſeruire iuſti
tiæ ad ſanctificationem. In corpore etiam reſplen
deat fides quæ aſerit ꝙ Chriſtus reformabit cor=
pus humilitatis noſtræ configuratum corpori clari
tatis ſuæ Pes ergo noſter viam pacis terat: genua
debilia roborentur: venter eburneus ſit caſtitate:
vmbilicꝰ nō indigeat poculis ebrietatis: ſtomachꝰ
vtatur modico cibo vel parco: pectus deferat ra=
tionale iudicij examinetq; ſe conſcientia: cor bo=
nis cogitationibus repleatur: humeri ſubijciantur
legi & cruci dei: brachium tuum robora: manum
mitte ad fortia exercitia: digiti fuſum apprehen=
dant ſubtilioris exercitij: lingua non concinet do
los ſed conſilia bona: & pſalmodiam iocundam:
totumq; caput plenum ſit rore cœleſtis gratiæ, vt
carmelus alta contemplatione ad cęlum erectum:
vt ſic domꝰ corpis tota credat: qa tota ꝑmiēda eſt
iuxta id. Domum maieſtatis mee glorificabo. Et
alibi. Eaq; ſub ipſo erant replebant tēplum: quo=
niam chriſti humanitas templū corporis noſtri ad=



implebit gloria: quam mihi & vobis præſtare di=
gnetur Ieſus Amen.

¶DOMINICE VIGESIME PRIME
poſt Penthecoſten ex euangelio ſermo ſeptuageſi=
musquartus.

THEMA.

¶Oportuit & te miſereri conſerui tui ſicut & ego
miſertus ſum tui. Matthei.18.

¶Inuocatio ad Virginem.

*Mīa ma=ric oēs ample=ctitur.*

SI ſeruum oportet miſereri conſerui ſui: tāt
tum amplius oportet matrā Dei miſereri pec
catorum. Diceris quippe o Maria mater mi
ſericordiæ: quæ miſeris preſtanda eſt. Quemadmo
dum oliua eſt mater olei, ſic Maria eſt mater miſe
ricordiæ: ipſa namq; de ſe ait. Sicut oliua ſpecioſa
in campis. Hæc eſt bona oliua cui peccator oléa=
ſter inſeri debet: vt ſaluus fiat: nec mirum quia vi
deus Ieſus Mariam dixit. Ecce filius tuus. In cor
de eius nos inſerere voluit: qui talia verba dixit.
Et bene quia eſt ſicut oliua clementiſsima. Et eſt
ſpecioſa ſic vt omnes aliciat ad ſe. Nam lætificat
Deum & homines. Oleum miſericordiæ eius ar=
det in templo dei pro peccatoribus intercedens.
Si omnes prudentes virgines cum lampadibus ac
cenſis ingreſſe ſunt nuptias: quanto amplius ardet
charitate virgo virginum prudentiſsima omnium
ſponſa agni? Maria igitur tam miſericors eſt: vt fi
lio eius dicere valeamus. Domine in cœlo miſeri
cordia tua. Miſericordia filij Dei nobis exhibita
mater eius eſt nobis in matrē ab eo præſtita: quæ
non eſt minor in cęlis quā in terris. Superius enim

et inferius eſt irriguum miſericordiæ ſuæ, ideoq̧
dicitur ſpecioſa in campis. anguſtiam hortorũ de-
dignatur omnes cãpos adimplet eius clemẽs pie-
tas: quę ad omnia valet. omnes ſua ſpecioſitate le-
tificat ſanctos: de quibus dicitur. Filij tui ſicut no-
uelle oliuarum in circuitu menſe tuæ. In ſanctis
omnibus & in Angelis Dei adhærentibus ſibi ma-
ter dei miſericors eſt. nec ipſi poſſunt deſerere
dulcedinem miſericordiæ virginalis gratis dantes,
accipientis & gratis dantes. Si ergo thematis ver-
ba ad quemlibet ſanctorum dirigi valent potius
conueniũt marię: cui eſt amplior miſericordia exhi-
bita: qua & ipſa poſſet & miſericordes facere in
cælo: vt ampliorem fiduciam tribuat ſperantibus
ab ea gratiam in terris pro qua impetranda ei offe-
ratur Aue maria.

Mïa miſericordibus eſt ꝓmiſſa.

¶ Argumentum dicendorum.

Narra præſens euangeliũ: vbi dominus Ieſus nos
voluit præmonere: qualiter iudicium ſine miſericor-
dia fiet ei qui non fecit miſericordiam: quæ ſolis
miſericordibus promittitur: nã beati miſericordes,
quoniam ipſi miſericordiam conſequentur à patre
miſericordiarũ: qui præ cæteris amplius in hac vir-
tute vult a filijs imitari. Nam Chriſtus cõcluſit. Sic
pater meus cœleſtis faciet vobis: ſi non remiſeritis,
vnuſquiſq̧ fratri ſuo de cordibus veſtris. De cordi-
bus iubet miſericordiã miſeris preſtari: vt vere mi-
ſericordes ſimus miſeriam aliorũ in cordibus ſen-
tientes potius ad condolendum & parcendũ q̃ ad
vindictam. De duobus agam in ſermone de miſeri
cordia domini & ſerui duritia. Cum pater teſte
Ioanne dederit omne iudicium filio: neceſſe eſt &
hoc præſentis euãgelij iudicium & conuenire: cui



æqua eſt cũ patre poteſtas, æqualiſq̧ miſericordia.
Sic igitur dicit Chriſtus. Simile eſt regnum cœ-
lorum homini regi. Regnum cœlorum, id eſt ſan-
ctorum virorum Chriſtus eſt, qui a duris quotidie
auferrur, & miſericordibus tribuitur vt faciant fru-
ctum miſericordiæ eius. Nec mirum q̧ hoc regnũ
dicatur ſimile homini regi: quia eſt homo rex dei
filius. Dedit ei dominus ſedem Dauid patris eius:
ideo iuſte vocatur rex. Immo & aliqui tenent etiã
temporale regnum iſrael conuenire Chriſto tanq̃
legitimo ſucceſſori regum iuda: ſed gerſon inqui-
rens genealogiam Ioſeph filij Dauid aſſerit Chri-
ſtum & ſi genere regio natum, non tamen regni tẽ-
poralis dominum fuiſſe plus in iſrael q̃ in alijs re-
gionibus mundi. ideoq̧ generaliter dici regem re-
gum & dominum dominantium: ac principem re-
gum terre ſpiritualis ergo non temporalis rex iu-
dæorum fuit quod optime nouerat ille qui dixit.
Memento mei domine dum veneris in regnũ tuũ.
dixerat dñs ipſi pilato. Regnũ meũ non eſt de hoc
mũdo, regnũ meum non eſt hinc. Huic latro ad-
heſit ſententię, nec errore iudaico deceptus puta-
uit Chriſtum temporaliter regnaturum ad reſtituẽ-
dum regnum iſrael. Quod arbitrati ſunt illi qui di-
xerunt. Si rex iſrael eſt deſcendat nũc de cruce. Ad
reſtituendum iſraeli regnum putabant iſti veniſſe
Chriſtum & ignorãtes qualiter regnum cœlorum
Chriſtus vim patitur in cruce deſperati dixerũt, vt
deſcẽderet rex de ſolio iudicij ſui, quo diſſipat om-
ne malũ intuitu ſuo. Sed ita fuit quamuis alio mo-
do, quoniam deſcendit ad limbum vbi ſanctis pa-
tribus reſtituit regnum iſrael ſeipſum videlicet ad
videndum & fruendũ. Felix ergo latro qui tali ha-

Chriſtus eſt homo rex.

bitu cognouit regem ſuum quãdo habet crucem pro veſtimento purpureo, pro ſolio patibulum pro corona dyadema ſpineum, pro ſceptro clauos, pro cultu regali impenſum vituperium pro curia caluariæ locum: pro miniſtris ſatellites pilati, pro reuerentia opprobrium hominum. Tante anguſtiæ expoſitum confeſſus eſt latro Chriſtũ dñm & regem eſſe: cognouitq; eum hominem & regem.i. hominẽ & deum omnia regentem, cui rationem dedit totius vitæ ſue. & omne debitum dimiſit ei rex. Latro autem miſertus eſt conſerui ſui alterius ſcilicet latronis, quem ob id ad lumen fidei nitebatur adducere. De hoc rege chriſto dicit euangelium. Voluit rationem ponere cũ ſeruis ſuis. In voluntate enim ſua cuncta ſunt poſita cui reſiſtere poteſt nemo. Hunc ſinit peccare adhuc illum impedit, ne poſsint implere manus eius quod ceperãt. Et quare tam diuerſimode ſe habet cum peccatoribus? quia ſic vult rationem ponere: de qua ſequitur.

Vult rationẽ ponere.

Et cum cœpiſſet rationem ponere. Nouimus quidem q; in cœlo quando Angelos iudicauit deus: quia in eis reperit prauitatem: eoſq; dãnatos multo debito condẽnauit. Tunc ergo cœpit in cœlo rationem ponere: & cœpit in terra etiam quando dixit. Adam vbi es? Multis ergo retro annis cœpit rationem ponere cum omnibus creaturis: inter quas nulla eſt indonata ad vſuram omnes multa receperũt ab hoc magnifico rege vniuerſe creature: & creſcentibus donis rationes etiam creſcũt donorum & villicationũ. Cum ergo cœpiſſet rationem ponere inter alios oblatus eſt ei vnus. Iſte nolebat venire ad rationem domini ſui: & forſan propter hoc quẽlibet noſtrum ſignificat: qui nolu

Offertur vn⁹ pec.



mus nec in quadrageſima ad pœnitentiam properare coram ſcriba dei, qui eſt ſacerdos immo & iudex arbitrarius eſt, qui hanc rationem determinare poteſt. Eccleſia vidẽs tędium noſtrum illo tempore decreuit nos ad rationem venturos: deus autem quotidie nos vocitat per conſcientiæ remorſum: vt dignoſcere nitatur quãta bona recepimus à deo: & quanta mala commiſimus ex nobis. Vt ait Chriſoſtomus ſaltim poſt accubitum ante dormitionem in lecto deberet chriſtianus quilibet rationem ponere cum ſua conſcientia: vt futura die rationabilius viuat. Pone igitur tu peccator cum ſeruis tuis ſenſibus videlicet & membris rationem: vt eius moderamine viuant. Eſto rex teipſum regens: & ſede in ſolio rationis & iudicij tui: ſi vis intuitu conſiderationis omne malum diſsipare & eligere bonum. Ratio nunc incipit poni ante tribunal Chriſti finienda: niſi velimus dicere q; ante tribunal miſericordiæ chriſti eſt prima ratio: & ante eius iuſtitie tribunal eſt altera, ideoq; nunc vocatur homo rex: quia nunc humaniſsime nos agit: poſtea autem velut auſterus rex, de quo dicitur. Sicut rugitus leonis ita & regia ira. Quando nos in furore ſuo arguere voluerit: tunc rugiet leo, & qui non timebit? Nunc velut alter Adam quiſq; peccator ſe abſcõdit ab ira dei ſub arbore crucis quæritq; excuſationes in peccatis: quas admittit miſericordia Ieſu Chriſti ſcientis quoniã puluis ſumus. Dei enim aliquomodo pœnitentis propter malum illatum verba ſunt iſta. Nequaquam vltra maledicã terre propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Nunc vidẽda eſt differentia rationis vniuerſalis &

Ratio ponema

Ge. 8. d.

Differẽtia rationis vniuerſalis & particularis.

particularis,quę tangitur in hoc euãgelio:vbi duo indicia dei ponuntur. primo miſerentis ſecũdo punientis. Nunc miſeretur & commodat:ſed poſtea diſponet ſermones ſuos in iudicio contra nolentes miſericordiam recipere ſed abutẽtes ea. Prima & maxima miſericordia dei nunc eſt ipſa peccatoris adductio & ſibi applicatio ſeparans eum à carnalibus deſiderijs: quę militant aduerſus animã:& hec miſericordia notatur ibi. Oblatus eſt ei vnus. Non dicit per quos oblatus fuerit. Forte per angelos qui ſunt pœnitẽtię adminiſtratorij ſpiritus,forte per predicatores qui offerunt & ſacrificant deo animas hominum: cuidam enim prædicanti dicitur. Ecce do verba mea in ore tuo in ignẽ & populum iſtum in ligna :& deuorabit eos. Contingit enim ꝙ in predicatione inflammatur cor:& ſic etiam commutantur renes in melius. Et forſan homo deo per ſacerdotem qui in verbo virtutis dei abſoluẽte purgationem peccatorum facit:ſed nec per hos tres quos dixi oblatos eſt tantũ quantum per dei clementiam: de qua paulus interrogat dicens. An ignoras ꝙ benignitas dei ad pœnitentiam te adduxit? Quemadmodũ non ſequebantur olim primũ regẽ niſi hi quorũ deos tetigerat cor: ſic nec nunc angelum, vel ſacerdotem vel predicatorẽ ſequuntur niſi miſericordia eius præuenti. nũc ergo miſericordia ſedet in throno dei, & dignos ſe .i. miſeros humiles querit, quibus ſe tribuat poſtea autem in vniuerſali ratione iudicij ſola erit iuſtitia qa & iuſtitia erit ſimul. Hac diſperdet ipios dicẽs. Ite maledicti. Rugitu leonis de tribu iuda quo pauebũt oẽs beſtie agri citabunt damnati: atq; territi erunt, quia vox domini confringentis cedros. Nam vt apparere incipient: & tanq̃ puluis ante faciẽ vẽti diſperdet eos dominus deus noſter ſicut ſola præſentia leonis hic inde pecora fugat. Tunc rex erit Chriſtus: nunc autem hominis clementia vtitur, quia nõ deſtruit homines ab emẽdatione delictorum: ſed dans locũ venie admittit orationem dicentis. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Nõ ſic in iudicio vbi non acquieſcet precibus cuiuſq̃ deprecantis. Non angelorum non ſanctorum, non baptiſte non marię matris miſericordiæ, quia tunc obliuiſcetur miſereri deus. Nunc autẽ & vultum cuiuſlibet iuſti ſuſcipit & angelorum & ſanctorum & Mariæ matris eius & confeſſoris quin etiam & peſſimi peccatoris decem milium talentorum debito grauati: maxime ſi in poſterum meliorem vitam promittat etiam nulla data cautione: ſed ſimplici volitione. ¶Vbi nota ꝙ ad vniuerſalem rationẽ pergent nolentes & volentes. omnes primi damnabuntur: cæteri ſcilicet volẽtes ſaluabuntur, quia propterea dicitur. Euntes ibant & flebant &c. vſq; manipulos ſuos. Hoc dicitur de ſolis electis habentibus bonum eius: qui animo volenti pergunt ad rationem iudicij: quoniam ideo non ſolũ ibant, ſed euntes ibãt quia corpore pariter & animo appropinquabant. Mali autem ibant ſed nolendo veluti per capillos aducti, damnationem audire voce terribili. O fratres mei ſi contingat ire volẽtes: ire eundo: q̃uis nunc ad forũ miſericordię qualitercũq; pergamus ſalui erimus: etiamſi nolẽtes imus copellendo rebelles voluntates noſtras vel ſaltim atritas ſolummodo quia tunc vi ſacramẽti multum miſerentis ſaluabimur: q̃uis ducenta milia talenta debea-

Hierem. v.d. Qui offerũt animas de.

mus. nulla enim fuit cunctatio domini ad parcen
dum nullas petijt indutias: nullam conditionē ad-
iecit, ſed procidenti omne debitum dimittit. pe-
tenti dilationem obtulit plenariam remiſsionē de-
cem milium talentorum. Non decem talenta, ſed
decem millia dicit. Si primum dixiſſet tranſgreſ-
ſorem decē mandatorum demonſtraſſet voluntan-
tem tot ponere gradus numerandi quod ſunt gra-
Gradus peccādi. dus peccandi. Ariſmetici in quinto gradu decem
millia colocant, ſic vnitas, decē tantum, mille de
cem mille, & ſic ſunt quinque peccandi gradus:
primus in cogitatiōe quando curioſe aduertis ma
teriam peccandi vt inſpicere ratio furandam nu
mis concupiſcibilem. Secundus in determinatione
voluntatis ad male agendum. Tertius in perpetra
tione peccati in opus egreſsi. Quartus in repeti-
tione operis praui paſsim peccādo. Quintus in cō
tentu quando iam peccator in profundum malo-
rum deuenit: vbi & renuit correctionem: & argu-
entem ſe dura ceruice contēnit. Iuxta hos quin-
que gradus ſunt & quinq; metalla talenti ponde-
re appenſa ſcilicet ferri & eris, & plumbi & argē
Talente. ti & auri, in ferro potentia, in ere imputribili na-
1.Para. turæ donū: in plumbo diuitiæ, in argento eloquē
vltimo. tia, in auro gratia ſpiritusſancti deſignatur. De ta
Zach.5. lento eris reddent rationem Philoſophi & alij per-
ſpicatiſsimi viri, qui propriū ingenium aranearum
telis & nugis dederunt. De talento autē ferri potē
tes, & bellorū actores ſiue romani aut cęteri duces.
De talēto vero plūbi rationē reddituri ſunt locuple
tes, nec mirū ꝙ opes ſignētur in plūbo maculas in-
gerēte manib⁹: à quibus abſolutus dicitꝰ. Beatus vir
q inuētus eſt ſine macula: & poſt aurū. ſ. materiale



abijt: nec ſperauit in pecuniæ theſauris, ſed qs eſt
hic & laudabim⁹ eū? Fecit qdē mirabilia in vita ſua:
quia cōtra curſum naturę dixit. De talēto argēti ra
tionē reddēt pdicatores qn̄ ei miſcent ſcoria vani
tatis: de talēto auri iuſti & ſanctiviri qbus dicitꝰ. Cō
ſulo tibi emere à me aurū ignitū & ꝓbatum: ¶Sed
nūc videamus cōminationē dn̄i qui iubet peccator
ē cū vxores & liberos vendi hoc eſt à ſe alienari: ne Vēditio.
maneat peccator in domo dn̄i dei ſui, ſed peius q̄
agar expelletꝰ. Mirū quidē eſt hoc ſi enī filius non
portabit iniquitatē patris: quid nunc dicitꝰ de filijs
ducēdis captiuis in legē pc̄ti? Audi frater qa hæc
oīa in teipſo ſunt. In te eſt vxor caro: vir aūt ſpūs
eſt. Horū filij ſunt opera q̄ carnis noīantur. Cū er-
go odio fit deo impius & impietas eius: omnia q̄
habet vult deus abijcere, immo & ab ipſo pecca-
tore, vt videat aliam legem in membris ſuis capti
uitatē ſe in legē peccati, vt non quod vult ſcindi-
ſe, ſis agat, ſed malis vſibus de relict⁹ deterius vi-
uat in dies: velut ægrotus deſperatus: qui reliquit
à me dico ad libitū viuere. Ve peccatorib⁹ ita viuē
tib⁹ acſi deo nō ſit cura de eis, acſi nullibi ſit red-
danda ratio. Exiſtens ergo in quinto gradu iniqui
tatis quando peccator audire contēnit lōge factus Auaritia
ideo, vēditur paruiſsimis delectationibus mundi, eſt con-
quia peccator etiam animam ſuam venalem habet, tagioſa.
& minorem populum ſuum microcoſmum vendi-
dit ſine præcio pro nichilo terram deſiderabilem.
Inſuper aduerte, ꝙ hoc peccatum fuit auaritiæ: quæ
eſt infirmitas contagioſa inficiens & vxorem & li-
beros, qui vtuntur male acquiſito, ideo plectun-
tur cum vſurario, quoniam mala fide non fit per-
ſcriptio nec in quarta generatione.

Facit vſurarius vt quidam heremita qui timēs va-
num ligauit gallinam cum pullis. Ille tamen rap-
to pullo omnia ſimul adduxit: ſic demū rapto vſu-
rario rapit omnes contingentes opes eius etiā ſer-
uos & ancillas. ¶Vt tanto diſcrimini obijcitur, &
eluceſcat miſericordia dei procidat humiliter pec-
cator & dicat. Patientiam habe in me: & omnia
reddam tibi. Scrutemur hanc rogationem, qua ſer-
uus meruit remiſsionem, nec enim videtur habe-
re formam orationis ſed potius detractionis. Acſi
dominus iratus eſſet, cum ſcriptum ſit. Tu autem
in tranquillitate iudicas. Et ipſe deus dicit. Ego
deus & non mutor. Scimus equidem ꝙ qñ deus
iudicat, & diſcernit cauſam noſtrā diuiſi ſunt ab
ira vultus eius: ideoq; dixit. Non miror. Seruus
iſte fecit, ſicut fieri ſolet inter Monachos, quando
iniuſte aliquis carpitur, egreq; fert correctionem
iniquam, dicit corrector. Ne amittas patiētiā tam
cito. Cui reſpondendum eſſet. Ne amittas tu cha-
ritatem iniuſte me carpens: & non amittā ego pa-
tientiam. Ergo ac ſi non eſſet dominus multæ pa-
tientiæ dicit. Patientiam habe in me. Aliqui aſſe-
runt quod voluit dicere. Domine cum iratus fue-
ris, miſericordiæ recordaberis. Sed attendite fra-
tres attendite hanc optimè orationis formam: vt
& vos ſimiliter oretis: & omnia deo reddere va-
leatis dicendo, & omnia reddam tibi. Patientiam
inquit habe in me. Ad me domine cōuerte illam
patientiam: quā habuiſti crucifixoribus tuis: quan-
do patiebaris, & non cominaris. Vbi velut agnus
aut ouis eras mutus: nec aperuiſti os ad ſenten-
tiam proferendam, quis quærelam gemitus protu-
liſti. Paſsio tua domine patiētia tua eſt hanc habe

Patientia chriſti eſt ei9 paſsio.



in me: quam & habuiſti erga tortores tuos dicens,
pater ignoſce illis. O domine quis tuā patientiam
contemplaretur in cruce ex qua neminem condem-
naſti: neminem damnaſti. Illā ergo patientiam ha-
be in me: iterum peccatis meis crucifigentē filium
dei: & omnia reddam tibi. Si paſsionem tuam mi-
chi applicueris omnia reddam tibi donec ſoluēdo
dicam conſummatum eſt. Nullum eſt in me pecca-
tum: cui non correſpōdeat in paſsione tua peculia-
ris ſatisfactio, ideo omnia reddā tibi & omnia red-
dam que antiqui reddere ſolebant, reddam in paſ-
ſione tua bouem obedientie: turtur caſtitatis & cæ-
tera quæ ab antiquis exigebas. Fiducialiter ergo
dico ſi illam patientiam habes in animam meam: ei
infundens meritum paſsionis tuæ ꝙ omnia reddam
tibi. Si enim pater tuus voluerit mecū rationem po-
nere dicam ei ꝙ hæc ratio finita eſt quando dixiſti
conſummatum eſt. Nec mirum quia de te prophe-
ta dicit. Oblatus eſt quia ipſe voluit: & non ap- Eſa. 54.
peruit os ſuū. Oblat9 eſt patri vnus q erat inter mor-
tuos liber & pro mortuis ſoluit, quæ non rapuit.
Debitorem ſe fecit filius dei non decem millium ta-
lentorum ſed plurium immo & peccatorum totius
mūdi: cum omnia reddit patri in menſa crucis vſq;
ad vltimum quadrantem. Ibi eius vxor caro vide-
licet & filij qui corporis ſenſus dicūtur: & ipſemet
vēditus eſt & omnia quæ habebat ablata ſunt et do-
nec dilectam animam ſuam traderet in manus inimi-
corum eius: vt redderet vniuerſum debitum noſtrū
& hæc paſsio vſq; hodie perſeuerat, vt non corru-
ptibilibus auro & argento: ſed ſanguine imputribi-
li agni immaculati omne debitum ſoluamus deo, &
hac ſolutione miſericordiam impetrante audiemus

Mīa ſeruo exhibita.

Id quod ſequitur in euangelio. Miſertus autem do-
minus ſerui illius dimiſit eum & debitum dimiſit
ei. Quemadmodum deus pater miſericordia mo-
tus eſt ſuper filium ſuum patientem: quando fecit
tenebras ſuper totam terram: vt cooperiret nudita-
tem eius: ſic operit multitudinem peccatorum in-
uocanti eandem paſſionem: libertatiq; reſtituit eam
allegantem propter crucis captiuitatem quam ibi
pertulit Chriſtus. Tria igitur dicta ſunt de dño deo
noſtro: primũ ꝙ miſertus eſt ſerui ſui: & hoc quãt
ad culpe remiſſionem: tertium ꝙ omne debitum
dimiſit ei quantum ad pœne ſolutionem primum
prouenit nobis ex Chriſti deitate gratiam creante:
ſecũdum ex eius anima quæ meruit nobis ablatio-
nem culpe, tertium ex eius carne cuius liuore ſana-
ti ſumus, quoniam atrita eſt propter ſcelera noſtra
& hæc in pſalmo dicit. *Supra dorſum meum fa-
bricauerunt peccatores.* Plage Chriſti domus no-
ſtræ ſunt clauis & ferro fabricate: vt ibi ſit requi-
es mea in ſeculum ſeculi. Propter hanc non tra-
dar tortoribus quia dominus meus Ieſus traditus
eſt crucifixoribus. ¶Secunda pars.

¶Viſa dei miſericordia: videamus noſtram impie-
tatem quilibet enim noſtrũ eſt hic peccator de quo
ſequitur. Egreſſus autem ſeruus ille. O maximum
malum: egreſſus eſt ſeruus, ille ſtatim ꝙ egreditur
homo ab hac (quam prædiximus) conſideratione: Duritiæ
ab hac miſericoreia dei noſtri, à memoria tanti be- cauſam.
neficij collati omnis decor egreditur ab anima no-
ſtra filia ſion. Obſcuratur aurum tante notitie mu-
tatur color optimus: quem ſanguis Chriſti dede-
rat animab⁹ noſtris: & anime ꝓximi noſtri quẽ nõ
tanq̃ hac miſericordia fructẽ & hoc ſanguine re-



demptũ aſpicimus: ſed tanq̃ demonẽ inſequimur &
perſequimur iuxta id. Perſecutus eſt hominẽ ino-
pẽ & cõpunctũ corde mortificare, nãq; peccator
egreſſus à deo & à ſe & ab omni clementia tanq̃
belua inuenit vnũ de conſeruis ſuis ſeruũ dei eadẽ
paſſione & pretio magno emptũ & etiã cõpunctũ
corde mortificare nititur: quẽ deus viuificauit per
viſcera miſericordiæ exhibite ipſe autẽ ſuffocat eũ
dicẽs redde quod debes. ſ. centũ denarios. ſuffoca-
mus ꝓximos qñ non ſinimus eos miſericordiã pe-
tere: aut rogare nos ſicut nos ipſi creditorẽ noſtrũ
deũ q ait. Omne debitũ dimiſi tibi: quia rogaſti
me. tu autẽ nec locũ dediſti rogationi: quia ideo
ſuffocabas eũ. Ecce igit̃ quæ mala perueniũt ex il-
la egreſſione & exitu à deo, nã Dyna & Cayn e-
greſſi à deo plurima cõmiſerunt facinora nec mi-
rũ ꝙ offendat iſte: ad lapidẽ duritie pedem ſuũ: &
cadat in infernũ qm̃ Ioannes dicit, qui odit fratrẽ
ſuũ in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & ne-
ſcit quo eat: qa tenebre obcecarũt oculos eius. Ce-
cus eſt nõ conſiderãs miſericordiã dei exhibitã ſibi
& ꝓximo ſuo pariter cui & ipſe debet miſericor-
diã pſtare ſicut gratis accepit eã: vt gratis daret.
Nos quidem ſumus vt agricole quibus dominus
locauit vineam ſuam quibus & petijt fructus
eius: poſtea tamen occiderunt filiũ eius. Vinea eſt Lu.20.
miſericordia nobis credita fruct⁹ ei⁹ eſt pietas quẽ Mat.21.
pauperes & xp̃us colligere volunt, ſed nos nec au- Nõ par-
dire pietatẽ volum⁹: ideoq; rogãtes ſuffocam⁹: nec cens eſt
petit vñ bñ ꝓphetauit de nobis Eſaias dicẽs. Ecce hebreus.
in die ieiunij veſtri inuenit̃ voluntas veſtra: & oẽs
debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contẽ-
tiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.

Non ſic impij non ſic ,ſed dimittite eos qui con=
fracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpite. Cõ=
fractus erat vir euangelij præſentis, quando pro=
cedens conſeruum rogabat dicens. Patientiam ha
be in me, & omnia reddam tibi. Optima depreca
tio, Habe in me patientiã, quam dominus deus no
ſter habuit in te.q.d.per viſcera miſericordiæ dei
noſtri, per paſſionem eius exhibitam tibi, ne dene
ges miſericordiam roganti: quia omnia dñs red=
det tibi, & centuplum, non perdes ſiquidem mer=
cedem tuã. Nulla eſt inter pios chriſtianos effica=
tior deprecatio: quam ſi dicas per paſſionem Dei.
Sed increduli velut hebrei, quos cum dominus e=
duxiſſet ab egyptiaca ſeruitute, quia Iacob indu=
xerat eos in pœnam fraterne venditionis. Iſti iam
educti cum vxoribus ſuis & liberis & omnibꝰ que
habebant immo & amplioribus cito obliti ſunt be
nefactorum dei, & vexauerunt moyſen ſanctũ do
mini propter aquas & carnes, non conſiderante
dona egypti: quæ dedit eis Deus & mirabilia ma
ris rubri, ſic fecit ſeruus neq̃ & quilibet qui nomi
ne vnde eſt chriſtianus oblitus creatoris ſui ac re
demptoris: qui tot remiſit ei peccata: illum anima
eius & corporis ſenſus à carcere inferni liberan
per mare rubrum paſſiõis ſuæ: vbi plurima nobis
addidit merita immemores tamẽ ſumus, q̃uis cui=
libet noſtrum mandauit Deus de proximo vt ei
reddamus viciſſitudinem hanc, quam à Deo no=
ſtro accepimus. proximus quidem caro noſtra,
& frater noſter eſt, conciues eccleſiæ: & cohære
des regni cœleſtis ſumus.

¶Nemo igitur dicat ꝙ eſt difficile roganti parce=
re: quia de cordibus veſtris ſolũmodo iubet deus



hæc elemoſina fieri dicens. Sic pater meus cœle=
ſtis &c. non de torculari non de re familiari, non Qualiter
de pecunia iubet chriſtus parcere, licet ꝙ omnia ti parcen=
bi ſalua ſint, & ius tuum manẽs tibi, mandat & in= dum ſit.
terminat, vt parcas de corde: ne rãcor maneat ad=
uerſus proximum tuũ in corde tuo, quia nec deus
quando nobis parcit ſeruat illum, quapropter Pau
lus dicit. Eſtote inuicem benigni miſericordes do Ephe,4.
nantes inuicem ſicut & deus in chriſto donauit no d.
bis. Aduerte quod monſtratum eſt in monte cru=
cis quando Deus nobis donauit in chriſto quia ex
eius corde aperto cõtinuo exiuit ſanguis & aqua.
Ne claudas, o xp̃iane cor tuũ nocenti te, ne ſer=
nes iram ei: quia ob id lancea latus Chriſti appe=
ruit, ne quis audeat celare cor proximo ſuo, ſed
ad aperiat illum continuo poſt offenſam, ſatis eſt
ꝙ extat ſanguis alicuiꝰ ſenſus: quia impoſſibile eſt
quin illatis tangamur: poſtea vero exeat aqua re=
frigerans eſtus ire quia ſicut aqua extinguit ignem
ſic elemoſina cordis qua ex corde das bonã vo=
luntatem extinguit peccatum tuum, & proximum
tuum, vt ſic non ad carcerem aut tortores perue=
niatis, ſed nũc ad gratiã, & in futuro ad gloriã &c̃.

¶DOMICE VIGESIME PRIME
poſt Penthecoſten communis quandocun=
que prædicandus Sermo ſeptuageſi=
mus quintus. THEMA.

Redde quod debes. Mathei.18. d.

¶Inuocatio ad Virginem.

Maria tenetur nobis.

VT optime ex Pauli doctrina Gabriel aſſeuerit in quarto diſtinct. xv. q. v. Sicut dominus tenetur populo ſuo fidelitatem amorem ac defenſionem: ita populus tenetur domino ſuo obedientiam, tributum & reuerentiam exhibere. Et hæc non ſolum propter iram ſed propter cõſcientiam. Ex quo ſequitur q. non coacte ſed ſpõte illa debent tribui dominis terrenis eo aũt libentius conferuntur quo frequentius ac liberalius ipſi domini quæ ad eos attinent: faciunt erga ſeruos nam eodem tenore reſpondere eſt. Nunc autem fratres virginem deiparam ſcitis dominam noſtrã eſſe, lunam equidem ac mundi rotam ſub pedibus habet: & ait. In omni populo, in omni gente primatum tenui. Si ergo eſt domina mundi iure dicet nobis verba thematis. Redde quod debes. Nos autem quid reſpondebimus: cui omnia regna dedit deus: niſi illud quod ſcriptum eſt. Serui tui ſumus: quodcũq; iuſſeris faciemus. Tamẽ & tu quoniam iuſtiſſima es redde etiam quod debes ſeruis tuis. Fidelitatem loquenti: vt ea quæ fidei ſunt fideliter loquar, amorem populo audienti, vt audita diligat adherens eis ex animo vtriq; autẽ etiam tribue defenſionem tepiditatis. Iſta tria animarum noſtrarum potentijs conuenire videntur: fidelitas intellectui: amor voluntati, defenſio memorie: ne in ſermone vagari cõtingat: vt tres actus ierarchicos tribus anime potentijs impẽdat mater dei. Ex tota igitur anima ſeruiẽdum eſt Marie: quæ totam protegit animam noſtram per gratiam ſupernam, quam vt aſſequi valeamus ei demus. Aue maria.

¶ Argumentum dicendorum.

¶ Multis multa debemus fratres, & primo nature



mortem: vti enim terra cum ſenſu tranſit ad hæredem: ſic naturã humanam cum morte ad noſtram ſie video, cum nemo hactenus agnitus ſit: qui eã auferit, dici namq; poteſt de quolibet homine potius q̃ de Chriſto. Secũdũ legem debet mori nec mirum q̃ a mortalibus genitus mortem ſubire debeat. Debemus etiam maioribus noſtris obedientiam quoniam omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe oportet, ita vt nemo ſine hoc debito ſit, quod quia varium eſt: ac ſigillatim diuerſimode aſtringit cũctos dicitur. Sciant ſinguli cui debeant oneri mancipati. Baiulet ergo vnuſquiſq; crucem ſuam. i. obedientiam conſentaneam, ac iniunctã ſibi, vt ſic quilibet pro captu ſuo imitetur ducem Chriſtum obedientem vſq; ad mortem crucis. i. obedientie. Debemus inſuper equalibus noſtris amorem familiarem, nam proprerea dicit Ioannes. Et nos debemus alterutrum diligere, tamẽ charitas nunq̃ excidit hoc debitum ſemper durat etiam dum perſoluitur, ideo enim dicitur. Nichil cuiq̃ debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Debemus autem inferioribus ſuccurſum iuxta illud.

Multa ſunt debita nr̃a.

Numeri 4.

1. Io. 4.

Ro. 15.

Debem⁹ nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtentare, ſcilicet verbo & exemplo & ſubſidio. 2. Re. 21.

Debemus & errantibus diſciplinam, & diabolo impugnationem. iuxta illud. Virum qui oppreſſit nos delere debemus. Et nobiſipſis multa equidem cognoſcimur debuiſſe: nam qui ſibi nequam eſt: cui poterit eſſe bonus? Debemus & Deo multiplicia: tot quod attributa bonitati amorem iuſtitie timorem: & ſic de reliquis.

Sileo de Angelis quib⁹ & plura debem⁹. Deo aũt totũ: nã ſi adimplere negligis paternũ teſtamentũ

paterna hæreditate potiri non poteris: vt ergo in
iſrael hærediteris quæ eſt viſio dei te cognoſce e-
ius teſtamenti debitorem etiam totius: vt nec iota
vnū aut vnus apex prætereat à lege donec omnia
fiant. Nam Paulus ait. Homo vniuerſe legis debi
Galſ. 5. tor eſt. Cum ergo idem Apoſtolus dicat. Reddi-
Ro. 13. b te omnibus debita: que multa ſunt, & multiplicia
Diuiſio. tempus non ſuppeteret: ſi vniuerſaliter thema in-
telligatur ideo ſolum de debitis Deo & proximo
reddendis agendum ſuſcipio in toto ſermone.

¶ Prima pars.

¶ Diſſonum videtur ꝙ peccata que fecimus dica-
tur debita, nec ea debuimꝰ facere: nec repetēdo li
beramur à debitis, ſed oneramur: nam ſi pecuniam
Quomodo peccata ſunt debita. debes, eam dādo liber euadis: ſi autē peccata ſunt
debita deo, & peccata ei reddis amplius innodaris,
ꝙ autem dicantur debita patet: quia vbi Matheus,
dimitte nobis debita noſtra. Lucas dicit. Dimitte
nobis peccata noſtra. Ecce igitur qualiter alter e-
uangeliſta alterum exponit. Sunt enim velut duo
Cherubin ſe ad faciem reſpicientes. Quid per fa-
ciem niſi notitia? Facie ad faciem ſe reſpiciunt:
quia notitia vnius facit ad notitiam alterius. Pecca
ta ergo dicuntur debita nō quia ea debuimus per-
petrare, aut ea reddere ſit. Sed q̄a tenebamur quā-
do deliquimus contrarium agere bonum peccato
quod commiſimus. Quod patet ſic. Viator tenetur
vitia vincere ſciens quia non coronabitur niſi qui
legitime certauerit: quod Paulus in hodierna epi-
ſtola monet. Nullo autē tempore potius tenemur
vincere q̄ cum tentamur, quia tunc ingruit bellum
q̄uis generaliter dicatur ꝙ militia eſt vita homi-
nis ſuper terram. Tunc militare tenetur ſtrenue:



quando inimicus aggreditur ſcilicet tentationis tē-
pore vnde quando de furto tentaris debes elicere
volitionem firmiſſimam non furandi: ſi de adulte
rio tunc teneris ad volitionem efficacem caſtita- Sapi. x. d
tis, & ſic de reliquijs vitijs. vnde recogita cū adeſt
tentario: ꝙ tunc teneris ad victoriā iuxta id. Cer-
tamen forte dedit illi, vt vinceret. Nam ideo nos Eccl. x. b
deus tentare permittit: vt vincamus. Ideo em̄ mo-
net. Si ſpiritus poteſtatem habemus aſcenderit ſu
per te, locum tuum ne dimiſeris: illum ſcilicet, de
quo dicitur. Vado parare vobis locum. Quando
ergo tentaris ſignanter ad obſeruantiam teneris il
lius precepti de cuius tranſgreſſione tentaris: ideo
fœlix ſi facias illud. Ego autem cum michi mole
ſti eſſent: induebā me cilicio &c. Alio tēpore vix Ps. 34.
aut nunq̄ teneris exire ad prælium: nā temerarios
dicit bonauentura eos qui ſe tentatori obijciunt.
Ex hoc igitur patet ꝙ dum facinora perpetras, du
pliciter peccas & omiſſione & commiſſione pro
quibus debitor diceris: ſemper em̄ teneris reus do
nec Deo reddas quod debes. Alioquin & quoti-
die per conſciētie remorſum: in quadrageſima dū
pœnitentiam petit: & in iudicio & in inferno di-
cet tibi. Redde quod debes. Non ergo dicuntur
peccata debita pro materiali aut formali. Sed de-
fectiue, quia peccatum eſt defectus à rectitudine.
Dicuntur ergo debita propter virtutem quam te-
nebaris adimplere, quādo vitium perpetraſti, quæ
debuit eſſe contraria peccato, quod feciſti. Ex di
ctis infero quod ab obſeruantiā præcepti tenetur
homo ad aliquam virtutem quæ in eo formaliter
non includitur: ſi abſq; ea non poſſis illud obſer-
uare, ſic faciebat ille qui dixit. Cum michi mo-

leſti eſſent &c. Debita ergo ſunt peccata reſpectu eorum quæ tunc agere tenebaris. Quomodocunque
4.15. ſint debita iſta peccata mirum videtur ꝙ nos deo valeamus aliquid ſoluere, nam (vt ait Scotus) ſatiſfactio eſt redditio alias indebiti. Nil autem in debitum habemus reſpectu dei, quibus dicit Apoſtolus. Quid habes quod non accepiſti? Etſi (vt ait Ariſto.) ex toto nos debemus magno benefactori: deus autem munificẽtiſſimus ſit, qui dat velle & perficere, ſequitur ꝙ reſpectu eius nil indebitum habemus. Verumetiam attende ꝙ ſi deus nichil à nobis quereret, & ex integro ſolutos relinqueret nil precipiendo, ad omne poſſe teneremur ei, ita vt nullum ſupererogãdum manere quod addere velut indebitum poſſimus. Nunc autem dulcis & rectus dominus: propterea legem dedit delinquentibus in via.
Lex dei pia nimis. Legẽ inq̃ quæ plus deobligat q̃ obliget: nam vt probaui ad omne poſſibile nobis teneremur dempta lege: quæ quia parua petit à cæteris deobligat nos: de cæteris ergo quæ vltra præcepta poſſimus facere: ſatiſfiet deo qui ait. Redde quod debes. Sed quoniam offenſa dei ſi reſpectu eius attendatur ſecundum Thomam infinita eſt noſtre autem iuſtitie parue ſunt immunde & dubie: ideo de penuria Dauid cõqueſtus ait. Quid retribuam domino? pro omnibus quæ retribuit michi? non ſolum tribuit: ſed ſepe retribuit: ideo quid: & ego ei retribuam? quaſi poſt nimiam
ps. cb.x. a. conſideratiõnẽ ad ſe reuerſus ait. Calicem ſalutaris accipiam, id eſt, paſſionem Chriſti qua nobis ſalutem obtinuit.
Paſſio xpi ſatis facit. hic Chriſti calix figuratur in vaſe Ioſeph: quo auguriari ſolebat ſcilicet indeuotis mala: deuotis bona: indeuotis pœnam pijs gloriam: & ideo calix domini etiam feces habere dicitur: de quibus bibent omnes peccatores terre tantum donum negligentes. Dedit enim nobis deus quo ei etiã ſuper abundanter q̃ petit reddere valemus omne debitũ: ſi tamen vel duo addimus minuta, quia ſolitaria paſſio adultis non ꝓdeſt: niſi aliquid addant vel pilos caprarum. vnde Dauid ſtatim ſubiunxit. Vota mea domino reddam: & nomẽ domini inuocabo. Dicit Chriſtus in euangelio, ꝙ ſi dederis calicem aquæ frigide pro eo, non perdes mercedem tuam: quæ copioſa eſt in cœlis. Hoc non fiet propter calicem tuum ſolum: ſed quia ſuo calici adiungit: qui & ſanguinis viui eſt & calidi. Hoc ſignatur in miſſa dum vino paruiſſimam admiſcimus aquam vinum in ſanguine Chriſti: aqua & vtinam munda parua merita noſtra ſunt.

Inter opera ſatiſfactoria poſt cõtritionem eſt efficatior elemoſina: per quam debitũ reddimus deo ſed dicet quiſpiam: vbi eſt ille: vt debita reddam ei? Cum nec domini temporales perſonaliter veniant receptum debita ſibi: ſed alios mittant quid mirum: ſi Deus mittat pauperes ac debitores ſuos cum ipſe dicat quod vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis?

Deferunt quidem chirographum Dei cum teſtibus preordinatis: aſſerentibus Deum dediſſe pauperibus copiam recipiendi quæ Dei ſunt.

Immo diuine perſone teſtes huius copie ſunt quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo dicentes. Facite vobis ſaculos qui non veteraſcunt theſaurum non deficientem in cœlo. Et in dorſo ſchedule manu propria ſcribit Chriſtus & recognoſcit ſe recepiſſe quæ pauperibus dantur dum ait.

Eſuriui: & dediſtis mihi manducare: ſitiui & dediſ
ſtis michi bibere &c. dum ergo elemoſinam facis
Deo reddis quod debes: ideoq; figuratur elemoſi
na in debito mulieris viduæ, quæ per conſiliũ pro
phete vaſa vacua non pauca duxit intra domum
ſuam, & parum olei quod habuit per ea impartita
eſt: ex huius olei incremento debitum perſoluit, &
4.Reg. ſuper fuit de quo vixit. Vidua anima peccatrix eſt
4.d. quæ & vtinam non mactauerit virum ſuum Chri
ſtum iuxta id rurſus crucifigentes filium Dei, quẽ
ſuperbi ſpinis coronãt: auari manus clauis afficiũt
inuidi latus eius feriunt: pigri affigunt pedes eius:
voluptuoſi toto dilaniant corpore: maledici dant
ei bibere mirratum vinum amare contra eum lo-
quentes. Hæc igitur anima vidua nil habet in do-
mo ſua niſi parum olei: parum pietatis in te fami
liari & poſſeſſionibus ſuis qua vngatur: quia pie-
tas lenem reddit animum & blandum. Creditor
Pctõres Deus venit contra peccatorem in quo mortuus eſt
xp̃m ne- Chriſtus, & vult ei⁹ animam & corpus perdere in
cant. gehennam, cui deſeruiunt damnati magnificantes
(velint nolint) iuſtitiam Dei. Conſilium autem de
elemoſina datur per ſpiritum ſanctum patrem or-
phanorum & iudicem viduarũ: vt ad pietatẽ te cõ-
uertas, queraſq; vaſa vacua: quæ pauperes ſunt re
Ecc.19.b bus mũdi vacui, ſed forte ſpiritu Dei repleti. Hos
pietate tua repleas non diuites, aut ſemiplenos vt
lautius viuant: ſed vacuos pauperes, vt poſsint a-
gere vitam, vnde tibi dicitur. Propter mandatum
aſſume pauperẽ: & propter inopiam eius ne dimit
tas eum vacuum: perde pecuniam propter fratrem
& amicum, & proderit tibi magis q̃ aurum &c.
ſciebat vidua hæc elemoſinam in abſcondito facie-



endã vt pater æternus qui videt in abſcondito eã
acceptet, ideo clauſit oſtium ſuper ſe. Ille in ab-
ſcõdito eam dat qui nolet ſciri: ille in patulo qui
laudis cupiditate abſcondit eum vt amplius diuul
getur. Dum oleum diſtribuitur creſcit: quia volũ-
tas largiendi non ſufficit ad gratiam obtinendam
niſi efficax ſit ad opus. Animum quidem preſtan-
di multi habent: quia putans ſibi defuturum colle
ctam habent manum non attendẽtes q; de reliquo
olei vixit pia vidua, pietas enĩ quæ ad omnia va-
let promiſſionẽ habens vitæ quæ nunc eſt & futu
re in poſterum merita multiplicat: & nunc in pre
ſentiarum diuitias ipſas, quia danti dat deus & ſua
debite diſtribuentes ditiores fiunt, ſi tamẽ fidẽ ha-
beas vt vidua quæ prophetico credit conſilio. Ec
ce per elemoſinam reddes quod debes & ſupereſt.
Sed pauper inquies ſum quod elargiar non habeo
ſi hanc eandem paupertatem voluntarie comple-
cteris, ea debitum perſolues, Deo enim dicitur.
Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnũ
celorum: quoniam paupertas eſt bonum ſine calũ-
nia, vt ait Seneca: ideo à paupere voluntario ni-
chil de rebus expoſcit Deus quia ſcriptũ eſt. Pau- Eſa.14.g
per fiducialiter requieſcet. Sed his aliud remanet
ex quo debitum ſoluere poſſint. Nam regula iuris
dicit taliter, qui non habet in bonis luat in corpo-
re. poſſint enim ieiunare: carnem macerare flagel
lis cedi nuditate & frigore cõprimi. Sed inquies.
Infirmus aut debilis, tener ac delicatus ſum & ſe-
nex nichil moleſtum accipere valeo. Si nature ca 4.d.15.
lamitates aut aliunde prouenientes acceptes, vt ait
Scotus multum ſoluis, & tunc deo tribuis capra-
rum pilos hiſpinos, quos recipi iuſſit in opere ta-

bernaculi ſui. Et alius tibi remanet modus, quolibet à debito eſſe queas. Si petitionem deo inferas, vt omne debitum dimittat tibi quam incunctanter fac, quoniam & ſi longe ſit à peccatoaibus Deus

Ecc.x.d

ſcriptum eſt. Aues cœli portabunt vocem tuam & qui habent pennas annunciabunt ſentẽtiam. Aues cœli Angeli ſunt miſſi adminiſtratorij Spiritus propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Miſſi inquam adeo ad nos, & á nobis ad Deum, propterea viſi ſunt in ſcala Iacob aſcendentes, & deſcendentes. Sed quis petitionem componet? iam equidem eſt à dei filio in debitorum fauorem compoſita & debita dum ait. Sic orabitis. Pater noſter qui es in cœlis patrem eum vocat, qui nouit bona dare & mala condonare filijs ſuis. Qui es in cœlis loco miſericordie qa dicitur domine in cœlo miſericordia tua vt citius deſcendat, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Quod in alto eſt impetu fluit ſi dimittatur. Dei ergo miſericordia multum prona eſt admiſeros deprecantes, imo & ad non deprecantes: nam ideo in petitione Chriſti pro nobis ad deprecandum compoſita miſertum eſt dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimns debitoribus noſtris.

Oratio veniam optinet.

¶Secunda pars.

¶Si autẽ pro ſecunda parte hoc vis computare aduerte conditionem quam Chriſtus poſuit cui proprium parcere: & miſereri ſemper eſt. O tremenda conditio. O verbum amandum pariter & timendum: ament parcentes: timeant iniurias repetentes: quoniam iudicium ſibi manducat: & bibit: qui hanc dominicã petitionem ore accedit ad orã

Oratio dñica.



dum deum: ſi prius non complet conditionem inſeram. Nã ſi tu debitori tuo debita remittere paratus es poſtq̃ eum ſuffocaueris: ferieris & ſuppeditaueris diuulſum & dilaceratum & dicis deo, vt dimittat tibi ſicut tu alteri cõtra te oras: moleſtus es deo aduerſum reſperſum: contra animam tuam petis. Quid ergo petes quod fugiendum eſſet, cur contra animam tuam iudicem irritas aduerſarium tuum? quis vnq̃ reus niſi deſperatus ſibi vindictã accelerari poſtulat ipſe dicis orans deum, parce vt parco. Tu non parcis niſi prius dentibus teras: pedibus cõculces, & ſic vis fieri tibi? ſtultior eſt puero qui aliquomodo ſcit reprobare malum & eligere bonum. Non fiat tibi ſicut petis: quoniam reb⁹ vt nunc verba tua non ſunt vt miſericordiam prouocent ſed furorem contra te: & oratio tua fit in peccatum quoties igitur oras oratione hac ſi prius non parcis enſem acutum preſtas Deo: vt te ſecet: atq; ãſe diuidat: ſicut tu diuiſus es à tibi nocente ideo vt arbitror ſcriptum eſt. Gladium euaginauerũt peccatores: ſi orantes dicunt dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris quia ſi ipſi antea nõ pepercerint ſenſus eſt non, dimitras nobis debita noſtra: quia nos nõ dimiſimus debitoribus noſtris, oportet deniq; ꝙ priuſquã orationem dominicã pronuncies dimittas fratri tuo etiam ex corde, quoniam quem oras agnitor cordis eſt & ipſi preparãtur etiã minute cogitationes. Si autẽ de tibi nocente vindicare cupis: caue ne de crudelitate noteris, nam ſi miſericordes fuere, qui á latronibus vulneratum repererũt propterea quia ei nil boni fecerunt, quanto amplius immanes fuiſſent ſi ei adhærẽt vulnus ſup vulnera?

Deſine inimicari.

Tu deteriusfacis ſi de tibi nocenti te vindicare ve
teris: quia mortuo ictum infers: & defunctum ſeca
dis. Vbi aduerte, ꝙ claui & crux dulces dicuntur:
quia Chriſtum viuum vulnerarunt murco autem
lancee crudelis perhibetur, quia chriſto mortuo
nō pepercit, inimicus tuus mortu⁹ animo eſt: quia
qui non diligit manet in morte, & tu eum adhuc
vulnerare amplius cupis? mortuo non parcis? ma
cronem dirum habet ſicut longinus contra Chri=
ſtum iam mortuum cuius paſſionem debes & non
afflictionem vñ conquerentem audies & dicentem.
Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti
cor meū. Verba ſunt Chriſti ad ſignagogā adulte
ram & crudelē, in precedētis verbi repetitione do
loris non eſt ponderatio ſed crudelitatis illate. Vti
nam reperirentur tibi oculi, vt videres q̃ malū eſt
inimicum odiſſe, quia ethnici hoc faciunt & non
filij dei qui norunt dare bona pro malis, ſicut &
pater cœleſtis qui ſolem ſuum, ideſt, beniuolentiam
oriri facit ſuper bonos & malos, vt boni referant
gratias & mali reſipiſcant, & conuertantur ad pa=
cem, & ſanet eos. Si inimicum tuum odis, reſpice
inſipientiam tuam malus medicus es, & malus pu
gil. Vniuerſalis norma eſt medicorum vt contra=
ria contrarijs curentur ſolus deus ab hac excipitur
qui aliquando vlceribus ſanat vlcera, & ideo dicit.
Percutiam, & ego ſanabo quaſi dicat percutiendo
ſanabo, ſic & Ezechiam ſanauit cataplaſmate fico
rum vulneri cōplexioni minime conſentaneo Vn=
de propterea ꝙ aliquibus ſe oſtendit Deus inimi=
cum vt fiat amicus dicit. Perfecto odio id eſt ad
perfectionem ducente oderam illos: & inimici fa=
cti ſunt michi ſine cauſa. Quoſdam ergo in finem



diligit deus: quibus in principio inimici opera o=
ſtendit, ſed in fine amicitiam vt expertus erat ille
qui dixit. Caſtigās caſtigauit me domin⁹: & mor=
ti non tradidit me. Tibi autem parum perito op⁹
eſt inimici tui langorem mederi cōtrario medica
mine: ſi odio anima eius egrotat amore curandus
eſt. Nec dicas. Nunquid cuſtos fratris mei ſum e=
go? Namq; vnicuiq; mādauit de proximo ſuo: &
ſi te audierit proſequens eum amore lucratus eris Ratiões
fratrem tuum. De inimico fratrem efficies: quia quib⁹ o=
propterea ſcriptum eſt. Si eſurierit inimicus tuus, dia depo
ciba illum: ſi ſitierit da ei aquā bibere: prunas eñ nēda ſūt
congregabis ſuper caput eius & dominus reddet Prou.2ſ.
tibi. Hic multi dicunt determinari ea quæ in s.
extrema neceſſitate inimico tenemur impendere,
ſcilicet cibum & aquam quibus viuere poſſit.
Sed ego illud, in quocunq; tempore intelligo, nā
ideo dicitur, ſi eſurierit: quod etiam in bona vali=
tudine ſolet euenire. Si eſurierit ergo carnem tuam
ſi ſanguinem ſitierit: da ei aquam alicuius benefi=
cij quo temperetur ira eius. Si ſanguinem ſitit non
des ei langorem quia contraria contrarijs curan=
tur. Si mala deſideria tu ei bona preſta: qa ſic pru
nas amoris dei congregabis quantum ex te eſt ſu
per caput frigefactum eius. Si charitas eius iam e=
mortua & frigida eſt: tu ipſe ſatage accendere eā:
quia contra frigus igne pugnare ſolemus: & fo=
mento caloris. Sed forte conqueſtus dices. Ille mi
nime recognoſcit, amicitiam in rixam cōuertit: re=
nuit acquieſcere, cur inuicto & renuenti bona pre=
ſtare debes? quod emolumentum reportabo? Huic
reſpondit ſapiens in reliquis verbis dicens, ꝙ do=
minus reddet tibi. Si autem rixe vir noluerit reſi

plicere ira feruens dominus pro quo illum ſuppor
tare debes reddet tibi. Ille pius pater te aliquan
do diſipientem & furētem ſupportabit: ille reddet
viciſſitudinem hanc pro benefacto inimico reſpe
ctu eius impenſo. Ve nobis fratres mei ſi noluerí
mus acquieſcere, qui cum inimici eſſemus reconci
liati ſum⁹ deo per mortem filij eius: & nunc vt re
conciliemur fratri eius animaduertētiam expectat
& contritionem cum ipſe deus prior dilexerit nos
ex quo merito dicit nobis. Redde quod debes.ſ.
amorem inimico propter me qui cum inimicus eſ
ſes dilexi te, quia oportuit te miſereri conſerui tui
ſicut & ego miſertus ſum tui.

¶ Itē redde in hoc negocio tibiipſi quod debes.
Vbi aduerte quanta dementia eſſet te gladio per
forare: vt aliū in veſte tāgeres ſi à tergo veniſſet te
nere te. Dānificator tuus retro eſt: quia conieſcta
re debes: ꝙ eum deus permittit vt te viam perfe
ctiōis currere faciat citius. Nam & vſq; hodie re
linquit deus quoſdā malos, vt in eis erudiat iſrael
ac exerceat. Iā ergo ſi illud ferire cupis te prius
transfodies: quia tuam ipſius animam pertranſibit
gladius perſecutiōis anteq̄ perueniat ad inimicum
Nam propterea iuſſit deus in lege pignus reddi
Deuter. 24.b. ante ſolis occaſum. Pignus ſecundum Gregorium
eſt confeſſio reatus, quam qui extorquet & habet
dimittere tenetur iniuriam confitenti: alioquin ſol
iuſtitie de⁹ occidet ei: ita vt in tenebris remaneat
peccatorum. Dum ergo iniuriā retines deo cares:
quia teſte Ioanne, qui odit fratrem ſuum in tene
bris ambulat & neſcit quo vadit quoniam tenebre
obcecauerunt illum. Ecce igitur qualiter prius &
plus noces tibi quā inimico tuo. Te in anima illā



in veſte percutis, de qua dicitur. Pellibus & carni
bus veſtiſti me. Anima in eo percutere non po
tes: quia illa in manu dei eſt: qui ſolus poteſt a
nimam & corpus perdere in gehennam tu autem
ſolum corpus ſi detur oportunitas aut facultas de
moni enim & cuilibet nocenti per vim iubetur il
lud. Verumtamen animam eius ſerua. Si velut dia
bolo circa Iob tibi contra inimicum tuum tribua
tur omnimoda facultas, animā eius tāgere non va
lebis, & tuā ex toto pdes. Ergo redde tibi quod
debes: & animā tuā ne deſpicias. Si enim praui ho
mines dicunt ſe velle à ſe vnum eruere oculum vt
ab alio eruātur duo: nemo ita liuore vindicte in
ſanit vt ambos vellet ſibi erui ,ppterea ꝙ alteri e
ruatur vnus. Animam & corpus tuum cū cæteris
tuis dānabit deus, & tu tēpus nactus dementie nō
poteris niſi corpus deſtruere. Igitur vel ,ppter hoc Iaco.2.
inimicus damnū redde quod debes tibi, ſcilicet fu
gam tanti mali: quia ſcriptū eſt. Iudicium ſine mi
ſericordia fiet et qui non fecit miſericordiam. Et
vltimo redde quod debes tibi per amorem, quia
ſuper thematis verba Chriſoſtomus dicit. Si graue
videtur præceptum, cogita præmium. Si graue eſt
reconciliari ei qui contriſtauit te, contemplare quę
præmia victor tui & impetus ire in cœlo accipies.
Dicitur in exodo: ꝙ quanto plus hebreos oppri
mebant egiptij, tanto amplius creſcebant & mul Exo.1.d.
tiplicabantur. Quorum incrementa nos in cœlo
credimus habituros, quia nec regnum noſtrum,
nec augmentum de hoc mundo non eſt hinc.
Dum à perſecutore affligeris memorare ꝙ malle⁹
& ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita 3.re.6.
in domo, ſcilicet cum ædificaretur.

Sed hic dolitur omnia vel per Angelos malos aut falſos fratres: alioſq; iniuriam irrogantes, quæ est
4.Reg. 2.d. ictus dolandi nos. Quis ergo lapis expoliri non ſuſtineat? Nã ſi Helias aſcẽdit per turbinẽ in cœlũ cur ipſe non ſuſtineas turbationem vt amplius eleueris in cœlũ, quod nemo intrare poterit: niſi for
Heſ.4.d te rex cœli auream virgam, ſcilicet, tribulationis ad eũ extenderit pro ſigno clementie, atq; ita poſſit viuere, ſcilicet in eternum. Si ergo dominus Ieſus quem eius inimici ſuffocare nitebantur: de torrente anguſtie in via hacqua ambulamus bibit, & propterea dicitur exaltaſſe caput, cur tu eum non aſſociabis vſq; dum amaricatus ſit venter tuus nã & ipſe tecum eſt in tribulationẽ, vt hic te eripiat p gratiam, & in cœlo inquit glorificabo eum, quod nobis preſtare dignetur domin⁹ noſter Ieſus chriſtus. Qui cum patre &c.

SEPTVAGESIMVSSEXTVS SERMO qui precipue pertinet ad Simonem & Iudam Apoſtolos & aliis binis Sanctis poteſt applicari, mutatis mutandis, & pertinet ad dominicam xxij. poſt penthec.

THEMA.

¶Portemus imaginem cœleſtis.1. Corinth.15.g.

¶Innocatio ad Virginem.

Pulchritudo marie. IN hoc vno velut in vno crine colliſui Maria cæteros antecellit ſanctos, q; etſi omnes dei filio ſunt ſimiles, vt ait Apoſtolus ad Roma.8. & alibi. Cum apparuerit ſimiles ei erimus. Maria



tamen preter hoc aliam habet perfectionẽ & gratiam, & eſt q; ipſe filius dei eſt marie ſimilimus, nã inprima etate fecit Deus hominem ad imaginem ſuam, quæ (vt ait Sapiens) ad filium pertinet, qui eſt imago bonitatis illius. Sed in ſexta etate eundem filium ad imaginem Marie fecit, quando verbum caro factum eſt. Nec mirum q; ad imaginem dixerim Marie, nam quilibet filius naturaliter ſimilis eſt matri, quoniam de quolibet parente dicitur. Similem ſibi reliquit poſt ſe. Et de hoc ipſemet filius gloriatur dicens per ſapientem. In ventre matris mee figuratus ſum caro, qui abinitio puriſſimus erat ſpiritus quando venit plenitudo temporis ex maria carnem induens ad eius figuram corporis lineamenta ſuſcepit. Et hoc igitur duo ſunt marie collata, primum in corpore, ſecundũ in anima. Corporalis enim pulchritudo ipſi⁹ ſuperegreſſa eſt vniuerſas fœminarum cateruas. Decuit nãq; & oportuit tantam eſſe vt maior ſub Deo ne quiſſet intelligi. Scimus quippe vt canit pſaltes pre hominum filiis dei filium ſpecioſũ corpore fore: quã ſpecioſitatem ei naturalem Maria preſtitura erat. Ergo credendum eſt q; & ipſa ſic fuerit ſpecioſiſſima inter mulieres, quia forme ſue naturaliter Dei filius adaptandus erat, ideo dicitur iudic.viii. Pulcherrima fœminarum eligitur ei, ſcilicet in matrem nec mirum quia aſſuero ex.cxxvii. prouinciis pulchrior eligitur heſter. Mariam igitur hanc amauit & exquiſiuit filius dei: & amator factus eſt forme illius: tantum q; formam ab ea accepit humanam ob quam Marie ſecundum quod diximus dedit, et eſt eam facere ſibi ſimilem in anima ſicut ipſa eũ fecit ſibi ſimilẽ in corpore. De chriſto quippe di-

citur. Vidimus gloriam eius vſq̧ plenum gratie & de plenitudine eius omnes accepim⁹, ſic de maria ſuo modo quoniã ei dixit Angelus quando vidit gloriam eius ad eam miſſus. Aue gratia plena, & (vt ait Bernardus) de plenitudine eius omnes accipiunt gratiam: ideo ipſa poteſt dicere. Rigabo hortum plantationum, id eſt eccleſiam. Et inebriabo partus mei, ſcilicet Chriſti fructus q ſunt omnes fideles. Si ergo inebriari vultis chariſſimi gratia: humiliamini ſub potenti manu eius, quia loca humilia abundantius aquam recipiunt: ideo genibus flexis offeramus ei Aue maria.

¶Introductio.

¶(Vt ait quidam) Omnia ſex diebus cõſummauit deus preter hominem quem in conſummatũ reliquit. Angelos namq̧ ordine ſuo diſtinctos glorioſos effecit, qualiter in ſecula permanebunt. Demonibus autem infernum aſſignauit in perpetuum, & de iſtis inferioribus & luminaribus dicitur. Ordinatione tua perſeuerat dies. Immo hore & menſes & anni & determinato fine naturali omnia cõcludunt, preter te homo de quo neſcimus in quo greſſum ſis compreſſurus, & in quo finies: nec ad quem portum ducas cimbalum tuum. Scimus q̧ te fecit deus, tamen reliquit (vt dicitur) in manu cõſilii tui vt te cõſumas in manu. i. in opere conſulto vnde operibus tuis bonis te perfice, & ad finem perduc, quẽ qualis futurus ſit ignoramus. vnde Salomon ait. Tria michi ſunt difficilia &c̃. & quartum quod ſefatetur ignorare eſt via viri in adoleſcentia. Alia tria & ſi difficulter ea ſcire poterat, quartum tamen hoc eſt de te adoleſcẽs in quo vitam concludas qua pergas, an viam inceptam teneat an aliam inquiras qualiter denlq̧ te perficias: hec ſe fatet̃ ille ſapiẽs ignorare, no ſabe en que as de acabar. Et ratio eſt quoniã homo nunq̃ in eodem ſtatu permanens eſt velut ſpeculum totinducẽs formas quod ſunt partes quibus vertit̃. Si ad cœlũ apparebit ſtellatũ: ſi ad obſcura apparebit fuſcũ ac nigrum animalia apparebit veluti lucus & nemus ea in ſe complectens, ſic tu homo cuicunq̧ te vertas ſimilis eris & eiuſdem portabis imaginem ſicut camaleon qui colorem vt aiunt cuiuſcũq̧ loci vbi recedit portat in ſe. Nõ cœlum Angelos facit ſed puritas interiornm & ſancta deſideria, non infernus demones ſed inueterata malitia. Non paleas edere facit beſtias ſed immunda vita vitiorum vo lutabro induta: igitur inſpice homo quorum imaginem portes & colorem. Et diſce à ſanctis apoſtolis qui ad ſeipſos & ad te ingerũt rhematis verba dicentes. Portem⁹ imaginẽ cœleſtis. Venit nãq̧ cœleſtis homo Chriſtus in mundum cuius imaginẽ portare voluerunt iſti ſancti, & optant vt eandem nos ipſi portemus.

Varietas humana

¶Diuiſio.

¶Duplicem reperio imaginem Chriſti, ſcilicet viuã & ſcriptam vtramq̧: iſti ſancti portauerunt. In prima parte ſermonis dicet̃ quomodo primã pertulerunt: & in ſecunda de cætero.

¶Prima pars.

¶Vitã domini noſtri Ieſu Chriſti (quæ ſuper vitas omniũ eſt) dicim⁹ in preſenti eſſe imaginẽ nõ quidem mortuã ſed viuã viua enim imago (vt eſt fili⁹ cuiuſcunq̧ qui dicit̃ imago ipſius patris) & ſe mouet, & alios mouet, ſic Chriſti vita per ſanctos, &

eius ſequaces ſemouet, atq; mouebit vſq; ad finem
ſeculi in animas ſanctas ſe trãſferẽs & eos ad quas
Vita xp̃i peruenit: inuitat, & mouet ad Chriſti opus. Magis
eſt ima- enim mouet cor militum progreſſus regis ad bel-
go viua. lum, quam totius exercitus. Si enim arca dei quae
eſt humanitas Chriſti habitat in papilionibus ad
1.Re.11.e pugnandum: quis non animetur ad bellum vt alter
vrias? Hæc imago viua quæ eſt Chriſti vita nunquam
morietur nec deficiet in fidelibus ſuis vſq; ad con
ſummationẽ ſeculi: hæc eſt enim vita ſeculi & ec-
cleſie. Sed reſtat probandum quare vita domini
dicitur imago eius? pro quo audias diffinitionem
imaginis quam ponit Scotus in primo, diſtinctio.
3.q. 9. imago inquit eſt repreſentatiuum totius.
vnde ad hoc ꝙ vita Ieſu dicatur imago viua & per
fecta ipſius: oportet quod totũ repreſentet Chriſtum.
Quamuis enim Chriſtus non habeat partes eũ cõ-
ponentes nec theologi concedant, ꝙ ipſe Chriſtus
eſt aliqua duo ſiue capiatur maſculine prout im-
portat pluralitatem ſuppoſitorum, ſiue neutraliter,
prout importat pluralitatem rerum, nam ibi deno-
tatur quod Chriſtus ſit due nature conſtituitur res
quod non conceditur ex eo quod in ſic compoſi-
tis, non predicatur vna pars de alia parte nec ecõ
tra: quod fatemur in Chriſto, quia deus dicitur ho
mo, & homo dicitur deus, & etiam quelibet pars
In 3.di.6 dicitur de toto Chriſto, ſcilicet hic eſt deus, & hic
eſt homo ſignando Chriſtum, ſed vt ait ocham
Chriſtus bene poteſt dici cõpoſitus ad hunc ſen-
ſum quod admittit in ſe plures naturas non ſtan-
do in rigore vocabuli, & ſic loquuntur Damaſce-
nus & Dionyſius, ſed rectius Chriſtus dicitur con-
ſtitutus ex duabus naturis, vt ait Bonauẽtura ꝙ cõ-



poſitus iſ ergo ſi Chriſti vita eſt eius perfecta ima
go per ſupradictam diffinitionem, oportet ꝙ per-
fecte ambas Chriſti repreſentet naturas & ita eſt.
Si enim cum cõtemplatus fueris in horto pauere,
tedere a miſſo vultus ſolito colore & inter bra-
chia diſcipulorum ſe iacientem quibus lachrimo-
ſis gemitibus dixit, vigilate & orate mecum. Hucuſ
ſq; ego propter vos vigilaui, & oraui, nunc autẽ
vice impenſa vigilate vos, & orate mecum. Vole- Hortus
bat ſane ab eis confortari (vt Mos hominum eſt teſemani
precatorum) & nullum in eis ſubcurſum intuens ip
ſe ſolus ſecreſtatus orabat (ſi fieri poſſet) calicẽ ab
eo euelli, & cum non accepiſſet reſpõſum, iterum
inquietus ad ſuos venit eorum auribus ingerẽs nõ
ſine magno dolore. Spiritus quidem promptus eſt
caro autem infirma, & tam infirma o fratres, quod
dum prolixius oraret factus in agonia ſanguineũ
emiſit ſudorem ad terram totus prouolutus, & ec
ce Angelus de cœlo confortãs eum. Ecce homo
timet, ecce homo auxilium implorat, ecce homo
proſtratus, ecce homo infirmus, ecce homo mor-
tem renuens: ecce homo confortatione indigens,
ecce homo ſanguinẽ ſudans. In hoc negotio nul-
lum diuinitatis ſignum intueor, nec angelum talẽ
exiſtimo, immo ipſe Chriſtum hominẽ eſſe decla-
rauit cum ad homines mitti ſoleat, ſed parumper
attende & maiora his videbis: non enim latere po
tuit diuinitas nec in tam paruis. Lota facie ſiccis
oculis ſudore exterſo nullo triſtitie veſtigio rema-
nẽte, ſurgite inquit: ecce qui me tradet prope eſt,
ſatagebat vt qui viderunt in paſſionibus predictis
humanitatem timere: conſpicerent, & iam diuini-
tatem incutere timorẽ, & cauſare terrorem, & ait

ad cohortem: quem queritis? Hoc verbũ non eſt
iam timentis ſed imperterriti. Iam diuinitas adno=
uat, eos interrogat, vt ſe prodeat ſponte, quoniã
oblatus eſt: ſe volẽte. Queſitus querit, quem quę=
runt, vt oſtendatur ꝙ ipſe hoc ſciebat, & loquitur
omnibus: vt in loquela ab omnibus cognoſcatur, q̃
manifeſtum facit loquentem, nec enim Iudas, vt
ait Chriſoſtomus cognouit Chriſtum, ſed errantes
erant vt ebrij non inueniẽtes oſtiũ horti vt ſodo=
mitte portam dom⁹ Loth. ideo eos interrogat pri=
mo eos illuminãs: quia nec lanternę nec faces eos
poſſunt contra Chriſtum illuminare, reſpondẽt er=
go ſe Ieſum querere Nazarenum qui nõ alibi quã
in florido horto queri debet non tamen ad crucis
figendum ſed ad inter vbera vt bonum florem col=
locandum: & in hoc claret ꝙ eum non agnouerit
nec prima emiſſa voce, quia ſtatim irruerent ad eũ
capiendum ſed Chriſtus non vt homo: verum vt
deus loquens ait ego ſum. O verbum grande: o
verbum terrificum, o verbum tremendum non ſo=
lum michi, ſed omni cohorti audito quippe no=
mine omnipotentis abierunt retrorſum & cecide=
runt in terram, in effectu magnitudo verbi oſten=
ditur. Dominus maieſtatis intonuit: aliter certe q̃
in horto vbi dixit carnem eſſe infirmã. Vbi eſt do=
mine timor q̃ te vexabat: vbi eſt illa triſtis vox cõ=
ſolationem querẽs vbi eſt ille ſudor & agonia? iã
vt video hiems tranſijt imber ſanguineus abijt &
receſſit flores Nazarenus, ſcilicet multas in ſe com=
plectens flores apparuerunt in terra noſtra, ſcilicet
noſtre mortalitatis. Floridum ſe monſtrat in diui=
nitate qui videbatur ſiccus in humanitate vox
tonitrui tui domine in tota dũ armatos inimicos



tuos retrorſum rotare facis in terram. Vox quidẽ
Iacob victorioſi qui prius vicit fratrem Eſau corã
quo poſtea humiliatus eſt nimis, ſic dominus vo=
ce diuinitatis & nomine vicit fratrem ſuum popu=
lum iudeorum & Iudam qui cum eis cecidit: ta=
men poſtea corã ipſis humiliatus eſt nimis. Sic er= Deus hõ
go totam Chriſti vitam profunde contemplantib⁹ xp̃s oſtẽ
claret ꝙ in ea diuinitas pariter & humanitas reluce ditur.
ret ſimul etiam in quolibet opere. Imo ſi ſuperfi=
cialiter euangelium inſpicias, hoc inuenies: nam ſi
concipi in mulieris vtero ſit hominis; tamen con=
cipi de ſpirituſancto eſt Dei & Angelus ibi ait.
Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei.
Si naſci in ſtabulo ſit pauperis: vocari ab Angelis
ſaluatorem mundi eſt ditiſſimi. Si circuncidi Deo
non conueniat: ſatis eſt ſibi nomen Ieſus ab Ange=
lo priuſq̃ in vtero conciperetur adaptatum fuiſſe.
Si offerri in templo à matre non ſibi diuinum ſit,
non eſt ſibi humanũ lumen ad reuelationem gen=
tium vocari. Si perditum fuiſſe templo vt aliqui
ſuſpicabantur eſt humanum diſputare cum templi
doctoribus & eſſe in eis quę patris ſunt eſt diui=
num. Si baptizari eſt peccatoris vocari ab ipſo pa=
tre filium dilectum eſt redemptoris deifici, quid
vltra progredior? Nam & in ipſa cruce dicitur ei
viſis ſignis.
Vere filius dei erat iſte: q̃uis vt homo vere more=
retur. De reſurrectione nil reſtat dicendum cum
ſecundum Apoſtolum ex reſurrectiõe mortuorum
declaratus ſit filius Dei, aſcenſio autem ipſa do=
ſe loquatur quoniã vi innata ipſe Chriſtus vt ada=
mas propria & indita ſibi adeo virtute cęteros ſan=
ctos eleuauit qui vt ferrum erant non potentes

Aſcēſio Chriſti.

per ſe aſcendere niſi à Chriſto attraherētur qui ſu
damas & ſol erat eos velut terre vapores eleuans
vnde eccleſiaſtici quadrageſimo tertio b. dicitur a
perti ſunt theſauri & euolauerūt nebule ſicut aues
in magnitudine ſua poſuit nubes: theſauri ſunt pla
ge Chriſti ideo admodum theſauri dicuntur foſſi
ibi pſalmiſta. Foderunt man⁹ meas & pedes meos
nebule & nubes ſunt ſancti qui ſicut aues aquilam
magnam ſequentes euolarunt in aſcenſiōe, & hoc
in magnitudine & diuitiis merito Chriſti dei. Hāc
igitur imaginem viuam & perfectam quæ eſt vita
Chriſti portauerunt ſancti ideo thema. Portemus
imaginem cœleſtis Chriſti Ieſu. Sed nunc modu
quo iſta portatur imago reſtat vidēdus portare eſt
laborem ſonat, portauimus inquiunt operarii pon
d⁹ diei & eſtus, vnde portare imaginē Chriſti eſt
in ſe laborioſe Chriſti vitā depingere ſe ad Chri
ſti formitatem & mores reducendo, ſancti hi non
niſi ſtilo rationis ſe ad Chriſti ſpecimen cōforma
runt, ſicut enim pictor habet coram ſe imaginem
quam attentiſſime intuens alibi depingit: ſic pre o
culis iſti vitam Chriſti habentes in animabus ſuis
eam depinxerunt, Chriſtum contemplantes humi
lem vſq; ad mortem crucis humiliauerunt animas
ſuas pro eo in omnibus ad eius honorem hono-
res fugiendo, ſectando infima, cæteris miniſtran-
tes: ſerui ſeruorum dei facti, humilitatis lucrū non
aſpernantes, nulli ſe preferebant, apoſtolicum no
men non honoris ſed oneris arbitrantes, dic quod
& deitatem Chriſti portant in miraculis, & ſancti
tatem in moribus, ſermonem reſume, narrando e-
orum miracula, attentius autem de ſancto Simone
audite qui vt ſimilius Chriſti imaginē portaret nō



ſolū in anima, ſed in corpore eam tulit. Nam ad
Chriſti exemplum crucifixus fuit & per omnia e-
ius manus & pedes ſequuti ſunt veſtigia Chriſti in
aſperrima via crucis. Poſtquam etiam egyptum &
alia regna circum iacentia ad Chriſti fidē non ſi-
ne maximis periculis & laboribus conuertit, reuer
ſus eſt hieroſolymā ad fratres ſuos Apoſtolos nō
poſt quartum vel quintum annos vt religioſi fa-
ciunt ad viſitandum patres ſuos ſed poſt. lx. annos
& cum Iacobus eiuſdem vrbis epiſcopus per mar
tirium cœlum petiſſet. vt iſte ſenex centum anno-
rum iam ineptus corporali labori conſumptis viri
bus, non quidem in vitiis, ſed in Chriſti & omniū
fidelium ſeruitio captaſſet requiem, Apoſtoli col-
locerunt conſilium, vt Hieruſalem epiſcopus crea
retur, quod & effectum eſt, irruente tamen perſe-
cutione tunc ſanctitatis ſpeculum Simon capitur,
& quod forte ad requiem erat paratum in impro-
bum laborem vertitur, non fuit tamen ei labori:
ſed cupienti diſſolui & eſſe cum Chriſto & fratri
bus ſuis completa ſunt deſideria, & extollenti cru
cē crux datur in caluario fixa vt ex ſua cruce ſal-
tim locum crucis Chriſti intueatur. Si ſenem pen-
dulum ex clauis intuitus eſſes nō Simonem ſed al-
terum Chriſtum iudicaſſes. Stupebant enim om-
nes aſtantes cum iudice eius conſtantiā & animū:
nam q̄uis ſenex corpore iunior videbatur in viri-
bus, ſicut enim ſuper prunas leuita Chriſti Lauren
tius iuuenis exultat: ſic centum viginti annorum
ſenex immo maiori animo & fortitudine: vt alter
andreas de cruce predicans pro inimicis orat: vt
Chriſtus emiſſoq; ſpiritu anima volat ad aſtra. Sic 2.Mat.6
ergo vt alter eleazarus hoc modo vita deceſſit nō

ſolum iuuenibus ſed vniuerſe genti memoriã mor
tis ſue ad extremum virtutis & fortitudinis dere
linquens. Depinxerunt etiam iſti ſancti in ſe Chri
ſti paupertatem, pro eo pauperes effecti: non habẽ
tes niſi tegumentum vile & cibum: cætera paupe
ribus erogantes renuentes oblationes regũ & po
pulorum, vt ſimiles eſſent Chriſto, qui nõ habuit
vbi caput ſuũ reclinaret: alieno loco natus & mor
tuus & ſepultus & in tota vita hoſpitatus. Sic ſan
cti propter eum peregrini effecti ſepe repulſam pa
tientes latrones putati tanta eorum erat egeſtas.

Imitatio virtutũ xpi.

De munditia quid dicemus: quoniam Chriſto in
cipiente qui de virgine naſci voluit: & eam virgi
ni diſcipulo commendauit, & virginitatem predi
cauit, apoſtoli autem poſt Chriſtum virginitatẽ ſe
minauerunt plura conſtruentes cenobia: & ibi vir
gines collocantes. In ſe autẽ & conſortia vitabãt
mulierum, & cętera quæ ab extra apud alios pote
rant opinionem minuere munditie. Et Chriſti cõ
templantes charitatem abhorrebant inuidiam mul
tos videntes ſtatim poſt baptiſmum aſſecutos mi
raculorum gratiam & ſermonum linguarum.

Non erant velut Cayn fratri inuidens ſanctitatem
& gratiam. Sed orabant dicentes. Quis nobis det:
vt omnes prophetent? & per manus impoſitionem
alijs ſimilem tribuebant gratiam charitate feruidi
qua eorum verba tanquam facula ardebãt, & cor
da audientium inflammabant ad Chriſtum.

Et videntes Chriſti abſtinentiã ipſi parci & vino
ac carne rariſſime vtentes corpora macerabant ſo
lum ad nature neceſſitatẽ edentes ſemel in die pa
ne & aqua contenti: ſepe tamen in carceribus fa
me peribãt & in tota vita ciborum nullam haben



tes curam abſtrahebant à cibis carnem ſuam, &
ventrem & ſtomachum fraudant & ora macilen
ti & carne conſumpta per ieiunia continua cutis
oſſibus adherebat, cibo tamen inuiſibili vtebantur
in anima. De ira autem Chriſtum videntes mi
tem & humilem corde: non curabant quamuis eſ
ſent inter lupos ſciebant enim ſe oues vocatos à
Chriſto qui agnus erat ouibus mitior.

Non ſe defendentes dabant locum ire patientes
omne contrarium reſponſione molli eam frangen
tes: o quotiens in facie & corpore ceſi vitam
& præmium tortoribus promiſerunt alacres, &
conuerſos amplius amauerunt, o beati mites quo
niam vos poſſediſtis terram, & mortuorum & vi
uorum. Quid de accidia dicendum?

In laboribus Chriſtum à iuuentute ſua contem
plantes propter nos ſemper orare, prædicare, pe
ditare, nunquam quieſcere gelu & eſtu vri, ſic
ipſi omnino.

De Simone dictum eſt qui cum centum viginti
eſſet annorum feruentius laborabat.

De Iuda vero thadeo dicitur meſopotamiam con
uertiſſe, ibi noctu dieq; laborans, ante emiſit ani
mam, quam labori cederet prædicans publice, &
priuate: baptizans cæteraq; ſacramenta, vt humi
lis clericus non ceſſat miniſtrare. Vnde ſic portan
tes imaginem cœleſtis Chriſti poſſunt dicere id a
poſtoli. Nos autem reuelata facie gloriam domi
ni ſpeculantes in eandem imaginem transformа
mur. Vnde non ſunt vt multi qui gloriam Chri
ſti ſpeculantes oculis chataractas habuerunt in fi
delitatis, Chriſtum parum hominem contemplan
tes de quibus ait Apoſtolus.

Adhuc dum legitur Moyſes velamen poſitum eſt
ſuper cor eorũ. Sed iſti ſancti reuelata facie, id eſt,
clara notitia Chriſtum cognoſcendo in eandem vi
te imaginem quo ad actiuam & contemplatiuam
vitam ſe transformantes portauerunt veram & vi
uam Chriſti vitam etiam portantes crucis mortifi
cationem in ſe & alios ſimiliter mouebant: & hor
tantur dicentes. Portemus imaginẽ cœleſtis ab ima
gine Chriſti tota noſtra prouenit gloria quia ſi pro
pter fictã ſimilitudinẽ quã Iacob habuit in pellibus
cum eſau fuit benedictus, quanto amplius benedi
cemur nos imagine Chriſti ornãtes etiam animas
noſtras, ſic & Simon filius Marthatie honoratur, &
aſſumitur in loco iude: quia ei ſimilis erat. Hanc
imaginem fratres portemus in pileis per contem=
plationem. in pectore per amorem, in manib9 per
Imago operationem, etiam nos inſtantes dicamus adinui
xp̃i quo cem indulgẽtiam lucratiuam cupientes, portemus
do por= imaginem cœleſtis.
da.

Secunda pars.

Imago Chriſti picta eſt ſacra pagina quæ cala=
mo pingi ſolet: hæc etiã eſt expreſſiua ſiue repre=
ſentiua totius Chriſti quia non ſolum agit de ca=
pite, ſed de membris eius miſticis. Sicut enim re=
gis cronica etiã ſeruos eius memorat, ſic ſacra ſcri
ptura non horum oblita apoſtolorum eos compa=
rat tubis argenteis flato dei plenis bene ſonantibus
per totum fere orbem ad congregandum in vnũ
filios dei qui erant diſperſi. vnde Nume. x. Fac ti=
bi (o Chriſte) ait pater de iſtis, duas tubas argen=
Duo apo teas ductiles vt conuocare poſſis multitudinem.
ſtoli ſunt Tube iſte dicuntur de argento quod bene ſonat
tube. propter gratiã predicãdi, & ductiles ſcilicet mal=



leo tribulationis & tunſionibus & preſſuris mar=
tyrii: ductiles inq̃ vſq; ad finẽ orbis terre. Vnde e=
orum exeunt verba. Iſtis ergo tubis cõuocatur po
pulorum multitudo, & excitatur ad fidem & pœ=
nitentiam. Et vſq; hodie Iacobus in ſua epiſtola ſo
nat idem. Et propter vindictam idolorum & incã
tantium & maleficarum gẽtium quam fecerunt fi
gurantur in duab9 virgis zacharie. xi. quibus de9 Virge.
caſtigauit egiptum vt olim in moyſe miracula fa
ciendo per virge inſtrumentum: nam Simon ad li
teram predicauit in egipto. Et etiam dicuntur vir
ge ob corporis caſtigationem, & propter doctri=
nam quam populis dederunt figurãtur in tabulis
digito Dei ſcriptis. i. ſpiritu ſancto qui eos in die
penthecoſtes docuit. Exo. xxxii. reuerſus eſt Moy
ſes vſq; opere domini. Quia in eis opus Chriſti
non ſuum nõ ad ſuam vtilitatem erat. Et propter Tabule.
auxilium & fauorẽ per eos conuerſis populis datũ
figurantur per duo brachia ſuſtentantia thronum
Salomonis. ii. Para. xi. Et habebat brachiola duo Brachia.
altrinſecus. Vnde notandũ ꝙ eccleſia duplici eget
auxilio pariter & anima noſtra, ſcilicet in tribula=
tione ne deficiat, & in proſperitate ne ſuperbiat:
hæc auxilia ab iſtis & ꝑ iſtos habuit, & habet ec=
cleſia, & habet q̃libet anima eis deuota: ideo cõ=
ficet, ideoq; non eſt vox ſcilicet confeſſionis neq;
ſenſus ſalutis. Humilitas etiam huius patris puelle
notatur in hoc, ꝙ cũ eſſet princeps cecidit ad pe=
des Ieſu, nunc autem quis de epiſcopis aut cæte=
ris prelatis vexat in oratione deum pro ſubdito fa
mando? Multum quippe valet oratio humilis prela 3.Re.17.
torum pro ſubditis: ait enim deus de quoddam re
ge. Vidiſti achab humiliatum coram me?
Non inferam mala in diebus eius. Sed videtur pre Iudi.1.
lationi annexum, ꝙ impediat hominem prelatum
ne humilietur corã domino: quod non à prelatio=
ne ſed á diabolo procurante Prouenit: vnde in li=
bro Iudicum dicitur, quod amorreus arctauit fi=
lios dan in monte, ne poſſent ad plana deſcẽdere.

Dan interpretatur iuditium. Vnde filij dan ſunt
illi: qui habent alios iudicare, ſcilicet, prelati.
Amorreus autem diabolus eſt, qui eos monte pre
lationis arctat, ne ad planitiem humilitatis deſcen
dant. De confidentia huius principis attende, ꝙ vt
ait Lucas. Dominus rogauit: vt intraret domum
eius. Contrariū tamen legimus de centurione di=
Mat.8. cente. Domine non ſum dignus: vt intres ſub te=
ctum meum, & ratio diſcriminis eſt: quia centu=
rio erat gentilis, & vt aiunt gloſe: ydola erant in
domo ſua. Vnde merito ait non ſum dignus &c.
iſte autem princeps cultor vnius dei erat: nec ha=
bet ydola in domo, quam confidenter dominū in=
uitat. O ſi prelati eccleſie tales eſſent: nec in do=
mo conſcientie ydola retinerent: q̄ confidēter do
Eze.8. minū inuitarent: ſed vt vidit Ezechiel habēt in tē
plo cordis ydola malitie: & reptilia immunditie,
ideo nec accedūt ad deum nec impetrare pro ſub
Nu.16. ditis valent, vt ille qui cum percuſſus eſſet popu=
lus à domino, & eos vaſtaret incendium: profe=
rens homo ſine querela Aarō ſacerdos orationem
ſcutum ſue ſeruitutis: reſtitit ire: & finē impoſuit
Impedi= neceſsitati. Si autem noſtri prelati eſſent ſine que=
méta re rela coram Deo & hominibus ſecuri accederent,
ſurrecti= ea oratione ſua ire & plage reſiſterent. Poſtq̄ ora=
onis ſunt tionibus prelati: immo & Chriſti De⁹ venit ad a=
voluptas nimam: proiecit eos qui eius impediunt ſuſcitatio
vanitas, nem, ſcilicet tibicines ſunt tres voluptas vanitas:
& ſecuri falſa ſecuritas voluptas ſuaui carmine ſuadet car=
tas falſa ni cōſentire. Sunt quidem teſte Eſaia ſirene in de=
lubris voluptatis: quarum vna dum patri ſuo oc=
Eſa.13.d. currit cum tympanis & choris, audiuit ab eo.
Heu me filia mea decepiſti me: & ipſa decepta eſt.



Cauete igitur fratres quia ſi ſecundum carnem
vixeritis moriemini. Vanitas cantico ſuo ſeculi Iudi.11.g
mouet honores querere, de cuius carmine agitur Ro.8.
in daniele tertio capitulo, vbi rex ſtatuam auream
erexit: quam adorari iubet omni genere muſico=
rum. Statua eſt gloria ſeculi: quam demon eri=
git, cuius cantica & perſuaſiones ſunt, vt adore=
tur hæc, nam vt ait Hieronymus.
Quod quiſq; plus cupit & diligit, hoc illi De⁹ eſt. Ac.12.g
Hanc ergo adorare eſt eam pluſq̄ Deum ambire,
ſed cauete: quia percuſſit Hærodem Angelus: eo
ꝙ non daret honorem Deo, & conſumptus eſt à
vermibus & expirauit.
Falſa ſecuritas monet pœnitentiam differre de cu=
ius cantico dicit propheta. Vox cantantis in fe= phoſo.11
neſtra, coru⁹ ſup liminari, coruina vox eſt iſta ni=
gra & infernalis: de qua dixit Chriſtus, nō ſit vo
bis cura de craſtino, quin & quando Paulus di=
xit. Chriſtus heri & hodie noluit dicere & cras,
nam vox corui procraſtinantis eſt, ſic & ſecurita=
tis falſe vox coruina eſt.
Cras, id eſt, iuuenis es, nobilis es: non te decet
modo in abiectione & afflictione viuere: aut mi=
ſerum eſſe, quando enim ſenueris poteris pœni=
tentiam veram facere. Et neſcit miſer: ꝙ vt ait Eccl.11.
Sapiens mors appropinquat: & forte in hac no= Quæ ex
cte animam ſuam repetent demones ab eo. pediūt re

¶ Nunc autem alijs reiectis de his quæ reſurre= ſurre=
ctioni ſpirituali expediunt videndum eſt, quia Pe ctiōiaie.
trus & Ioannes, & Iacobus, mater & pater puel= Luc.12.
le. Per Petrum deſignatur ſtatus ſui cognitio quia Petrus ē
vt aiunt Petrus cognoſcens interpretatur: & co= diſcuſio
gnitio ſui & peccati eſt prima gratia collata pec= ſtatus ſui

catori, vnde poſtquam tenebre erant ſuperfaciem
abyſſi primum quid fecit Deus: fuit lux quia tene
Hiere. 31 bris peccati primum requiritur lux proprie infir
mitatis cognitiua, quæ tria bona cauſat, ſcilicet,
erubeſcentiam de qua dicitur.

Poſtquam oſtendiſti michi confuſus ſum, & e
rubui: quia ſuſtinui opprobrium adoleſcentie mee
id eſt, poſtquam cognoui mala quæ feci in ado
leſcentia mea confuſus ſum valde.

Secundum bonum eſt contritio de peccato: vnde
Naũ. 3. ipſe Petrus recordatus verbi Ieſu fleuit amare.
Tertium eſt ab actu peccati reſilitio iuxta id.
Omnis qui viderit te, reſiliet à te: nemo enim eſt
quin ſi videret enormitatẽ peccati ab eo reſiplice
Ioãnes ẽ ret. Secundum reſurrectioni anime expediens eſt
gratia. gratiarumactio: quæ ſignatur per Ioannẽ in quo
eſt gratia, vnde poſtquam te cognoueris, ſi aliqua
Ro. 15. iñ te videris bona gratie Dei tribue. iuxta illud
Apoſtoli. Non ego ſed gratia Dei mecum, Dei
ergo gratie tribue non tue rationi aut voluntati,
nam cum Elizabet, et Zacharias longo tempore fuiſ
ſent ſteriles: circa finem vitæ ſue Elizabet peperit
filium, & vocabant eum nomine patris ſui Zacha
riam. mater autem ait, Nequaquam ſed vocabi
tur Ioannes. vbi aduerte ꝙ Elizabet & Zacharias
ratio & voluntas ſunt: quæ quaſi copulantur in o
pere bono vel malo producendo. vnde liberũ ar
bitrium ſecundum Auguſtinum dicitur facultas ra
tionis & voluntatis. Hæc duo longo tempore ſte
riles à bono opere tandem generant filium, & vo
cant eum nomine patris ſui Zachariam, vt philo
ſophi & hæretici pelagiani, qui bonum opus attri
buunt voluntati; ſed ratio illuminata per ſcriptu



ras audiens id Pauli. quid habes ꝙ non accepiſti? 1. Cor. 3.
Dicit nequaquã ſed Ioannes vocabitur gratie dei
non michi non voluntati attribuitur nec fortitudi
ni corporali ſicut Aſſur dicens. In fortitudine ma Eſa. 10.
nus mee ego feci. nam quid eſt fortitudo noſtra: Eſa. 2.
vt ait Propheta niſi fauilla & ſtupeſ
Tertium expediens reſurrectioni eſt repreſsio car Iacobus
nis per Iacobum ſignata: quia interpretatur ſup ẽ carnis
plantans feſtinantem, caro namq; virum iuſtum in domatio
bonis quæ agere proponit ſupplantare feſtinat, ac
impedire, & propterea oportet vt ſpiritus ſit ſup
plantans feſtinantem: id eſt carnẽ: quam tribus mo
dis ſupplantare eſt primo ſcilicet, deſideria eius cõ
hibẽdo nam in geneſi dicitur. Protinus alter egre Geñ. 25.
diens plantam fratris manu tenebat. Eſau quia ſan
guineus interpretatur carnem peccatricem ſignifi
cat: quę prior vult de vtero exire, id eſt appetitum
ſuum implere, ſed Iacob pedis plantã ne exeat pri
or manu tenere debet appetitũ, ſcilicet carnis co
hibere. namq; Salomon datus eſt in reprobum ſen Eccl. 2.
ſum, quia non prohibuit cor ſuum, quin omni vo
luptate frueretur. Item ſecundo debet ſupplan
tare ſpiritus carnem parcitate ciborum eam ſuſten Geñ. 25.
tando, cum enim eſuriret Eſau dedit ei Iacob len
ticulã: & ſic adeptus eſt primogenita. non dedit gal
linam, aut alias, ſed lenticulã vile genus pulmenti:
in quo parcitas notatur cibi ad ſuſtẽtationẽ neceſ
ſariã, quia vt ait Hierony. humana natura modico
contẽta eſt, ſed voluptas multa addidit cõſuetudo
plurima copulauit. Tertio ſupplãtauit eũ veſtes ei9
induẽdo, & ſic habuit bñdictionẽ paternã. Veſtes
carnis penalitates ex carne prouenientes: quæ val
de bone ſunt in patiẽtia ſuſtinẽti, vt frigus fames

ĩllis & infirmitates: & aliaq; id genus: quia teſte
Paulo: ſi ſuſtinemus conregnabimus.
Gloriemur igitur in infirmitatibus noſtris vt inha
bitet in nobis virtus Chriſti, quæ eſt benedictio,
& vita.
Quartum reſurrectioni expediens eſt conſideratio
proprie originis ſignata in patre & matre: quos
voluit dominus ſecum intrare. Hanc habuit, qui
ait. Putredini dixi pater meus es tu, mater mea,
& ſoror mea vermibus. Conſidera ergo quam
vilis tua origo eſt. Quia ecce in iniquitatibus cõ
ceptus es: & in peccatis concepit te matertua.
Sap. 7. a. Quam penalis quia in volumentis nutritus & cu
Signa re ris magnis, quod qnam generale ſit patet ibi, quia
ſurrecti= nemo ex regibus habuit aliud natiuitatis initium,
onis aie. de modo reſurrectionis aduerte ꝙ dominus ingre
ditur, ſcilicet ad cor noſtrum quod eſt locus fune
ris & ſecundo tenet manum, id eſt opus.
Et aduerte ꝙ manus puelle manui iungitur Chri=
ſti: quia noſtra opera eius operibꝰ annectere opor
tet: quemadmodum & nomen quia diceris Chri=
ſtianus quaſi conformis Chriſto: qui eſt vita tua.
¶ Ex predictis reſurrectio ſpiritualis conſurgit,
cuius quatuor ſunt ſigna. Mattheus enim dicit ꝙ
poſtquam reuerſus eſt ſpiritus in ea reuixit.
Alter euangeliſta dicit ꝙ ambulauit.
Lucas ꝙ comedit. quartum autem ſignum vite a=
libi ponitur de adoleſcente qui cepit loqui.
His ergo anime ſuſcitatio oſtenditur, ꝙ loquitur:
Cõfeſſio ꝙ ſurrexit, ꝙ ambulat, & comedit. Per primum cõ
vitã hẽt. feſsio, per ſecundum perfecta peccati deteſtatio,
per tertium profectus bonorum operum: per quar
tum affectus & deſiderium ęternorum.



Primum ergo locutio confeſsionis, ꝙ ſignum vi=
te eſt, á mortuo enim quaſi nil perit confeſsio. Eccl. 17.
Nam qui in mortali manet vix confitetur ideo eñ Pſalmus.
dicitur. Viuens confitebitur tibi, in cuius ſignum
legitur ꝙ puer ſuſcitatus ab Heliſeo ſepties oſcita
uit, quia vere ſuſcitatus á morte peccat, ſepties
os aperit: vt de ſeptem vitiis confiteatur dicens. 4. re. 4.
Sic per ſuperbiam peccaui, ſic per auaritiam &c.
Etiam ſi peccata iam remiſſa in contritione credã
tur: propterea enim Chriſtus poſt reſurrectionem
ſuam cicatrices oſtendit, & vulnus lateris: quam=
uis iam ſaniſsima eſſent.
Secundum ſignum eſt perfecta peccati deteſtatio, Scd'm ſi
quod notatur in hoc ꝙ ſurrexit quidam enim in le gnum eſt
cto voluptatis iacent: quidam ſedent: quidam om pc̃ti dete
nino de lecto ſurgunt, iacet qui delectatione & ſtatio.
conſenſu ei inheret iuxta id. Adheſit pauimento Pſalmus.
anima mea. Qui autem ſedet ſecundum partem
corporis eſt intra voluptatem, & ſecundum par=
tem extra. Hi ſunt qui actu: & voluntate pec=
catum reliquerunt: ſed tamen in cogitatione ali=
quam ſeruant delectationem. Vnde ob hoc de a=
doleſcẽte ſuſcitato dicitur, ꝙ reſedit, qui erat mor
tuus, tales enim non ſemper ex toto conſurgunt
inter peccata & occaſiones permanentes: qui au=
tem omnino reliquit mala: ſurgit totaliter ea per=
fecte deteſtans, veluti ille cui dicitur. Lucã 5.
Surge tolle lectum tuum. Surgit & lectum tollit:
qui ſic peccatum reliquit vt quod prius erat dele=
ctabile: iam fiat abominabile, quę prius afficiebãt Tertiũ
iam moleſtiam præſtent. ſignũ eſt
Tertium ſignum eſt profectus bonorum operum ꝓfectus.
in ambulatione ſignatus ambulat enim verſus cœ=

Et qui proficit in bonis operibus procedēs ad meliora, nec enim omnis qui ſurgit ſtatim ambulat, quia Lazarus ſurrexit ligatus inſtitis. vnde quidam ſurgentes à prauis moribus omnia peccata relinquunt, ſed tamen ad opera pœnitentie vigiliarum & abſtinentie inueniuntur pigri, & quaſi ligati inſtitis: & quibuſdam conſuetudinibus vitæ præteritæ. Sed quando pergunt de bono in melius euidetius ſignum eſt ſuſcitationis: quia de quodam ſancto dicitur. Quod ſurrexit à mortuis & iam virtutes operantur in illo. Signum ergo magnum eſt ꝙ ſecundum gratiam & virtutem in iuſtificatione acceptam operemur.

Quartū ſignū vitę eſt comeſtio. ¶ Quartum ſignum vitæ comeſtio eſt: quia iuſſit puelle Chriſtus dari manducare. Sed multi ſic tepide ſurgunt vt de ſpirituali non curent alimento ad augendam vitam gratie: dicunt enim.

2. Re. 9. Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendū ſuaue & amarum: aut delectare poterit ſeruum tuum cibus aut potus? Sic fetore viciorum aliqui ſenſus animi amiſerunt: vt de ſuperna ſuauitate nil ſentiant: nec quæ ſurſum ſunt ſapiant, nec cibus ille omni dulcedine plenus delectat eos. vnde Caſsiodorus dicit. Impius non ſentit dei dulcedinem, quia febre iniquitatis palatum cordis amiſit.

Tu autem homo Dei miſerere anime tue ſicut vnice

Eſa. 16. filie: vigilantiſsime nutrias illam, eiq; trade cultum muliebrem: vt eam ſibi ſpiritusſanctus cupiat in ſponſam aſſumere.

Dic pro eius alimento Deo. Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deſerti ad montem filie ſion. Hæc oratio aut petitio dupliciter pro anima tua poteſt fieri, vel dum eſt malis moribus imbuta: vel dum eſt in ſtatu gratie: nam duplicem habet ſenſum. Pro primo aduerte ꝙ peccatum ipſum deſertum eſt: quia in eo & nos deſeruimus deum, & Deus nos. Huius deſerti petra obſtinatio eſt, in qua Chriſtum ligatum tenemus, & ſepultum: & vtinam non crucifixum. nam Crux Chriſti in quadam petra perforata fixa eſt. Obſtinatio in petra.

Ab hac obſtinatione oramus patrem, vt ſuſcitet in nobis Chriſtum ſuum emittens eum liberum. Nam ſpiritus oris noſtri Chriſtus captus eſt in peccatis noſtris: qui vtinam liber euadat, vt aſcenſionem ſpiritualem faciat in nobis: quia ideo dicitur. Ad montem filie ſion: qui eſt perfectio vitæ contemplatiue, vbi anime conuerſatio eſſe debet.

Sed vt illa petitio intelligatur fieri pro anima tua iam ſuſcitata notabis ꝙ ſion interpretatur ſpecula: & eſt meditatio qua ipſa anima contemplatur eſcam ſuam. Anima enim iuſta eſt filia ſion quia in ſpeculatione cœleſtium habitare debet ſicut virgo in monte ſion: vbi ad carnis agni immaculati dirigat affectionem ſuam quia eis nutrienda eſt. Dicat ergo patri deo. Emitte agnum tuum domine, quia & meus eſt dominator: in me dominum magnum habet. Eum mitte de petra deſerti, de ſolida deitate tua á malis Angelis deſerta. Eſca aīe agnꝰ dei eſt.

Qui ſit Deus de Deo, petra de petra, & agnus de oue matre ſua deus & homo. Nihil ex agno iſto reiciendum eſt: ſed caput cum pedibus & inteſtinis vorandū. Immo & dedit nobis agnus iſte carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum: animā in precium, clauos in ſalſamentum, acetum ad irritandum appetitū, aquā lateris in balneum, ſudorem ſanguineum in medicinam teſte Bernardo. Sponſa xp̄i pulchra eſt.

His igitur ſaginanda eſt puella recenter ſuſcitata:
quia macilenta non placebit ſponſo: qui pulchri-
tudinem diligit: maxime illam quæ ex bono con
ſurgit alimento iuxta id.
Eze.16.b Similam & mel & oleum comediſti: & decora fa
cta es, vehementer nimis. Et profeciſti in regnū:
& egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpe
ciem tuam. Hæc puella futura eſt regina: ſi eius
decor ſeruatur ei. vnde ait ei Paranimphus Da-
uid. Audi filia obediendo: vide memorando, In
clina aurem tuam humiliter exequendo, obliuiſce
re populum tuum remonendo carnalem affectum
& domum patris tui per mundi contemptum.
Vt fecit illa nobilis puella Ruth antequam Booz
viro iuſto deſponſaretur, quia ſic concupiſcet rex
æternus decorem tuum.
Quem vt amplius diligas attende, quoniam ipſe
eſt dominus Deus tuus: & adorabunt eum.
Ex quo tibi honor dignitaſque proueniet: quia vt
dixit prædictus propheta, egreſſum erit nomen tu
um in gentes dicentes. Surrexit puella: & exiit fa
ma hæc in vniuerſam terram illam.
Huius puelle manum tenuit Chriſtus: acſi eam ſi
bi ſponſam vellet exhibere: & cunctis gentibus o-
ſtendere pulchritudinem eius velut Aſſuerus regine
vaſti. Anima ergo quæ perfecte educitur a de-
licto ſuo copulanda eſt Chriſto: ne iterum ad vo
mitum reuerſa cadat: propterea enim datur ei eu-
chariſtie ſacramentum: vt tali ſuffulta præſidio: ne
deficiat in via Dei, donec etiam coram Angelis
eius diuulgetur fama hæc atq; dicant.
Soror noſtra eſt creſcas (ſcilicet bene operando)
in mile milia: & poſſideat ſemen tuum, ſcilicet,



exemplum relictum portas inimicorum ſuorum:
vt propter tuam doctrinam portas vitę æterne in-
gredientes adipiſcantur, quod demones inimici
hominis perdiderunt.
Puella igitur hæc fidelis anima fortis regina fiet:
terribilis vt caſtrorum acies ordinata: quia domi-
nus eſt a dextris eius: cui gratias referendo in fi-
ne cantabit.
Tenuiſti manum dexteram meam: & deduxiſti
me, & cum gloria ſuſcepiſti. Quam michi & vo
bis præſtet Ieſus. Amen.

## ¶DOMINICE VIGESIME QVARTE poſt Penthecoſten, Sermo ſeptuageſimuſnonus, de Aduentu Chriſti, ad mortem noſtram.

### THEMA.

¶Qui legit intelligat.
Matthei.xxiiij.d.

¶Inuocatio ad virginem.

IN tribus præcipue opus eſt in-
telligentia, ſcilicet, in auditu ver
bi Dei: vnde ꝓpterea dicit Chri
ſtus. Qui habet aures audiendi
audiat. Et in lectiōe ſacre ſcriptu
re: quoniam Phariſeis dixit Chri
ſtus. Quid eſt miſericordiam vo
lo & nō ſacrificium? Et tertio in expoſitione mi-

ſteriorum ſeu figurarũ prophetie. vnde cum Chriſtus citaret Danielẽ addidit. Qui legit intelligat. Hoc dixi, ne vos comprehendat error Lutheranorum tenentium ꝙ ſacra ſcriptura expoſitione non indiget. Ex hac praua aſſertione pullulant mala plurima: quibus obuiare cupiebat beatus Petrus, cum loquens de epiſtolis Pauli dixit.

Error Lutheri erga ſcripturam.

2.Pe.3.

In quibꝰ ſunt quedam intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant ſicut ceteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Ecce difficultatem illarum, & quomodo viuente paulo fuerunt deprauate, ſicut hodie faciunt Lutherani propter quos dixit Chriſtus.

Qui legit intelligat. Apud Orthodoxos, Legere & non intelligere negligere eſt. quia ſi non intelligunt minime capiunt fructum: ſed apud Lutheranos, Legere & nõ intelligere magnus error eſt: nam vulgus Lutheri audacter legit ſacras literas: & velut magiſtraliter quilibet eas aptat errori ſuo nam intelligentes putant ſe, acſi eis diceretur. Vobis datum eſt noſſe miſterium regni Dei, id eſt, ſenſum ſcripture. Sunt enim iſti noui Apoſtoli: aut verius pſeudo Apoſtoli, vnde ſecurius ego fiderem vni vetule chriſtiane ipſum euangelium Chriſti quã Lutheranis cecis: quia propterea Paulus dixit. ꝙ ſi opertum eſt euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum. i. in hæreticis. Opertum habent euãgelium quia illud legunt, ſed non intelligunt: ſoli enim ſancti dicunt cum Paulo. Nos autem ſenſum Chriſti habemus. Hæretici moderni dicunt. Nos autem ſenſum Lutheri habemus, Dum ergo Chriſtus dicit, qui legit intelligat, monet nos adhærere intellectui vero ſacre ſcripture: quam vt aſſequamur, beate Marie malleo hæreticorum adherentes gratiam eius imploremus: quæ cunctas hæreſes interemit, ac per conſequens doctrinas fidei illuminauit iuxta nomen ſuum, quod illuminatrix interpretatur. Vt ergo gratiam intelligendi obtineamus ei dicamus. Aue maria.

2.Cor.4



¶ Argumentum dicendorum.

Innuitur quadruplex expoſitio.

¶ Quia intelligentie catholici lectoris commiſit Chriſtus archana preſentis euangelij, plures etiam recte ſentientes plura dicunt: nam venerabilis Beda pro abhominatione ipſum antichriſtum intelligit, & tunc euangelium venit intelligendũ de aduentu Chriſti ad iudicium, cui facit cõcluſio, que dicitur. Vbi erit corpus, ſcilicet Chriſti in cœlo: ibi congregabuntur & aquile, id eſt, anime beate, & ſua deferent corpora Chriſti corpori conformãda. Intelligit etiam Beda illam abhominationem eſſe ydolum aut imaginem imperatoris, quam Pylatus ſtatuit in loco ſancto templi: & tunc debet intelligi euangelium hoc de aduentu, quo Chriſtus venit per Romanos, vt Hieruſalem deſtrueretur. Et hoc magis videtur ſentire narratio alterius euangeliſte, ſcilicet Luce. Tunc autem concluſio euãgelij. ſ. de corpore & aquilis cõgregãdis intelligitur de corpore miſtrico xp̃i, aquile vero erãt aliqui doctiores ex iudeis, qui viſa punitione hieruſalẽ crediderunt in Chriſtũ qui eam predixerat. Tertio exponitur euangeliũ preſens de malo prelato, qui per prophetam vocatur ydolũ: & tunc eius cõcluſio indicat carnalitatẽ huiꝰ dicẽs. Vbi fuerit corpꝰ. i. p̃latus, q nutrit corpus ſuũ illic aquile rapaces cõgregabuntur, vt cũ eo deuorent aliquid.

Zac.11.b.

Quarto hæc abominatio exponit de homine hæretico, quando ſub ouium veſte latet in eccleſia: tamen vbi talis fuerit, velut corpꝰ aptat ſibi membra, congregabit ſibi aquilas, id eſt, alios hæreticos ſuperbos, ſicut facit Lutherꝰ: qui eſt caput eorum. His quatuor expoſitionibus quas poteram ſequi prætermiſsis: ad moralem ſenſum me omnino cõuerto dicens vnicuiq; veſtrum. Qui legit hoc, ſcilicet euangelium intelligat quanta mala operatur in eo peccatum mortale: de quo incipit.

Cum Videritis abominationem deſolationis.

¶Incipit Homelia.

Pctõr eſt cecus. ¶Hominis intellectus non ſufficit ad cognoſcẽdum totaliter abominationem peccati: quia cum omnis peccans ſit ignorans ab ipſius paſsione cecatur: ne videat malum ſuum: nam cum quidam peccator ita abominabilis, vt Deus vellet quia di-
Apo.3.c ces ſum & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis: pauper cecus & nudus. Ecce quomodo non cognoſcimus malum noſtrum: vnde cum dominus fleret ſuper ciuitatẽ dixit ei. Si cognouiſſes & tu. Si peccator ſuam cognoſceret abominationem eſſet ei ſpes: nobiſq; daret ſpem euaſionis ſue. Quod ergo per ſe non cognoſcit ſaltim per ſacram doctrinam percipiat: vnde ait Thema.

Qui legit, ſcilicet mala iſta intelligat ea videlicet, in anima ſua. Satis eſſet ꝙ peccatũ diceretur abominabile: ſed volens Deus oſtendere ꝙ nichil eſt abominabile niſi propter peccatum, vocat illud abominationem videndam in loco ſancto.



Sed quia Chriſtus multo pondere incepit dicens. Cum videritis abominationem deſolationis &c.

Et varia ſit abominatio ſicut varium eſt peccatum: aduerte ꝙ ſuperbia eſt abominatio iuxta id, Luce decimoſexto d.

Quod hominibus altum eſt: abominatio eſt ante Deum. Auaritiam quoq; vocat Salomon abominationem dicens Prouerbiorum. xj. a.

Statera doloſa abominatio eſt ante Deum.

Nam dolo inſiſtit auarus. Omnes luxurie ſpecies vocantur etiam abominationes in leuitico vbi cõcluditur. xviij.d. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam perhibit de medio populi ſui. Et in eodem capitulo dicitur ꝙ propter luxuriam peſsimam euomuit terra ſuos habitatores & euomeret filios iſrael: ſi operarentur ſimilia. Iram quoq; vocat abominationem Malach.j.dicẽs &c. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; fratrem ſuum?

Abhominatio facta eſt in iſrael.. Gulam etiam vocat Zacharias abhominationem dicens, cap.ix.b.

Auferam ſanguinem eius de ore eius, & abhominationes eius de medio dentium eius.

Inuidiã quoq; vocat ſapiens abhominationem dicens. Prouerb.iij.d.

Abhominatio domini eſt omnis illuſor: & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Cum ergo peccatum quodlibet abhominatio dicatur: quilibet noſtrum poterit in ſe reperire aliquam abhominationem: quam debeat execrari: quoniam vt omnes eſſemus premuniti non alium prophetam ꝙ̃ Danielem Chriſtus adduxit: qui interpretatur iudicium Dei: quoniam in iudicio Dei omnes abominatio-

nes mulctabuntur, & punientur, quamuis ad hoc nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mũdi huius, id eſt peccati abhominatio deberet foras eĳci. Quoniam vt expellatur dicitur. Cum videritis abhominationem deſolationis: quæ dicta eſt a Daniele propheta ſtantẽ in loco ſancto qui legit: intelligat, ſcilicet, eius electionem, quomodo eam debeat proſcribere. Quanta ſit peccati abhominatio vix dici poteſt: niſi per ſuum oppoſitum innoteſcat nobis: nam cum Angeli vident gratiam in anima noſtra: vocant eam amicam filiam ſponſam altiſsimi: qui & amator ſit forme illius, id eſt gratie animam informantis: & rex Dauid cũ gratiam anime contemplaretur dixit ſtupens coram Deo. Domine dilexi decorem domus tue: & locum habitationis glorie tue.

Decor anime ſancti.

Domus Dei eſt anima iuſti: vbi decor gratie reperitur qui tantus eſt: vt ibi gloria Dei eſſe dicatur. Nam in anima iuſti paradiſum abbreuiatum facit dominus ſuper terram, eius decorans potentias & optimis habitibus adimplens anime vires, ita vt ſi eam videres cum Dauid exclamares.

Domine dilexi decorem domus tue: & locum habitationis glorie tue. Si autem videres abhominationem deſolatiõis ſtantem in loco ſancto, id eſt in ipſa anima, quę ſancta eſſe ſolebat: cerneres quidem eius deſolationem: qua manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: vnde cum Hieremia gemens diceres.

Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo, ſcilicet, iterum labendi. Facta eſt quaſi vidua &c.

Tre. 1. a.

Abhominatio peccati ſtat in loco ſancto: quemdo voluntati dominatur, vt ei ſeruiat. Aliquando ſtat in corpore tantum, & tunc non eſt deſolatio gratie, quia gratia non carebat Paulus cum dixit. Video aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis mee. Sed cum peccatum ſtat in loco ſancto, id eſt, in voluntate libera: vbi ſanctitas ori & ſtare ſolet: tunc eſt abhominatio etiam deſolationis: qua deſolatur anima: & ſolotenus proſternitur. Tunc ſane audacter ponit Pylatus ydolum Cæſaris in loco ſancto: quia demon ſtatuit in anima peccatoris dominium ſum: & ſignum iuriſdictionis ſue: de quo dixit Heſter. Tu domine deus ſcis neceſcitatem meam, & ꝙ abhominer ſignum ſuperbie & glorie mee: quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis mee.

Heſter. 14. c.

Dum te mundo & vanitati oſtendis: habes quidẽ ſignum ſuperbie demonis & glorie vane quia gloriatur in te ſicut reges gloriantur inſignis & imaginibus ſuis. Beda exponens abhominationem de qua in euangelio fit mentio ſic ait.

Poteſt autem ſimpliciter aut de antichriſto accipi aut de imagine Cæſaris: quã Pylatus poſuit in templo: aut de adriani equeſtri ſtatua: quæ in ipſo ſancto ſanctorum loco multo tempore ſtetit. Hæc Beda, vbi aduerte per hos tres viros quas noĩauit tres modos peccãdi deſignari ꝑ antichriſtũ deſignatur peccatum: quod fit ſuggerente malitia. Per Adrianũ vero deſignatur peccatũ: quod fit ratione ignorantie. Per Pilatũ quidem deſignatur peccatũ: qđ perpetratur fragilitate: nam timore Pilatus damnauit Chriſtum ne perderet Cæſaris amicitiam. Ricardus exponens illud Eſaie, vulnus, liuor, & plaga tumens, ſic ait de his quos dixi peccandi modos.

Tres modi peccãdi.

Per vulnus intelligimus illud peccatum, quod cõmittitur per ſolam infirmitatem, per liuorem illud quod contrahitur per ſolum errorem, per plagam tumentẽ illud quod conſummatur per ſolam iniquitatem malitie. Et vt modos iſtos differentius oſtendat, adiungit. Peccata quæ per infirmitatẽ (quaſi inquit) committimus erubeſcimus, & damnamus. Quæ autem per ignorantiam magis ſolemus negare quam accuſare & peccata malitie magis conſueuimus vel per impudentiã iactitare: vel contumaciam defendere.

Esa.i.b.

Hæc ergo dico fratres, vt qui legit tria quę ſequũtur in euangelio intelligat ea ſic enim ſequitur. Tunc qui in iudea ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto: non deſcendant tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro non reuertantur tollere tunicam ſuam. Multum peccatur in agro: plus in tecto: magis tamen in iudea. In agro peccatur per fragilitatem carnis, quam habemus cum beſtijs agri communem. In tecto peccatur per ignorantiam, quæ tegit oculos aliquando mentis noſtre, ne videat malum. Per malitiam vero peccant in iudea, quę interpretatur confeſsio; qui fidentes cõfeſsioni faciende quaſi bulla protecti perpetrant mala dicentes. Scio peccare & pœnitentiam agere. Volo peccare, quoniam confitebor deinceps, & abſoluar. Hic cæteris deterius peccat, quia in ſpiritum ſanctum: cuius eſt peccata dimittere, vnde oportet eum durius pœnitentiam agere: quia hoc peccatum dimittitur iuſtitie, nam propterea dictum eſt. Qui in iudea (id eſt in peccato ſunt) fugiant ad montes, id eſt ad arduos actus pœnitentie, vt ille qui dicebat. Feci iuditium & iuſtitiam:



non tradas me calumniantibus me. Montes etiam dicũtur difficiliores actus Chriſti: quoniam de eiꝰ paſsione dixit ſponſa. Vadam ad monten myrre, id eſt Chriſtum paſſum, & ad collem turris, id eſt, adeũmet ibi ab aliquibus adoratum.

Peccatũ in ſpiritũ ſanctum vix remittitur.

Vnde ſi omnes peccatores eũ fecimꝰ laborare magis illi qui per maliciam peccant: quia iſti minus veniam merentur: quoniam peccatum (referente euangeliſta) in ſpiritum ſanctum non remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro. Quod exponens Richardus & oſtendens quomodo alijs duobus modis peccãtes facilius conſequuntur veniam ſic ait. Specialiter videtur agere contra patrem qui peccat per fragilitatem. Specialiter cõtra filium agit qui per ignorantiam delinquit. Specialiter ſpiritui ſancto aduerſatur, quod per maliciam committitur. Recte autem ei qui peccat in ſpiritum ſanctum non remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro: quia qui per maliciam peccat, ſi in preſenti pœnitet, recte ab eo exigitur plena ſatiſfactio: non pœnitenti vero debetur plena damnatio in futuro.

Qui vero ex infirmitate vel ignorantia ſicut aliquam excuſationem habẽt in culpa: ſic aliquid remiſsionis habere debent in pœna.

Recte nichilominus qui in culpa nichil habẽt excuſationis: in pœna ſimiliter nichil accipiunt remiſsionis. Miro itaq; modo qui de volũtaris pec catis pœnitentiam agunt in hac vita: remiſsionem ſine remiſsione accipiunt: accipiũt namq; plenam remiſsionem commiſſi criminis ſine vlla remiſsione condigne ſatiſfactioni. Hæc ille. oſtendens quomodo peccantibus per malitiam grãdis reſtat via: vnde dictum eſt. Confugiãt ad montes. i. ac

Domus eſt corpꝰ

actus difficiliores pœnitentie ſue & Chriſti.
Tamen qui dum peccatum regnat, fuerit in tecto id eſt, per ignorantiam peccauerit, ſolum iubetur: ne deſcendat tollere aliquid de domo ſua, id eſt ne cadat in deterius: nam patriarche dicitur: vt egre-
Ge.12.a. diatur de domo patris ſui: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam inhabitantem in eo, vt magis peccet: cuius deſiderijs non eſt acquieſcendum: nam de eis dicitur. Inimici hominis domeſtici eius. Nunc de peccantibus, in agro, id eſt per fragilitatem carnis: quam cum animalibus habemus conuerſionem aduerte, ꝙ eis interdicitur, ne reuertantur tollere tunicam ſuam, id eſt, peccatorum excuſationem: qua tegere volunt verenda ſua, vt Adam qui latens ſub arbore folijs eiuſdem tegebat pudenda. Et hoc idem fecit, dum dixit. Mulier quam dediſti mihi: dedit de fructu & comedi. Ecce quomodo conſortem peccati voluit in culpe tegumentū accipere: quia protegunt vmbre vmbram.

Tunica eſt peccati excuſatio.

Ex his tribus vnum elicitur documentum: ꝙ ſcilicet peccator dum peccat nunquam procedit, quia in peccato non eſt proceſſus, ſed retroceſſio aut regreſſio: qua recedit ab vltimo fine Deo, ideo interdicitur ei: ne reuertatur: ne retrocedat, id eſt. amplius peccato inſiſtat: ne addat peccatum peccato: ſed quod in anteriora ſe extendat: & tunc peccata deſtruet ac tollet abhominationem a ſe: qua fecerat abhominabilem decorem ſuum.

Peccatum facit abhominabilem animam, & cum
Eze.16.c propter vnum quodꝗ tale & illud magis. bene in abſtracto dicitur abhominatio, preter quam nec demon nec infernus eſſent abhominabiles ſed valde bona. Fœlix ergo qui a ſe proiecerit abhominationem peccati, quæ tanta eſt, vt filios dei faciat ſtercus terre, eoſꝗ reddat filios diaboli.



Nā tantū fedat peccatum animam: ꝙ ipſe deus nō cognoſcit eam, quamuis imago eius ſit, immo nec matrem ſuam Chriſti agnoſceret, ſi vel peccatum vnum reperiretur in ea. Inſuper a deo ingens eſt peccati abhominatio: ꝙ ſi eam prius non auferas a te, nil tibi proderit ſanguis Chriſti, nec eius gratia quæ refugit, ac reſilit nec vult deſcendere in corruptionem peccati tui. Eſt deniꝗ ita fediſſima peccati abhominatio, ꝙ ipſe Deus qui eſt origo munditie dicat ſe pollui peccatis noſtris.

Nimia ē abhominatio peccati

Quid horribilius? Iam ergo multi ad ſe reuerſi voluerunt deſtruere regnum peccati, ne iam peccatum dominaretur eis, quoniam volūt a ſe proſcribere hanc pluſquam diabolicam abhominationem vt mundi remaneant: quoniam ſcriptum eſt. Eze.36.
Lauamini mundi eſtote &c. Tamen quia hoc tepide incipiunt: ſequitur in euangelio præſenti.
Ve autem pregnantibus & nutrientibus illis dieb⁹. Auguſtinus. Quadruplex eſt charitas, incipiēs quæ naſcitur, proficiens quæ nutritur, perfecta quæ roboratur, perfectiſſima quæ mortem deſiderat.
Ve æternum erit duabus primis: quia imperfectis: & ideo ſtare non potentibus.

Quadruplex charitas.

Pregnantes ſunt, qui bonum concipiunt, iuxta illud Eſa. xxvj. d. A facie tua domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis: ſed non ipſam gratie ſalutem, quæ perſiſtit, donec omnino peccatum expurgat: & abluat: vt ſine timore quem perfecta charitas foras mittit: de manu inimicorum noſtrorum liberati in ſanctitate

& iuſtitia coram ipſo ſeruiamus illi omnibus die-
bus noſtris. Falſe igitur demon paruulos noſtros,
id eſt, actus tepidos interimit vt fecit Herodes, &
Pharao, ideo actibus mature & prouecte virtuti-
bus debemus operam dare, vt obſequamur Pau-
eph.4.d lo dicenti. Veritatem autem facientes in charita-
te creſcamꝰ in illo per omnia, qui eſt caput Chri-
ſtus. Multi chriſtiani tepidi ſunt in xpianiſsimo
ſuo, quia opera remiſſa potius impediunt, quam iu-
uēt eorum reformationem ſicut paruuli dum ſunt
in vtero vel brachijs matrum minime adiuuāt eas.
Paruula opera potius impediunt profectum tuum
quanuis ſint de genere bonorum, quia talia faci-
lime demon extinguit. Ideo in ſubſequētibus hor-
tatur nos Chriſtus dicens.

Orate autem vt nō fiat fuga veſtra hyeme vel ſab-
bato. Reliquum vitæ noſtre tangit Chriſtus, ne
quis illud attendens differat conuerſionem ſuam,
quoniam qui cōcipit & nutrit aliquod bonum pro-
Hyems poſitum, nō debet amplius expectare, vt illud, per-
& ſabba ficiat, nam iſte quid expectabit niſi hyemē & ſab-
tū quid. batum, niſi ꝙ ex toto perdat feruorem, & veniat
ſabbatum mortis, in quibus vix poterit à peccato
fugere? Habes nunc tepidam voluntatem reijci-
endi concubinam: & reſtituendi alienum &c.

Quid vltra expectas? Attendis ne hyemem frigi-
ditatis, quo nil preſentis feruoris, quo tale propo-
ſitum concepiſti maneat in te?

Si hoc hodie non facis, cras minus aptus eris.

Si hoc ignito deſiderio vigēte nichil feceris, cras
erit hiēs tibi, quo minime fugies á peccato, quia
propter frigus piger ambulare non poteris de vir-
tute in virtutem.



Si autem expectas deinceps ſabbatum, id eſt, mor-
tem, quia bonus latro egit pœnitentiam, tunc vix
poteris & minus poteris, quoniam qui non labora-
uit in vita, quomodo poterit in morte operari?
forſitan reſpondebis. Tunc ſaltim quieſcam à pec-
cato, & rectificabo conſcientiā meā & vno gemi-
tu cōfugiā ad eū, & ad montes.i.ad ſanctos eius.
Hoc vix aut nunquam facies, & ratio ſequitur in
preſenti euangelio vbi dicitur. Erit enim tunc tri-
bulatio magna, qualis nunquā fuit ab initio mun- Tribu-
di vſq; modo, neq; fuit. Philoſophus dicit ꝙ vlti- latio
mum terribilium mors. In mundo minori nichil mortis
eſt magis terribile neq; in mundo maiori, vnde iu- duri dr̄.
re dicitur mors tribulatio magna, cui nulla equa-
tur, neq; pœna purgatorij, quia illa plurimum le-
gatur per hoc ꝙ habet certitudinem obtinēdi pa-
radiſum, ſed chriſtianus in extremis, maxime ſi vſ-
q; tunc vixit in peccatis, cum de ſua dubitet eua-
ſione magnam vltra quam dici poteſt patitur tri-
bulationem. Quam oſtendit Scotus in illa queſtio- d.xx.
ne vbi inquirit, vtrum pœnitentia in extremis va-
leat ad ſalutem æternam.

De hac ergo magna tribulatione mortis ſic ait.
Quando imminet mors, ſtatim cauſatur maximus
dolor in parte ſenſitiua, vel timor maximus.
Et vtraq; paſsio vehemens nata eſt impedire libe-
rum vſum rationis & voluntatis, quia paſsiones
cauſate à triſtantibus vel à triſtibus plus mouent
quam paſſiones cauſate à delectabilibꝰ. Paſſio au-
tem delectationis vehemens quandoq; impedit to-
taliter vel fere vſum rationis. Actus autem diſ-
plicentie de peccato, ad hoc ꝙ ſit ſufficiēs ad ve-
ram pœnitentiam ſiue intrinſecam ſolam, ſiue ad

dignam ſuſceptionem ſacramenti pœnitentie requi rit liberum vſum rationis & voluntatis.

Item Auguſtinus ait. Cum ſera venit pœnitentia tantos aliquando cruciatus ligat membra: & dolor ſenſum opprimit, vt vix homo aliquid cognoſce re valeat. Eſt ergo tam magna tribulatio mortis q̃ ſequitur in euangelio.

Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, nõ fieret ſalua om nis caro, ſed propter electos breuiabũtur dies illi. Neſcio quid vobis dicam fratres de diebus mor tis, cum & vos ſciatis Chriſtum ſanguinem in ter ram decurrentem ſudaſſe ob ſolam mortis imagi nationem. Hoc vnum ſcio, q̃ boni viri ſæpe de precantur Deum, ne multis diebus agant, vel po tius agantur in extremis ſed volunt obire cito, cũ tempus eorum aduenerit.

Vnde quidam laicus ordinis noſtri vir æquidem iu ſtus, inter alias petitiones ſuas efflagitabat, orabat q̃, vt paucis horis obiret, cum Deus voluiſſet. Et factum eſt vna dierum, cum domini corpus re uerenter accepiſſet, venit ad locum infirmorum, & petiit ſibi parari lectum, cito (inquit) quia iam ſum in extremis. Deniq; parato lecto iacuit, & mani bus iunctis ilico obdormiuit in domino.

Alterum etiam ſenem ſacerdotẽ vidi, qui cum tri bus diebus leuiter ægrotaſſet petiit vt ante matuti nos prælatus audiret confeſsionem eius; qui renu ens vſq; poſt matutinos protrahebat rem: infirmus autem bona facie letus dixit.

Ego pater non potero tantum expectare, quia ci tius ſum receſſurus. Tandem confeſſus eſt & cor pus domini accepit & ſacram vnctionem dum au tem fratres ceperunt laudes in choro, reddidit ille



ſpiritum. Tandem ſcio q̃ omnes iuſti deſiderant vt ſibi breuientur dies illi: & ſic vidi pluries fieri. Maior cura quæ tunc temporis cor chriſtiani vrit, eſt de querendo Chriſtum.

Hæc autem cura ſolum occupat viros probos & pios: quoniam cæteri occupantur in anxietate ſalu tis acquirende corpori ſuo.

Vnde Auguſtinus ait. Hac animaduerſione percu titur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui diu vixit oblitus eſt Dei. Propter hanc ergo verita tem ſequitur in euangelio præſenti.

Tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus: aut illic nolite credere, ſurgent enim pſeudo Chri ſti: & pſeudo prophete, & dabunt ſigna magna: & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt etiam electi. Pſeudo Chriſti ſunt qui anime ſalutem tunc promittunt peccatori: qui eam antea nunquam queſiuit.

Pſeudo Prophete ſunt, qui ei promittunt corporis futuram valitudinem vt pote medici, & alii qui forte obitum eius cupiunt. Iſti dant ſigna vtriuſq; ſalutis. Et ſigna ſalutis anime ſunt aliquod bonũ opus, vel aliqua elemoſina ſi forte fecerit ægrot⁹. Sin autem dant prodigia, ſcilicet illud prodigium crucis de bono latrone: & alia miracula quæ paſ ſim leguntur. Talibus deniq; verbis infirmum ali qui confortant, vt in errorem fere inducantur etiã electi, qui à iuuentute ſua dederũt operam ſancti tati, quam iſte nec vnam horã ſuſtinens adipiſci tur. qui conſummatus in breui perdidit tamen tẽ pora multa. Chriſt⁹ autẽ, ne quis credat ſe adeptu rum bonam mortem poſt diuturnã vitam malam ſubiunxit. Ecce predixi vobis.

Si ergo dixerint vobis ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus nolite credere.
Vtinam nemo credat falſis prophetis in morte ſua cum Chriſtus eum premoueat in vita, dum ait. Ecce dixi vobis. Minus enim iacula feriunt quæ preuidentur. Pœnitenti ſolum in extremis duo ſolent dici.
Primum ꝙ Chriſtus eſt in deſerto, id eſt, peccatore: qui eũ deſeruit: quia iuit ad ouẽ: quæ perierat. Secundum quia eſt in penetralibus, id eſt, in contritione & gemitu interiori: quia Deus intuetur cor vbi quanta licet ſuperueniente infirmitate poſteris in ictu oculi deteſtari peccata tua.

Pœnitentia ſera parum valet.

Chriſtus nobis qui nunc valemus: predicitur: ne illis dictis credamus: ad quod valent rationes Scoti: qui erga mortem eſt verꝰ propheta, tenet enim vbi ſupra quod pœnitentia ſera minus valet ad animę ſalutem.

Prima ratio: quia mors malis eſt ſicut lupus: qui naturaliter prima facie obſtupeſcere facit hominem: mors autem fere omnino alienat hominem maxime quando in operibus manuum ſuarum cõprehenditur peccator.

Secundo ad hoc quod diſplicentia valeat, & ſic ordinata, oportet quod ſit debite circuſtantionata & maxime circuſtantia finis, & principij actus principalis, vt ſcilicet ſit volũtaria propter deũ, ſed difficile eſt tunc habere actum ſic circunſtantionatum: quia qui vſque tunc fuit impenitens, non videtur tunc extorquere à ſeipſo diſplicẽtiam nouam niſi timore pœne imminentis, præſumitur enim quod ſi remotus eſſet à pœna ſicut prius, nõ extorqueret à ſeipſo illã diſplicẽtiã ſicut nec prius.



Tertia ratio, quoniam aliquid ſimpliciter inuolontarium videtur cauſa iſtius diſplicẽtie. Nã expectatio ꝓxime mortis videtur cauſa huius, diſplicẽtię nõ illa aũt eſt in voluntaria. Et quod ſit niſi ex ſuppoſitione alicuius inuoluntarii: nõ eſt ſimpliciter voluntarium: ſicut non omnino voluntarie proijciet quis merces in mare: ſi non proijcit niſi ex ſuppoſitione cuiuſdam periculi: quod nollet eueniſſe. Saltem illud quod eſt occaſionatum, non videtur voluntarium: nec per conſequens eſt multum acceptum ali: nec multum videtur per amorem eius factum. Hanc rationem tangit Auguſtinus in littera. Oportet ergo non timere ſolummodo iudicem ſed amare. Arbitrij ergo libertatem querat pœnitens, vt delere poſſit commiſſa: non neceſſitatem: charitatem non timorem.
Non igitur timeat pœnam, qui pœnitet, ſed anxietur pro gloria.

Quarta ratio, quia habitus malus vſq; tunc continuatus multum retrahit ab actu pœnitentie, & hanc rationem tangit Auguſtinus in litera dicens: filij quos illicite dilexit ſint preſentes: vxor & mũdus ad ſe vocent: multos ſolet pœnitentia ſerotina decipere.
Intellige hæc delectabilia eſſe præſentia inſe: vel in phantaſmatibus vehementer impræſſis, & ſiue ſic ſiue ſic ex vehementia habitus continuati multum inclinant ad ſe inordinate amanda, & per cõſequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam diſplicentiam de eis ad hoc vt ſit diſpoſitio ſufficiens ad deletionem culpe.

Quinta ratio, quanto aliquis eſt minus dominus ſui actus tanto requiritur intenſior diſplicentia, ad

hoc ꝙ ſit diſpoſitio ſufficiēs ad deletionem culpe.
Iſte autem minus eſt dominus, quia nullomodo
eſt dominus actus exterioris ad peccādum, requi
tur ergo ſecundum ſtrictam iuſtitiam intenſior mo
tus diſplicentie ad iuſtificationem eius: quam ad
iuſtificationem ſani, cum vix poſſit habere æque
intenſum. Et hanc rationem tangit Auguſtinus in
litera dicens. Age pœnitentiam dum ſanus es: ſi
ſic agis ſecurus es: quia pœnitentiam egiſti, quan
do peccare potuiſti: ſi vis agere pœnitentiā, quā
do iam peccare non potes: peccata te dimittunt,
non tu illa. Ad minus non tu ita libere illa dimit
tis, ſicut ille ſanus, & ideo quantum deeſt in te de
libertate tantum ſecūdum rigorem requiritur in te
motus intentior: quem vix vel nunquam poteris
habere. Hæc Scotus, qui cum Chriſto ait.
Ecce predixi vobis: ſcilicet ſanis: ne ſabbatū mor
tis expectare contingat, quādo nemo poterit pec
cata fugere, nec Chriſtum in peneralibus pecto=
ris ſui reperire ſi prius nō fecit pœnitentiam: alio=
quin ſi vſq; tunc deſeruiſti Chriſtum, ipſe tunc de=
ſeret te & in deſerto non erit. Non ergo pſeudo
prophetis credas, ſed vero Chriſto conſequenter
dicenti. Sicut fulgur exit ab oriente: & patet vſq;
in occidentem ita erit aduentus filij hominis.
Vt fulgur omnia percurrens ſe teſtatur venturum
ad mortem noſtram Chriſtus: quia tunc rationem
exiget totius tractus vite noſtre: ab illa hora qua
ei oriri cepimus vſq; ad finem, ab oriente inquā
vſq; ad occidentem: taliter quod nec inſtans tem=
poris pretermittat. Fulgur etiam repente apparet:
& ſic etiam cum dixerint peccatores: ecce pax &
ſecuritas: repentinus eis ſuperueniet interitus.



Fulgur illuminat tenebras noctis & ſic in mortis
aduentu Chriſtus illuminat conſcientias obſcuras Qualiter
peccatorum: vt ab oriente gratie vſq; ad occiden xp̄s ve=
tem minime culpe rationem exigat, pro maiori di nit ad
ſtabit ſententiam pro maiori inquam pondere vel morien=
gratiarum cum fructibus ſuis: vel culparum cum teſs
defectibus ſuis: vnde concluditur in preſenti euā=
gelio. Vbi erit corpus illic congregabuntur & a=
quile. Corpus. i. congeries meritorum vel deme
ritorum, nam Paulus hortatur nos: & cupit: vt de
ſtruatur corpus peccati, id eſt congeries tota cul=
parum. Et Chriſtus cupit, vt corpus noſtrum lu=
cidum ſit, id eſt congeries bonarum actionum gra
tia illuſtretur.
Iam ergo ad illam partem, qua corpus permanſe
rit: aquile, id eſt anime congregabuntur: quia iu=
xta merita vel demerita ſua reponentur: ſicut & in
iudicio generali parimodo mittētur mali in ignē
paratum diabolo & angelis eius: cui diabolo ad=
hærebant tanquam membra capiti: ſed iuſti con=
gregab[illegible]tur capiti bonorum Chriſto, hic per
gratiam & in futuro per gloriam: quā
michi & vobis preſtet Ieſus
AMEN.

# FINIS

# EXPLICI

VNT SERMONES DOMINICA-
les totius anni ſolertiſsimi patris, Fratris Franciſci
ab Oſuna Hiſpano, Impreſsi Cæſarauguſtę, in æ-
dibus Ioānæ Millian, Viduæ Didaci Hernan
des quondam. Anno humanæ ſalutis.
Milleſimo Quingenteſimo Qua-
drageſimo Nono. Men-
ſe IVLII.